Digitized by Google

2 3. 193

Digitized by Google

III 57 2 3.188 VII B

# LAMBERTI VELTHUYSII, ULTRAJECTINI, OPERUM

## PARS SECUNDA.

*Quorum Catalogum Pagina ſequens exhibet.*




ROTTERODAMI,

Typis REINERI LEERS.
M. DC. LXXX.

Catalogus Tractatuum Secundæ Partis.

*De Initiis Primæ Philoſophiæ, juxta fundamenta Clariſſimi* Carteſii, *tradita in ipſius Meditationibus. Nec non de Deo, & Mente humana.* Pag. 851

*Epiſtolica Diſſertatio de Principiis Juſti & Decori.* 955

*Diſputatio de Finito & Infinito: in qua defenditur ſententia Clariſſimi* Carteſii *de Motu, ſpatio & Corpore.* 1113

*Demonſtratio in qua oſtenditur neque Doctrinam de Quiete Solis ac Motu Terræ, neque* Principia *Philoſophiæ* Renati Deſcartes *verbo Dei contraria eſſe. Oppoſita Tractatui* J. du Bois, *Concionatoris Lugduni Batavorum; cui Titulus* Nuditas Philoſophiæ Carteſianæ detecta. 1037

*Luculentior* Probatio *quod neque Doctrina de Quiete Solis ac Motu Terræ, neque* Principia *Philoſophiæ* Renati Deſcartes *verbo Divino contraria ſint. Oppoſita Tractatui* J. du Bois, *Concionatoris Lugduni Batavorum; cui Titulus* Noxa Philoſophiæ Carteſianæ. 1119

*Tractatus duo Medico-Phyſici: unus de Liene, alter de Generatione.* 1201

*Tractatus de Cultu Naturali, & Origine Moralitatis. Oppoſitus Tractatui Theologico-Politico, & Operi Poſthumo B. D. S.* 1363

De Ini-

9.3.133 Vol II



# DE
# INITIIS PRIMÆ PHILOSOPHIÆ,

*Juxta fundamenta Clariſſimi* CARTESII,
*tradita in ipſius Meditationibus.*

Nec non

# DE DEO,

ET

## *MENTE HUMANA.*

# PRÆFATIO
# ad
# LECTOREM.

*Benevole Lector.*

CAuſa, quare aliquid commentandum eſſe putâvi, ad meditationes Clariſſimi Carteſii, fuit deſiderium inſerviendi publico, & meipſum erudiendi in ſublimibus illis materiis. Inculcavit ſæpiuſculè Carteſius neminem cum fructu verſari poſſe in lectione ſuarum meditationum, qui acri intentaque cogitatione illas non verteret in ſuccum & ſanguinem: & ideo ingenia minus alta & erecta, ab illarum lectione remota optat. Et quicunque illas penitus inſpexit, intelligit, omnes objectiones, quæ veritati in meditationibus explicatæ, fuere oppoſitæ, ortas ex imperitia & ignoratione eorum, quæ illic tractantur: & ideo in adverſariis Carteſii prodit quidem ſe magna libido evertendi ſcriptum illius incomparabilis herois, ſed parva diligentia & ſtudium inveſtigandi, quis ſenſus iiſdem ſcriptis contineretur.

Exiſtimavi itaque me aliquid operæ pretium facturum, ſi in id incumberem, quo intelligentia iſtarum meditationum facilior redderetur; eaque ratione tractarentur veritates iis comprehenſæ, quę familiarior eſſet ſtudioſis; & ideo ea via inſtiti, qua ingredi illi ſolent, qui Metaphyſicam aut naturalem Theologiam tractant: diſtribuens tractatum per capita & titulos; & ſub ſingulis ea explanans, quæ vulgo à Metaphyſicis in iis doceri ſolent; ſed juxta fundamenta Carteſii, quæ in ſuis meditationibus poſuit. Interea curam adhibens ne quid, quod notatu aut expoſitione dignum in meditationibus comparebat, tacitum prætereiretur: ut ita lector conceptus Carteſii animo imbiberet; & diſceret iis uti in aliis diſciplinis; cognoſceretque tam fœcunda in meditationibus tradi principia, dummodo idoneus in ea incidat lector, ut per omnes Philoſophiæ partes ſeſe diffundant. Et quod caput rei eſt, ut diſceret conceptus claros & diſtinctos formare, inter meditandum non terminis & vocibus, ſed rebus inhærendo. Quod ſi obtineri poſſit, brevi alia diſciplinarum facies orietur; nec amplius à Philoſophiæ, hoc eſt, ſapientiæ & veritatis ſtudio, abhorrerent liberalia ingenia, quæ minus ſe illi addicere potuerunt, cum viderent ejus diſci-

pulos per tot tricas, captiones, & flexus atque meandros logicos duci; & ideo jejunis & minutis ingeniis totum hoc ſtudium reliquerunt.

Hos itaque fructus in ſuſcipiendo hoc labore ſperavi redundaturos in rempublicam litterariam; à quo privatum meum commodum ſeparatum eſſe non potuit. Dum enim laboro principia Carteſii aliis facilia & fructuoſa præſtare, experior me ipſum illa jam magis prompta & in expedito habere; multaque, quæ me antea fugiebant, aut mihi minus erant percepta, ſeverà longaque meditatione, clara atque perſpicua reddidiſſe. Et ſpero, poſtquam tam altas ſublimeſque quæſtiones, quas tamquam ſcopulos in navigatione habeo, prætervectus ſum, reliqua in ſapientiæ ſtudio mihi plana & expedita fore: & ita quidem inſigniter mihi gratulor de ſuſcepta opera. Si lectorem, poſt examen hujus tractatus, pariter operæ non pœniteat, confido me aliquam ab amantibus veritatis gratiam initurum: quibus etiam hæc mea conſecro atque dedico.

# DE INITIIS PRIMÆ PHILOSOPHIÆ,

*Juxta fundamenta Clariſſimi* CARTESII, *tradita in ipſius Meditationibus.*

## SECTIO PRIMA.

### *De Cognitione in genere.*

OMnium hominum conſenſu conſtat in vera & propriè ſic dicta cognitione requiri conſcientiam: nempe quia eſt de natura omnis cognitionis, ut is, qui intelligit aliquid, ſciat ſe intelligere. Neque id tantum de cognitione *reflexa* intelligendum eſt; qua cognitionis aut cogitationis meæ conſcientiam eam habeo, qua animadverto me aliquid animadvertiſſe: ſed idem etiam ſtatuimus de prima quavis perceptione aut intellectione, per quam aliquid advertimus; dolorem, famem, ſitim verbi gratia: & quævis prima cogitatio aut perceptio, per quam aliquid percipimus aut intelligimus, non magis differt à ſecunda, per quam animadvertimus nos illud primum advertiſſe, quam tertia à ſecunda; & ambæ ſunt æque immateriales. Ideo nullus qui mentis compos eſt, rebus ſenſu deſtitutis, cognitionem proprie dictam attribuit: non lapidi, non arbori, non metallis, &c. Et ſi quæ inter homines orta controverſia eſt aut dubium, utrum rei alicui cognitio competat, manſit ſtetitque illud dubium, quia pariter certum & explanatum non erat, utrum illa res *ſenſu* eſſet prædita: hoc eſt, utrum *eorum* quæ agit, aut patitur, *habeat conſcientiam*. Si enim illa conſcientiâ careat, ſenſu & cognitione proprie dicta deſtituta ſit oportet. Illa enim res, quæ agit & patitur, & tamen neſcit ſe agere aut pati, tum cum agere aut pati dicitur, in illa actione aut paſſione ſenſu caret: & ſi ſemper ſuarum actionum aut paſſionum neſcia eſt, rectè illi rei ſenſus ineſſe negatur. Cum homines in aliquam rem ita cogitationem intendunt, ut campanæ ſonitum, v. gr. aut rem viſui objectam non ſentiant: aut ita ira perciti ſunt, ut etiam alti vulneris dolorem non percipiant, illi revera nihil illarum rerum ſentiunt aut cognoſcunt. Et ſi homo in omnibus ſe ſimiliter haberet, proculdubio de eo judicandum foret, eum omni ſenſu carere. Ex his itaque liquet in omni cognitione & ſenſatione *conſcientiam requiri.*

At per ſe notum eſt conſcientiam absque aliqua cogitationis ſpecie eſſe non poſſe; imo eſſe aliquam cogitationis ſpeciem, ſc. illam immanentem ſubſtantiæ cogitantis actionem, qua ſcit ſe aliquid reipſa cognoſcere & percipere. Eſtque illa operatio plane ſpiritualis; & intellectio ſtrictiſſime dicta: neque minus ſpiritualis quam cognitio reflexa; quia anima in iis imaginem corpoream non intuetur. *Doloris enim perceptio*, verbi gratia, non ſenſu aut imaginatione, ſed tantum intellectu percipitur: & mens in ea operatione *ſeipſa*

tantum utitur; nullis niſi ſe rebus egens: quod quivis, experiundo & explorando quomodo iſtam operationem exerat, cognoſcere poteſt; intelligetque illas operationes, quæ conſcientiam inferunt, ſine moleſtia ſemper à ſe exeri: quocunque etiam modo corpus conſtitutum eſſe poſſit. Nam quamvis v. gr. ſentire, aut imaginari non poſſum ſine corpore, actio tamen illa mentis, qua ſenſationis aut imaginationis conſcius ſum, plane ſpiritualis & incorporea eſt: ſic ſomnia non peraguntur ſine corporeis ſpeciebus; ſed actio illa mentis, qua conſcii ſumus nos ſomniare, aut ſomniaſſe, plane ſpiritualis eſt. Et in hac cogitationis ſpecie tam manifeſte ſe prodit ſpiritualitas actionis, quam in actione voluntatis. Itaque quamvis multa corporalia cognoſcamus; tamen cognitio, quâ cognoſcimus corporalia, *quatenus conſcientiam importat*, plane ſpiritualis eſt, & vera cogitatio. Et quæ ideo non niſi in ſpiritum, & ſubſtantiam cogitantem, (hoc eſt, in ſubſtantiam, quæ ſuarum actionum conſcia eſt) cadit.

Neque putandum directam & primam perceptionem, quam Philoſophi ſenſationem vocant, quæque apprehenſiva & ſimplex eſt; & ab iis brutis etiam adſcribitur, minus ſpiritualem eſſe cognitione ea, quæ ratione acquiritur, & *intellectio* ab iis vocatur. Nam ſicut jam diximus, qualis qualis illa eſt, ſi importet *conſcientiam*, ſpiritualis eſt. Præterquam quod talis directa, prima, ſimplex & apprehenſiva cognitio nobilior eſt ea, quæ ratione per ſyllogiſmorum ambages acquiritur; & quæ ſæpe fallax & obſcura eſt: cum illa certa ſemper ſit, & magis ſimplex; ideoque à Philoſophis Deo & angelis adſcribitur. Et quamvis præſtat per ratiocinationem pervenire in multarum rerum cognitionem, quam per ſenſationem, hoc eſt, per directam, primam, & ſimplicem perceptionem pauca tantum cognoſcere: directa tamen, & prima perceptio, quæ ſine ſyllogiſmorum ope perficitur, nobilior, melior & perfectior eſt: longeque præſtantior hominis conditio foret, ſi ea quæ per ratiocinationem novit, ſimplici & intuitiva cognitione ſciret. Et hinc manifeſtum eſt, quare brutis ſenſus & cognitio tribui non poteſt, niſi ſimul cogitatio & anima ſpiritualis, quam mentem vocare ſolemus, iis attribuatur. Quod quam abſurdum ſimul & periculoſum ſit, viris literatis & prudentibus penſitandum relinquimus.

Agemus itaque tantum de cognitione proprie dicta; & quidem de cognitione humana; & cujus cognitionis res ſpiritualis tantum capax eſt; & à qua conſcientiam inſeparabilem diximus. Quamvis enim variæ cogitationes dentur, (quas etiam poſtea recenſebimus) omnibus tamen id proprium & eſſentiale eſt, quod conſcientiam involvant: eſtque illa conſcientia menti adeo manifeſta & intima, ut nunquam in ea falli poſſit, putando ſe alicujus cogitationis conſcientiam habere, & rem tamen ſecus ſe habere. Quamvis enim mens de perceptione ſua varia judicia, etiam falſa, formare poſſit, nunquam tamen mens in eo fallitur, quod, cum ſe percipere & intelligere putat, tunc non percipiat & intelligat: & quia illa cogitatio ſive intellectio ſemper à mente in mente perficitur & abſolvitur, fieri non poteſt, in mente mea non verſari ideam perceptionis, cum mihi conſcius ſum me percipere: quamvis fieri poſſit, & ſæpius contingat me revera nihil audire; & organum auditus nulla re affici, cum illud affici puto; ut contingit quando ſomniamus.

## Sectio Secunda.
### *De Cognitione certa & incerta.*

Hominem aliquid ſcire & cognoſcere, tam certum eſt, quam certum eſt, hominem in ſe habere *conſcientiam* ſuarum actionum. Non minori

nori certitudine ſcimus, nos quædam *certò*, quædam *non certò* ſcire. Et eorum, quæ non certò ſcimus, rurſus gradus dantur. De quibuſdam enim vel *conjecturam* & *opinionem* tantum habemus, de aliis *moralem* certitudinem, de aliis *Metaphyſicam*; quæ in ſcientiis humanis ſummus certitudinis gradus eſt, ad quem in hac infirmitate humana anniti licet. Præter hæc datur etiam quædam certa cognitio, quæ teſtimonio Divino innititur. De iis omnibus pauca, quantum tamen ad rei neceſſitudinem ſatis eſt, dicemus. Ex ſuperioribus ſatis conſtat, in omni cognitione duo eſſe conſideranda, *conſcientiam*, quæ eſt illa animadverſio, quâ aliquid animadvertimus: alterum, *id quod animadverti* dicitur; eſtque id omne, quod à mente immediatè percipitur. Quod multi, & quidem rectè meo judicio, *ideam* vocant. Ita ex eorum ſenſu, *idea* nihil aliud eſt, quam *conceptus mentis*; ſive *res mente percepta & intellecta*: per quam intellectionem res dicuntur eſſe *objectivè* in intellectu. Quatenus itaque illæ ideæ à mente noſtra fiunt, & per mentem, atque in mente exiſtunt, ſunt illæ quidem omnes inter ſe *æquales*; ſunt enim tantum *cogitandi modi*: & omnium illarum idearum talis eſt natura, ut nullam aliam ex ſe formalitatem realem exigant præter illam, quam mutuantur *à cogitatione noſtra*; cujus etiam *modi* tantum ſunt. Quatenus autem illæ *ideæ*, alio atque alio mentis conceptu continentur, longè inter ſe diverſæ ſunt: alia enim eſt forma conceptus mentis qua leo, alia qua bos, alia qua intellectio, alia qua volitio, alia qua ſpiritus, alia qua corpus, &c. cogitatur.

Addendum prætereà per cognitionem poſſe intelligi, vel ſimplicem rei apprehenſionem, vel judicium quod de re apprehenſa formamus. Cognitio nunquam certa, aut incerta & conjecturalis vocatur, quatenus ſimplicem apprehenſionem denotat. Quia cum in illa mentis operatione, quæ ſimplex *apprehenſio*, *perceptio*, aut *intellectio* vocatur, ſubſiſtimus, neque ad judicandi actum procedimus, certitudinis aut incertitudinis, ſcientiæ aut dubitationis tunc nulla habetur ratio. Sed cum de iiſdem rebus judicare inſtituimus, tunc certitudo aut incertitudo in conſiderationem venit: quatenus illud judicium firmis vel infirmis rationibus innititur. Si certiſſimas & validiſſimas rationes habemus, quare rei perceptæ aſſenſum vel diſſenſum præbemus, quod fit cum rem benè cognitam animo conceptam & comprehenſam habemus; certam ejus de quo judicamus, cognitionem habere dicimur: ſi contra infirmis nitatur noſtrum judicium fundamentis, *opinari* dicimur.

Porrò cum inter multas differentias, quas intenſa meditatio reperit inter intellectionem aut perceptionem & judicium, hæc non ſit minima, quod *perceptio intellectus* operatio ſit, judicium *voluntatis*, rectè de judicio quæritur: quare, quo duce, & quibus argumentis impulſi homines de rebus certa quædam formant judicia & non alia? Præterea an in noſtra poteſtate ſit ſic vel aliter judicare? Tales inquam quæſtiones de judicio formare licet; quia judicium, ut diximus, pertinet ad *facultatem electivam*: talis autem interrogatio de *perceptione* aut *intellectione* non rectè inſtituitur. Nam intellectio aut perceptio, & hoc aut illud intelligere, non eſt in noſtro arbitrio poſitum: ſed quicquid aut voluntas excitando ideas in mente, aut quicquid objecta extra mentem, intellectui percipiendum & intelligendum injiciunt, id intellectus neceſſario ſic & non aliter percipere, animadvertere, & intelligere poteſt: neque tantum non aliter id percipere poteſt; ſed etiam ne quidem liberè & ex ſe (quod voluntati & libertati proprium eſt) talem perceptionem excitat: ſed planè voluntatis imperio hac in re ſubjacet. Ideo etiam intellectui ſeorſim ita ſpectato, nullæ comminationes, exhortationes, &c. adhibentur: neque homini vitio verti poteſt, quod rem ita percipit, qualem voluntas

luntas, aut res extra mentem exiſtens, intellectui injicit; ſed voluntati imputandum, quod aut tales res intellectui percipiendas ſuggerit, aut earum contemplatione cum voluptate immoratur; quamvis ipſa illa voluptas non à perceptione ſit, ſed à voluntatis & paſſionum motu, qui intellectionem ſequitur. Sed judicii longè diverſa ratio eſt; eſt enim voluntatis actus, & de eo rectè quæritur, quare tale & non aliud judicium de re ſormet. Et quamvis naturâ ita comparati ſimus, ut voluntas *clarè perceptis & intellectis* aſſentiat; quemadmodum etiam *bonum* ſua natura proſequitur: *liberè* tamen talem judicandi actum excitat; & rationes propter quas id agit habet: & gratulatur ſibi homo, quod veritati pareat, & falſitati aſſenſum neget: quia præjudiciis ita tranſverſus agi poſſet, aut obſtinata malitia ita malè inſiſtere, ut iis rejectis quæ nobis perſuadere debent, falſis plus fidei tribuat quam oportet. Itaque quamvis clarè & diſtinctè perceptis atque intellectis certò & *infallibiliter* aſſenſum præbeat: poteſt tamen per præjudicia, & aliarum idearum excitationem in mente efficere, ne res clarè & diſtinctè appareat; poteſque aliis argumentis falſis, nulloque fundamento innixis ita per voluntatem inhærere, iiſque tantum momenti, ut ita dicam, appendere, ut illa falſa veris proponderent.

Id prætereà notandum eſt, quod quemadmodum voluntas non fertur in incognitum; ſemperque ejus actionem præcedere debet perceptio intellectus, ita tamen eam naturaliter ferri in verum & bonum, ut quod in præſentia ut verum aut bonum cognoſcit, ei non poſſit non aſſenſum præbere, idque proſequi & amplecti: quod autem ut falſum aut malum percipit, ei non poſſit aſſenſum præbere, idque perſequi. Diximus rem ita ſe habere, quando intellectus in præſentia rem ut veram & bonam, falſam aut malam cognoſcit: quia quam rem hoc momento ut veram aut bonam cognoſcimus, proximo ſequenti momento ut falſam & malam æſtimare poſſumus: quatenus voluntas alias atque alias de re cogitationes excitat in intellectu, circa quas voluntas in judicando, & proſequendo atque fugiendo diverſimode occupata eſt: unde lucta & tam diverſa hominum eorundem de eadem re judicia, atque voluntatum propenſiones averſioneſque. Id tamen ratum fixumque manet, voluntatem nulli rei aſſenſum præbere, quam illi, quam ut *veram* agnoſcit; nullam proſequi quam ſub ſpecie & ratione boni.

Movet ſe itaque voluntas ad affirmandum aut negandum *ſub ratione veri aut falſi*; ad proſequendum autem aliquid aut fugiendum *ſub ratione boni aut mali*: & in quibus rebus intellectus tales qualitates non agnoſcit, ab iis voluntas non afficitur; quia de iis voluntas non judicat, neque id proſequitur aut fugit. Porro cum intellectus neceſſario ita rem agnoſcit, quemadmodum ipſi injicitur, inde ſequitur erroneè judicare, & prave aliquid amplecti & proſequi, voluntati imputandum eſſe.

Quamvis itaque voluntas nihil affirmat niſi ſub ratione *veri*, nihil negat niſi ſub ratione *falſi*, quod tamen falſum pro vero ponit, id *à voluntate* perverſe inſiſtente proficiſcitur. Error itaque quidem conſiſtit in *diſconformitate judicii cum natura rei de qua judicatur*: *cauſa* tamen erroris eſt *malus noſtræ voluntatis & liberi arbitrii uſus*: cujus ex oppoſito rectus uſus in judicando eſt cauſa veritatis, quatenus ea eſt in judicio.

Sed hic jam recte & opportune quæritur, quæ ſit regula ſecundum quam noſtra voluntas & liberum arbitrium dirigi debeat, *ut rectus ejus ſit uſus?* Non eſt, ſicut jam monuimus, rei ſub ratione veri aſſenſum præbere, & ſub ratione falſi eidem aſſenſum negare: nam tum nullus foret voluntatis in judicando *abuſus* aut peccatum. Neque etiam eſt rei certæ tantum aſſenſum præbere: nam tunc tantum de rebus certò cognitis judicium ferendum foret.

Plu-

Plurima autem ſunt hujuſmodi ut certò ſciri non poſſint, ſed de quibus tantum probabilis poſſit haberi cognitio; de quibus tamen aliquod judicium ferendum eſt, ſi vitæ uſuram abdicare non velimus, omnemque inter homines ſocietatem delere. Regula itaque recti liberi arbitrii in judicando uſus eſt *de rebus tale proferre judicium, quale nobis dictat ratio cognitionis, qua hominis intellectus informatus eſt*: enunciare ea vera eſſe quæ nobis certo comperta: ea probabilia, in quibus ſe prodit aliquod argumentorum momentum, quo intellectus ad alterutram ſententiam magis inclinet: ea dubia, in quibus ab utraque parte par argumentorum pondus eſt. Nunquam quidem itaque temere judicandum: neque judicandum *quam propter validas & evidentes rationes*; non tamen de quolibet cognoſcibili certo aliquid ſtatuendum. Ita quidem certò ſtatuo de re obſcura qua tali, judicandum non eſſe, judiciumque ſuſpendendum: de ipſa autem rei obſcuræ, quatenus obſcura eſt, natura, nihil ſtatuo aut determino. Sed jam rurſus aliquis non male quærat, cum temere judicandum non ſit, ſed de iis quæ certo cognoſcimus, certum judicium proferendum cum ſit; de iis quæ probabiliter, *opinandum* tantum; de iis quæ ambigua ſunt, ambigendum, unde ſciam me certò aliquid ſcire, aut probabiliter tantum, aut ambigue? Reſondemus, rem maximi momenti eſſe quæſtionem hanc probe ſolvere: quia hic ſi peccatur, quicquid in diſciplinis tentatur, debile & infirmum erit. Et quod admiratione dignum eſt, nullus ante Clariſſimum *Carteſium* rem eo provexit, ut quid de hac quæſtione ſtatuendum eſſet, ſeriò cogitaverit: unde evenit à ſingulis Doctoribus diverſas aſſumptas regulas, ſecundum quas ſtatuebant certum judicium de re proferri poſſe. Jam naturalem quandam *propenſionem*; jam *conſenſum gentium*; jam *lumen naturale*, quod tamen non explicabant, aſſumebant. Quæ regularum diverſitas præcipua, & fortaſſis unica cauſa eſt tot diverſarum ſententiarum inter Doctores: quæque in perpetuum duraturæ ſunt, niſi aliâ viâ progrediatur, quam hactenus progreſſum eſt.

Eſt inter ea, quæ *per ſe nota ſunt*, numerandum, de re, quam certo non ſcimus, nihil aliud certo judicandum eſſe, quam nos eam certo non ſcire: de re autem, quam certo ſcimus, certum judicium proferendum. Unde ſequitur, nos ideam *certi* & *incerti*, *veri* & *falſi*, quoad nos, habere. Porro inveſtiganti quid *certum* & *verum* ſummo certitudinis gradu vocamus, occurrit id *certum* & *verum* putari quoad nos, "*quod nulla dubitatiône infirmari poteſt*. Illud autem nulla dubitatione, quoad nos, infirmari poteſt, de quo dum cogito, aliter judicare non poſſum: & nunquam de iis poſſumus dubitare, quin vera eſſe credamus: qualia ſunt, nihili nullas eſſe affectiones aut operationes: nihil ſimul poſſe eſſe in ſuo & alieno genere: ſimul aliquid eſſe & non eſſe: eum qui cogitat eſſe. Oportet autem diſtinguere inter id, quod certo ſcimus, & inter id, de quo non dubitamus: de eo, quod certo ſcimus non dubitamus; ſed non omne de quo non dubitamus, certo ſcimus. Poſſunt aliqui in ſummo errore verſari, & tamen dubitatione vacare, quia nullam ideam in intellectu præſentem habent, quæ dubitandi occaſionem aut cauſam iis præbeat; & ideo ſunt ſecuri, nec de ſententiæ ſuæ veritate ambigunt: quod indies evenire iis videmus, qui diverſas Philoſophorum & Chriſtianorum ſectas ſequuntur; & quamvis longe opinionibus diſcrepent, ſinguli tamen conceptis verbis juraverint veritatem ſibi compertam eſſe. Quod totum contingit, quia non clara & evidenti cognitione ducti alterutram opinionem amplexi ſunt: & ideo rem certo non ſciunt, ſed veriſimilibus aut præjudiciis impulſi certæ ſententiæ adhærent.

Si autem porro inveſtiges quare aliquid nullâ dubitatione infirmari poſſit? Percipies ex duplici re id oriri. *Primo*, à rei

*evidentia*, qua ſe in intellectu noſtro manifeſtat & prodit. *Secundo*, quod natura noſtræ voluntatis ita comparata eſt, ut rei *evidenti* aſſenſum infallibiliter, certo, & immutabiliter præbeat. Unde fit ideotas, & nulla eruditione imbutos homines non poſſe dimoveri à ſententia in iis rebus, quarum evidentiam habent, ſive per lumen naturale, ſive per ſupernaturale; quamvis ſophiſmata adverſariorum ſolvere non poſſint; nec in iis manifeſto & evidenter falſitatem comperiant. Et illud lumen intellectus, de quo apud Philoſophos frequens ſermo eſt, eſt tantum *illa evidentia, claritas & perſpicuitas cognitionis*. Regula itaque recti uſus noſtræ voluntatis in judicando aliquid certum eſſe, *eſt evidens & diſtincta cognitio*: ac *abuſus* iſtius voluntatis eſt de rebus non evidentibus & diſtincte cognitis certum pronunciare judicium.

Et cum male judicamus, non tantum præcipitantiâ & incogitantiâ erramus; ſed ut plurimum inſigni malitiâ, quæ etiam ſæpius in habitum tranſit. Præcipitantiâ atque incogitantiâ erramus; cum inhærentes judiciis, quæ de rebus, cum infantes eramus, fecimus, ea, cum ætate provectiores ſumus, accuratiori examine non corrigimus. Deus infantibus & pueris conceſſit multarum rerum cognitionem evidentem, quæ ipſis opus eſt ad corpus præſtandum immune à noxis. Ita quidem infantes clare cognoſcunt & percipiunt calorem ignis, frigus nivis & glaciei, famis & ſitis moleſtias, &c. Neque ullus unquam fallitur, quin talium rerum ideas & cogitationem habet, cum eas ſe habere percipit: & eas ſemper percipit cum eas habet; quia talis perceptio animæ intrinſeca eſt, eique inhærens. Et talis earum rerum cognitio egregium uſum confert hujuſmodi ætati ad corporis ſalubritatem: ſed incogitantiâ erraruntt, & ulterius judicium provexerunt quam par erat, cum res, quas ſenſuum & organorum corporeorum beneficio hauriebant; & ad quarum operationem in corpore ideæ & cogitationes quædam excitabantur in mente, ſimiles putarunt ipſis ideis, & ideas ſimiles rebus extra nos conſtitutis. Sic quidem putarunt *ideam* caloris, ſive *formam cogitationis*, quam calorem vocamus, in igne eſſe; quia ad ignis appropinquationem caloris idea in nobis excitabatur: idem dico de corporibus, quæ ideam coloris in nobis excitant; quæque colorata vocare ſolemus: de ſono, de ſapore, &c. Cum tamen non major eſſet ratio tale quippiam de hujuſmodi corporibus affirmandi, quam attribuendi gladio dolorem; quia ad vulnerationem, quæ gladio efficitur, dolor excitatur. Cui errori affine eſt illud judicium, quo & ſenſuum indicio ſtatuebant de magnitudine & figura corporum: baculum in aqua refraxione curvum apparentem, ut curvum reapſe judicabant. Neque majorem ſoli & lunæ magnitudinem attribuebant, quam illam apparentem, & quæ oculis percipitur; quæ falſa eſt, & nullo modo rei naturæ quadrans: ut inde præter cætera manifeſtum ſit, nos ſenſuum externorum teſtimonio, etiam cum rectus eorum uſus inſtituitur, ſæpe abuti; etiam quando de rebus corporeis judicium ferendum eſt. Nam cum baculum refraxione curvum apparentem reipſa tamen rectum; & ſolem & lunam, prodeuntibus annis, in infinitum apparente eorum magnitudine majores judicamus, tunc correctio judicii noſtri non procedit à *meliore uſu* ſenſuum externorum, ſed à *ratione*; & meliore uſu facultatis judicandi. Senſuum judicio ſtandum eſſe affirmamus: ſed addo cavendum eſſe ne plus rebus tribuamus, quam ſenſuum beneficio in iis percipimus. Cum baculum curvum refraxione videmus, rectè per ſenſuum teſtimonia dicimus, nos baculum curvum videre: hoc eſt, I. Vere aſſeritur occaſione baculi in aqua conſtituti in nobis excitari viſus miniſterio ideam baculi curvi. II. Deinde radios à baculo in aqua exiſtente talem picturam in oculi fundo delinea-

lineare, talemque motum ſpiritibus imprimere, ut juxta conſuetum naturæ ordinem baculi curvi perceptio inde à mente percipi debeat; & ita ſenſus non fallit: ſed nos noſmet fallimus, cum inde concludimus baculum revera inflexum eſſe. Sed hic error facile pueris & parum attentis obrepit; eſtque ut plurimum innoxius. Exemplum autem erroris à malitia procedentis; & qui vitio vertitur eſt, quando livore, aut ira, aut odio, aut amore noſtri impulſi de rebus tale judicium ferimus, quod fovendis & roborandis illis paſſionibus appoſitum eſt: quamvis tenuiſſimis probationibus hoc judicium tantum innitatur. Sic quidem iis facile fidem habemus, quæ inimicis malæ famæ notam inurunt. Ex oppoſito amicorum, & quos benevolentia proſequimur vitia plus nimio extenuare atque imminuere ſolemus. Præjudicata opinio: amor ſententiæ ſuſceptæ: reverentia juſto major præceptorum: pudor erroris: invidia & odium in eum, qui veram doctrinam in medium adfert; & præ cæteris omnibus alta & ſublimis, quam de eruditione ſua ſcioli habent, opinio, cauſa ſunt, quod multi in noxiis erroribus verſantur; in iiſque perſeverant uſque ad extremum vitæ ſpiritum. Et hujuſmodi errores produnt talia judicia à voluntate procedere: quæ voluntas hujuſmodi vitiis corrupta præcipitat ſua judicia, veriſimilitudini adhærens; neque volens alias cogitationes excitare, quæ luce ſua intellectum illuſtrantes falſitatem detegerent. Non itaque voluntas ſpecie boni fallitur aut ſeducitur: ſed volens rei in intellectu exiſtenti plus tribuit quam oportet.

Quemadmodum autem nemo hujuſmodi perverſam in male judicando voluntatis inclinationem, naturæ à Deo inſtitutæ tribuit, ſed liberi noſtri arbitrii abuſui: ita infantes atque pueri, cæterique imperiti homines ab eadem natura non ſunt edocti ad judicandum omnes res externas ſimiles eſſe ideis, quas mens occaſione illarum format: ſed hæc propenſio oritur, partim ab ignorantia & imperitia, partim ab illa voluntatis proprietate, qua ſemper majorem appetit perfectionem; cujus majoris perfectionis non minimam partem facit cognitio multarum rerum. Unde illa pronitas in voluntate ad judicium de omnibus rebus interponendum, quæ non minor eſt quam ejuſdem voluntatis propenſio ad bonum amplectendum: ita ut non minus nobis luctandum ſit cum illa perverſa judicandi temeritate, quam cum perverſo falſi boni appetitu. Neque *error* & falſum judicium minus eſt voluntarium, quam falſi boni proſecutio: unde manifeſtum eſt quam male illi inſiſtunt, qui ab aliqua generali proclivitate ad certum de rebus judicium ferendum; & in quod ferme omnes homines conſentiunt, teſtimonium veritatis petunt: quaſi id, quod tam generale & late diffuſum eſt, Deum authorem haberet: cum tam conſtans & in unum multorum conſpirans judicium ut plurimum à mala conſuetudine originem ſuam trahat: quemadmodum terrenarum & corporearum voluptatum cupido robur in infantia atque pueritia acquiſivit; cum, otiantibus ſublimioribus animæ facultatibus, ipſa corporis bonis tantum frueretur.

Ut igitur ad inſtitutum revertamur, ſtatuendum eſt normam & regulam, ſecundum quam voluntas dirigere debet ſua judicia, eſſe *majorem vel minorem evidentiam in intellectu*; temperandumque judicium juxta majoris vel minoris evidentiæ gradus. Diverſa autem rerum cognoſcendarum, quatenus cognoſcendi facultatis objectum ſunt, natura & affectio eſt: quemadmodum etiam diverſus eſt diſciplinarum in tradendis & exponendis rerum naturis finis, naturæ rerum cognoſcendarum appropriatus. Quorundam cognoſcibilium natura ita comparata eſt, ut lumine naturali ſummus certitudinis gradus ab hominibus obtineri non poſſit. Qualis eſt cognitio earum rerum, quæ tantum quoad

nos, moralis certitudinis capaces ſunt: qualia ſunt ea omnia quæ ab hominis voluntate pendent. Cum enim cordium ſcrutationem Deus ſibi ſoli vindicaverit; hominiſque voluntas ſponte ſua ſe moveat, humani intellectus captum & vires ſuperat certam de iis aſſequi cognitionem.

Neque homo abutitur ſua judicandi facultate, neque in regulas prudentiæ peccat, quamvis quando de rebus agendis deliberatio eſt, ad operandum ſe accingat, alterutrumve eligat; licet de eo nullam aliam evidentiam habeat, quam rem illam certam & evidentem non eſſe. Alia ſunt ejuſmodi, ut de iis, ſi naturam earum ſpectes, certa quidem cognitio haberi poſſit; ſed cum frequens earum in vita uſus ſit, & qualis qualis earum cognitio ſufficiens ad capiendum ex iis fructum uſuræ vitæ ſufficientem, pariter obſcura & imperfecta cognitio ſufficit, ut de iis aliquod judicium feramus. Quamvis non cognoſcam utrum frigus ſit *aliquid reale*, an mera privatio, arcere tamen illud licet, quia certum eſt corpori noxium eſſe. Similiter licet cognitionem meam ad illum gradum nondum extulerim, ut certum argumentum invenerim, quo probem ſenſuum judicio ſtandum eſſe, non abutor tamen facultate judicandi, ſi ſenſibus externis percepta proſequar aut fugiam: eaque talia reputem, qualia ſenſus externi mihi ea repræſentare videntur. Sed datur & tertium genus rerum, quarum natura permittit captui humano certam acquirere cognitionem eo certitudinis gradu, qui ſummus & Metaphyſicus eſt; quique nullis rebus infirmari poteſt: & in iis potiſſimum verſantur ſcientiæ ſpeculativæ: & tum ad illum certitudinis gradum contendendum eſt, cum natura cujuſque rei inveſtigatur: cum v. gr. quæritur quid ſit *corpus*, quid *mens*, quid *aqua*, quid *ignis*? Et temere, nec ſine imprudentiæ peccato de talibus rebus certam profitemur ſcientiam; certoque aliquid enunciamus, priuſquam certam & manifeſtam ita judicandi cauſam habeamus: quam cauſam ſupra ſtatuimus eſſe *claram & diſtinctam cognitionem*. Et ad quam ope hujus tractatus ducere lectorem conamur.

*Diſtinctam* autem, *evidentem atque claram cognitionem* unicum & certum fundamentum eſſe, non tantum certo, definitive & decretorie aliquid ſtatuendi de re cognoſcibili, ſed etiam eſſe lapidem lydium; ad quem veritas exploratur, per ſe notum videtur. Nam quamvis *verum judicium* de re obſcure & indiſtincte cognita aliquando faciamus: quodque ita judicium obſcuræ cognitioni innitens non ſemper ſit falſum; neque regula ſecundum quam inferre licet nos male & falſo judicaſſe: *clara* tamen, *diſtincta*, & *evidens* cognitio *infallibilis* regula eſt, nos rectum & verum judicium de rebus tuliſſe. Et quamvis judicium obſcuram atque confuſam cognitionem ſequens poſſit eſſe verum, eſt tamen *temerarium*, *peccato* infectum; & quamvis non ſit aberrans à veritate, aberrat tamen à lege Dei; peccaturque eo contra gravitatem & dignitatem hominis: quemadmodum ſtatu aut inceſſu lex naturæ contemni & violari poteſt. Et minus is coram Deo peccat, qui poſt collocatam aliquam induſtriam in inveſtigatione veri, ab ipſo tamen aberrat, quam qui ita temere judicando in verum fortuito incidit. Quia norma, quam Deus præſcripſit voluntati in judicando de rebus hujuſmodi, eſt, *iis tantum*, *tanquam certo veris aſſentire*, *quorum diſtinctam & evidentem habemus cognitionem*: & in reliquis à tam decretorio judicio temperare.

Idque inde manifeſtum eſt, I. Quod clare & diſtincte percepta nobis tantum ſolent perſuadere; neque à nobis impetrare poſſumus ut obſcure & confuſe cognitis, quamdiu ea talia reputamus, aſſentiamur: clare autem & diſtincte cognitis non poſſumus non aſſenſum præbere. II. Cum clara & diſtincta cognitio *ſit aliquid*; atque cum conſtet nos iſtius rei authores non eſſe, illa proculdubio à Deo eſt:

idque eo magis ſtatuendum, quod inter *claram* & *diſtinctam* cognitionem, & inter aſſenſum quem voluntas tali cognitioni infallibiliter præbet, talis nexus eſt, qui Deum authorem habet. III. Habemus in nobis *ideam veri, & falſi judicii*; & in genere veri & falſi, certi & incerti. At attentius examinantes quare aſſeramus aliquid certum & verum eſſe, apparet *lumen intellectus*, ſive *diſtinctam & claram cognitionem cauſam & rationem eſſe, quare noſtrum judicium certum & verum appellemus*: *obſcuram autem cognitionem cauſam eſſe*, quare id incertum & dubium vocemus. Et qui profitetur ſe aliquid bene ſcire, ſimul ſibi perſuadet ſe clare illam rem cognoſcere: & qui hæſitat in judicando, ſimul obſcuritatem & confuſionem in intellectu ſuo percipit. IV. Aut hæc eſt unica regula, aut nulla eſt: nam qualemcunque demonſtrationem requiras, nunquam ea eſt ſcientiæ fundamentum, niſi quatenus clare & diſtincte cognoſcatur. V. Quæcunque alia excogitari poſſit regula, ea tamen inutilis eſſet, quia non poſſumus non clare & diſtincte perceptis aſſenſum præbere; & dubiis, qua dubiis, aſſenſum denegare.

Neque hæc ſententia falſi convincitur ex eo, quod multi putantes ſe clare & diſtincte aliquid cognoviſſe, poſtea tamen ſe falſos fuiſſe cognoverint. Reſpondemus enim tales nunquam id *clare* & *diſtincte* cognoviſſe, quod poſtea falſum eſſe deprehenderunt; ſed ſibi-met impoſuiſſe: ea nec minoris operæ & prudentiæ eſt hac in re ſibi ab impoſtura cavere, quam providere ne falſo ducamur gaudio; neve falſum pro vero bono amplectamur. Et non niſi frequenti meditatione, acrique ſtudio habitum acquirimus judicandi inter clarum & obſcurum conceptum. Et tam pauci, etiam eorum qui liberales diſciplinas, & alios ducendi atque docendi artem profitentur, reperiuntur, qui in hoc ſtudio ſe exerceent, aut ad illam evidentiam contendunt; ut crediderim ex illis plurimos eſſe, qui nunquam experti ſunt quid ſit *clare* & *diſtincte* rem cognoſcere; & juxta illam cognitionem judicium dirigere: quod poſterius addo, quia multa ultro adeo *clare* & *diſtincte* ſe intellectui manifeſtant, ut maxime ſupinum & ſtupidum id fugere non poſſit: ſed vitium in eo eſt, quod ſemper de iiſdem plus judicent quam *diſtincte* percipiunt. Qui habet clarum & *diſtinctum* conceptum caloris, quatenus clara & diſtincta ejus idea eſt in mente, non ideo habet *claram* & *diſtinctam* cognitionem illam rem extra intellectum exiſtere: imperiti tamen pari promptitudine utrumque affirmant. Et nihil nobis magis imponit, facitque proclives ad credendum nos aliquid clare & diſtincte cognoſcere, quam illa promptitudo & propenſio voluntatis ad proferendum de re judicium: quia clara & diſtincta cognitio ſemper illam promptitudinem & proclivitatem comitem habet. Hinc evenit nos nobis perſuadere, nos ea etiam clare & diſtincte cognoſcere, *quibus facile aſſentimur*. Qualia illa omnia ſunt, quæ vel ab infantia uſque pro veris habuimus, vel nobis à magiſtris, quorum authoritati nos dedimus, tradita ſunt. Quamvis nullis firmis argumentis, qua claram & diſtinctam cognitionem parere poſſunt, innitantur, tamen non minus difficulter hujuſmodi errores expugnantur, quam voluntas à pravarum voluptatum proſecutione revocatur. Cum autem hæc clara & diſtincta cognitio omne judicium, quando de certitudine Metaphyſica, & ſumma quæſtio eſt, præcedere debeat; eaque prora & puppis ſit ad feliciter philoſophandum; ex uſu erit methodum tradere, qua mens noſtra aſſueſcat hujuſmodi claræ & diſtinctæ cognitioni; eamque diſcat ab obſcura diſtinguere.

## Sectio Tertia.

### *Traditur methodus, quâ mens aſſueſcit claræ & diſtinctæ cognitioni.*

### *Regula prima.*

ASſuefacienda mens eſt, quando ſc. de certitudine metaphyſica acquirenda agitur, omnia pro falſis ducere, de quibus vel leviſſimam dubitandi cauſam habet: cum enim illius metaphyſicæ veritatis & certitudinis ea ratio ſit, ut nullis argumentis dubia aut incerta reddi poſſit; nullum in ea principium aſſumere licet, de quo vel leviſſima dubitatio menti vere injici poſſit: nam cum reliqua, quæ illi principio ſuperinſtruuntur, ab hoc principio certitudinem ſuam mutuentur, ſi principium & fundamentum infirmum exiſtat, reliqua etiam vacillare & nutare debent. Sic Clariſſimus *Carteſius* ad *probandam rerum exiſtentiam* eo certitudinis gradu, quem *ſummum* & *metaphyſicum* appellare conſuevimus, nullum aliud hujuſmodi principium invenire potuit; à quo tamquam à carcere curſum ſuum inſtitueret, ſtadiumque ingrederetur, quam illud tanto pere decantatum, & ab adverſariis fruſtra vexatum, *cogito ergo ſum*: fieri enim non poteſt *ut is, qui cogitet ſe cogitare, non cogitet*; & conſequenter ut is, qui ſe *cogitet cogitare, non ſit.* Non entis enim nullæ ſunt affectiones, aut operationes. Et quamvis hoc poſterius in ordine principiorum in genere conſideratorum ſuperiori prius eſſe videatur: in ordine tamen principiorum, quæ *probant rerum exiſtentiam*, cogito ergo ſum, primum eſt principium. Manifeſtum enim eſt ex poſteriori principio, nempe *non entis nullæ ſunt operationes* nullius rei exiſtentiam probari: non magis quam ex hoc: *idem non poteſt ſimul eſſe & non eſſe*: quæ duo principia revera principiorum proprietates complete poſſident; tanta enim claritate ſeſe intellectui manifeſtant, ut à priori nullum lumen mutuari poſſint: atque adeo per ſe nota ſunt. Sed licet ſexcenta hujuſmodi principia excogites, ab iis tamen nihil firmi ſumi licebit ad probandam vel minimæ rei *exiſtentiam*. At hoc principium, *cogito, ergò ſum*, non minus per ſe notum & minus primum eſt, quam illa duo ſupra memorata. Non enim mei exiſtentiam per cogitationem meam, tanquam *per medium ſyllogiſmi*, probo, ſed tantum unum per alterum expono: quaſi dicerem, *ego cogito* denotat me eſſe & exiſtere *cogitantem*. Et manifeſtum eſt nos nullo egere medio ad probandum quod id quod cogitat, eſt. Eſt præterea illud principium tale, ut ab eo ſolo recte primum incipiatur iter ad probandam aliarum rerum *exiſtentiam*: quod quivis experiendo cognoſcet. Et qui aliud principium ponit aut mavult, ſe fruſtra fuiſſe agnoſcet, aut ſe pejus malle. Nam quamvis verum ſit ea etiam exiſtere, quæ *ſenſibus* apprehendimus, à ſenſuum tamen judicio, tanquam à principio, & re per ſe nota, initium faciendum non eſt ad probandam rerum exiſtentiam: multa enim dubia, non temere quæſita, ſed cuivis viro prudenti ſeſe offerentia, de ſenſuum teſtimonio objici poſſunt. Nempe qui ſciam ideas à rebus extra me poſitis in me excitari, & non à natura mentis proficiſci, quod nunc hæc nunc illa cogitet: aut Dæmonem aliquem eſſe, qui tales cogitationes mihi injiciat. Et hæ objectiones ſolvi non poſſunt, niſi altius repetatur ſenſuum certitudinis fundamentum. Si itaque id principium per ſe notum non eſt, merito de ſenſuum teſtimonio, quando in inveſtiganda certitudine *metaphyſica* occupati ſumus, dubitatur: & recte in hoc negotio tanquam pro falſo reputandum eſſe docemus, donec aliquid ita ſtabile inveniatur, ut nullis argumentis labefactari poſſit; & à quo progredientes per ſeriem & argumentorum nexum, ſenſuum teſtimonium certum eſſe probetur. Vera itaque via procedunt, qui à mentis

no

noſtræ exiſtentia & natura progredientes; & inde Dei Opt. Max. exiſtentiam & naturam evincentes, per ambas has res probant corporalium exiſtentiam, & certitudinem teſtimonii ſenſuum. Et ita quidem reipſa demonſtrant res ſpirituales prius per nos cognoſci quam corporales: & *claram* atque *diſtinctam cognitionem* prius à mente, quam à ſenſibus petendam. Et certe quid magis veritati congruum, quam ea nobis cognitu faciliora & priora eſſe, quæ nobis ſunt maxime propria, vicina, & intime juncta: qualia ſunt mentis operationes, affectiones & proprietates? Quam proclivius eſt noſmet ipſos intueri, tentare & excutere; mentemque nullo velo obtectam contemplari, quam eorum, quæ extra nos ſunt, naturam indagare. Quanto facilius homini conſueto mentem à ſenſibus abducere, cognoſcere quid ſit, quod *velle*, quod *intelligere*, quod *affirmare*, quod *negare*, quod *ambigere*, quod *ſentire*, quod *imaginari*, *&c.* vocamus, quam ſcire quid ſit *calor ignis*!

---

## Sectio Quarta.

### *Secunda Regula.*

INtenta mentis operatione laborandum atque incumbendum in rerum diviſionem; ut ita res ſingulæ earumque affectiones ſingulatim in mente repræſententur. Nam cuivis notum omnem obſcuritatem oriri ex *copia*, quam *confuſio* ſequitur. Et quoties multa ſimul menti objiciuntur, experimur ſimul illa obſcure ab ea cognoſci. Et ideo qui in inveſtigatione veritatis ſublimioris verſatus eſt, nihil prius habet quam res, quæ in conſiderationem venire debent, in ordinem redigere; & ita ſingula intueri. Et hoc præceptum tanti momenti eſſe puto in rebus omnibus, de quibus deliberandum, aut quarum natura inveſtiganda eſt, ut qui ſibi imperare poſſit iſtius laboris, & diuturnæ atque intentæ cogitationis patientiam, cum ſummo fructu verſaturus ſit & in rebus agendis, & in veritatis inveſtigatione. Et revera non ſufficit tantum rem *clare* cognoſcere, ſed etiam *diſtincte* debet intelligi, priuſquam de ea aliquid certi enunciemus: at omnis diſtinctio à diviſione oritur. Omnes clare percipimus famis & ſitis moleſtiam, ignis calorem, glaciei frigus, ſacchari dulcedinem, fellis amaritudinem, ſonorum, ſed præcipue paſſionum differentias: ſed nihil horum *diſtincte* percipimus, ſi longo ſtudio exercitati non ſimus. Nam vulgus præter varios cogitandi modos, quibus mens afficitur ab iis, quæ recenſuimus, nihil cognoſcit, quia non diſtinctè illa cognoſcit. At longitudinem, latitudinem, extenſionem, motum, quietem, figuras, ſubſtantiam, magnitudinem, durationem, ſitum non tantum *clare* percipit, ſed etiam *diſtincte* cognoſcit: quod quiſquis in ſe experiri poteſt. Inde etiam manifeſtum eſt, quare pueri & imperiti nullas ferme diſtinctas cognitiones habeant: judicant enim de rebus ſicut illæ primum intellectui ſeſe ſubjiciunt; atque ſenſibus qua internis qua externis ſeſe manifeſtant: at id non fit niſi quatenus cum multis rebus complicatæ ſunt. Ideo etiam tam difficulter mentis operationes à corporis operationibus diſtinguere poſſunt: ut plurimum enim hæ cum illis communicant. Ubi autem ad rerum diviſionem proceſſimus, & ſingulatim eas contemplamur, non minus facile operationes ſpirituales ſuis *ſignis* ſe produnt quam corporales; & illæ intellectu longe faciliores ſunt, utpote nobis propinquiores, quam corporales. In illis enim nullam *extenſionem*, aut *diviſionem*, aut *extenſionis modum*, aut *mediam aliquam partem*, in his utrumque ſemper concipimus. Sic quidem in fame & ſiti, animique paſſionibus, utcunque in his mentis & corporis operationes ſeſe miſcent, unam operationem ab alia facile ſejungas: modo ſeparatim atque ſeorſim ſingula quæ

in

in his occurrunt, ad examen revoces. Quod hic inſtituere à ſcopo alienum foret.

## Sectio Quinta.
### *Tertia Regula.*

Tertia regula eſt, ut bene diſtinguamus inter ea quæ per ſe nota ſunt ab iis, quæ ulteriori probatione aut elucidatione indigent. Ut plurimum enim contingit nos res claras & per ſe manifeſtas diſputationibus & argutationibus obſcuras reddere: recte enim dicitur perſpicuitatem rei argumentatione elevari; idque præſertim fit, cum terminis & vocibus inhærentes mentis aciem ad rem ipſam non convertimus; neque adnitimur illam menti clare & nitide repræſentare: unde naſcitur *nos vanos fieri in noſtris ratiocinationibus; & obſcurari id quod manifeſtum eſt in nobis*. Et nihil tam abſurdum, nihil tam ineptum excogitari poteſt, quod præpoſtero illo philoſophandi modo defendi & oppugnari non poſſit; nihilque tam myſterii plenum, quod illi explicare non præſumant. Quibus diſputationibus facile finis imponeretur, ſi hujuſmodi diſputatores candore ſtudium philoſophicum tractarent, nec vocem menti ſinerent præcurrere; & ne terminis & vocibus uterentur tanquam ſignis rei alicujus à ſe perceptæ & intellectæ, de qua, ſi conſcientiam ſuam interrogarent, & ſemet conſulerent an ejus, quod dicunt, *clarum & diſtinctum* conceptum haberent, comperirent ſe de ea nullum omnino habere. Unde etiam evenit eos multa tamquam falſa oppugnare, de quibus tantum obſcuros & confuſos conceptus habent, nec ullum veri judicium; ita ut ea quæ ſe intelligere profitebantur, ne ſuſpicari quidem poterant: cum tamen probi viri officium ſit de hujuſmodi obſcurè cognitis judicium non interponere; neque arguendo & diſputando aliis moleſtiam creare, quando ipſe in ſuis argumentis aut dogmatibus nihil certi aut comperti habet quod affirmet. Quia hujus regulæ parum fuit habita ratio, evenit clara & ſua natura manifeſta *de Deo* vanis ſpeculationibus fuiſſe temerata. V. gr. cum per ſe notum ſit *notione Dei* intelligi rem omnes perfectiones excogitabiles poſſidentem, gentilium ſuperſtitio plures finxit Deos; eoſque corporeos, variis affectibus obnoxios. Imo inter Chriſtianos non pauci fuere inventi, qui huic rei per ſe notæ parum inhærentes, Deo id detraxerunt, quod tamen perfectionem abſolute inferre ſciebant: ſed quia cum hominis voluntatis libertate conciliare non poterant, maluerunt potius rem *claram* & *manifeſtam* vanis ſpeculationibus obſcuram reddere, quam de rebus obſcuris & à nobis ſua natura incomprehenſibilibus non judicare. Certe non minus per ſe clarum & manifeſtum eſt, *ab ente ſumme perfecto* omnia ab æterno facta & ordinata eſſe quæcunque in tempore fiunt, quam certum & per ſe notum eſt non poſſe plura entia ſumme perfecta exiſtere; aut corpus poſſidere non poſſe omnes excogitabiles perfectiones: cum tamen multi iſtam Dei perfectionem conciliare non poſſent cum libertate voluntatis, quam etiam clare in ſe experiebantur, maluerunt aliquid per ſe manifeſtum in dubium vocare, aut negare, quam rem obſcuram & ſuâ natura nobis incomprehenſibilem, qualis eſt Dei operatio circa noſtram voluntatem, in medio relinquere. Sic gentiles, cum per ſupinitatem & incogitantiam ſummam *rei ſpiritualis* nullum conceptum aut ideam formare didicerant, maluerunt directe contra lumen illud naturale ire, quod corpus ſc. omnes perfectiones excogitabiles poſſidere non poteſt, quam *corpori divinitatem* non attribuere: cum tamen hoc tam manifeſte rei per ſe notæ repugnaret, ut nunquam ſeriò de eo quod ſtatuebant cogitare poſſent, quin ſe falli animadverterent: & mihi perſuadeo nunquam homines, dummodò cogitent

quod

quod dicant, credere *Deum eſſe corpus*, ſed corpori aliquid adeſſe, quod numinis reverentiam excitat, & quod proprie *numen* eſt. Sic exiſtimo neminem inter Chriſtianos tam craſſos de *numine* & *Deo* conceptus habere: nam ut cætera omittam, nullus à ſe impetrare poteſt, ut aliquid pro Deo habeat, quod nec *voluntate* nec *intellectione* præditum eſt. Tam autem ſingulis hominibus, dummodo attentionem adhibere velint, manifeſtum & per *ſe notum* eſt, *volitionem* & *intellectionem* non eſſe modos aut qualitates corporis, quam certo ſciunt extenſionem, diviſibilitatem, & impenetrabilitatem, colorem, odorem non eſſe *proprietates ſpiritus*.

Eodem referendum quod Philoſophi qualitates reales, quæ nec corpus nec modi corporis ſunt, excogitarunt. Et cum lumine naturali & per ſe cognitum eſſet, accidentis & ſubſtantiæ naturas diverſas eſſe, maluerunt iſti lumini tenebras & nebulam affundere, quam non de re, cujus obſcuram tantum habebant cognitionem, aliquid docere; quod huic lumini repugnare animadvertiſſent, ſi tantillum attentionis adhibuiſſent, & claræ ac diſtinctæ cognitioni acquirendæ operam dediſſent. Cum autem falſo judicio, quod à pueritia de coloribus, odoribus, ſaporibus v. gr. formarant, eos ſcilicet eſſe *qualitates reales*, repudium mittere noluerint, potius habuerunt præconceptam opinionem lumini naturali opponere; & eos *nomine accidentia* vocare, & tamen iis naturam atque proprietates attribuere, quæ lumine naturali ſcimus eſſe *propria ſubſtantiæ*.

Idem dicimus de vacuo & ſpatiis imaginariis: non eſt magis manifeſtum aliquid ſimul eſſe & non eſſe poſſe, quam manifeſtum eſt corporis eſſentiales proprietates eſſe, *extenſum*, *diviſibile*, & *impenetrabile* eſſe: quæ duæ poſteriores proprietates à priori fluunt; quia enim aliquid extenſum eſt, ideo eſt diviſibile; & quia diviſibile eſt, ideo in omni corpore partes eſſe intelligimus; & ex partium totius integralis conſideratione naſcitur conceptus impenetrabilitatis; quandoquidem penetrabilitas, & impenetrabilitas de re una & ſimplici cogitari non poteſt. Dico itaque, cum hæc lumine naturali nota ſint, maluerunt iſti lumini & rei per ſe notæ aſſenſum negare, quam fateri nulla ſpatia vacua aut imaginaria dari; & *vacuo* atque *nihil* omnes corporis proprietates attribuere, quam temere ſuſceptam opinionem abdicare. Neque ſubſiſtendum in iis quæ vulgo per ſe nota arbitrantur, *ſed laborandum* ut erecta & candida meditatione, abdicando præjudicia, indies in plurium per ſe & ex ſe notorum cognitionem perveniamus; quoad plures & magis reconditas, magiſque interiores veritates nobis aditum paremus. Et ita comperiemus hæc etiam inter ea, quæ per ſe nota ſunt, numeranda eſſe. *Quod plus realitatis & perfectionis in ſe continet, non poteſt fieri ab eo quod minus perfectionis continet. Quod rem extra ſe conſervat, tanto magis ſeipſum conſervat. Quicquid eſt, eſt à cauſa extra ſe, vel à ſe poſitive & tamquam à cauſa. Ea res quæ novit ſe aliquid perfectius, à ſe eſſe non poteſt. Gradatim augeri certiſſimum eſt imperfectionis argumentum. Eadem virtute opus eſt ad rem ſuſtentandam, quam ad rem creandam. Majorem perfectionem eſſe non poſſe dividi, quam poſſe dividi. Illæ res, quæ à nobis ut diverſæ & à ſe invicem non dependentes intelliguntur, ſeparatim, ſaltem à Deo, poni poſſunt. Quod propria potentia exiſtere poteſt, id ſemper exiſtere, &c.* Quibus principiis præcipua, quæ in Theologia naturali tractantur, innituntur.

---

## SECTIO SEXTA.

### *Regula Quarta.*

QUarta regula eſt, ut conſideremus ſingulis rebus ſuos eſſe caracteres, notas atque proprietates, utque caveamus

amus iſtas notas non confundere aut miſcere: & à pueris ſatis edocti ſumus ad id obſervandum in multis rebus. Pueri etiam riſu explodere ſolent quærentem cujus *coloris ſit ſpiritus:* aut quid brutum cogitet: aut quanta animæ pars pereat cum homini membra amputantur; aut quantum illi accedat, cum homo in majorem molem excreſcit? Norunt enim lumine naturali non eſſe de ratione ſpiritus & mentis ut *extendatur:* ita ſciunt colorem eſſe accidens quod corpori tantum inhærere poteſt; cogitationem autem corporis, aut ejus quod ex corpore oritur, affectionem eſſe non poſſe. At cum in hiſce & ſimilibus tam acutum cernimus, in aliis, quæ tamen ſua ſponte judicantur æque ac ea quæ enumeravimus, cæcutimus; noſque pueris infantiores prodimus: & brutis ſenſum doloris, voluptatis, famis, ſitis, &c. attribuimus: cum tamen horum nullus ſenſus eſſe poſſit ſine *cogitatione:* nam qui non *ſcit* ſe *ſentire* dolorem, is dolorem non *ſentit:* & qui non cogitat de dolore, non ſcit ſe *ſentire:* omnis enim *cognitio*, *cogitatio* eſt. Et cum ſcimus de ratione ſpiritus non eſſe ut *extendatur*, verentur tamen quidam Deo attribuere omnipræſentiam, cœloque includunt: cum tamen in natura ſpiritus nihil ſe manifeſtet, quare non tam multis quam paucis rebus præſens eſſe poſſit: non enim eſt de natura ſpiritus qua ſpiritus, potius paucis quam multis rebus præſentem eſſe. Et tam facilè mihi perſuadeo animam in toto eſſe corpore, quam in *glandula pineali:* quamvis in ea parte corporis ſuis operationibus ſe magis palam faciat: & quamvis ſtatuendum non ſit mentem in reliquo corpore eſſe, ſi nullis *notis* ſui præſentiam indicet. Tacitum prætereo quod quidam exiſtimarunt, Deo aliquid ignominiæ aut turpitudinis accidere ſi corporibus & locis omnibus, etiam cloacis, præſens eſſe ponatur; quaſi ſpirituum præſentia quemadmodum corporum à circumjacentibus corporibus deſcriberetur: aut quaſi Deus per ſuas operationes, quas circa corpora exercet, talem ad corpora acquireret reſpectum, qualem corpora ſibi invicem vicina ad ſe mutuo habent. At error hic non ſubſtitit, ſed ulterius perrexit; atque de operationibus ſpiritualibus conceptus formarunt, terminiſque uſi ſunt ad eos exprimendos, qui corporeis operationibus denotandis tantum appoſiti ſunt: quale illud v. gr. eſt, quod dicunt voluntatem aliquid *velle non poſſe*. Hujusmodi enim loquutiones ſpirituali & infinito operandi Dei modo, quo intima noſtræ voluntatis afficit, nullo modo conveniunt, nec eum exponunt. Neque majori cum veriſimilitudine dicitur, voluntatem aliquid *non poſſe velle*, quam voluntatem aliquid non *voluntarie* velle: eſt enim de natura & eſſentia voluntatis *omnia poſſe velle*; quemadmodum de ejus natura eſt omnia *liberè* velle quæcunque vult: cujus rei quiſquis apud ſe experimentum ſumere poteſt: & reperiet in ſe tantam arbitrii libertatem, ut majoris ideam comprehendere non poſſit; cum tamen nulla alia tanta in nobis ſint, quin intelligam majora in me eſſe poſſe. Idem dico de præcurſu, & prædeterminatione: nam *quamvis* verum & per ſe notum ſit, ne primam quidem noſtræ voluntatis motionem magis à nobis & ex nobis *independenter* à Deo eſſe poſſe, quam primum noſtræ exiſtentiæ punctum atque momentum à nobis eſt; aut quam continuata voluntatis operatio, quam tamen omnes ferme concedunt independenter à Deo eſſe non poſſe: quamvis inquam verum ſit primam noſtræ voluntatis motionem à Deo eſſe, male tamen inſiſtunt qui modum operationis Dei, quæ infinita eſt, atque adeo nobis incomprehenſibilis, *explicare* conantur, atque ita *infiniti* & *myſterii* naturam in aperto ponere. Sed in eo etiam maxime peccant, quod rei ſpiritualis operationem circa rem ſpiritualem conceptibus ab operationibus corporeis deſumptis explicare conantur. Cum hoc tantundem eſt, ac ſi ſonos *guſtu*, & odores *auribus* velles diſcernere:

aut

aut ſi velles per imaginationem, quæ rei corporeæ contemplationem in ſua involvit natura, in naturam ſpiritus proprius inquirere; & dicere *imaginabor qualis ſit ſpiritus natura*: quod idem eſt ac ſi diceres, *manibus palpando* inquiram in ſpiritus naturam. Hæc ideo inculcamus ne res per ſe notas mala pravaque ratiocinatione atque judicio perverſo obſcuremus: & ne per modum explicandi rem manifeſtam per ſe, nos in infinitas difficultates induamus. Et ut ſupra omnia caveamus ne modum, quo res aliqua peragatur, explicemus conceptibus, ratione, & exemplis petitis à rebus, quæ naturam diverſam habent ab ea re, de cujus agendi modo laboratur, & diſquiſitio inſtituitur. Simulque id meminerimus ne ſuper illis rebus diſputationibus nos fatigemus, quas infinitas, ideoque talem earum naturam eſſe intelligimus, ut à nobis comprehendi non poſſint. Quod ſi hæc religioſe fuiſſent obſervata, jam obſoleviſſent multæ diſputationes de gratia & libero arbitrio: tum quia modus agendi, quo Deus, quatenus *primum & ſummum ens* eſt, agit operaturque circa noſtram voluntatem, infinitus eſt; quique ideo nullis conceptibus aut ab iis, quæ in nobis ſunt, depromptis, aut aliunde mutuatis exprimi poteſt: cum etiam quia omnes diſputationes, quæ de his rebus habentur, & Chriſtianiſmum in partes ſcindunt, ſpectant hominum conceptus, quos deſumpſerunt à rebus natura longe diſſitis: ideoque *alio charactere* & nota præditis quam illæ, quæ in quæſtionem vocantur. Nam hi termini, ut jam dixi, *præcurſus*, *prædeterminatio*, *concurſus*, *ſimultaneus egreſſus*, *potentia ſe convertendi proxima*, *remota*: *& quod homo in primo regenerationis momento ſe habet tantum* paſſive, *vel etiam* active, major *vel* minor gratia, quando de ipſa Dei directione gratioſa, qua nos convertimus, agitur, quid aliud exprimunt, quam conceptus depromptos ab operandi modo, quo unum corpus aliud, aut quo ſpiritus corpus movet; cujus ideam habemus deſumptam à ratione illa, qua mens corpus & ſpiritus noſtros movet. Cum peti deberent à modo operandi, quo ſpiritus infinitus movet non corpus, ſed voluntatem finitam; quorum amborum natura tam diverſa eſt à ſpiritu finito & corpore, ut nihil commune habeant. Quid *præcurſus* & *prædeterminatio*? Nonne inferunt voluntatem *paſſive* ſe habentem primo momento? Cum tamen nihil novimus ſe *paſſive* habere quam *corpus*, cum primum *ab alio*, ſive ſpiritu movetur. Eſtque ille conceptus de præcurſu & prædeterminatione deſumptus à re corporali, & perperam applicatus voluntati. Ex adverſo conceptus de *ſimultaneo egreſſu* non quidem videtur deſumptus à modo quo corpora moventur; quorum nulla concipimus ſua ſponte moveri: ſed ille conceptus de *ſimultaneo egreſſu* dependentiam creaturæ à ſuo Creatore; & veritatem manifeſtam, qua intelligimus omnes res à ſummo ente etiam in ſuis operationibus dependere, tollit & corrumpit; idque fit, quia conciliare volumus libertatem hominis cum illa ipſius dependentia à Deo: quod eſt, velle *rem infinitam* comprehendere. Gratia *ſufficiens* apud omnes ferme denotat gratiam quandam, quæ non attingit actualem volitionem, niſi voluntas ſuis eam viribus aſſumpſerit, propriamque reddiderit; attribuitque ita præcipuam converſionis partem hominis libero arbitrio: quam doctrinam nullo modo approbamus. Potentia *proxima* & *remota* voluntati applicari non poteſt, quia illa ſemper æque libera eſt; & ideo ſemper æque facile vult, quod vult: & ideo potentiæ conceptus hoc ſenſu in voluntatem non convenit. Sic *major* & *minor* gratia quando de ipſa converſione agitur, qua nos convertimus, eſt modus loquendi improprius: quemadmodum non rectè dicitur eum, qui peſte extinctus eſt, majori lue extinctum eſſe quam illa erat, à qua alter Dei providentia immunis fuit. Hæc perfunctoriè & breviter tantum attingo: in

ſequentibus, quando agetur de illa cogitationis forma & modo, qui volitio vocatur, hæc forte fuſius explicabuntur: ſed ad inſtitutum. Et communiter à Philoſophis & Theologis in eo peccatur, quod res, quas *infinitas eſſe* præſupponunt, *comprehendere* volunt; & conceptibus utuntur, qui à rebus finitis deſumpti ſunt; & traducti ad ſimilitudinem infirmitatis humanæ: cum tamen nulla analogia detur inter finitum & infinitum, humanum atque divinum. Et ideo nobis diſplicet eorum inſtitutum & labor, qui myſteria *Trinitatis* aut exponere, aut vindicare ab objectionibus & contradictionibus conantur conceptibus tractis à rebus finitis, & quarum notionem & comprehenſionem habent. Nam præterquam quod conceptus rei finitæ nullum lumen ad diſtinctam rei infinitæ cognitionem acquirendam conferre poſſit, etiam *imperitiæ* & *imprudentiæ* eſt velle argumentis à rebus finitis deſumptis tueri rem infinitam & incomprehenſibilem; & cujus conſequenter diſtinctos & claros conceptus naturam rei complectentes, non habemus. Hoc enim tantundem eſt ac rei ignotæ explicationem aut defenſionem ſuſcipere: quod enim in infinito obſcurum eſt, rei ignotæ naturam induit: quale in myſterio Trinitatis eſt illud, *unum tantum Deum eſſe, quamvis Pater ſit Deus, Filius ſit Deus, & Spiritus Sanctus ſit Deus.* Eſt præterea etiam arrogantiæ, illud ponere tantum Deo *poſſibile* eſſe, quod clarè & diſtinctè cognoſcimus; illud *impoſſibile*, quod intellectu aſſequi non poſſumus. Cum ea ratione omne *infinitum* negandum foret; & etiam Deo detrahendum quod præcipue ſibi vindicat, ſc. ipſum *incomprehenſibilem* eſſe: unde ſequitur multa in Deo eſſe, & ab ipſo fieri poſſe, & facta eſſe, quæ quomodo fiant comprehendere non poſſumus: imo quæ nullo conceptu intelligi à nobis poſſunt, quare ſic & non aliter ſe habeant. Quale eſt quod Deus totam naturam *libere inſtituit*; atque quod ita fieri potuit ut *bis ter* non facerent *ſex*: quamvis à nobis non intelligatur, quomodo hæc aliter ſe habere poſſent, quam nunc ſe habent: hoc eſt quomodo potuerit fieri ut *bis ter* non facerent *ſex*. Quemadmodum enim ad id probandum ſufficit oſtendere nihil in genere entis eſſe poſſe, quod à Deo non pendeat; libereque ab ipſo Deo conſtitutum non ſit: quo poſito, manifeſte ſequitur non ſemper neceſſarium fuiſſe ut *bis ter* facerent *ſex*; (niſi velis contendere hoc univerſum eſſe de natura Dei) quamvis non tantum id non comprehendere, ſed ne quidem ullum conceptum formare poſſimus, quomodo ſe res aliter habere poſſit. Ita ſufficit nos textibus Scripturæ claris & apertis edoctos eſſe, Patrem eſſe Deum, Filium eſſe Deum, & Spiritum Sanctum eſſe Deum, hoc eſt *ens ſumme perfectum*, & tamen unum tantum eſſe *Deum*: quamvis nullo diſtincto conceptu concipere poſſimus quomodo hæc pugnent aut non pugnent. Quia quæ requiruntur ad illam cognitionem Deus obſcura eſſe voluit; neque in Scriptura de iis quicquam revelavit. Abſurdum autem eſt de iis aliquid affirmare aut negare, quod nec Deus *revelavit*, nec *intellectu aſſequimur*. Et Theologi, qui in hac reconciliatione induſtriam poſuerunt, præterquam quod ſæpe ampliorem hujus myſterii expoſitionem ſuſceperunt, quam Deus in Scriptura extare voluit; etiam verbis & phraſibus quædam de hoc myſterio enunciant, quæ nec concipiunt nec intelligunt, & quibus conſequenter nullus ſubjacet conceptus aut notio. Sic ex Scriptura ſcio Chriſtum tantum *unam perſonam* conſtituere; quomodo autem natura humana in Chriſto *perſonam non conſtituat* non cognoſco, quamvis non poſſim credere Chriſtum tantum *unam* eſſe perſonam, niſi concipiam quid ſit *una perſona*: quemadmodum non poſſum credere me eſſe liberum, actiones tamen à Deo ab æterno ordinatas eſſe, quin intellectu percipiam quid ſit *libertas*, quid *ordinatio* ab æterno. Quomodo autem

tem conciliatio inſtituenda ſit, qua manifeſtum fiat hanc præordinationem libertatem non tollere, non intelligo: neque de iis conceptum formare poſſum; nec de eo quicquam enuncio aut credo: & quicquid Doctores de his docent, id de fide non eſt. Quamvis credam utrumque verum eſſe; atque ita unum alterum non ſubvertere: Deum ſc. omnes meas actiones *præordinaſſe*, & me tamen libere operari; atque ita peculiari quodam modo *authorem* eſſe mearum actionum, & ob ipſas laudem aut opprobrium mereri. Neque putandum eſt me *libertatis* & *præordinationis* conceptum ſimul formare non poſſe, non magis quam *montem* imaginari non poſſum ſine *convalle*: nam claritas conceptuum, quos de utroque habeo, contrarium evincit; at repugnat claro conceptu montem concipere ſine convalle. Aliud autem eſt negare *præordinationem*, aut *libertatem* propter conſequentiarum abſurditatem: aliud *præordinationem* aut *libertatem* ſimul diſtincto conceptu concipere non poſſe. Neque illi, qui in exponendis myſteriis fidei plus quam par eſt ſibi indulgent, huic curioſitati & confidentiæ recte prætexunt, quod ad poſitionem alicujus myſterii fidei in ſacris revelati, extemplo ſequi videantur conſequentiæ, quæ illud myſterium contradictionibus & abſurditatibus implicant: à quibus illud ab orthodoxis liberari oportet, quo Sacræ Scripturæ & fidei ſarta tecta maneat authoritas. Nam cum illæ conſequentiæ aut à noſtris, aut ab adverſariis in medium allatæ, non ex Sacra Scriptura petantur, ſed à *ratione* humana finita, infirma, & multis erroribus obnoxia formentur, officium hominis Chriſtiani eſt *non ſapere ultra id quod ſcriptum eſt*: & credens id quod apertis Scripturæ verbis revelatur, ſeſe ſpeculationibus & conſequentiis non dare: cum abſurdum ſit velle de re conſequentias formare, quam ex *parte* & *confuſe* tantum cognoſcimus. Et ideo eorum agendi ratio in tractandis myſteriis fidei mihi placet, qui contenti Scripturæ verbis aut iis æquipollentibus nullum conceptum ſuperaddunt, qui pariter revelatus non eſt in Scriptura: & ita fides ſimplicior & firmior redditur; omniſque inventio humana ab ea arcetur. Sed de his ſatis.

---

## SECTIO SEPTIMA.

### *Quinta Regula.*

QUinta regula eſt, ut benè diſtinguamus quid ſub conceptu *rei poſitivæ*, quid ſub conceptu *negationis aut privationis* à nobis intelligatur. Et parum attenta conſideratio hujus rei tot errores in diſciplinas invexit; & præſertim in Theologiam, ut dubitem an ulla manifeſta & damnata hæreſis pluribus vitiis Theologiam infecerit: & qui rectius ſapuerunt, hacque diſtinctione legitime uſi ſunt, à calumniis vix ſe tutos præbere potuerunt. Sic quidem noſtro ſeculo is male audiit, qui docebat *Deum à ſe ipſo eſſe*, non *negative*, ut vulgus Theologorum, ſed *poſitive*: & qui ſe *infinitum* per *conceptus poſitivos apprehendere* dicebat. Cuivis tamen accurate attendenti notum eſt aliquid *poſitivum* eſſe debere, quod Deus *cauſa non indigeat ad ſubſiſtendum* quemadmodum creatura: *idque poſitivum eſſe ipſam ſufficientem, omnipotentem, & omnibus numeris completam Divinam naturam*: qua nihil magis poſitivum & reale comprehendi poteſt. Et cum comprehenſio finis alicujus rei, inferat ulterioris extenſionis, quæ res poſitiva eſt, *negationem*: infinitum autem apprehendatur ſub idea rei, *cujus realitatis* finis non eſt, certum & evidens eſt, infinitum ſub conceptu poſitivo apprehendi. Ita quidem craſſus eſt eorum error, qui peccatum aliquid *reale* eſſe crediderunt; aut aliquid poſitivi requiri ad ejus perpetrationem, iſque ortus eſt ex neglecta hujus diſtinctionis conſideratione: eſt enim peccatum *mera privatio*, cujus formalis ratio eſt *ab-*

*ſentia rei poſitivæ moralis*, quæ adeſſe & ineſſe debebat; eſtque adeo *purum nihil*, & *non ens*. At juſtitia, clementia, bonitas, ſanctitas ſunt aliquid: quæ autem his virtutibus contraria atque oppoſita ſunt *vitia*, non ut aliquid *poſitivum* intelligimus, quamvis rei poſitivæ inſint. Sic oculi mala conformatio, ex qua cœcitas aut luſcitio oritur, non eſt *privatio* aut aliquid *nihil*, ſed aliquid poſitivum, cauſaque indiget; nec minori cauſa quam bona oculorum conformatio: ambæ enim ſunt configurationes oculorum ortæ ex partium ſitu. Sed *abſentia rectæ viſionis* quæ debebat ineſſe, *privatio* vocatur; eſtque *nihil* neque *cauſa* indiget; & ſemper ex aliquo defectu oritur, qui defectus ſub idea *nihili* comprehenditur: quia conſideratur ut abſentia rei quæ debebat ineſſe. Sed de hac re alibi fuſius agitur. Neque putandum eſt virtutes non eſſe aliquid, quia *entia Phyſica* non ſunt: ens enim *morale* etiam eſt aliquid; & *leges* aliquid ſunt, quamvis tantum in intellectu legiſlatoris & eorum, qui eas intelligunt exiſtant. Talia enim *entia rationis* & aliquid ſunt, & cauſam requirunt; eoque excellentiorem, quo illud ens rationis & intellectuale perfectius eſt: idque non minus quam cognitio artificioſæ machinæ eſt *aliquid*, & cauſam requirit, quæ eam in intellectu noſtro produxit.

Ignorantia hujus rei cauſa extitit quare multi putarunt ſe rem poſitivam per *negationem* rei poſitivæ poſſe cognoſcere: majorem perfectionem per negationem ſimplicem: infinitum per negationem finiti: Dei ſummas perfectiones per noſtras imperfectiones: virtutes per vitia, quod idem eſt ac ſi dicerem me poſſe cognoſcere in picta tabula aliquid vitii eſſe; melioremque eam pingi poſſe; & aſſignare quid illi deſit, etiamſi nullam perfectioris tabulæ *ideam* in me habeam: & me poſſe vitia Latini ſermonis oſtendere in oratione, etiamſi elegantioris & perfectioris ſermonis plane rudis ſim. Et quaſi poſſum cognoſcere mihi aliquid deeſſe, licet in me *majoris perfectionis ideam non habeam*: *ſperare*, *deſiderare*, *velle*, *cupere*, nec tamen habere ideam rei me perfectioris. Dicere ferrum rude & impolitum artificioſam machinam non eſſe, & tamen ideam rei magis artificioſæ, quam rude ferrum eſt, non habere; aut ex rudis ferri idea formare ideam ferreæ machinæ, nec tamen ullum præſidium ad hanc ideam efficiendam habere, quam quod ex rudis ferri ſpeculatione parare mihi potui. Aut per negationem perfectionum in ferro, & quæ contra in artificioſa machina eſſe ſolent, negare ferrum non eſſe artificioſam machinam, nec tamen ante in ſe habere ideam machinæ perfectioris: aut aſſignare quid deſit in machina, nec tamen aliquid perfectius cognoſcere. Dicere nec in homine, neque in angelo ſat perfectionum eſſe ut Deus ſint: aut perfectiones ita in immenſum augere, ut concedere teneamur earum nullam creaturam capacem eſſe; nec amplius creaturæ nomine venire debere, & tamen neſcire quales, quantæ, & quot perfectiones in Deo requiruntur. Aut negare nos ideam Dei habere: aut ſtatuere nos illam ideam à creaturis hauſiſſe: defectus angeli & hominis aſſignare, nullas tamen majores perfectiones cognoſcere; aut ex imperfectionibus, quæ in utroque ſunt, colligere perfectiones ſummas. Formare *ideam* entis ſumme perfecti, neque ad illam formandam aliud præſidii habere, quam quod parari poteſt ex ente multis perfectionibus deſtituto. Ut hinc ſe manifeſtet imperitia eorum, qui ideam entis ſumme perfecti, Dei ſc. ſe à creaturis hauſiſſe putant; aut ſe infinitum cognoſcere per finitum, aut per negationem finiti: cum ex adverſo finitum non cognoſceremus niſi ex præcedente cognitione *infiniti*. Non poſſum enim ſcire ſummè perfectum ex re finita & non ſumme perfecta: neque ſcire poſſum re finita aliquid perfectius, niſi perfectioris ideam habeam.

am. Et pravi hi conceptus ex eo, ut jam dixi, oriuntur, quod non attendunt quid per poſitivum, quid per negativum conceptum intelligerent. Et ille error quoſdam eo provexit, ut negarent nos *ens infinitum per poſitivum conceptum intelligere: quod eſt Dei cognitionem ex hominum animis evellere*: nam qui Deum eo uſque tantum cognoſcit, quod ſciat eum non eſſe *creaturam*, is revera nihil de Deo cognoſcit. Si nihil aliud de auro cognoſco, quam quod non ſit plumbum, revera aurum non cognoſco. Quamquam, quod inſuper notandum, nullus ſcire poteſt *creaturam Deum non eſſe*, niſi qui cognoſcit in idea Dei contineri perfectionem, cujus creatura capax non eſt; atque ita reipſa Deus per poſitivum conceptum cognoſcitur.

Qui igitur hac regulâ bene uti vult, oportet ſeſe exerceat in explorando quantum realitatis in unaquaque re ſit: & quid ſub ratione entis, quid ſub ratione non entis conſideret. Sic quidem comperimus in ſubſtantia plus realitatis eſſe quam in modo: in re exiſtente, quam ea quæ non exiſtit: in re phyſica, quam morali: in ente reali, quam in eo quod intellectuale eſſe tantum poſſidet: plus realitatis in Deo, quam in creatura eſſe: in infinito, quam in finito: qua enim proportione creatura Deo inferior, eadem proportione creatura minus realitatis poſſidet: omnis enim perfectio eſt aliquid. Et ideo plus realitatis in probo quam improbo: virtus enim etiam aliquid eſt, eamque per conceptum poſitivum cognoſcimus. Et mirandum, cum de mente noſtra tot res poſitivas per poſitivum conceptum cognoſcimus, quales ſunt, velle, nolle, intelligere, ſentire, imaginari, affirmare, negare, ſpiritus movere, &c. Philoſophos tamen docuiſſe, nos mentem & naturam ſpiritus tantum per conceptum negativum cognoſcere: & docuiſſe materialia facilius cognitu ſpiritualibus; cum vix de ullo corpore tot proprietates cognoſcamus, quot de mente noſtra. Idem fortiori ratione de Deo aſſeritur: cum quicquid poſitivum mente & intellectione aſſequi poſſumus, formaliter aut eminenter in numine eſſe præſupponimus; neque ob aliam cauſam angelum aut hominem Deum eſſe negamus, quam quod aliquot perfectiones iis deſunt. At omnis perfectio eſt aliquid *poſitivum*. Cum autem ad naturam coloris, ſaporis, ſonorum, caloris, & frigoris attendimus, in iis tam parum realitatis & poſitivi ſe manifeſtat, ut dubitemus an eorum idea, ſive conceptus mentis, nobis aliquid poſitivi repræſentet. Quod in idea frigoris ſe prodit; nam etiam docti vix plus realitatis in calore quam in frigore concipiunt: idem dico de motu & quiete. Et cum comparatio inſtituitur inter hujuſmodi entia, & ea quæ multum *realitatis* poſſident, tunc clarè percipimus quomodo idea entium *realium* ab idea *nihili* diſtinguatur: quod uſu & experientia quivis addiſcet. Et inde cognoſcere licet ideam Dei *materialiter* falſam non eſſe, hoc eſt, nos non falli, cum Deum aliquid poſitivum eſſe putamus: quemadmodum fallimur cum frigus, aut *indifferentiam in voluntate*, ut aliquid poſitivum conſideramus: *quia idea Dei clara eſt & diſtincta, & plus realitatis objectivæ continet quam ulla alia.*

---

## Sectio Octava.

### *Sexta Regula.*

Sexta regula & cautio eſt, ut inter ſenſationem, imaginationem & intellectionem benè diſtinguamus. Ex hujus diſtinctionis ignorantia natus error, qui tamen in ſcholis longè obtinuit, tanquam verum axioma eſſet, nihil eſſe in *intellectu* quod antea non fuerit in ſenſu: putabantque id tantum à nobis *percipi*, & *concipi*, quod *imaginatione* menti ingerebatur. Et cum imaginatione nihil niſi corporeum concipiatur, (ejus enim formalis ratio conſi-

ſtit

ſtit in applicatione mentis ad ſpeciem, quæ ſit corpus, & ideo imaginatio corporis qualitates menti ingerit) ideo exiſtimarunt ſpiritus ejuſque proprietates à nobis *poſitivo* conceptu non percipi. Et illa ignorantia multos eo uſque impulit, ut negarent etiam id *corporeum* ullo poſitivo conceptu intelligi, quod *imaginatione* nobis repræſentare non poteramus: quamvis ipſi multas veritates & realia attributa de tali corpore demonſtrarent; quod de re de qua tantum *negativum conceptum* habemus, fieri non poteſt. Cæcus qui colores non novit, nullas tales *proprietates* de colore demonſtrabit, quæ tantum oculorum aut viſus ope cognoſcuntur. Imo quia *imaginatione* ſubſtantiam ſpiritualem concipere non poterant; putabantque id omne impoſſibile, quod ſuis conceptibus, imaginationis ope acquiſitis, repugnabat, negarunt ullam dari *ſpiritualem ſubſtantiam*. Et quamvis de chiliogono multa poſſent demonſtrare realia attributa, tamen quia illud imaginatione aſſequi, ſibique repræſentare non poterant, dixerunt nos *chiliogoni* nullum poſitivum conceptum habere. Et ante aliquot annos, antequam accuratior philoſophandi ratio illuxit, monſtroſum Philoſophis viſum fuit, docere nos ſpiritum per conceptus mentis poſitivos concipere, & declarare in qua re formalis ſpiritus ratio conſiſtat, ſc. in cogitatione. Poſtea tamen rei evidentiâ convicti; & ſequentes novam philoſophandi methodum, dixerunt naturam ſpiritus, & ejus rationem formalem conſiſtere in rationalitate; confitentes ita ſe ſpiritum per conceptum rei poſitivæ intelligere. Cum autem negarent nos aliter intelligere poſſe naturam mentis, quam ſub ratione *ſubtilis venti*, aut *halitus*, illius erroris cauſa fuit, quod *imaginatione* utebantur quando *mentis naturam* intueri volebant; cum tamen pura intellectione mens eam tantum aſſequatur. Ut autem craſſa minerva depingam (accuratior enim expoſitio in capite de mente humana tradetur) quid ſit ſenſatio, quid imaginatio, quid intellectio, pauca addam. Cum aliquid guſtas, audis, vides, calorem, dolorem ſentis, olfacis, tunc *ſenſationis* actus exeritur. Cum autem tibi repræſentare vis *quid & quomodo* aliquid guſtaveris, audieris, videris, dolorem aut calorem ſenſeris, tunc *imaginatione* uteris. Quando autem concipis aliquid, in quo nec corpus, nec corporis affectio, quæ omnia *ſenſibus* & *imaginatione tantum* percipiuntur, comparet, tunc *intellectio* operandi vices ſibi vindicat. Cum concipio, nihil eſſe poſſe & non eſſe: non entis non eſſe attributa: juſtitiam eſſe ſuum cuique tribuere: quid ſit velle, affirmare, negare &c. tunc intelligo. At quoties in hac intellectione intercurrit conſideratio, aut repræſentatio rei materialis, tunc imaginatio cum intellectione mixta eſt; idque ut plurimum fit, & incogitanti iſta imaginatio obrepit: & mens facillime ſe applicat ad uſum facultatis imaginatricis, quia teneris annis ſenſatione & imaginatione ut plurimum uſi ſumus, intellectione raro; & ut plurimum nobis non advertentibus.

Puræ intellectionis exemplum & experimentum capere licet, cum mentem noſtram contemplamur, neque ullius corporis aut affectionis corporis cogitationem excitamus: quod à nobis præſtari cognoſcemus ex hoc ſigno, præter alia, quod nullis indiciis eo momento cognoſcere poſſimus, ubinam illa mens, quæ ita ſe ipſam contemplatur, ſit aut exiſtat in corpore, & num ſit extra corpus? Quemadmodum id evenit *Paulo*, qui inenarrabilia contemplatus in cœlis neſcivit an tunc mens ſua in cœlis an in corpore fuerit: unde ſaltem ex Scriptura refutatur illorum error, qui mentis formalem rationem conſtituunt in idea corporis actu exiſtentis. Carebat ſaltem Apoſtolus tunc temporis illa idea ſui corporis actu præſentis: non enim ignoraſſet utrum illa auguſta viſio ipſi contigerit in corpore an extra corpus. Sed ad rem. Mens itaque quando verſatur in contemplatione rei omnino ſpiritualis, & pura

pura intellectione utitur, ignorat ubi eſt; quamvis imaginatrice & ſenſitiva facultate intercurrente, ſingulis momentis experimur in nobis mentem noſtram corpori noſtro conjunctam eſſe: quatenus mens facultatibus, quæ ſine inſtrumentis *corporeis non* fiunt, utens, cognoſcit ſe corporis illius parti adeſſe, à cujus affectionibus tantopere patitur; quaque utitur, cum ſentit & imaginatur. Inde etiam imaginationem ab intellectione licet diſcernere, quod in imaginatione opus eſt aliquo *conatu*; ſæpeque ſentimus nos à corporis & ſpirituum temperie atque motu multum impediri, quominus tam nitide & diſtincte per imaginationem nobis res repræſentemus: at in intellectione nullam contentionem aut niſum adhibemus; & ſemper æque facile intelligimus, ac volumus: quia tunc mens in iſtis operationibus plane à corpore ſejuncta eſt. Quod autem meditando fatigamur, id evenit, quia ea ſine imaginatione non perficitur; & ſæpius eâ quam purâ intellectione utimur.

Porro quandoquidem ſenſatione & imaginatione nil niſi materiale cognoſcamus, inde manifeſtum eſt omnium aliarum rerum, quæ materiales non ſunt, ideas menti *à creatione* inditas: quomodo enim aliter menti inſiderent? Cum autem illas ideas menti à prima ſua origine inditas affirmo, non intelligo illas *actu* in mente exiſtere, & *cogitationi præſentes* eſſe: ſed ſtatuo menti à Deo conceſſam facultatem tales ideas in ſe excitandi & *faciendi*. Ita quidem ideam mentis meæ, etiam *Dei*, ſenſibus non hauſi: imo ne quidem ideam ſubſtantiæ cujuſcunque traxi à ſenſibus. Cum enim ſubſtantia ipſa per ſe non incurrat in ſenſus, ſed modis, attributis, & accidentibus ſe tantum ſenſibilem præbeat, idea ſubſtantiæ ſenſibus acquiſita eſſe non poteſt. Imo ſi rem æqua judicii lance perpendamus, ne hominis quidem aut ceræ v. gr. naturam *ſenſatione* percepimus, ſed *intellectione* aſſecuti ſumus: non enim corporis *externa*, & quæ ſenſuum objecta ſunt, hominem faciunt; ſed ejus natura conſiſtit in eo, quod intellectus de eo concipit ex occaſione oblati humani corporis: non itaque video homines, ſed judico eſſe hominem. Neque ceræ natura conſiſtit in quibusdam externis proprietatibus, quæ in ſenſus incurrunt, quæque omnes ab ea ſeparari poſſunt: ſed in eo quod intellectu percipitur, & quod imaginari non poteſt: illud enim *flexibile* & *imaginabile* in cera, non imaginatione ſed intellectu percipitur. Idem dico de extenſione in genere, in qua extenſione corporis formalis ratio conſiſtit. Horum omnium perceptio, non viſio, non tactio, non imaginatio eſt, ſed ſolius mentis inſpectio. Imo, quod multis mirum videbitur, ipſas figuras mathematicas, v. gr. *rectam lineam* ſenſu non hauſimus, ſed eam à prima nativitate menti inditam habemus: quia nulla vera recta linea à mathematicis, aut ullis hominibus depicta eſt; & ideo per ſenſus idea lineæ rectæ in mentem non venit.

## SECTIO NONA.
### *Septima Regula.*

Septima regula eſt, ut bene diſtinguamus inter ea quæ ſenſui, & ea quæ rationi attribuenda ſunt: ut autem hæc, quæ mihi maximi videntur momenti, dilucidè explicentur, tres gradus in ſenſu diſtinguendos puto; quorum tamen tertius & ultimus propriè non ſenſus ſed rationis eſt: dico tamen illum gradum in ſenſu eſſe, quia vulgus illam mentis operationem *ſenſibus*, non *rationi* tribuit. Ad primum gradum ſenſus pertinet tantum illud, quo immediatè organum corporeum afficitur ab objectis externis; quodque nihil aliud eſſe poteſt quàm motus particularum iſtius organi, & figuræ ac ſitus mutatio ex illo motu procedens: eſtque ille gradus in ſenſu nobis communis cum brutis. Secundus continet id omne quod immediate reſul-

ſultat in mente noſtra ex eo, quod organo corporeo ſic affecto, unita eſt: & tales ſunt perceptiones doloris, titillationis, ſitis, famis, coloris, ſoni, ſaporis, odoris, caloris, frigoris & ſimilium; quas oriri ex *unione ſubſtantiali* mentis cum corpore dicimus. Et cum hoc gradu ſenſationis beſtiæ nihil habent commune. Tertius denique gradus comprehendit omnia illa judicia, quæ occaſione motuum organi corporei de rebus extra mentem poſitis facere conſuevimus.

Hos tres gradus exemplo illuſtrabo: cum baculum video, non putandum eſt aliquas ſpecies intentionales ab ipſo baculo ad oculum advolare, ſed tantum radios luminis ex iſto baculo reflexos, quoſdam motus in nervo optico, & illo mediante, etiam in cerebro excitare. Sicut Clariſſimus *Carteſius* id in ſuis Dioptricis prolixe explicuit. Et hic eſt primus gradus ſenſus, quem jam diximus bruta cum hominibus communem habere. Ex hoc ſequitur ſecundus, qui ad ſolam coloris luminiſve ex baculo reflexi perceptionem ſe extendit: oriturque ex eo quod mens cerebro tam intime conjuncta eſt, ut à motibus qui in ipſo fiunt, *afficiatur*. Et hic eſt ſecundus gradus, hominibuſque, qui tantum cogitant, proprius: ſoletque vulgus hunc gradum ſenſum vocare; & ſenſu hauſtum, quicquid hac ratione mens de rebus cognoſcit ac judicat. Et in his duobus ſenſus gradibus nulla falſitas eſſe poteſt. Quod autem ex iſto coloris ſenſu (ut tertium gradum explicem) quo afficior, judico baculum extra me poſitum eſſe coloratum: itemque quod ex iſtius coloris extenſione, terminatione, ac ſitus revelatione ad partes cerebri, de ejuſdem baculi *magnitudine* ac *diſtantia* judico, id *rationi* tribuendum eſt non ſimplici ſenſui. Magnitudo enim, diſtantia & figura per ſolam ratiocinationem unum ex alio ducentem cognoſcitur. At omnes conſentiunt ratiocinationem, *rationis* non *ſenſus* opus eſſe. Solet autem vulgus hujuſmodi operationes mentis ſimplici perceptioni & ſenſui tribuere: nempe quia de iis tam celeriter, quia à pueris iſti mentis operationi aſſueti ſumus, ratiocinamur & judicamus: aut potius judiciorum, jam olim à nobis de rebus ſimilibus factorum, recordamur; ut has operationes à ſimplici perceptione & ſenſu non diſtinguamus. Ea autem de quibus nunc primum, propterea quod nova quædam animadvertimus, judicamus, rationi non *ſimplici perceptioni* & *ſenſui* tribuimus: de quibus autem id nunc judicamus, quod à prima ætate judicavimus, licet *ratiocinando* tale judicium formavimus) ea ſenſus & ſimplicis perceptionis operatione nos judicare putamus: quia de talibus judicium inſtituitur, quæ in ſenſus incurrunt; neque animadvertimus nos propter conſiderationem novæ alicujus rei, quam in tenella ætate non intelleximus, priſtino judicio inhærere.

Ex quibus manifeſtum eſt infinita rationi tribuenda eſſe, quæ vulgus *ſenſus perceptioni* tribuit; eaque ignorantia præcipuam erroris cauſam præbuit, quo exiſtimarunt & *ſenſum errare*, & *prave* aliquid percipere: & ita multa ſenſibus attribuerunt quæ rationi attribuenda erant. Cum itaque baculum aquæ immerſum, curvum video & percipio, id *ſenſu* & *ſimplici perceptione* fit: cum autem illum curvum judico, id fit *ratione*: quemadmodum jam diximus de omni ſitu, figura & magnitudine *ratiocinatione præcedente* judicari. Si baculum curvum eſſe judico, utor malâ ratiocinatione, maleque judico: ſi rectum, utor bonâ ratiocinatione, recteque judico: & ambæ illæ operationes rationi non ſenſui attribuendæ ſunt. Solemus autem operationem mentis, qua baculum rectum eſſe judicamus, cum ante in tenella ætate eum curvum eſſe judicaremus, *rationi* non *ſenſui* tribuere; eam autem qua curvum judicavimus ſenſui, non rationi: quia in puerili ætate tam celeriter ratiocinatione uſi ſumus, ut has *rationis* operationes à ſimplici ſenſu non diſtinxerimus. Poſtea vero, quia meminimus nos propter novam ali-

aliquam animadverſionem, prius judicium mutaviſſe; & nos jam aliter judicamus, ſolemus illam mentis operationem rationi tribuere. Et hæc eſt etiam cauſa quare dicere ſolemus infantes *ratione carere*, *ſenſuque tantum uti*; cum tamen in plurimis ratiocinentur.

Et cum docemus *intellectus* certitudinem *ſenſuum* certitudine longe majorem eſſe, nihil aliud iis ſignificatum volumus quam ea judicia, quæ jam provecta ætate ob novas aliquas animadverſiones facimus, *certiora* eſſe iis, quæ à prima infantia, & abſque ulla attenta cogitatione formavimus: ita ut *rationem* eo loquendi modo infantibus & pueris non detrahamus. Cum itaque dicimus baculum apparere fractum in aqua ob refractionem, idem eſt, ac ſi diceretur: *eo modo eum nobis apparere, ex quo infans judicaret baculum fractum eſſe*; & *ex quo etiam nos ſecundum præjudicia, quibus ab ineunte ætate aſſuevimus, idem judicaremus, niſi ratione & uſu docti illud judicium nunc corrigendum eſſe ſciremus.* Judicavit itaque infans *ratione*, non *ſimplici ſenſu* utens: & cauſa erroris fuit in infante non ſenſuum fallacia, ſed *voluntas* judicium de re ferens, ad quod proferendum non ſat rationum & argumentorum habebat. Quamdiu autem infans, aut homo provectioris ætatis refert ideam, quam de baculo aquæ immerſo habet, non ad baculum extra ſe exiſtentem, quaſi ei foret conformis, ſed ſubſiſtit in ſenſu & perceptione *ſimplici*, nunquam in illa operatione mentis error comparet; aut in illa *ſenſus actione* ſedem habere poteſt: oculus enim non minus clare percipit baculum curvum, quam cœlum, terram & ſidera: neque unquam falſus ea in re eſſe poteſt; nempe talium rerum ideas in mente verſari, eique præſentes eſſe: ſed error oritur cum aut propter conſuetudinem judicandi, aut propter rationes infirmas, alia præterea de iis judicamus, quæ neque in iis ſunt, neque propter iſtas ideas recte rebus tribuuntur, ſtatuentes v. gr. terram planam, ſidera faculam, cœlum convexum eſſe, &c. Neque putandum eſt, nos *lumine naturali doceri*; aut propenſionem quandam naturalem, & à Deo profectam in nobis eſſe, propter quam ad præſentiam hujuſmodi ideæ tale judicium formare debeamus; atque quod ita nullus noſtræ voluntatis abuſus in eo ſit. Nam quamvis ſtella, v. gr. non magis oculum meum afficiat, quam ignis exiguæ facis; ejuſque exilitatis ideam in mente claram habeam; neque eâ in re unquam falſus eſſe poſſim, non ideo tamen in me realis & poſitiva propenſio datur, ad credendum illam non eſſe majorem: ſed hoc ſine ratione ab ineunte ætate judicavi. Ferimur equidem aliquo ſpontaneo impetu ad tale judicium proferendum: ſed aliud eſt *ſpontaneo impetu* ferri ad aliquid judicandum; aliud *lumine naturali* doceri tale judicium de re formandum eſſe. Spontaneus ille impetus oritur ex illa conſtitutione voluntatis, quâ lubenter judicat; & proficiſcitur etiam à cupiditate illa aſſequendę veritatis, quę in omnibus hominibus eſt: ſed cum plurimi ignorent quo pacto veritas comparetur, etiam de iis quæ non bene ſciunt, judicium ferunt: & ideo impetu quodam rapimur ad ferenda quædam de rebus judicia, fermè eodem modo, quemadmodum impetu impellimur in partem deteriorem, quando de bono eligendo agitur. Sic quaſi impetu incitamur ad judicandum ideam caloris, doloris, &c. ſimilem eſſe illi motui in corpore, cujus occaſione tales ideæ in mente excitantur. Ita irâ, odio, aut vindicta impulſi libenter vitia, quæ de inimicis narrantur, illis tribuimus, & calumniis facile fidem habemus. Suntque illi impetus eo majores, quo aut hujuſmodi pravi affectus vehementiores in nobis ſunt, aut ideæ majorem errandi cauſam atque occaſionem præbent. Non omnes enim ideæ in hoc ſibi pares & ſimiles ſunt: idea *frigoris* præbet majorem occaſionem judicandi, frigus eſſe aliquid reale & poſitivum, quam præ-

bet idea tenebrarum.

Sunt qui, ſicut falſo arbitrantur nos ex ſolo ſenſu judicare baculum in aqua eſſe curvum, ita judicant illum errorem non *ratione* corrigi, ſed ſenſu, *tactu* videlicet: ſed falluntur. Nam quamvis ex *tactu* baculum rectum judicemus; idque eo judicandi modo, cui ex infantia aſſueti ſumus; quique idcirco ſenſus vocatur, hoc tamen non ſufficit ad errorem viſus emendandum, ſed inſuper opus eſt ut aliquam rationem habeamus, quæ nos doceat, credendum eſſe hac de re judicio ex ſenſu *tactu* potius quam ex *viſu* elicito: quæ ratio cum in nobis ab infantia non fuerit, non *ſenſui* ſed tantum *rationi* eſt tribuenda. Ex quibus liquet pleraque judicia niti, non eo quod *ſenſu* hauſimus, ſed eo quod *ratione* ſumus aſſecuti: hoc eſt, veritatibus, axiomatibus, rebus concluſis, & judicatis, &c. quæ cognoſcimus *lumine naturali menti inſito*; & quæ judicia longe certiora iis ducimus quam quæ nituntur ſenſibus. Quemadmodum in prolato exemplo liquet, in quo judicium quod *ſenſu* niti putatur, emendatur & corrigitur judicio quod *ratione* nititur. Sed perelegans & facem egregie ſubminiſtrans exemplum habemus in ſole & aſtris; quorum duas diverſas ideas illi habent, qui digitis Aſtronomiam tantùm attigerunt: unam *ſenſu viſus* hauſtam, qua ſolem & aſtra videmus & percipimus tanquam parva luminaria: alteram *intellectu* & *ratione* collectam, quâ iſtæc aſtra multoties terra majora eſſe intelligimus. Et ratio perſuadet illam ideam ſoli & aſtris quam maxime diſſimilem eſſe, quæ quam proximè à ſenſibus emanavit. Et ſic eundo per ſingula, in proclivi eſſet oſtendere ideas, quas tanquam per ſenſus formamus, frequenter rebus diſſimiles eſſe; quas autem ratione colligimus, ſemper iis ſimiles eſſe, multoque certiorem gignere cognitionem. Et hæc eſt ratio quare ſenſuum judicio non ita temere ſtandum ſit, ſed rationem adhibendam, qua res per ſenſus hauſtæ judicentur & æſtimentur. At nulla alia facultas eſt, quam *ratio* ſive *lumen naturale*, cui tutius fidam: quod lumen non ſenſuum beneficio hauſi, ſed mihi à Deo inditum eſt.

Ex quibus etiam conficitur ea, quæ intellectu atque ratione judicantur & cognoſcuntur, certam cognitionem & perſuaſionem, quæ nullo dubio labefactari poſſit, gignere: quia judicia quæ ſolo ſenſu nituntur, dubia reddi poſſunt; nec quicquam certi ex iis concludi poteſt, ſi ad rationis lancem appenſa non fuerint. At contra nullus unquam deceptus fuit in iis, quæ clare ſe ſcire credebat; quando claritatem ſuæ perceptionis à ſolo intellectu petiit. Sed is ſæpius fuit impoſitus, qui eandem deſumpſit à ſenſibus, vel à præjudiciis: aut qui contentus *clara* perceptione alicujus rei, *diſtinctam* inſuper non habebat; judicans in rebus plus eſſe, quam *clare* & *diſtincte* cognoſcebat. Qui *clare*, v. gr. dolorem aut calorem ſentiens in brachio, hoc eſt, habens *cogitationem* ſe in brachio dolorem aut calorem ſentire, & inde ilico judicat & brachium ſe habere & in eo dolorem eſſe; eumque ideæ, quam in mente habet, ſimilem, (quod certe diſtincte non intelligebat) is ſæpe fallitur, ſibique imponit: ſunt enim reperti quibus brachium amputatum erat, & tamen ſe in eo dolorem, quaſi corpori adhuc adhæreret, ſentire putabant. Sic ſonos, colores, tactiles qualitates multi *clare* percipiunt, ſed non *diſtincte*: imo illa tam confuſe à nobis cognoſcuntur, vel potius cogitantur, ut ferme ignoremus an ſint aliquid *poſitivum*; & an ideæ illæ *materialiter* non ſint falſæ, quemadmodum idea frigoris. Ex adverſo *magnitudinem*, hoc eſt, *extenſionem* in longum, latum & profundum, *figuram*, quæ ex terminatione magnitudinis oritur, *ſitum*, *motum*, *ſubſtantiam*, *durationem*, *numerum* clare & diſtincte cognoſcimus. Hoc præterea monendum, pauciſſima eſſe, quæ *ſenſibus* percipimus: ſicut patet ex ceræ & hominis

nis exemplo, quæ non *oculis*, aut *ſenſibus* externis percipimus, ſed *mente intelligimus*. Prætereo quod res, earumque affectiones, quæ ſenſibus non percipiuntur, quales ſunt *Deus* & *mens noſtra*, multo clarius demonſtrentur teſtimoniis & argumentis non hauſtis à ſenſibus, quam corpus & ejus affectiones; earumque exiſtentia & natura, quæ quidem in ſenſus cadunt, iiſque judicantur. Quanto clarius demonſtratur me cogitantem exiſtere, quam rem quam cogito me videre, exiſtere. Quamvis itaque nemo unquam ſanæ mentis ſerio dubitaverit eſſe aliquem mundum, & homines habere corpora, & ſimilia: rationes tamen, quibus rerum materialium exiſtentia poſſit concludi, non ſunt tam manifeſtæ & perſpicuæ, atque in medio poſitæ, quam eæ per quas in mentis noſtræ & Dei cognitionem pervenimus. Plura jam non addam, quia in ſequentibus de iis omnibus amplior ſermo habebitur: neque in præſentia aliud noſtrum inſtitutum eſt, quam prælibamentum quoddam dare eorum, quæ hactenus in medium adduximus; ut ita animus lectoris appararetur ad ea, quæ in poſterum dicturi ſumus, facilius comprehendenda. Nunc ad ea examinanda progredimur, quæ in Metaphyſica vulgo tractantur: quod compendio facere propoſuimus, iis omnibus tacitis prætereitis, aut obiter tantum eorum mentione factâ, quæ ab aliis recte ac bene conſtituta ſunt.

## SECTIO DECIMA.

### *De Ente in genere.*

Nominis Entis latior & ſtrictior ſignificatio atque uſurpatio eſt: latius ſumitur pro omni eo, de quo aliquid affirmari aut negari, aut de quo aliquis conceptus formari poſſit; & ſic *nihil*, *privationes*, & *negationes entis* nomine comprehenduntur. Sic dicimus non entis nulla eſſe accidentia: & privationem eſſe abſentiam *rei*, quæ debebat ineſſe. Strictior & propria entis uſurpatio eſt, cum aliquid *poſitivum* denotat; & in hac ſignificatione *nihil*, *privationibus*, & *negationibus* opponitur: ita perfectionis abſentia quæ debebat ineſſe, & majoris perfectionis, quæ tamen non ineſſe debebat, negatio ſunt *non entia* & *nihil*. Porro quicquid ideâ rei poſitivæ percipitur, aut eſt *ſubſtantia*, aut *modus*, aut *qualitas* & *attributum* ſubſtantiæ, aut æterna veritas & *ens morale*; quale eſt ex. gr. *juſtitia*, *veritas*, *clementia*, *&c*: eſt enim iſtarum virtutum *vera* natura, quæ aliquid poſitivum eſt; quemadmodum contra vitiorum iis virtutibus oppoſita *nulla* natura eſt, ſed ſunt *nihil* & privationes, & ideo per ſe non cognoſcuntur. Eſtque iſtarum virtutum tam vera & realis natura, quam hominis aut bruti. Quamvis autem *ens* hac ſignificatione ſumptum, ſit aliquid *poſitivum* & reale, in omni tamen ente non eſt par & æqualis realitas: in *ſubſtantia* enim plus realitatis percipimus quam in modo; in ente *phyſico* plus realitatis eſt quam in ente *morali*. Et res quæ exiſtit plus realitatis habet, quam ea quæ non exiſtit: & ea quæ exiſtit *per ſe*, plus realitatis continet, quam ea, quæ ad exiſtendum alterius ope indiget. Et quo res minus realitatis poſſidet, eo plus de nihilo participat: quemadmodum res quo plus realitatis poſſidet, eo eſt perfectior: & ideo illa res tantum perfectiſſima eſt, quæ *formaliter* aut *eminenter* poſſidet, quicquid idea rei poſitivæ concipi poteſt; idque lumine naturali notum eſt: nullus enim *Deum* ſub idea modi, *accidentis* aut *qualitatis* ſibi repræſentavit: neque quiſquam unquam dubitavit, quin plus realitatis poſſideret id quod per ſe, quam id quod per alterius præſidium ſubſiſtit. Ita ut per ſe notum ſit Deum non *negative*, ſed *poſitive* à ſeipſo eſſe: quemadmodum id aliquid *poſitivum* eſt in ſubſtantia creata, quod alia ſubſtantia, ſicut modi &

di & accidentia, non indiget ad exiſtendum: & in tantum plus de nihilo participat accidens quam ſubſtantia, quatenus illud ſubſtantia indiget ad ſui exiſtentiam: quemadmodum propter eandem rationem ipſa ſubſtantia creata de nihilo participat, quia increatâ indiget ad ſubſiſtendum & exiſtendum: illa enim αὐτάρκεια, & qua Deus ſibi ſufficit ad ſubſiſtendum, nulli creaturæ communicata fuit. Unde rectè concluditur ad creaturarum annihilationem requiri tantum ſubſtractionem virtutis Divinæ, non productionem alicujus novæ virtutis. Pari ratione per ſe notum eſt eum, qui poteſt producere ſubſtantiam ex nihilo, etiam accidens poſſe producere: qui enim poteſt majus etiam minus poteſt; nempe in eodem cauſandi genere: qui ſibi poteſt largiri eſſe ſubſtantiale, etiam ſubſtantiæ perfectiones, quæ tantum ſunt *accidentia* & *modi* ſubſtantiæ, ſibi largiri poteſt: qui poteſt ex nihilo producere materiam & corpus, ex quo artifex *globum* conficit, facile etiam *globum* conficere poteſt: qui eſt author ſui eſſe, etiam ſibi largitus fuiſſet omnes perfectiones, quas cognoſcit; quia facilius eſt ſibi dare *perfectiones* ſubſtantiæ, qui tantum modi ſunt & qualitates, quam eſſe ſubſtantiale, quod plus realitatis in ſe complectitur. Et hæc præcipua ratio eſt quæ mihi perſuadet mentes noſtras non eſſe ex traduce; quia tunc parentes eſſent productores, vel *potius creatores* ſubſtantiæ; qualem vim in nobis non experimur: *cum tamen ultro ſe prodant* virtutes mentis noſtræ, eaſque in nobis experimur, quoties illas *excitare* & exerere volumus: quemadmodum etiam nullus in ſe experitur virtutem ſe producendi aut conſervandi. At quomodo aliquid poteſt producere aliud, quod ipſum in ſe illud aliud nec *formaliter* nec *eminenter* continet? Illud aliud tunc à *nihilo* produceretur. Sed iſtum ſermonem in præſentia ulterius non ingrediar; cum alibi ea tractentur commodius. Hæc itaque de *ente* & *gradibus entis*, in genere dicta ſufficiant.

## SECTIO UNDECIMA.

### *De uno & pluribus: ſimplici & compoſito; & de diverſis diſtinctionibus.*

GEneraliſſimæ entis affectiones, & quæ omni enti conveniunt, ſunt *unum*, *verum*, *bonum*. Quicquid à mente ut aliquid poſitivum concipitur, id ut aliquid præſens, atque eo modo ut exiſtens, ipſi menti objicitur: hoc eſt, in omnis rei idea ſive conceptu continetur *exiſtentia*, ſive *poſſibilis* ſive *neceſſaria*: quia nihil poſſumus concipere niſi ſub ratione exiſtentis; quod quivis in ſe experiri poteſt. At quamvis res creatas nunquam intelligamus, niſi tanquam *exiſtentes*; non tamen inde ſequitur eas exiſtere, ſed tantum eas poſſe exiſtere: quia intelligimus non eſſe neceſſe ut actualis exiſtentia cum aliis ipſarum proprietatibus conjuncta ſit. At in Deo non poſſum per *claram* & *diſtinctam* operationem intellectus dividere eſſentiam ab exiſtentia: & cum conſidero leonem exiſtentem, non conſidero veram & immutabilem naturam; quia non eſt de eſſentia leonis quod exiſtat: at eſt de natura & eſſentia Dei quod exiſtat. Et quamvis intelligam etiam in idea corporis ſumme perfecti contineri exiſtentiam, quia major perfectio eſt eſſe in re & in intellectu, quam eſſe in intellectu tantum: non poſſum tamen inde concludere illud corpus ſumme perfectum exiſtere. Satis enim intelligo iſtam ideam corporis ſumme perfecti à meo intellectu, omnes corporis perfectiones in unum conferente, eſſe conflatam; adeoque illam naturam non eſſe *neceſſariam*, ſed *contingentem*. Quemadmodum illud complexum, *homo eruditus*, *homo probus*, *homo æger*, *homo actu exiſtens* non ſunt naturæ neceſſariæ: non pertinet enim ad eſſentiam hominis quod ſit *eruditus*, *probus*, *æger*, aut *actu exiſtens*.

Quam-

Quamvis itaque omnes rerum eſſentiæ, atque ideæ, quæ eſſentiam repræſentant, ſint indiviſibiles, quarum ſi quid addatur aut detrahatur, protinus etiam eſſentia deſtruitur, & idea fit alterius rei idea; non tamen omnes ideæ repræſentant *naturam neceſſariam*. Cum mihi repræſento, v. gr. *hominem eruditum*, non poſſum quidem eruditionem ab illo homine ſeparare, & tamen habere ideam *hominis eruditi*; non eſt tamen idea *hominis eruditi* idea rei neceſſariæ: poſſum enim per claram & diſtinctam operationem intellectus dividere ab hominis eſſentia eruditionem: at non poſſum eodem modo per intellectus operationem *claram* & *diſtinctam* dividere ab hominis eſſentia *mentem* aut *corpus*; ſed hæc ambo eſſentia & idea hominis continentur. Poſſum equidem per *abſtractionem intellectus* conſiderare corpus, non conſiderata mente, & vice verſa: ſed id non ſufficit ad inferendum naturas non eſſe neceſſarias. Rectè itaque & demonſtrativè concluditur: ſi *exiſtentia neceſſaria* contineatur in idea Dei, hoc eſt, ſi per *claram* & *diſtinctam* operationem intellectus non poſſum dividere exiſtentiam actualem & neceſſariam, ab ipſius natura & eſſentia, *Deus* neceſſariò exiſtit. Quia inde conficitur, primò, illam naturam, in qua *exiſtentia eſt de natura eſſentiæ*, à me conflatam & compoſitam non eſſe, ſed eſſe naturam *neceſſariam*. Secundò: Deum tam neceſſariò exiſtere, quam neceſſe eſt hominis naturam ex mente & corpore componi; & montem non eſſe ſine convalle.

Porro quicquid exiſtit, id unum & ſingulare eſt, & per ſuum *eſſe* diſtinguitur ab alio. Species autem & genera ſunt tantum mera *entia rationis*, & à nobis excogitata. Non itaque tantum ſunt entia rationis, quatenus in mente & intellectu exiſtunt: quemadmodum illo reſpectu, veritates æternæ, & entia *moralia*, & ideæ, entia rationis ſunt. Neque etiam *quatenus* mens ea concipit: eâ enim ratione omnes ideæ, quæ formaliter tantum conceptus mentis ſunt, etiam entia rationis vocari poſſunt, ſed quatenus à mente formantur; & quicquid *objectivè* repræſentant, id mentem authorem habet. Quicquid igitur exiſtit, aut ut exiſtens concipitur, *unum* eſt. Omne enim quod eſt, tantum *per ſe* & non *per aliud* eſſe, & exiſtentiam atque naturam ſuam habere poteſt: & ideo omne ens per ſuam naturam, ut exiſtens, vel ut *potens* exiſtere conſideratum, ab alio ente diſtinguitur.

Duplici autem ratione aliquid unum dicitur, vel *unitate naturæ*, vel *unitate compoſitionis*: quod unum eſt *naturæ unitate*, etiam *ſimplex* vocatur: quod unum unitate *compoſitionis*, *compoſitum*. Nullum ens tam *unum* aut *ſimplex* eſt, quin intellectus illud diverſimode conſiderare poteſt; & unum in eo ſpeculari, ad aliud mente non converſa: ſed illud non impedit quo minus ens illud ſimplex & unum ſit *unitate naturæ*. Sed ut ens unum unitate compoſitionis, ſive quod eodem redit, *compoſitum* dicatur, requiritur non tantum ut unum abſque alio contemplari poſſimus, ſed ut unum ab alio per *claram* & *diſtinctam* operationem intellectus, & non tantum per *abſtractionem* dividere poſſimus. Et quod ita ab alio divido, nunquam ad iſtius rei, à qua dividitur, eſſentiam pertinet; & ideo ſemper *compoſitionem* importat. Non ſufficit ad probandam aliquam compoſitionem & entium pluralitatem in Deo, quod juſtitiam Dei abſque ejus miſericordia conſiderare poſſum, ſed requiritur etiam ut juſtitiam in Deo ſic conſiderem, *ut ſine miſericordia in Deo eſſe poſſit*: aut quod Deum conſiderare poſſum ſine juſtitia, aut miſericordia, aut ſine utraque ſimul. At quia nullus verus Dei conceptus detur, per quem concipio juſtitiam in Deo eſſe, non exiſtente in ipſo miſericordia, ideo diverſa conſideratio Dei, quatenus ut *juſtus* aut *miſericors* conſideratur, compoſitionem non infert; & ideo illa Dei diverſa conſideratio tantum diſtin-

diſtinctionem *rationis* infert. Quia autem corpus poſſum conſiderare quod ſine motu, aut quadrata figura eſſe poſſit, & poſſum conſiderare motum in corpore aliquo, in quo tamen non ſit figura quadrata, & vice verſa; ideo illud corpus *quadratum aut motu concitatum*, *unum* tantum eſt unitate compoſitionis; neque ſimplex eſt, ſed compoſitum ex extenſione & figura quadrata, aut motu: & ideo figura quadrata, & motus in uno eodemque corpore quadrato & moto; & corpus, motus, & figura quadrata, quæ ſimul eſſe in aliquo corpore concipimus, non ratione ab illo corpore & in illo corpore diſtinguuntur, quemadmodum Deus à juſtitia quæ in Deo eſt, aut juſtitia & miſericordia in Deo à ſe invicem diſtinguuntur: ſed illa diſtinctio eſt realis; & impedit quare illud corpus *unum unitate naturæ* dici non poſſit. Et à cognitione hujus diſtinctionis inter diviſionem per *abſtractionem intellectus*, & inter diviſionem per *claram & diſtinctam operationem intellectus*, dependet cognitio, qua dijudicatur quid ad naturam & eſſentiam cujuſque rei pertinet. Si poſſum per claram & diſtinctam operationem intellectus ab idea corporis dividere intellectionem aut volitionem, rectè concludo ad naturam corporis non pertinere, quod velit aut intelligat. Si non poſſim per claram & diſtinctam operationem intellectus dividere & ſeparare diviſibilitatem, extenſionem, impenetrabilitatem à corpore, ſequitur, iſtæc in natura corporis contineri. Et ſi quædam ignoro in aliqua natura contineri, quæ tamen poſtea mihi innoteſcunt, non ideo *idea* mutatur, augetur aut minuitur, ſed evidenter videmus iſtæc prioribus & ante cognitis eſſentialibus proprietatibus contineri: quod ſi aliter res ſe habeat, tuto concluditur id, in cujus cognitionem de novo venimus, non eſſe de *eſſentia* rei iſtius; ideoque neceſſario ei non ineſſe. Finge me ignoraſſe an v. gr. *impenetrabilitas* contineatur in idea aut eſſentia corporis, non poſſum poſtea affirmare id verum eſſe, niſi intelligam impenetrabilitatem eſſe de eſſentia corporis, hoc eſt, *extenſionis*; & ideo propter augmentum meæ cognitionis, idea corporis non augetur: eſſentiæ enim & ideæ rerum ſunt ſemper *indiviſibiles*. Pariter, quamvis indies in plurium attributorum Dei cognitionem perveniam, quæ antea me fugiebant, non ideo idea Dei augetur: nec poſſum affirmare aliquid ad Dei naturam pertinere, niſi clare & diſtincte intelligam, id ipſius Dei natura comprehenſum eſſe.

Quodſi autem nos fugiat alicujus proprietatis natura; neque eam clare & diſtincte intelligam, tunc ſicut per claram & diſtinctam operationem intellectus illam rem, quia me fugit, dividere non poſſum ab alia re; neque etiam aſſerere eam illâ aliâ re contineri, ſuſpendendum judicium eſt. Ex. Gr. ſi mihi non conſtat quod in triangulo tres anguli ſunt æquales duobus rectis, non poſſum affirmare aut negare utrum id ad eſſentiam trianguli pertineat. Ubi autem per demonſtrationem id cognitum, tunc quidem, ut jam dictum eſt, plura attributa aut propietates eſſentiales cognoſco de triangulo, idea tamen trianguli non ideo augetur.

Etiam à cognitione hujus diſtinctionis dependet quod certo judicare poſſimus, ſine quibus rebus res aliqua eſſe poteſt. Quamvis itaque ſcire non poſſimus quid Deus in ſingulis rebus collocaverit; atque ita temere à creatura aſſeratur, quod adæquatam cujuſcunque rei cognitionem adeptus ſit: poſſumus tamen certo ſcire ſine quibus eſſe poteſt, hoc eſt, poſſumus tamen rem cognoſcere ut *completam*: eamque rem ut talem cognoſcimus, quam per claram & diſtinctam operationem intellectus poſſumus ab alia re dividere; quod nunquam fieri poteſt, ſi illam rem non conſideramus & intelligimus ut indutam iis formis ſive attributis, quæ ſufficiant ut ex iis cognoſcam illam eſſe ſubſtantiam. Si autem eam rem cognoſcam eſſe

eſſe ſubſtantiam, tunc procul dubio nullam aliam rem ad ſuum eſſe requirit. Sic extenſionem, ut rem *completam* conſidero; non autem figuram aut motum ut rem *completam* poſſum intelligere; & ideo non poſſum *perclaram* & diſtinctam operationem intellectus dividere figuram aut motum a corpore. Finge itaque me ignorare, utrum in me ſit vis me conſervandi; & me certo ſcire vim conſervandi non eſſe cogitationem, recte concludo: etiamſi forte etiam in me ſit vis me ipſum conſervandi, poſſum tamen eſſe ſine illa vi; quia ex conceſſis fluit illam vim conſervandi ad eſſentiam mentis meæ non pertinere: & ideo illam vim per claram & diſtinctam operationem intellectus poſſum ſeparare à mea eſſentia. Quodſi autem non clare cognoſcam utrum illa res, de qua quæritur, an ad eſſentiam meam pertineat? Neque ſciam an non contineatur in ipſa mea eſſentia, tunc, ſicut ſupra innuimus, nihil de illa quæſtione affirmari aut negari poteſt: ut inde etiam manifeſtum fiat quam abſurda & monſtroſa ſit illa ſententia, quæ tuetur nos Deum infinitum per conceptum poſitivum non intelligere; inde enim recte conficitur nos etiam tunc ſcire non poſſe quæ res non ſit Deus. Si non intelligam quid ſit Deus, ſcire non poſſum an non ſit lapis aut ferrum: ſed quia unanimi conſenſu gentium omnium negatur Deum ferrum aut lapidem eſſe, inde evincitur non tantum nos poſitivum de Deo infinito conceptum habere, ſed ideam Dei nobis innatam, & tamquam notam artificis operi ſuo impreſſam. Quia communiter homines omnes eundem de Deo conceptum non formarent. Hæc fuſius, & forte ex quorundam ſententia, extra ordinem tractavi: ſed ſtudio id à nobis factum, quo vindicarem & lucem adferrem argumento Carteſii, ſumpto à neceſſaria Dei exiſtentia, quam urget ad Dei eſſentiam pertinere, ideoque Deum concipi non poſſe niſi cum ſua exiſtentia. Nunc cætera proſequemur.

Diſtinctio autem realis commodè diſpeſcitur in diſtinctionem *ſubſtantialem* & *modalem*; & hac in re cum bona Philoſophorum venia, hic parum aliter illis terminis utimur, quam vulgo fieri *ſolet*: idque factum à nobis majoris perſpicuitatis cauſa. Si cui aliter videtur, poterit huic diſtinctioni vulgares & uſu receptos terminos aptare. In quibus rebus diſtinctio ſubſtantialis locum habet, eæ tantum una ſunt *unitate compoſitionis*; & ideo in iis *duæ ſubſtantiæ* reperiuntur, ex quibus componuntur: qualis res eſt homo, qui ex anima, quam ſubſtantiam eſſe præſupponimus, & ex corpore componitur. Sunt itaque in homine non tantum duo *entia realia*, & revera à ſe invicem diſtincta & diverſa, ſed *duæ ſubſtantiæ*, & *duæ res completæ*; quæ iis formis & attributis indutæ ſunt, quæ ſufficiunt ut ex iis cognoſcam eſſe duas ſubſtantias: id enim tantum *per rem completam* intelligimus; non enim hic per rem completam perſonam aut ſuppoſitum intelligimus. Sic omne corpus compoſitum eſt ex pluribus ſubſtantiis: quatenus in omni corpore concipimus partem extra partem; illaſque partes ſubſtantias eſſe intelligimus; &, quarum conſequenter ea natura eſt, ut *ſeparatim* exiſtere poſſint; ſaltem *potentia Divina*. Hæc enim eſt natura & attributum *eſſentiale* ſubſtantiæ, *quod per ſe abſque ulla alia ſubſtantia poteſt ſubſiſtere, atque exiſtere*: & ea ratione, & in hoc ſignificatu, ſubſtantiam *rem completam* vocamus.

Alia diſtinctio realis vocatur *modalis*; & reperitur in rebus, in quibus duo ſunt entia, unum completum ſc. *ſubſtantia*, aliud incompletum, *modus* ſc. *accidens* aut *qualitas*: qualis compoſitio eſt in *corpore moto, figurato, colorato, calido, &c.* Duo enim in tali corpore, præter partem ſubſtantialem extra partem, quæ diſtinctioni ſubſtantiali locum præbent, & ab hac modali diſtinguuntur, reperiuntur; nempe ſubſtantia quæ ſiſtentat accidentia ſive modos, motum, figuram, colorem, calorem.

lorem, &c. & ipſa accidentia, ſive modi. Qui modi hic entia *incompleta* vocamus, quia eorum natura & proprietas eſſentialis eſt quod per ſe, & abſque aliqua ſubſtantia cui inſunt, eſſe non poſſunt; & quorum eſſe, ut in ſcholis loquuntur, eſt ineſſe; ita ut *humano conceptui* repugnet, hoc eſt, ut ſit impoſſibile, iſtos modos exiſtere; & non eſſe in ſubſtantia; & quos ideo ut entia completa conſiderare non poſſumus. Et ideo repugnat accidens poſſe exiſtere ſine ſubſtantia, figuram ſine ſubſtantia materiali, motum ſine corpore quod movetur, colorem ſine corpore quod colore præditum eſt; actum intelligendi, volendi, ſentiendi, affirmandi, negandi, dubitandi, &c. ſine ſubſtantia cui illi actus inſunt. Et vice verſa, repugnat ſubſtantiam & rem eo modo *completam* abſque alia ſubſtantia, & à qua *ſubſtantialiter* differt, non poſſe exiſtere: unam partem materiæ ſc. abſque alia parte: unam mentem abſque alia; aut corpus abſque mente, & mentem abſque corpore. Eſt enim hic par ratio, ac ſi negares Deum non potuiſſe unum corpus abſque alio creare; aut non potuiſſe ſpiritum creare non concreando corpus; aut non creare angelum non creando hominem; aut unum hominem non creare ſine alio, aut unam ſubſtantiam non poſſe abolere non abolendo aliam: cum omnia quæ *ſubſtantialiter* differunt, licet intime conjuncta ſint, ita ut *potentia finita* diſſolvi non poſſint, ita ſine alterius ſubſtantiæ exiſtentia in ſuo eſſe perſeverare poſſunt, ſicut ea omnia quæ modo recenſuimus; eodem enim modo differunt inter ſe. Aurum enim & ſtannum non minus inter ſe differunt; neque minus ſubſtantiæ diverſæ ſunt, cum ſimul mixta, quam cum ſeparata & nondum confuſa ſunt: nec minus una pars materiæ ab alia diſtincta *ſubſtantialiter* & diverſa eſt, quando cum alia parte conjuncta eſt, quam cum jam reipſa diſtincta & ſeparata eſt. Ita ut lumine naturali & per ſe notum ſit brutorum animas, ſi *ſubſtantiæ* ſint, poſſe abſque brutorum corpore exiſtere; neque earum annihilationem aut diſſolutionem ſequi ad deſtructionem corporis: & temere affirmari ab iis, qui brutorum animas ſubſtantias eſſe docent, eas perire cum brutum moritur: quia contrarium ex natura ſubſtantiæ & *entis completi* ſequitur, ſc. illam ideo non perire; quia aliud cum quo conjunctum eſt, perit. Quemadmodum non ſequitur perituram Angliam aut Galliam, ſi Deus aliquam mundi partem aboleat; ſed eas potius manſuras dicendum: niſi ex revelatione nobis liqueat Deum, cum aliquam mundi partem annihilat etiam reliquas mundi partes deſtructurum.

Ex hiſce jam liquet, nulla de Deo & creaturis univoce prædicari. Hoc eſt: ſignificatio nominis *ſubſtantiæ, modi, qualitatis, &c. non poteſt diſtinctè intelligi, noſtræque menti ſubjici, quæ Deo & creaturis ſit communis.* De ſubſtantiæ nomine manifeſtius eſt quam quod id enodatius explicandum ſit. De qualitatibus, modis, & accidentibus nonnihil dicam; quia id lucem collaturum eſt iis, quæ paulo ante dicta ſunt. Juſtitia, clementia, miſericordia, & reliquæ virtutes, quando in nobis ſunt, compoſitionem inferunt; & ſunt entia diſtincta à ſubſtantia cui inſunt: quatenus autem in Deo eſſe intelliguntur, quia illic entia à ſe invicem nec à ſubſtantia cui inſunt, diverſa ſunt, ita nullam *compoſitionem* inferunt. Non ſunt autem neque à ſubſtantia, cui inſunt, neque à ſe invicem diverſa: quia non poſſum verum de Deo conceptum formare, *in quo intelligam Deum eſſe poſſe ſine juſtitia, clementia,* aut *miſericordia*: neque poſſum veram de juſtitia Dei ideam habere, quæ ſine *clementia* & *miſericordia* ſit in Deo: quia autem poſſum verum hominis conceptum formare, ejuſque veram & completam habere ideam, qui tamen non ſit juſtus, clemens aut probus: & quia poſſum verum juſtitiæ conceptum formare, quæ ſine clementia aut miſericordia in homine ſit. ideo illæ virtutes non ſunt unum neque inter ſe, neque

que

que cum ſubſtantia hominis aut mentis cui inſunt; & ideo compoſitionem important. Nec identificantur *cum mente humana*, aut cum illa ſubſtantia de qua prædicantur: quemadmodum illæ virtutes cum conſiderantur eſſe in Deo, unum & idem ſunt cum Deo, de quo prædicantur. Idem tamen de eſſentia & exiſtentia in creaturis dici non poteſt: quia non poſſum verum eſſentiæ conceptum formare, niſi ſupponam & intelligam illam exiſtere: quemadmodum in initio diximus, in omnis rei idea concipi rei exiſtentiam ſive *neceſſariam*, ſive *poſſibilem*, ſive *actu*, ſive ex *hypotheſi* & ſuppoſitione jam exiſtentem. Non poſſumus etiam verum *exiſtentiæ* conceptum formare, quæ *naturam* non involvat: ita ut eſſentia & exiſtentia *ratione* tantum differant; quatenus per mentis abſtractionem exiſtentiam poſſum conſiderare ſine eſſentia, & eſſentiam ſine exiſtentia: quemadmodum poſſum conſiderare Dei miſericordiam, non conſideratâ Dei juſtitiâ, & vice verſa. Sed quia non poſſum conſiderare, exiſtentiam poſſe eſſe ſine eſſentia, & eſſentiam ſine exiſtentia, ideo exiſtentia non eſt ſubſtantia, aut modus, aut accidens ſubſtantiæ: & ideo *compoſitionem realem* non importat; neque locum diſtinctioni reali præbet: eſtque exiſtentia *poſſibilis* creaturæ nondum exiſtentis *attributum*; & *actualis exiſtentia* creaturæ exiſtentis *attributum*, ejuſque eſſentiam conſtituens: quemadmodum attributa Dei ejus naturam conſtituunt; & ratione tantum in Deo differunt. Hæc tamen differentia eſt inter exiſtentiam Dei & creaturarum, quod *exiſtentia neceſſaria* ſit de eſſentia Divinæ naturæ; exiſtentia autem *poſſibilis* de eſſentia creaturæ. Non utique poſſum verum Dei conceptum formare, quin ſimul concipiam illum *neceſſario* exiſtere: at poſſum verum conceptum creaturæ formare ſine actuali exiſtentia: tantum abeſt neceſſariam atque actualem exiſtentiam eſſe de eſſentia aut natura creaturæ. Poſſum verum hominis aut angeli conceptum formare, licet excludam ab ejus formali conceptu actualem aut neceſſariam exiſtenriam: ſed ſufficit ejus conceptu formali includi *exiſtentiam poſſibilem*. At non magis poſſum verum conceptum Dei formare, non includendo in conceptu formali *neceſſitatem exiſtendi*, quam poſſum vere concipere Deum, nec includere in illo conceptu Deum eſſe juſtum, bonum, ſummè perfectum. Ita ut non minus certo & evidenter concludatur *Deum exiſtere*; & quidem *neceſſario exiſtere*, quam corpus eſſe extenſum: ſubſtantiam ſpiritualem cogitare. Neque huic argumentationi ab Atheis aliter occurri poteſt, quam negando naturam Dei, aut potius ideam, quam de Deo habemus, non eſſe ideam veram, ſed à nobis factam & fabricatam: quod falſum eſſe poſtea plurimis argumentis probabimus. Et quemadmodum natura unius rei non poteſt eſſe natura alterius rei; ita exiſtentia neceſſaria, quæ eſt de eſſentia & natura Dei, non poteſt eſſe de eſſentia creaturę: & ideo quodcunque pręter Deum exiſtit, non neceſſario exiſtit.

Conducit ad intelligentiam tituli de *uno* explicatio quæſtionis: an *unum & idem numero reproduci poſſit*. Quod dubium paucis ſic expedio. Quarundam rerum ea eſt ratio ut nullam permanentem aut durantem naturam habeant; quales ſunt omnes actiones tam corporales quam ſpirituales: iſtarum rerum earundem numero non dari reproductionem lumine naturali manifeſtum eſt. Sunt aliæ res permanentes; eæ aut omnino *annihilantur*, aut tantum *diſſolvuntur*: quæ omnino *annihilantur*, illæ eædem numero non reproducuntur: eſtque id lumine naturali notum. Quæ diſſolvuntur, manente eadem materia, illæ vel ex eadem materia, ita rurſus producuntur, ut eædem partes minimæ naturales iterum eundem ſitum acquirant; vel tantum ex eadem numero materia componuntur, non obſervato partium eodem ſitu. Poſteriora eadem numero reproducta eſſe dici non poſ-

 ſunt.

ſunt. Qui ex cera idolum aliquod format, & illud rurſus deſtruit; atque iterum ex eadem cera ſimile idolum format, idem numero idolum non fabricavit. Sed qui domum exſtruit, eamque rurſus deſtruit; quique rurſus eam ita exſtruit ut omnis materia domus ex qua ædificata fuit, eundem ſitum ſervet, is eandem numero domum produxit. Et ideo ſpirituum extinctorum & annihilatorum reproductio eorundem numero ſpirituum non datur: at eorundem numero corporum deſtructorum tunc datur reproductio, cum eadem materia ex qua compoſitum fuit, eundem ſitum ſecundum minimas ſuas partes naturales ſervat. Ut inde manifeſtum fiat, quid ſit quod requiratur ad reſuſcitationem eorundem numero corporum noſtrorum. Et eorum, quæ dixi, ulterior probatio peti aut reddi non poteſt; cum lumine naturali nota ſint: quemadmodum naturali lumine cognoſco, quid ſit *ens*, quid *nihil*, quid *verum*, quid *falſum*, quid *certum*, quid *incertum*: & abſurdum atque à ratione alienum eſſet requirere rationem, aut ulteriorem probationem, qua declaretur aut probetur *entis*, *veri*, *falſi*, *&c.* talem naturam eſſe, qualem omnes homines, quos nominum illorum ſignificatio non fugit, ſua ſponte de iis ideam formant. Et quia iſtos conceptus *unius* & *plurium*, *ſimplicis* & *compoſiti*, *entis* & *nihili*, *veri* & *falſi*, *&c.* pro arbitrio mutare non poſſum, ſequitur iſtas ideas, & conceptus mentis de hiſce rebus à me fictos & excogitatos non eſſe, ſed menti meæ impreſſos: hoc eſt, lumine naturali & per ſe mihi notos eſſe: quia quando ad ea attendo, aut ea concipio, eâ evidentia ſe menti meæ inſinuant, ut de iis dubitare non poſſim. Quod poſterius ſignum *diſtinctivum* eſt eorum quæ per ſe nota ſunt, ab iis quæ diſcurſu & ratiocinatione nobis innoteſcunt: quæ à nobis conſiderata, ſui evidentiam non produnt, quando demonſtrationum & rationum, quibus eorum veritatem & evidentiam aſſecuti ſumus, non amplius meminimus, hoc eſt, quando claram earum perceptionem animo præſentem non habemus: ſed ea vera eſſe ſtatuimus; quia in memoria habemus nos in rationibus & probationibus, quibus earum veritas nobis perſuaſa fuit, evidentiam vidiſſe. Unde etiam manifeſtum eſt, regulam illam, quam in formandis judiciis in ſuperioribus obſervandam eſſe diximus, *ſc de clare & diſtincte perceptis in ſcientiis humanis tantum judicium ferendum*, veriſſimam eſſe: quia lumine naturali, quod à Deo eſſe omnes concedunt, id *verum eſſe dicimus quod evidens eſt*: & ideo dicimus aliquid per ſe notum eſſe, quia per ſe eſt evidens. Confert præterea magnopere ad intelligentiam *unius*, *ſimplicis*, *compoſiti*, *&c.* ſcire omnes eſſentias rerum indiviſibiles, & ideo ſimplices eſſe: præterea ideas rei eſſentiam repræſentare; quæ ſi quid iis addatur aut detrahatur, protinus fiunt alterius rei ideæ. Et ideo ſecurè & tutò concludere licet, ſi aliquid in re eſſe intelligitur, quod eſſentiæ ſuperadditur; & quod conſequenter de eſſentia rei non eſt, id ſemper compoſitionem inferre; & eſſe illud *plura*, ſive plures ſubſtantias, ſive ſubſtantiam & accidens, ſive plura accidentia. V. Gr. natura corporis conſiſtit in extenſione, quicquid præterea in corpore eſſe intelligimus, ſine quo *conceptum* & *ideam* corporis habere poſſumus, id neceſſario compoſitionem importat: ſic *motus*, hæc aut illa *figura rotunda*, *quadrata*, *triangularis*: hæc aut illa *magnitudo*, *modi* ſunt corporis; & veram compoſitionem inferunt: quia verum conceptum corporis habere poſſum, non conſiderando *motum*; aut hanc & illam figuram & magnitudinem eſſe in corpore. Pariter, quia conceptum corporis verum habeo, conſiderans illud eſſe *extenſum*, & tamen intelligens cogitationem in eo conceptu non eſſe: ſicut inde rectè concludo *cogitationem* non eſſe de eſſentia corporis, ita etiam rectè infero corpus & cogitationem non eſſe unum,

unum, ſed plura. Et quia intelligo & concipio cogitationem ſine corpore, inde recte concludo cogitationem non eſſe modum, aut accidens corporis; quandoquidem modi corporis ſine corpore concipi non poſſint, quamvis corpus ſine ſuo modo: & ideo recte infertur cogitationem eſſe modum alius ſubſtantiæ, quam corporalis: adeoque talem rem quæ extenſa eſt & intelligit, non tantum eſſe compoſitam, ſed etiam ex pluribus ſubſtantiis conſtare: ſc. ex ſubſtantia *extenſâ* & *cogitante*. Quæ autem rei ineſſe dicuntur, atque ſimul ut aliquid *poſitivum*, & ut comprehenſa in iſtius rei idea intelliguntur, ea ſicut ab eſſentia, quæ ſemper ſimplex eſt, non differunt, ita compoſitionem non inferunt; ideoque non vocantur modi, accidentia, aut qualitates ſubſtantiæ, ſed *attributa*: ſic *extenſio* eſt attributum corporis; *cogitatio* attributum mentis; juſtitia, veritas, clementia attributa Dei: nam in idea entis ſumme perfecti continetur juſtitia, veritas, clementia; quemadmodum in idea corporis continentur extenſio, & quæ ex ea fluunt, ut ſunt impenetrabilitas, diviſibilitas: quemadmodum in idea ſubſtantiæ ſpiritualis continetur cogitatio. Quemadmodum enim non poſſum ſcire quid ſit *ſubſtantia extenſa*, & quid ſit *moveri* & *quieſcere*, *&c.* quin ſimul intelligam in idea extenſæ ſubſtantiæ contineri, quod illa *moveri*, *quieſcere* & *figurari poſſit*: ita ſciens & intelligens quid ſit ens ſumme perfectum, quid juſtitia, miſericordia, veritas, ſimul intelligo juſtitiam, miſericordiam & veritatem contineri in idea entis ſumme perfecti. Ita in idea trianguli continetur non ſolum quod tria habeat latera, ſed etiam quod ejus tres anguli duobus rectis æquales ſunt; & quicquid præterea de triangulo demonſtrari poteſt. Et cum de novo quædam de natura rei diſcimus, tunc idea iſtius rei non fit major aut alia, ſed fit tantum diſtinctior: quia ſi verum rei conceptum habuimus, quicquid porro demonſtratur, in natura iſtius rei continetur: ſin minus, ſignum eſt nos naturæ iſtius rei verum conceptum non habuiſſe. Sed de *vero* in articulo ſequenti. Et hæc dicta ſufficiant cum ad intelligentiam unius, plurium, ſimplicis & compoſiti, tum ad cognitionem variarum diſtinctionum, quæ ex compoſitione oriuntur.

---

## SECTIO DUODECIMA.

### *De Vero.*

VErum duplex eſt: unum *Metaphyſicum*, alterum *morale*. Hoc rurſus non male in duo diſpeſcitur: unum conſiſtit in judicii noſtri conformitate cum re, de qua judicium proferimus: alterum in verborum & ſignorum, quibus ad mentem noſtram alios edocendam utimur, fide atque conſtantia: vocaturque *veritas*, *candor*, *&c.* De hoc poſtremo agere hic nullo modo attinet: de altero vero morali ex uſu erit aliquid in medium adferre propter cognationem & ſimilitudinem, quam cum vero metaphyſico habet. Verum metaphyſicum nihil aliud eſt quam natura & eſſentia cujuſque rei, qualem Deus illam eſſe voluit: à qua Dei voluntate atque idea, ſecundum quam Deus rerum naturam & eſſentiam eſſe voluit, nihil potuit deflectere. Et cum in nullius creaturæ potentia aut poteſtate ſit rerum naturas aut eſſentias immutare, non magis quam æternas veritates; quales ſunt v. gr. quod idem non poteſt eſſe & non eſſe: quod non entis non ſunt accidentia, &c. quia Deus illas jam *ambas neceſſarias eſſe voluit*; ut quidem repugnet noſtro conceptui ens jam à Deo immutari poſſe, & eſſe ſimul in ſuo & alieno genere: hinc ſequitur huic vero metaphyſico nihil proprie opponi. Juſtitia quidem injuſtitiæ, veritas falſitati, verum aurum falſo auro contrarium eſt: ſed eorum, quæ veris virtutibus

tibus veroque auro opponuntur, nulla eſt natura, nullaque eſſentia: neque eorum *ideam poſitivam* habemus.

Ad verum autem *metaphyſicum* non tantum referri debent ea entia, quæ extra intellectum noſtrum exiſtentiam habent, aut habere poſſunt: qualia ſunt *entia Phyſica*, ſed quicquid poſitivum eſt, atque ita *naturam* & *eſſentiam* habet, licet extra intellectum nullibi exiſtat. Non enim aurum, argentum, ſtannum, lignum, aqua, terra, ignis, corpus, color, ſonus, ſapor veram & propriam tantum naturam habent: ſed & juſtitia, veritas, temperantia, numerus numerans, entia mathematica, triangulum, recta linea, paternitas, filiatio, cauſa, cauſatum, liberum, neceſſarium,&c. & ut compendio dicam, quicquid ut *poſitivum* & ut *ens* concipitur. Sic recte aliquid verus pater, verus filius, vera cauſa, verum effectum, verum triangulum, &c. vocatur; quia vera earum natura eſt, multaque de iis demonſtramus: verbi gratia, de *numero numerante*, quod bis ter faciant ſex: de *puncto*, quod ſit indiviſibile: de *triangulo*, quod in eo tres anguli æquales ſunt duobus rectis. Et quia horum omnium vera & propria natura eſt, ideo unum non poteſt eſſe aliud: neque natura alicujus rei permittit, ut poſſit eſſe hoc vel aliud. *Auri* natura non permittit ut poſſit eſſe ſtannum: nec *ſubſtantiæ* natura ut poſſit eſſe accidens: nec corporis natura ut ſit ſpiritus: nec mentis noſtræ natura ut ſit vel *ſubſtantia* vel *accidens*: ut *cogitatio* ſit modus, accidens aut qualitas *corporis*. Fieri poteſt aliquem tam confuſam mentis cognitionem habere, ut quid de mente, ſpirituſne ſit an corpus, ſubſtantia an accidens, aſſerat non habeat: ſed natura mentis non permittit ut *alterutrum* ſit; non magis quam natura numeri ternarii permittit ut bis ter ſint ſeptem, aut octo.

Poteſt equidem fieri, Deum me edocere de alicujus rei natura, quæ cum iis, quas hactenus cognovi, nullam cognationem habeat: ita ut de ea natura tales conceptus formandi non ſint, quales de aliis nobis lumine naturali notis formamus: ſed fieri non poteſt, ut id, quod de ea natura nobis credendum proponitur; ſi aliquam naturam jam notam exprimat, non eam naturam, ſed aliam habeat: quia rei eſſentia non permittit ut hanc vel illam naturam habeat, ſed quia hæc res magni momenti eſt, latius me exponam. Ex Sacris mihi conſtat, Chriſtum Θεάνθρωπον unam tantum perſonam eſſe: quia opera utriuſque naturæ eidem perſonæ eodem modo attribuuntur, quo operationes corporis & mentis uni homini attribuuntur; atque ita Scriptura me docet, corpus & mentem corpori eſſentialiter unitam, in Chriſto perſonam hominis non conſtituere, atque ita Scriptura novam naturam mihi manifeſtat: ſed naturam numeri, *unius* & *duorum* non mutat: neque facit Deus *duo* in Chriſto eſſe unum. Sic in Sacroſancta Trinitate eſſentia atque natura numeri *unius* & *trium* non mutatur, ita ut unum ſit tres, & rurſus tres unum; neque etiam vera paternitatis & filiationis ratio in Trinitate mutatur, aut alia eſt: id enim implicat & repugnat; idem enim non poteſt eſſe & non eſſe. Sed Deus nobis in Sacra Scriptura declarat, & vult id nos fide tenere: nempe eam talemque naturam humanam Chriſti eſſe, ut ex corpore & mente eſſentialiter unitis perſona hominis non conſtituatur: quanquam quid illud ſit non exponat; neque nobis lumen infundat, quo illud clare & diſtinctè cognoſcere poſſimus; ſed vitæ cœleſti id reſervet. Neque ideo perſonę aut humanæ naturæ ratio alia eſt in Chriſto, alia in aliis perſonis: tunc enim Chriſtus nec perſona eſſet, nec humanam naturam haberet: ſed eſt aliquid μυστηριῶδες in Chriſto, quod nobis tectum eſt.

Quæcunque autem hujuſmodi eſſe fingimus, ut eorum unum alterum deſtruat, ea dicuntur non habere veram naturam: quales non tantum ſunt chimeræ, hippogry-

gryphes, & hippocentauri: ſed omne illud, quod mente conceptum non continet eſſentiales proprietates iſtius, quod concipere voluimus, & vocabulo exprimimus. Sic qui proprietates ſtanni aut cupri includit in ſuo conceptu, quo aurum concipere vult, is fictam & non veram naturam auri exprimit. Qui proprietates eſſentiales ſpiritus includit in conceptu corporis, is fictam naturam ſpiritus concipit: & qui proprietates corporis complectitur in idea ſpiritus, is fictam & falſam naturam ſpiritus mente exprimit. Et quamvis errare poſſimus, an aliquid ſingulare ſit corpus an ſpiritus, aurum an ſtannum, aut cuprum, fieri tamen non poteſt, ideam unius ideam alterius eſſe: hoc eſt, fieri non poteſt rationem formalem unius eſſe rationem formalem alterius. Sic qui aliquid juſtum putat, cum injuſtum ſit, is non veram juſtitiæ ideam habet: & ſic de reliquis.

Et cum cujuſque rei idea ſit ſimplex; eique nihil addi, nihilque detrahi poſſit, recte concluditur, quod in alicujus rei idea aut conceptu eſſentiali non continetur, id de ejus rei natura non eſſe: & cum duorum clarum & diſtinctum conceptum habemus; & unum in alterius idea non continetur, tunc concluditur unum non eſſe de eſſentia alterius; atque ita diverſa eſſe. At cum illa duo non recte cognoſcimus, tunc ſuſpendere oportet judicium. Nec quicquam refert Deum multa in aliqua re collocaſſe, quæ nos non cognoſcimus; ita ut nunquam dicere poſſimus nos alicujus rei cognitionem *adæquatam* habere. Neque putandum nos ideo pauciſſimarum rerum naturas *veras* cognoſcere: nam quicquid præterea in ea, quam nos cognoſcere profitemur, re eſſe poſſit, aut eſt *ſubſtantiâ* diverſum ab illa natura, quam cognoſcimus; & ideo etiam diſtinctio ſubſtantialis eſt inter illud ignotum, & naturam cujus nos veram ideam habere præ nobis ferimus; ita ut ad naturam iſtius rei non pertineat: aut tale eſt, quod ſi nobis innoteſcat, ſtatim nobis conſtet illud in idea naturæ contineri. Itaque quando nobis nova de natura alicujus rei deteguntur, tunc non augetur idea iſtius naturæ: quæ plane indiviſibilis eſt; ſed tantum diſtinctior redditur. V. Gr. quamvis ignorem in triangulo rectangulo quadratum lateris ſubtendentis rectangulo æquale eſſe quadratis reliquorum duorum laterum: cum tamen hoc ſit de eſſentia trianguli rectanguli, fieri non poteſt ut qui intelligunt trianguli rectanguli naturam & demonſtrationis vim, non intelligant illam proprietatem eſſe de natura iſtius trianguli. Quod cuivis lumine naturali manifeſtum eſt: eſſet enim tunc aliud quid; atque ita non idem cum eo, de cujus eſſentia eſſe dicitur. Ita quamvis Deus ſit ens infinitum; neque ipſius natura à nobis *comprehendi*, ſed tantum *apprehendi* poſſit: & licet ſucceſſive quædam novæ perfectiones Dei attenta meditatione eruantur, non ideo idea Dei major redditur, neque mutatur: nam quomodo poſſemus ſcire illas perfectiones, quas de novo concipimus, in Deo eſſe, aut ad ejus naturam pertinere, ſi in idea Dei non contineantur: quia ſi idea Dei vera fuit, omnes perfectiones in ea contineri debebant. Ita rectiſſime dixit Clariſſimus Carteſius, nos non poſſe errare in formanda idea Dei, cum ad naturam entis ſumme perfecti bene attendimus: quod ſi aliter eveniat, certiſſimum argumentum eſt nos veram rei ideam non habuiſſe; & conſequenter naturam à nobis conceptam non fuiſſe *veram*. Cognitis itaque naturis ſpiritus & corporis, ſi unum non includatur in conceptu formali alterius, ſpiritus non eſt corpus, nec corpus ſpiritus. V. gr. formalis ratio corporis eſt eſſe extenſum; quam ſequuntur diviſibilitas, impenetrabilitas; ſuntque quaſi attributa ſecundi generis: recte cognitis his duobus attributis, ſimulque natura corporis bene intellecta, fieri non poteſt quin impenetrabilitas & diviſibilitas in conceptu corporis contineantur. Quod inde manife-

niſeſtum eſt, quod corpus concipere non poſſumus, in quo diviſibilitas & impenetrabilitas non inſit. Imo quia nullum corpus conſiderare poſſum, quod moveri non poſſit, *poſſe moveri & figurari* etiam de eſſentia corporis eſt: at quia poſſum intelligere corpus, in quo *reipſa motus* non eſt, inde concludo motum actualem non eſſe de natura & eſſentia corporis, & vice verſa: quamvis non poſſim intelligere motum ſine corpore, in quo eſt; & à quo ideo tantum *modaliter* differt, tamen idea motus non eſt idea corporis; & ideo motus non eſt attributum corporis. Rurſus quia nulla *ſubſtantia cogitans* poteſt conſiderari atque intelligi ſine illa perfectione, quod ſit *indiviſibilis*: & quod medium aut partes non habeat; quodque ſit penetrabilis, & nullum locum aut ſitum requirat, ſequitur omnes iſtas perfectiones eſſe attributa ſpiritualis ſubſtantiæ. At quamvis *ſenſationem, imaginationem, ratiocinationem, volitionem, nolitionem, affirmationem, negationem, dubitationem, &c.* quæ omnia ſunt cogitandi modi, ſine ſubſtantia cogitante intelligere non poſſim; poſſum tamen ſubſtantiam cogitantem intelligere, in quo aut ſenſatio, aut ratiocinatio, aut dubitatio non eſt: ideo hujuſmodi cogitationis modi non continentur in idea ſpiritus; non magis, quam hæc aut illa figura continetur in idea corporis. Volitionem autem atque intellectionem non poſſum à natura ſpiritus ſeparare: voluntas enim ſine intellectione eſſe non poteſt, nec intellectio ſine voluntate, ut ego exiſtimo; & ideo *ratiocinalitas* eſt attributum ſpiritus: quamvis mihi non ſatis accurati videantur, qui ſpiritum per rationalitatem definiunt; licet bene ſe habeat, quod per *poſitivum conceptum* ſpiritum definire didicerint. Et quare *ratiocinalitas* magis eſt attributum, aut proprietas ſpiritus ſubſtantialis quam volitio, aut intellectio: cum in idea horum omnium nihil *extenſum* aut *corporale* contineatur; ita ut ſine corpore intelligi poſſint. Unde recte efficitur eſſe modos ſubſtantiæ ſpiritualis: eſt enim par ratio ac ſi corpus definirem per rotunditatem. Quod ſi non ſubſtantiam ſpiritualem in genere, ſed mentem humanam definire voluiſſent; & per *rationalitatem* intelligerent eam naturam, cujus proprietas eſſentialis atque attributum eſt *potentia ratiocinandi*: quemadmodum canem definimus per animal, quod *latrat*; per latratum intelligentes potentiam latrandi, vel potius naturam quæ in ſe formaliter comprehendit illam potentiam: quemadmodum metallum definimus, quod ſit corpus, quod malleo duci & *fundi* poteſt, iſtud non multum à vero alienum eſſet. Sed de his ſatis, ſuperque.

Eſt præterea alia *veritas*, & huic veritati oppoſita *falſitas*; quæ cum veritate & falſitate, de quibus in præſentia diſſeruimus, magnam affinitatem habent; & quæ recte vocantur veritas & falſitas *materialis*, oppoſita veritati & falſitati *formali*, quæ proprie tantum eſt in judicio: at veritas materialis de qua nunc agitur, tantum eſt in ideis, quod fit quando *nihil*, aut quod idem eſt, *negationem & privationem* menti repræſentant per aliquid *reale*: aut cum ſub ratione *nihili* aliquid verum & reale menti repræſentatur. V. Gr. ad hanc falſitatem materialem refertur, cum *frigus* aut *impoſſibile* ut aliquid *poſitivum* concipimus; aut cum *infinitum, immenſum, incorruptibile, à ſe eſſe*, ut *negativum* quid concipimus. Notum eſt in una re plus realitatis eſſe quam in alia: in ſubſtantia quam in modo & accidente: in Deo plus quam in creaturis. Eaque res plus realitatis habere dicitur, cujus natura & eſſentia pluribus conceptibus & ideis, objective aliquid poſitivum repræſentantibus, exprimitur; iiſque fœcunditate & plenitudine ſuæ naturæ, ut ita dicam, locum & occaſionem præbet: rurſus ea minus realitatis poſſidet, quæ iſtis affectionibus & proprietatibus deſtituta eſt; quales res ſunt lumen, colores, ſoni, odores, ſapores, colores, &c. quæ omnia

tam

tam tenuem & minutam realitatem habent, ut ferme ignoremus an ſint *vera materialiter*. Quæ etiam cauſa eſt ea tam confuſe à nobis intelligi: nam quæ multum realitatis habent, natura ſua apta ſunt ad ſeſe clarius intellectui manifeſtanda, quando intenta cogitatione eorum contemplationi incumbimus. Sicut id uſu experiri licet cum figuras mathematicas contemplamur: illæ enim diſtinctius & clarius intelliguntur, quam ſupra enumerata; & illarum idea plus realitatis objectivæ continet, quam idea præcedentium. Ita in ſubſtantia adhuc plus realitatis quam in figuris detegitur; & in idea Dei plus realitatis objectivæ, quam in idea ullius ſubſtantiæ creatæ. Quicquid enim poſitivi animo concipere licet, id formaliter aut eminenter ideâ Dei contineri debet. Et ſic ſupra expoſuimus nos non poſſe intelligere *defectus* & *imperfectiones* in re, niſi per cognitionem ejus, quod perfectius eſt; in quo etiam ideo plus realitatis cognoſcimus. Quod vulgus ſuo etiam loquendi modo exprimit: dicentes communiter plus eſſe in eo, quod ut perfectius, & magis poſitivum & reale concipiunt, quam in eo, in quo realitas minor aut exilis eſt. Et hiſce conficitur ideam, quam de Deo ex mente noſtra depromimus, *materialiter* falſam non eſſe; quia *clara* & *diſtincta* eſt, & plus realitatis continet, quam ulla alia: eſt itaque illa idea Dei aliquid verum & poſitivum: neque ejus idea materialiter eſt falſa; quemadmodum idea *frigoris* & *tenebrarum*: quando iſtæc duo menti repræſentantur, tamquam aliquid *verum* & *poſitivum*. Et ab horum intelligentia dependet illud axioma: nempe quod id, quod minus realitatis continet, cauſa non poſſit eſſe ejus, quod majus: quia tunc aliquid produceretur à nihilo. Et ſi ſcire velimus an aliquid eminenter in ſe contineat aliud, ita ut illud aliud ab eo produci poſſit: Videndum an id plus in ſe habeat, quam illud aliud, cujus author & cauſa eſſe aſſeritur: ita quidem ſine hæſitatione aſſerimus facultatem ſentiendi, imaginandi, ratiocinandi, movendi aliud, *eminenter* in Deo eſſe: quia ens ſumme perfectum continere debet *eminenter* omnem perfectionem, quæ in creaturis formaliter reperitur: facile itaque credimus facultatem ſentiendi, imaginandi, &c. à Deo produci poſſe. Cui poſſet in mentem venire motum aut figuram eminenter in ſe continere ſubſtantiam; ita ut illa hanc producere poſſint. Sed facile creditur à ſubſtantia *modum* aut *accidens* poſſe procedere, aut produci: at rem cogitantem hanc vel illam cogitationem producere facile admittitur. Hoc fundamento innititur illud axioma: *Si haberem vim me conſervandi, dediſſem mihi omnes perfectiones, quæ mihi deſunt, & quas cognoſco*: tùm quia illæ perfectiones ſunt tantum attributa ſubſtantiæ; ego autem ſum ſubſtantia: & conſervatio eſt tantum continuata productio iſtius rei, quæ conſervari dicitur: cum etiam, quia voluntas fertur infallibiliter in bonum ſibi clare cognitum. Quo etiam illud referendum eſt: *Ille à quo conſervor, habet in ſe vel formaliter vel eminenter omne id quod in me eſt*: in me autem eſt perceptio multarum perfectionum, ſimulque idea Dei; ergo etiam in illo, à quo conſervor, eſt iſtarum perfectionum cognitio: imo non tantum cognitio; ſed is, qui me producit, etiam eas perfectiones poſſidet: quia qui me conſervat, me produxit. At facilius eſt producere attributum aut modum ſubſtantiæ, quales ſunt illæ perfectiones, quam ſubſtantiam. Et ſtringit quidem arctius hoc argumentum, quando conſtat nos de iſtis perfectionibus, nempe quas in Deo eſſe agnoſcimus, ſenſuum beneficio, diſciplina, aut aliorum relatu edoctos non eſſe; ſed mentem noſtram illam cognitionem ex ſe depromere: ideaſque iſtarum perfectionum nobis innatas eſſe: cum hujuſmodi perfectiones nec in nobis, nec in aliis creaturis compareant. Præterquam quod illas perfectiones ita in immenſum augere poſſum, ut in hominem, aut ullam creaturam cadere non poſſint: quod ſuffi-

ſufficit ad probandum dari Deum: illa enim vis in nobis eſſe non poſſet, ſi Deus non exiſteret. Eſtque adhuc plenior demonſtratio, ſi ſuperioribus addatur, quod id quod ſubſtantia extra ſe producit & conſervat, tam potentem & immenſam naturam habeat, ut ſibi *ſufficiens* ſit ad exiſtendum; adeoque *à ſe* ſit, *fueritque ab æterno*.

---

## Sectio Decima tertia.
### *De Bono.*

Metaphyſici communiter bonum numerant inter generales entis affectiones; idque merito: cum enim ens contemplamur, nihil mali in eo comparet; ſed malum ſemper concipitur ſub ratione *privationis*: ſicut minus bonum ſub ratione *negationis majoris perfectionis*. Idque ſolum *malum* vocamus, cui deeſt illa vis & uſus, ad quæ natura comparatum eſſe putamus: idque minus bonum vocamus, cui deeſt aliquid quod lumine naturali perfectionem inferre ſcimus. Et quandoquidem omne ens, quod etiam poſitivo conceptu intelligimus, eſt *bonum*, ſequitur id quod perfectiſſimum eſt, *formaliter* aut eminenter omnia entia complecti. Nulla igitur negatio rei poſitivæ aut privatio Deo attribuenda. Ex quibus manifeſtum eſt, id præcipue in hoc titulo diſcutiendum atque examinandum venire, quid illud ſit, quod pro re poſitiva & perfectione habendum ſit. Deinde, quid *eminenter* in ſe aliquid perfectum & bonum continere exiſtimandum ſit: & ab intelligentia atque cognitione harum rerum dependet ſolutio atque explicatio graviſſimarum quæſtionum in Theologia naturali. Omne ens bonum eſt, ſed non omne ens æque perfectum eſt: hoc eſt, non omne ens formaliter aut eminenter in ſe continet æqualiter quicquid ut bonum aut perfectum concipio. Major eſt perfectio eſſe neceſſario, quam eſſe tantum contingenter: major eſt perfectio eſſe poſſibile, quam non eſſe poſſibile: major eſt perfectio eſſe ſubſtantiam, quam accidens: major eſt perfectio non dividi, quam dividi. Et ideo melior ſubſtantia ſpiritualis quam corporea; melius intelligere & velle, quam non intelligere & velle. Melius actu omnia bona, omneſque perfectiones poſſidere, quam potentia; & ita gradatim augeri perfectionibus. Quod itaque perfectius eſt, nec formaliter nec eminenter poſſidere poteſt ipſum id, ſub cujus ratione aliquid imperfectius eſſe dicitur: tunc enim id quod perfectius eſſe dicitur, revera imperfectione ſimile & æquale eſſet illi, quod minus perfectum eſſe intelligitur. Ita Deus in ſe non continet eminenter aut formaliter *poſſibilitatem ad eſſe* & ad *exiſtendum*, neque *diviſibilitatem*, neque *potentiam*; qua gradatim augeri perfectionibus poſſit: quia hæc omnia formaliter imperfectiones ſunt: ſed Deus in ſe *eminenter* continet omne id, quod in hiſce omnibus abſolute bonum eſt. Nempe in poſſibilitate ad eſſe & exiſtendum, poſitivum illud per quod aliquid *poſſibile* eſt, ut aliquid poſitivum apprehendimus: eſtque illud poſitivum, quod ſit ens verum; naturam veram poſſidens. Ita exiſtentia poſſibilis eſt perfectio in triangulo. Rurſus in ſubſtantia diviſibili illud eſt poſitivum, quod per ſe exiſtat; quodque plus realitatis habeat quam accidens, aut modus.

In æſtimanda autem rei perfectione & bonitate ante omnia cavendum eſt, ne id, quod lumine naturali bonum aut melius eſſe; & ideo enti ſumme perfecto attribuendum eſſe ſcimus, ab illo tollamus, etiamſi neſcimus quo modo illæ perfectiones cum aliis quibuſdam rebus cohærere poſſunt. Male enim illi in Philoſophando inſiſtunt, qui id quod per ſe manifeſtum & perſpicuum eſt, in dubium vocant, aut negant, quia cum aliis ea conciliari nequeunt Negare dependentiam omnium rerum & operationum à Deo;

Deo; quia eam cum noſtra libertate voluntatis conciliare non poſſumus. Cum tamen per ſe notum ſit nihil eſſe in genere entis præter Deum, quod ab ente ſummo non dependeat: quia eorum nihil à ſe eſſe, aut à ſe conſervari poteſt. Negare Deum eſſe authorem & cauſam principem omnium naturarum & rerum naturalium; etiam earum *veritatum æternarum*, quæ neceſſarium nexum cum natura Dei non habent: quia ſcilicet intelligere aut concipere non poſſumus, quomodo fieri potuerit ut naturæ illarum rerum aliter ſe habere potuerint.

Porro generalis, certiſſima & omni exceptione major regula ad cognoſcendum an aliquid ut *bonum*, an vero ut *malum*, aut ut *nihil*, aut ut *negativum* reputandum ſit, eſt quod examinemus an fundamentum à quo id, quod in examen venit, dependet ſit aliquid poſitivum; an vero negationem alicujus perfectionis inferat. Quæ autem hujuſmodi ſunt, tam clare ſe intellectui manifeſtant, poſtquam præjudicia abdicavimus, ut ferme omnia ad ea, quæ *per ſe nota* ſunt, referenda ſint. Sic, quis dubitat quin melius ſit *libere* agere, quam non *libere* agere; quodque adeo fundamentum à quo agendi libertas tamquam à cauſa formali dependet, ſit *aliquid poſitivum*. Et contra, quod ratio propter quam quædam creaturæ non *libere* agunt, ſit *negatio* majoris perfectionis. Quis enim inficiari poteſt ſummam in homine perfectionem eſſe, quod per voluntatem & libere agat: atque quod ita peculiari quadam ratione ſit author ſuarum actionum; & ob ipſas laudem mereatur. Non enim laudantur automata, quod motus omnes, ad quos inſtituta ſunt, accurate exhibent: laudatur autem eorum artifex, quod tam accurata fabricarit; quia non neceſſario, ſed libere ea fabricavit. Ita quidem manifeſtum eſt, lumine naturali notum eſſe, *libertatem agendi* aliquid bonum & perfectum eſſe. Et contra: dicimus *indifferentiam* ad agendum in homine imperfectionem eſſe; quia eſt *infimus libertatis gradus:* oritur enim ex defectu luminis in intellectu, & ex inconſtantia voluntatis. Cum enim perfectio voluntatis humanæ in eo etiam conſiſtat, ut ea velit, quæ legi & rationi conformia ſunt, imperfectio eſt in voluntate eam tam pronam eſſe ad ea volenda quæ legi & rationi adverſa ſunt, quam quæ iis congruunt. Contra, voluntatis perfectio eſt, eam tam pronam & proclivem eſſe ad ea volenda & eligenda, quæ lex & ratio ſuadet, ut difficulter, & non niſi gravi tentatione ab iis ſe abduci ſinat: & eſt ſumma ejus perfectio tam conſtanter vero & recto inhærere, eoque delectari, ut nunquam *velit* ab iis divelli. Ita quidem per ſe notum eſt, indifferentiam, & magnam luctam & repugnantiam in faciendo bono minorem voluntatis perfectionem prodere: atque adeo eorum bona opera Deo minus grata eſſe, qui cum hujuſmodi indifferentia, hæſitantia & lucta ea exequuntur: illa enim ſemper important aliquam nequitiæ & corruptionis mixturam; & ita bonum opus depretiant: & pii dolent de tali tepore, indifferentia & lucta. Aliter quidem judicandum de hac luctæ aut indifferentiæ abſentia, quando illa non oritur ex Voluntatis rectitudine, bonaque & virtuoſa diſpoſitione, ſed ex ignorantia boni & mali; quod iis contingit, qui mali alicujus illecebris non tentati v. gr. divitiarum aut honorum, ea non appetunt, quia occaſio eas acquirendi non adeſt. Qui enim ita ſine lucta abſtinent ab illicitis, minus boni ſunt iis, quibus conatu opus eſt ad malorum irritamenta ſuperanda.

At quemadmodum hæc indifferentia in homine imperfectio eſt, ita contra in Deo ſumma eſt perfectio: denotat enim ſummum imperium, ſummumque jus & poteſtatem Dei; quæ nullis legibus, nulliſque regulis concluſa tenetur; quique eſt liber author omnis ordinis, veri, juſti, & boni: quemadmodum Rex omnium legum poſitivarum author

chor eſt. Repugnat enim Dei voluntatem ab æterno non fuiſſe indifferentem ad omnia, quæ facta ſunt, aut unquam fient: quia nullum bonum, vel verum, vel credendum, vel faciendum, vel omittendum fingi poteſt, cujus idea in intellectu divino prius fuerit, quam ejus voluntas ſeſe determinaverit ad faciendum, ut id tale eſſet: fundamentum itaque iſtius indifferentiæ eſt aliquid verum, poſitivum & bonum. Rurſus quia *libere* & *voluntarie* agere eſt melius, quam neceſſariò agere; ſitque de ratione formali libertatis & voluntariæ actionis, quod nullo externo impulſu, vi, aut diſpoſitione determinetur ad alterutrum; ſed quod omnis determinatio à libero voluntatis actu proficiſcatur, ſequitur *libertatem* eſſe aliquid bonum & poſitivum; idque eminenter in Deo reperiri: & corpora omnia, quoniam ſe ſuâ ſponte, libere & voluntarie non movent, ſed moventur impulſu alieno, minus perfecta eſſe iis rebus, quæ ex libertate agunt. Quod itaque corpora ſe non movere poſſunt, ejus rei ratio eſt defectus majoris perfectionis. Si autem perfectio eſt ita libere agere, ſequitur etiam perfectionem eſſe omne id, quod eſt de ratione formali voluntatis.

Hoc fundamento ita poſito, lumine naturali notum eſt melius eſſe ſe conſervare, quam ab alio conſervari: melius tam *potentem* & ſibi *ſufficientem* naturam habere, qua neceſſario & ſemper exiſtit, quam tam imperfectam quâ & *naturam* ſuam, & ſuam *exiſtentiam* alteri acceptam ferre debeat: quemadmodum meliùs eſt ex ſe luminoſum eſſe, quam ab alio lucem mutuari. Eodem lumine notum eſt melius eſſe ſubſtantiam rationalem, quam irrationalem; cogitantem, quam non cogitantem eſſe: quia fundamentum & rationem propter quam quædam perfectiora eſſe dicimus, ut aliquid *bonum* & *poſitivum* luminis naturalis inſtinctu concipimus. Ita natura cognoſcimus; & ſerio atque ſine præjudiciis rem contemplanti lumine intellectui inſito manifeſtum fit, *peccabilitatem*, ut ita loquar, imperfectionem denotare: & rationem, propter quam rationalis ſubſtantia dicitur poſſe peccare, eſſe aliquid *negativum*; hoc eſt, majoris perfectionis negationem: & contra impeccabilitatis fundamentum eſſe aliquid bonum & perfectum. Non eſt itaque de eſſentia voluntatis, aut libertatis in agendo, eam ita conſtitutam eſſe, quod poſſit velle errare; & quod poſſit vitio affici: quia ita poſſe velle errare, & poſſe vitio affici concipitur neceſſario à nobis tamquam *negatio majoris perfectionis*. Quando enim de Deo cogitamus; ſotique nos in eum convertimus, nullum erroris, falſitatis, aut peccati fundamentum in ipſo deprehendimus: ſed ad nos converſi videmus nos habere in nobis, ut ita dicam, ideam *nihili*, atque ideam negativam nobis obverſari; noſque aliquid medium eſſe inter Deum (qui eſt ens ſumme bonum & ſumme poſitivum) & inter nihil: videmuſque illam infirmitatem, quam in nobis eſſe cognoſcimus, & quâ à vero deflectere poſſumus, indicare negationem majoris perfectionis: quia concipimus *immunitatem à peccabilitate* ut aliquid perfectius. Et quod notatu dignum eſt: non concipimus propter illam immunitatem à peccabilitate *libertatem noſtræ* voluntatis imminui: quamvis videamus per illam immunitatem nos ſemper adhæſuros bono, & à malo deflexuros; atque ita intelligamus electuros id quod bono oppoſitum eſt. Non dico nos, propter illam immunitatem à peccabilitate non fore *liberos* ad oppoſitum; ſed nos nunquam electuros oppoſitum: quia illa determinatio voluntatis voluntaria & libera eſt; nihilque *extra* aut *intra* voluntatem eſt, quod eam *determinet*, quam ipſe *actus elicitus voluntatis*, qui liberrimus eſt: atque ita ante actualem volitionem potuit voluntas velle oppoſitum: quia eſt de eſſentia voluntatis nullum omnino *impedimentum* aut *obſtaculum* habere, propter quod non poſſet velle quicquid ſub cognitionem cadit.

Non itaque conſiſtit *impeccabilitas* in homine,

mine, quod non *poſſit peccare*: quaſi illud bonum & poſitivum, quod per impeccabilitatem denotatur, voluntatem *determinaret* ad bonum; ſed quod *nolit* peccare: quatenus tunc voluntas elata eſt ad eam perfectionem, ut ſemper bonum eligat. Et vetat natura voluntatis nos aliquid conſiderare in ipſa, per quod ad hoc aut illud plus aut minus determinata ſit: ſed eſt ipſe libertatis uſus, qui illam determinat tantum. Et poſuit Deus iſtam veritatem tam clare & diſtincte in nobis: eſtque id lumine naturali adeo notum, ut volentes dubitare de eo, non poſſumus non credere illud eſſe verum: nempe, *conſtanter & firmiter bono adhærere eſſe perfectionem*: peccabilitatem eſſe *defectum*, & negationem majoris perfectionis. Atque ita indifferentiam ad oppoſitum non eſſe de eſſentia libertatis voluntatis: ipſam voluntatem tamen tam liberam eſſe, ut nullis limitibus circumſcribatur; tamque magnam & amplam, ut nullius majoris libertatis ideam concipere liceat. Eamque præterea illius naturam eſſe, ut nihil illi addi, nihil detrahi poſſit: neque ita *gratiâ* aut *peccato* illam libertatem augeri aut minui: ſed æque liberè, æque ſponte omnem actum elicitum voluntatis perfici. Non licet majoris libertatis ideam concipere tunc, cum certo bono adhæret, quam cum certo malo ſe corrumpendam tradit: aut cum per ſummam inconſtantiam alternatim bonum & malum eligit. Argumentis hęc ulterius probari non poſſunt: cum inter notiones communes & res per ſe notas hæc ponenda ſint. Et licet quidem concipere hominem, qui nunquam peccaturus eſt; atque qui ideo & ea ratione impeccabilis eſt: ſed non licet concipere hominem, cujus voluntas non *poſſit* velle contrarium; quatenus illud *non poſſe* reſtringit voluntatis potentiam, ita ut non *poſſit* omnia velle; atque ut ita majoris libertatis ideam concipere liceat: cum talis *impotentia* voluntatis naturam deſtruat; neque voluntati ſine inſigni loquendi abuſu aptari poſſit. Eſtque voluntas noſtra ſub ratione libertatis talis, ut perfectior, amplior & major reddi non poſſit: neque etiam minor aut reſtrictior. Sed de his dicta ſufficiant.

Quod de libertate voluntatis diximus, idem de *ſimplicitate* dicendum eſt: eam aliquod bonum, poſitivum & perfectum importare. Eſt enim lumine naturali notum id perfectius eſſe, quod arctius, magis ſimpliciter, & minus diviſim multas perfectiones continet, quam id, quod diviſim & in plures diſtributum eas poſſidet. Et ideo perfectius eſſe judicamus unum hominem centum artes callere, quam ſingulos centenas. Eſt ideo etiam perfectior illa res, quæ immediate & per ſe omnia agit, quam quæ per potentias, *realiter*, *modaliter* aut *ſubſtantialiter* ab ipſa diſtinctas exequitur omnia: nam tunc illa potentia eas perfectiones poſſidet, non illa res, cujus illa potentia *modus* eſt. Et ideo rectè concluditur, in ente ſumme perfecto nullam eſſe compoſitionem, ſed ſimplicitatem ſummam. Et contrarium docere mihi tam abſurdum videtur, quam à ratione alienum eſt, concipere plura entia ſummè perfecta: ens enim ſummè perfectum continet in ſe *formaliter* aut *eminenter* omnes res, omnia bona, omnes perfectiones. Et repugnat *opera divina* exequi per id, quod non eſt Deus: at accidentia, modi, potentiæ, qualitates, aut quocunque libet vocare nomine, non ſunt *aliquid naturæ divinæ*: quod adeo manifeſtum eſt, ut non poſſimus aliam diſtinctionem, præter diſtinctionem rationis in Deo concipere, quin ſimul concipiamus *Deum*, & *id quod a Deo diſtinctum eſt*; & quod itaque Deus non eſt; nec quicquam Dei. Eſt igitur ſumma ſimplicitas & unitas omnia alia attributa Dei complectens ſumma perfectio; quæ ideo à Deo, ente ſummè perfecto, ſeparari non poteſt: non magis, quam à conceptu patris ſeparari poteſt filiatio. Et ratione hujus ſimplicitatis agnoſcimus,

nihil eorum, quæ particulatim ut in nobis ea percipimus, & ita etiam in Deo, propter defectum intellectus noſtri, conſideramus, univoce illi & nobis convenire.

Huc etiam referre poſſumus omnia Dei attributa, quæ lumine naturali novimus perfectionem impōrtare: qualia ſunt ſanctitas, juſtitia, bonitas, clementia, miſericordia, &c. quæ ſicut aliquid bonum & poſitivum inferunt, etiam enti ſummè perfecto non ſolum attribuenda ſunt; (quod nullus it inficias) ſed cavendum etiam, ne prava ratiocinatione illud lumen obruamus; Deoque ea attribuamus, quæ lumine naturali nota ſunt cum hujuſmodi attributis conſiſtere non poſſe. Sic lumine naturali notum eſt non faciendum eſſe malum, ut bonum eveniat: & ideo dicit Apoſtolus eorum, qui ita ſuas rationes inſtituunt, condemnationem juſtam eſſe. Non poteſt itaque illa agendi ratio cum Dei ſanctitate convenire. Ergo Deo attribuendum non eſt, quod velit *peccatum* hominum, aut *permiſſionem* peccati tamquam *medium*, quo illuſtretur ſua miſericordia & juſtitia: ita ut modi loquendi in Sacra Scriptura, qui ordinem hujuſmodi denotant, quo declaratio juſtitiæ & miſericordiæ connectitur cum peccato hominis, tantum *eventum* non *deſtinationem* ſignificare, putandi ſint. Si enim aliter eorum ratio conſtaret, ſequeretur *enti ſumme bono* adſcribi, quod lumine naturali notiſſimum eſt, imperfectionem inferre. Et quamvis hæc conciliare non poſſumus; quod tamen (meâ quidem ſententiâ) non ita difficile foret, tamen præter rationem eſt aliquid, quod lumine naturali verum eſſe cognoſcimus, aut negare, aut in dubium vocare, quia neſcimus quomodo cum alia Dei perfectione conſiſtat. Illa ratiocinatio pondus ſuum haberet, ſi lumine naturali pariter notum eſſet omnia peccata, quæ eveniunt, ex ordinatione & deſtinatione Dei fieri: at id non ſolum lumine naturali non notum, ſed ei plane adverſum eſt. Ita candor & ſinceritas bonum eſt: eſtque pariter lumine naturali notum cum candore, veritate, & ſinceritate conſiſtere non poſſe invitationem hominis ad ſalutem, cum ordinatione mediorum ad interitum. Non eſt tamen lumine naturali notum, nos neminem invitare ut veniat; quem venturum non eſſe certo ſcimus. Hoc tamen fundamento quidam inædificant multa dogmata, quæ mihi lumini naturali adverſa videntur. Quia ab eo quod per ſe notum eſt, tricis & cavillationibus ſe averti & abduci ſinunt. Sic lumine naturali notum eſt, fallere eſſe imperfectionem: quod ideo Deo enti ſumme perfecto tribui non poteſt. Sed ad reliqua quæ ſuperſunt, pergimus; hæc leviter attigiſſe ſufficiat; quia hujus loci non eſt totum illud ſtadium decurrere.

---

## SECTIO DECIMA QUARTA.

### *De Subſtantia & accidente.*

IDea ſubſtantiæ *eſt conceptus entis per ſe exiſtentis*: idea accidentis *conceptus entis ſubſtantiæ inhærentis*. Quandoquidem nulla ſubſtantia creata datur, quæ ita per ſe exiſtat *ut ſibi ad exiſtendum ſufficiat*; tamque potentem & immenſam naturam poſſideat ut ſe conſervare poſſit: idque Deo tantum proprium & peculiare ſit: inde manifeſtum eſt, nomen ſubſtantiæ Deo & ſubſtantiis creatis non convenire univocè.

Præterea cum ſubſtantia ipſa per ſe ſenſibus ſeſe non inſinuet, eoſque afficiat; ſed ſuis accidentibus quibus veſtita eſt tantum ſe manifeſtet, ſequitur ſubſtantiam nec ſentiri, nec imaginatione percipi, ſed intellectione ſolum. Non color, non figura, non durities, non mollities, non calor aut frigus, motus aut quies, non volitio, dubitatio, affirmatio, negatio, ſubſtantia ſunt, ſed ſubſtantiæ accidentia: id

id autem ſubſtantia eſſe intelligitur, quod hiſce accidentibus ſubjectum atque ſubſtratum eſt; quod ſolum intellectu percipi quivis experiundo cognoſcet. Unde etiam manifeſtum eſt *ideam* ſubſtantiæ nobis *innatam*, & à prima noſtri origine nobis inditam eſſe: hoc eſt, Deum menti noſtræ indidiſſe facultatem faciendi ideam ſubſtantiæ ex ſeſe; non itaque eam exſtruimus ad aliquid exemplar, quod ſenſibus hauſimus: quamvis id, quod ſenſibus ſeſe inſinuat, menti occaſionem præbeat excitandi ex ſe talem ideam; aut faciendi conceptum ſubſtantiæ: quemadmodum vox *homo* menti ſuggerit occaſionem faciendi conceptum hominis. Nec minus conceptus ſubſtantiæ differt ab eo, quod ſenſibus receptum menti occaſionem præbet exſtruendi ideam ſubſtantiæ, quam vox *homo* differt à conceptu hominis.

Sicut autem ſubſtantia generaliter non ſentitur aut imaginatur, ita in ſpecie corpus nec ſentitur nec imaginatur, ſed intelligitur. Accidentia autem corporis ſentimus & imaginamur; quæ accidentia ideo tantum *modaliter* differre poſſunt à ſubſtantia: ſi enim eſſent realia, ſcire non poſſemus quæ ſint accidentia corporalis ſubſtantiæ, & quæ ſpiritualis. Si enim accidentia aliàm naturæ cognationem non habeant cum ſubſtantiis, quam quod ſubſtantiæ inhæreant, cæterum *realiter* ab ea differant, ex cognitione naturæ accidentis conficere non licet ſubſtantiam, cui inhæret, eſſe corpus aut ſpiritum. Ex figura, colore, ſono, odore, motu, magnitudine, quibus ſubſtantiam aliquam veſtitam videmus, non licebit concludere illam ſubſtantiam eſſe corpus: neque ex intellectione, volitione &c. quæ ſunt *modi* ſubſtantiæ ſpiritualis, licebit judicare, ſubſtantiam iis accidentibus ſubſtratam eſſe *ſpiritum*: non magis quam ex corporis natura, cui mens eſſentialiter conjuncta eſt, recte colligas mentem eſſe corpus, aut corpus mentem. Præterquam quod ad diſtinctionem realem, quatenus à modali & rationis diſtinctione differt, requiratur ut res *complete* intelligatur: non autem ſufficit, quod una res abſque alia concipiatur per *abſtractionem intellectus*. Si itaque accidentia ſubſtantiæ differunt realiter à ſubſtantia, ſuntque entia realia, *complete* intelligi poſſunt abſque ſubſtantia: ergo naturæ accidentium cognitio non pendet à cognitione ſubſtantiæ, nec ſubſtantiæ cognitio à cognitione accidentium. Neque ulla erit ratio, quare non affirmes talem connexionem aut cognationem eſſe inter cogitationem & motum, qualis eſt inter motum & figuram: quæ talis eſt ut non poſſim concipere ſubſtantiam, cui figura ineſt, quin ſimul intelligam eandem ſubſtantiam poſſe moveri. Quare enim cogitatio, ſi ſit accidens realiter diſtinctum à ſubſtantia cui ineſt, non poſſet eſſe in corpore, quemadmodum mens eſt in corpore: cum hac diſparilitate, quod mens eſt in corpore per unionem, cogitatio autem ſit per inhærentiam.

At cum figuram & motum &c. concipere non poſſumus ſine corpore; neque volitionem & perceptionem ſine ſpirituali ſubſtantia: neque ſubſtantiam figuratam, quæ etiam *moveri* non poſſit: neque ſubſtantiam volentem, quæ etiam *percipere* non poſſit; inde efficitur primò, majorem eſſe cognationem inter motum & figuram, quam inter figuram & volitionem, aut perceptionem. Deinde accidentia tantum *modaliter* differre à ſubſtantia, cui inſunt. Quod ideo etiam clarius pateſcit, quia intelligere non poſſumus ſubſtantiam figuratam, quæ poſſit velle aut cogitare; nec ſubſtantiam volentem aut percipientem, quæ poſſit eſſe figurata: inde enim luce clarius evincitur, accidentia eſſe tantum ſubſtantiæ modos.

Quæ huc uſque dicta ſunt, in eum finem in medium ſunt prolata ut conſtaret quo pacto mens in cognitionem ſubſtantiæ corporeæ & incorporeæ, hoc eſt, ſpiritualis, perveniat. Nempe ex modis & accidentibus extenſionis conficimus dari ſub-

ſubſtantiam *extenſam*, quam corpus vocamus: eſt enim *extenſio* ratio formalis corporis; quia nunquam corpus concipere licet quod extenſum, quodque diviſibile, impenetrabile, & locale non ſit. Ex modis, accidentibus & attributis *cogitationis* concludimus *ſubſtantiam cogitantem* dari, quam *ſpiritum* vocare ſolemus: omnes enim cogitandi modi formaliter in ſe includunt *cogitationem*. Per cogitationem autem intelligo id, *quod nobis conſciis in nobis fit*; *& quatenus ejus in nobis conſcientia eſt*. Eſt itaque ſubſtantia ſpiritualis, *ſubſtantia cogitans*: & ejus formalis ratio, *cogitatio*; quæ ab illa ſubſtantia non magis ſeparari poteſt, quam extenſio à corpore. Quatenus itaque *ſentire*, *audire*, *imaginari*, *paſſionibus affici* includunt *conſcientiam*: hoc eſt, quatenus denotant *videor ſentire*, *videor audire*, etiam in numero modorum rei cogitantis ponendi ſunt. Et ſicut in hac *cogitatione* ratio formalis ſubſtantiæ ſpiritualis conſiſtit; ita etiam eadem cogitatione *vita* ſpiritus continetur: & quemadmodum corpus non poteſt eſſe ſine extenſione, ſic ſubſtantia cogitans non poteſt eſſe ſine cogitatione; & ideo non poteſt eſſe ſine *vita*. Neque ſerio rem contemplanti in mentem venire poteſt, ſpiritus *vitam* alia in re conſiſtere. Ita ut res periculi plena ſit negare mentem *ſemper cogitare*: cum inde revera ſequatur mentem extinctam eſſe, cum non cogitat: & ex adverſariorum ſententia, eam tunc, cum cogitat, *dormire*. Et nihil aliud errorem quorundam, qui docent animas defunctorum in Deum relabi, & die reſurrectionis ex ipſo rurſus excitari, invexit & fovit, quam opinio illa, ſc. animas ſi non cogitent non amplius *ſupereſſe*. Credebant autem animas defunctorum non cogitare, quia eas boni aut mali, doloris aut gaudii participes eſſe negabant: ex vero itaque principio dogma falſum cudêre.

Hac occaſione hic indicandum nos *vitæ* conceptum à *vita ſpiritus* mutuatos eſſe; nullique rei magis proprium eſſe quod vivat quam ſpiritui. Et actus, quem res, quæ vivere dicitur, in ſe & ex ſe excitat, eſt de ratione formali vitæ. Et cum ex ſe notum ſit nullum corpus ſeipſum movere, etiam clarum & manifeſtum eſt nullam ſubſtantiam corpoream, aut qualitatem corpoream veræ vitæ principium eſſe poſſe: ſed excogitarunt quidam novam quandam ſubſtantiam, ſc. animam *vegetantem*, & *ſenſitivam*, cujus ope corpus vivere docent: quam animam tamen pro ſpiritu non habent; nempe ne plantis & brutis mentem attribuere cogerentur: reipſa tamen ſtatuunt, quod verbis negant: quia quod *ſeſe ex ſe movet*, ſpiritus eſt; nec unquam talis actionis ullam ideam & conceptum haberent, ſi ideam ſpiritus à natura & ex ſe non haberent. Unde etiam natum eſt nos omnibus illis rebus vitam attribuere, in quibus talem actionem ineſſe nobis perſuademus. Et ſi aliquando detegimus motum aliquem in re, quam antea vivere credebamus, non proficiſci ex intrinſeco principio; quod motum illum ex ſe & in ſe producendi ſit capax, mox etiam unanimi conſenſu vitam tali rei ineſſe negamus.

Perfunctoria itaque & non ſatis attenta conſideratio motus plantarum & animalium, in quo vitam conſiſtere putavimus, occaſionem præbuit cogitandi illum motum à tali intrinſeco principio manare, quod ad vitam proprie ſic dictam requiritur; & ideo vulgus illis vitam veram attribuit. Quia autem repugnabat ideæ & conceptui corporis, *quod ſe ipſum moveret*, ideo illis corporibus animam ſuperaddidere; quam ſubſtantiam eſſe volunt, quæ neque ſpiritus neque corpus eſt, ſed tertium aliquid. Ita inconſideratè non tantum multiplicantes res ſine neceſſitate, quod Philoſophis indignum, ſed etiam id aſſerentes, quod nullo conceptu poſſunt aſſequi: tribuentes eſſentiales proprietates ſpiritus rei, quam tamen ſpiritum eſſe negant; & tamen eodem quo ſpiritum modo

do concipiunt. Interrogo enim illorum conſcientiam, an cum ſpiritum, ejuſque vitam concipiunt, alium ejus conceptum habeant, quam quod ſit ſubſtantia actuoſa ex ſeſe actiones excitans? In quibus etiam vitam ſpiritus ponunt: at eundem conceptum de anima bruti formant. Præterquam quod nullam ideam, rei ex ſe actiones excitantis habeant, quam rei cogitantis; nullaſque tales actiones cognoſcant, quam cogitativas.

Credimus itaque Philoſophis in excogitanda anima vegetativa & ſenſitiva eveniſſe, quod iiſdem accidit in explicanda gravitate; quam cum *reale* corporis accidens eſſe volunt, attribuerunt ei proprietates, quæ ſpiritui peculiares ſunt; & cujus ſpiritus *innatas* habebant ideas. Quamvis enim gravitatem per totum corpus ſparſam eſſe imaginentur; non tamen ipſi extenſionem, quæ corporis naturam conſtituit, attribuunt: hæc enim extenſio omnem partium penetrabilitatem excludit: illa autem gravitatis extenſio, ut ita dicam, una eademque manens, nunc in majori, nunc in minori corpore eſſe putatur. Quemadmodum mens humana una eademque manens, nunc majori, nunc minori corpori tota toti præſens eſt. Sed his finis imponendus, ne vagemur extra orbitam.

---

## SECTIO DECIMA QUINTA.
### *De Eſſentia & Exiſtentia.*

IN præcedentibus quædam pro re nata de eſſentia & exiſtentia diximus; quæ paucis hic repetam, ut ſumma cum imis, & media cum extremis melius cohæreant. Diximus res omnes concipi cum exiſtentia neceſſaria aut poſſibili: quia nullius rei ideam formare licet, quæ non includat exiſtentiam neceſſariam aut poſſibilem: hoc eſt, quæ ex hypotheſi exiſtentiam non præſupponat; ideoque ſtatuimus eſſentiam ab exiſtentia tantum ratione differre. Exiſtentiam rerum omnium, præter Deum, *contingentem* & non neceſſariam eſſe omnes facile concedunt. Quoniam enim exiſtentia neceſſaria *includatur* in idea naturæ & eſſentiæ Divinæ, non magis concipi poteſt alicui *rei* præter Deum, exiſtentiam neceſſariam eſſe, quam concipi poteſt, naturam unius eſſe naturam alterius: aut quod conceptus unius rei ſit conceptus alterius. At nondum probato, aut conceſſo dari Deum, difficilius evincitur res non eſſe ab æterno; atque ita eas non eſſe & exiſtere neceſſario. Nam tum argumentum depromi ſolet à *ſubordinatione cauſarum*; quarum proceſſum in infinitum putant non poſſe dari: ſed cum infinitum à nobis comprehendi non poſſit, non cognoſcimus *clare* & *diſtincte* quid de tota illa re dicendum, & ſtatuendum ſit. Et dicimus cauſarum proceſſum in infinitum eſſe non poſſe, non quia id *clare* conceptui noſtro *repugnat*; ſed quia *ſuperat* intellectum: ita ut concipere non poſſimus quomodo id fiat: ſed inde male concluditur proceſſum cauſarum in infinitum non dari, ſicut nec dicendum illum dari. Quod adverto inter numerandum me non poſſe venire ad maximum numerum, inde non licet concludere numerum *infinitum* exiſtere; ut, neque etiam illum implicare. Poſito itaque, & probato Deum eſſe, omnes facile concedunt nullarum rerum exiſtentiam, præter ipſum Deum neceſſariam eſſe. At de *eſſentiarum* contingentia & non neceſſaria natura, non eadem eſt opinionum conſenſio: ſunt qui hoc ſibi perſuadere non poſſunt; quia intelligere & concipere nequeunt, quomodo rerum naturæ & eſſentiæ, *æternæque*, quas vocare ſolemus, *veritates*, aliter eſſe potuiſſent quam jam ſunt. Et revera iſtarum rerum conceptum, quo pacto id fieri poſſit, formare non poſſumus: quia dedit nobis Deus lumen intellectus finitum; & rebus, ut jam ſunt, accommodatum: at *comprehenſio* iſtius veritatis

lumen & intellectionem infinitam requirit, quia illa res non in natura, ejuſque principiis fundata eſt, ſed naturam excedit; & in ipſa incomprehenſibili & infinita Dei natura ſuum fundamentum habet. Apprehendimus tamen & ſcimus rem ita ſe habere: quia cum omnia, quæ in creaturis ſunt, nullam naturæ aut eſſentiæ cognationem habent cum Deo; nihilque ſit quod univocè de Deo & creaturis prædicetur, liquido ſequitur omnes creaturas, quoad exiſtentiam, & quoad earum naturam & eſſentiam libere à Deo creatas & ordinatas eſſe: & univerſum hoc non tantum *ſponte* à Deo productum, ſed etiam naturas hoc univerſo contentas, eadem libertate à Deo inſtitutas. Nec minus repugnat aliquid à ſummo ente non eſſe productum, quam rei productæ naturam à Deo liberè & voluntariè non eſſe inſtitutam: quamvis jam Deus illas *neceſſarias* & *immutabiles* fecerit; ſicut omnia quæ decreta ſunt, nunc neceſſaria ſunt, cum ante decretum eſſent libera. Et inſidet menti noſtræ jam lumen à Deo ipſi communicatum, & aptum ad judicandum de natura, quam Deus jam *neceſſariam* fecit: ita ut quicquid *clarè & diſtinctè* percipimus ope iſtius luminis verum eſſe, & naturam ejus, quod ita clarè & diſtinctè percipimus, eo exprimi certo ſciamus. Ne quis arbitretur, aut res nunc nondum certam & immutabilem naturam habere; Deumque potentiâ extraordinariâ aliquid agere, quod ei, quod potentiâ ordinariâ, qua naturam conſtituit & conſervat, fit & eſt, repugnet. Cum potentia Dei ordinaria ab extraordinaria non in eo differat, quod rerum naturas mutet; & id verum eſſe faciat, quod antea verum non erat; aut non verum, quod antea verum erat; ſed quod jam per naturam aliquid exequatur, jam immediate *idem* præſtet. Poſſumus itaque lumine noſtro intellectus jam *certo* aliquid de rebus ſtatuere, quamvis ante voluntatem Dei *certam naturam* res non habuerint.

## Sectio Decima sexta.

### *De Duratione.*

Rerum exiſtentiam excipit *duratio*. Quicquid momento non fit, aut momento non perit, id durare dicitur. Quicquid autem exiſtit, id etiam ut *durans* concipimus: quia nos menſuramus cujuſque rei exiſtentiam per rem ſucceſſivam; cujus natura eſt ut unum alterum ſubſequatur; quæque ideo ſimul non eſt: nec tam brevem rei durationem fingere licet, quin illa ſucceſſivâ re menſuratur, quoties illam ut exiſtentem concipimus. Quia ſicut nullum tam exiguum corpus eſt, quin ſit *extenſum*; atque ita partem extra partem habeat, ita nihil tam brevis durationis eſt, quin per rem aliquam ſucceſſivam illam menſuremus; ſive per *motum* proprie dictum, ſive per *actiones cogitativas mentis noſtræ*, quæ ſicut ſimul non ſunt, ita ſucceſſionem per prius & poſterius inferunt. Quamvis itaque non in rebus omnibus quæ durant, datur ſucceſſio, vere tamen dicitur de iis quod manent; & quod ſimul & eodem momento non ſunt & pereunt. Non datur *ſucceſſio* in Deo: ſed Deus eſt omnino actus ſimplex, completus, ſine ulla mutatione; vere tamen *manet*, *duratque*: & quidem id verius de Deo aſſeritur, quam de ulla re ſucceſſiva; cui ne momentaneam continuationem in eſſe vere adſcribere poſſis: cum nullum momentum concipere liceat quod non ſit diviſibile; nullum momentum quod in infinita alia momenta dividi non poſſit: ita ut aliquid ſucceſſivum non tam ut durans, & ut in præſentia exiſtens concipere poſſis, quam quod *fuit* & *extitit*.

Eſt autem notandum momenta durationis non tantum eſſe in motu, ſed in omni re quæ exiſtit: quia quicquid exiſtit, durat: duratio autem & tempus reapſe non differunt. Quemadmodum itaque temporis momenta à ſe invicem non pen-

pendent, ita neque durationis. Et ſicut una pars corporis non pendet ab alia, nec pars motus ab alio motu; ita pars durationis non pendet ab alia ſuccedente, nec ſubſequens à præcedenti. Ita ut perſpicuum ſit attendenti ad temporis naturam, eadem plane vi & actione opus eſſe ad rem quamlibet ſingulis momentis, quibus durat, conſervandam, qua opus eſſet ad eandem de novo creandam, ſi non exiſteret: adeoque conſervationem tantum eſſe *continuatam creationem*. At quod duratio in genere non differt à tempore, id inde manifeſtum eſt, quod non intelligimus in motu aliam durationem, quam in rebus non motis. Ut patet ex eo, quod ſi duo corpora unum tarde, aliud celeriter per horam moventur, non plus temporis in uno, quam in alio numeremus; etſi multo plus motus ſit: ergo tempus quadrat tam rebus permanentibus, quam ſucceſſivis; & tempus tam eſt *modus* rei permanentis, quam ſucceſſivæ: quem *modum* durationem vocamus. Quemadmodum itaque omnes facile damus, temporis partem, quæ nunc eſt, non ponere ſequentem, aut aliam ſubſecuturam, ſed præſentem ſeparatam eſſe à futura; ita una durationis pars non ponit aliam. Cum autem *duratio* eſt tantum modus rei, ſub quo concipimus rem iſtam, *quatenus in eſſe perſeverat*: modus autem à re, cujus eſt modus, realiter non differat, ſequitur ipſam rem exiſtentem nunc, non ponere exiſtentiam in *nunc ſequenti*. Non itaque ſufficit ad ſtatuendum quod id quod nunc exiſtit, etiam momento ſequenti exiſtet; niſi in momento ſequenti continuatur virtus, qua in momento primo exiſtit: at in primo momento virtute creatrice extitit; ergo & in ſecundo momento eandem requirit. Et quemadmodum verum eſt unamquamque rem manere in ſuo ſtatu, donec inde deturbetur: ita verum eſt, nullam rem diutius in ſtatu ſuo manere, quam illa res manet, quæ cauſa & auctor eſt iſtius. Non poteſt lapis manu mea ſuſtentatus, & ita quieſcens diutius in illo ſtatu manere, quam manus quæ illam quietem illi contulit manet, & in ſuſtentando perſeverat.

Sed adhuc manifeſtius iſtius rei veritas ſe prodit, quando conſideramus creaturas poſſibiles & futuras non poſſe tranſire è ſtatu poſſibilitatis & futuritionis, niſi per virtutem aliquam & rem poſitivam; quæ non eſt de natura creaturæ, neque in ejus idea continetur: imo quæ creatura non eſt, neque cum ea aliquam compoſitionem realem aut accidentalem facere poteſt, cum ſit ipſa Dei potentia. At quemadmodum ut aliquid poſitivum conſideramus, per quod creatura acquirit ſuam exiſtentiam in primo momento; ita ut aliquid pôſitivum conſiderandum eſt id, per quod res manet & durat in ſua exiſtentia in momento ſequenti: & illud poſitivum non eſt de eſſentia creaturæ; quia in idea creaturæ non continetur illa ſufficientia ad exiſtendum: quemadmodum in idea Dei talis continetur ſufficientia. Si dicas creaturam productam nulla virtute aut re poſitiva indigere ad ſe conſervandam in ſua exiſtentia; ſed eam eſſe naturam rei creatæ & productæ, ut quicquid ſemel à Deo productum eſt, maneat productum, donec rurſus illa vi, quâ productum eſt, annihiletur. Reſpondemus: præterquam quod in noſtro conceptu implicet Deo attribuere quod producit creaturam, quæ in poſterum ab ipſo non dependeat: eſſet enim id manifeſtum in Deo impotentiæ argumentum, quod non poſſet producere creaturam, quin ea productione ſtatim creatura conſtituatur extra dependentiam à Deo. Cum ſit lumine naturali manifeſtum tam immenſam in Deo potentiam eſſe, ut repugnet aliquid per ſe exiſtere præter Deum: etiam error eſt concipere aliquid ut negativum, quod maxime poſitivum eſt. Et ideo dicimus in ſubſtantia plus poſitivi eſſe, quam in accidente; Deumque ideo ut perfectionem conſideramus, quod ſibi ſufficiens ſit ad du-

randum in æternum in ſuo eſſe. Et ideo Scriptura numerat inter Dei perfectiones & quod alias creaturas ſuſtentat; & quod ipſe ſemper ſuperſtes manſurus ſit.

---

## Sectio Decima-septima.

### *De Ubi.*

SOlent Metaphyſici poſt *eſſentiam*, *exiſtentiam*, & *rerum durationem*, ſermonem inſtituere de *ubi*. Per *ubi* intelligunt locum, ubi res quæ exiſtunt, ſunt. Locus proprie corporibus competit; & denotat *primò* illud ſpatium & extenſum, quod corpus ipſum facit: ideoque ne quidem *ratione* ab ipſo corpore differt. Quod autem vulgus locum à corpore diſtinxit; & dixit corpus occupare ſpatium, illudque ſpatium occupatum locum vocavit, natum eſt ex populari errore, quo vulgus ſibi perſuaſit, quod antequam corpora eſſent producta, fuerit aliquod *ſpatium vacuum*, quod in infinitum extenſum locum præbeat corporibus: quemadmodum & jam, poſtquam mundus creatus eſt, ſpatium *extra mundum* eſſe credunt, quod ſpatium *imaginarium*, impropriiſſimo loquendi modo, nominant. Cum id, quod longum, latum & profundum eſt; & in quo partes aſſignantur, quarum intervallo & interſtitio corpora longius aut brevius à ſe invicem diſtant, non *imaginarium*, ſed *verum* & *reale corpus* ſit. Neque cuiquam licet ſub alio conceptu atque idea corpus intelligere atque imaginari, quam ſub idea *extenſionis*. Sed recte tamen *imaginarium* vocant, cum verum ſpatium eſſe non poſſit, quod penetratur, & quod intra ſe aliam extenſionem admittit. Sed hæc alibi fuſius tractavimus, quo lectorem mittimus. Corpus itaque & locus intrinſecus nihil differunt: & ubi corpus eſt, ibi eſt ſpatium & locus.

Alius eſt *locus*, qui vocatur *locus extrinſecus*; eſtque nihil aliud quam ſuperficies corporis ambientis aliud corpus: ille locus non eſt ipſum corpus, ſed modus corporis. Quemadmodum figuræ omnes mathematicæ non conſiderantur ut ſubſtantiæ, ſed ut termini, ſub quibus ſubſtantia continetur: hoc eſt ut *modi*. Unde, ut hoc verbo dicam, recte concluditur, aut accidentia non eſſe *realia*, ſed tantum *modos*; aut ſi ſint *realia*, illa ſentiri non poſſe: quia corporis ſuperficies tantum ſentitur; quæ ſuperficies, ut diximus, modus tantum eſt. Sed è diverticulo in viam. Talis itaque locus concipi non poteſt ſine conceptu alterius corporis. Certum quidem eſt locum *intrinſecum* nunquam ſine extrinſeco eſſe; quia nunquam corpus tam exiguum creari poteſt, in quo partes, hoc eſt, alia corpora clarè & diſtinctè concipere non poſſumus: poſſum tamen concipere locum *intrinſecum*, non concipiendo locum *extrinſecum*.

Cum tantum *locum intrinſecum* conſideramus, non datur occaſio conceptus de *ubi*: quia cum in ſpatiis imaginariis non detur *locus extrinſecus*; neque in eo partes aſſignari liceat, non poſſumus in ordine ad *ſpatium imaginarium* dicere corpus illud *hic*, aut *illic* eſſe: quamvis revera locum habeat. At cum corpus conſideramus ut conſtans ex partibus; & quod ita una pars ſit contigua alteri, nullum in hoc conceptu corpus datur, quin etiam ejus *ubi* aſſignari poteſt; quatenus ſemper alteri corpori vicinum & contiguum eſt, per quod ejus *ubi*, & locus extrinſecus deſignatur. Ita quidem de toto mundo dici non poteſt quod ſit hic aut illic; at nullam tam exiguam mundi partem concipere licet, reliquis mundi partibus ut abolitis conſideratis, quin reſpectu partium illarum, in quas dividi poteſt; & quas in iis ſemper vere concipimus, ejus *ubi* deſignari poſſit.

Ex quibus omnibus conficimus rem ſpiritualem ex ſe, nec locum intrinſecum aut extrinſecum habere; neque ejus *ubi* deſi-

deſignari poſſe: atque ita de ea in ſe conſiderata dici non poſſe, quod ſit *hic*, aut *illic*, aut *ubique*; cum tales loquendi modi, & conceptus iis expreſſi, non magis quadrent rei ſpirituali, quam color, ſapor, aut odor illi conveniant: hæc omnia enim modum corporis denotant. Si itaque verborum aut conceptuum proprietatem urgemus, non verius dicitur ſpiritum per ſuam eſſentiam *hic*, *illic*, aut *ubique* eſſe, quam ipſum *locum* occupare, aut *modum* corpori proprium habere; cum tamen ſit ſpiritus: aut Deum per ſuum attributum juſtitiæ aut bonitatis, &c. eſſe *ubique*: aut mentem noſtram per ſuam volendi aut intelligendi facultatem eſſe in corpore. Nullibi quidem eſſentia ſeparata eſt ab hoc, per quod Deus, aut ſpiritus creatus *ubique*, aut *alicubi* eſſe dicitur: ne quis arbitretur Dei eſſentiam alicubi eſſe, ubi reliqua ejus attributa non ſunt: *eſſentiam* divinam eſſe in cœlo concluſam, *virtutem* autem divinam etiam extra cœlum patere,atque ſe diffundere. Nullo modo: ubicunque Dei potentia aut operatio eſt, illic etiam eſt Dei natura; quia Deus eſt ſubſtantia omnis compoſitionis expers. Sed hoc tantum urgemus ſpiritum per operationem, quam circa corpus, & in corpore exerit, acquirere denominationem, quod ſit *hic*, aut *illic*, aut *ubique*: intelligo per *ubique*, id omne quod extenſum eſt, ſive omne ſpatium: extra extenſionem enim neque *ubi*, neque *hic*, aut *illic*, neque *ubique* datur: & ideo mundus non dicitur *hic* aut *illic* eſſe. Et ſi Deus plures ſpiritus creaſſet, non creato corpore, non potuiſſet de iis recte dici, quod *hic* aut *illic*, aut quod *propè*, aut *remotè* à ſe invicem fuiſſent. Sublata enim extenſione, non datur *hic* aut *illic*, aut *diſtantiæ intervallum*: nec ſpiritus per ſubſtantiam aut operationem ſuam ſpiritualem magis propè aut remotè à ſe invicem abeſſe dicuntur; quam actiones ejus merè ſpirituales, v. gr. pura intellectio & voluntas, à ſe invicem propè aut longè diſtare dicuntur.

Et quemadmodum nullus ſanus dixerit, mentem noſtram corpori unitam, ad incrementum aut decrementum corporis ſeſe extendere, aut contrahere: aut poſt ſolutionem à corpore hac aut illac corporis parte à corpore ſecedere; aut via quadam aliorſum pergere; aut motu ipſi proprio, loco alicui propius accedere, (qui omnes modi loquendi exprimunt conceptus, qui de rebus corporeis habentur) ita à veritate longè alienus conceptus eſt, dicere ſpiritum creatum *hic* aut *illic* eſſe per ſuam ſpiritualem ſubſtantiam. Quia ſi vere dicatur aliquem ſpiritum per ſuam ſubſtantiam atque eſſentiam hic aut illic eſſe, etiam rectè dicitur eundem illum ſpiritum, cum poſtea alibi per operationem eſſe dicitur, eò perrexiſſe *permeando* illud intervallum, quo locus unius operationis ab alio diſtat. Quod non minus abſurdum eſt, quam ſpiritui colorem attribuere; aut mentis operationibus mere ſpiritualibus aliquod ſpatium, in quo exeruntur. Cum itaque docetur plures ſpiritus uno aliquo in loco eſſe, aut eſſe poſſe, id tantum intelligendum de eorum omnium operatione in illo loco. Ita mens noſtra eſt in corpore, cui ſubſtantialiter unita eſt; & quando corpus mole creſcit, ad illam molem non proficiſci aut pergere dicitur, ſed eodem momento quo eſt, etiam illi præſens eſt; quatenus in illa operatur immediate: quod ſi per media & ſubſidia ſuccenturiata aliquem motum in ea exerit, non vere dicitur iſti parti præſens eſſe. Et ideo ſi non conſtet mentem immediate in omnibus corporis partibus operari, temere aſſeritur illam totam eſſe in toto. Quamvis lubenter concedam me fugere, quare menti ipſi in ſe conſideratæ, non tam facile convenire poſſit quod immediate in toto corpore operetur, quam in aliqua corporis parte. Naturæ enim lumine aſſequi non poſſumus quam late immediata ſpiritus operatio in corpore ſeſe extendat.

Quamvis ea, quæ diximus, obſcura

eſſe videantur iis, qui nunquam ſuas cogitationes à corpore abduxerunt, iſtorum tamen veritatem Deus menti impreſſit. Uſu enim cognoſcimus nos ex operationibus noſtris ſpiritualibus ſcire non poſſe ubinam mens ſit. Et quod nos ſcimus eam eſſe in noſtro corpore, id ex operationibus *ſenſationis* & *imaginationis*, quas ſine corpore, aut motu corporis mens non exequitur, tantum percipimus: & illic tantum certo mentem eſſe ſcimus, ubi percipimus eam tales operationes exerere: v. gr. in capite. Et quia mens non ſatis poteſt dignoſcere in qua parte corporis immediate operationes ſuas exerceat, motumque cieat; ideo mens ipſa neſcit an tota ſit in toto corpore & ſingulis ejus partibus; an vero in aliqua parte tantum ſit tota, & tota in ſingulis ejus partibus, in quas illa pars dividi poteſt. Imo niſi aliquid pateretur à corpore, non ſciret ſe eſſe in corpore: nempe actio elicita mentis pure ſpiritualis cum ſit, nihil commune habet cum corpore.

Neſcio itaque quid iſtis hominibus in mentem venerit, qui ne doctrina de Dei immenſitate labefactetur, volunt introducere ſpatia imaginaria: quaſi Dei immenſitas, ſumpta pro omnipræſentia Dei, aliud quid in Deo eſſet quam denominatio extrinſeca, nata ex operatione Dei, quâ in omnibus rebus corporeis operatur; & propter quam operationem iis præſens eſſe dicitur. Quemadmodum itaque Deo tribuitur creatio à creationis actione: cum ante creationem creator dici non potuerit, ſic immenſitas ante creationem corporum Deo attribui non poteſt. Denotat enim tantum *reſpectum inter corpus & Dei operationem in illo corpore*. Sublato autem corpore, Deus equidem ſpiritibus fuiſſet præſens; attamen *ubiquitas* aut *omnipræſentia* Deo attribui non potuiſſet: quia non fuiſſet *ubi*, neque *ubique*. Et cum ſpatia imaginaria nihil ſint, & Deus in iis non operetur, etiam Deus iis præſens non eſt. Ita quidem ut fundamentum omnipræſentiæ divinæ ſit ſumma illa *eminentia* Dei, qua omnes res corporales ab ipſo dependent; tam in initio ſuæ exiſtentiæ, quam in duratione; tam quoad ſubſtantiam, quam quoad operationes.

---

## SECTIO DECIMA OCTAVA.

### *De Neceſſario & Contingenti.*

Alia eſt neceſſitas naturæ & eſſentiæ; alia exiſtentiæ. Alia eſt neceſſitas *abſoluta*, alia *hypothetica*. Neceſſitas *abſoluta* ea eſt, quando abſolute repugnat rem aliter ſe habere. *Hypothetica* quando quidem abſolute non repugnat rem aliter eſſe conſtitutam: ſed quando res jam neceſſaria facta eſt à cauſa libera, quæ ideo ante volitionem iſtius cauſæ liberæ, non erat neceſſaria, ſed contingens; ita res contingens facta eſt hypothetice neceſſaria. Eaque neceſſitas duplex eſt: alia reſpicit *naturam* rerum, alia earum exiſtentiam: & hæc quidem earum præſentem exiſtentiam, aut futuram. De neceſſitate hypothetica, quæ naturam & eſſentiam rerum ſpectat, ad rei neceſſitudinem in ſuperioribus ſatis dictum eſt. De neceſſitate abſoluta tam *eſſentiæ*, quam *exiſtentiæ* paucis abſolvam: quandoquidem in præcedentibus ejus plus quam perfunctoria facta eſt mentio. Quod abſolute neceſſarium eſt, illi repugnat de ipſo conceptus formari, quibus concipimus rem illam ullo modo ſe aliter habere potuiſſe.

Notum eſt ex iis, quæ in ſuperioribus dicta ſunt, id *poſſibile* à nobis vocari, quod nos poſſumus clare & diſtincte intelligere: nihilque unquam fieri non poſſe cogitavimus, quam quod à nobis diſtinctè percipi repugnaret: quia quicquid clare & diſtincte intelligo, eſt aliquid; & ideo poſſibile, quia Deus proculdubio potens eſt ea facere, quæ ego poſſum clare & diſtincte percipere. Si itaque repugnet à nobis

bis concipi rem aliquam aliter ſe potuiſſe habere quam jam ſe habet, illa res abſolute neceſſaria eſt. At repugnat à nobis concipi *ſummum ens*, quod *Deum* vocamus, aliter ſe habere potuiſſe. Non poſſumus enim, primò, *ſummum bonum* concipere ſine *ſumma perfectione*: ergo non poſſumus Deum concipere, qui non poſſideat formaliter & eminenter quicquid perfectionis nomine venit: & ideo recte aſſeritur nos Deo clare & diſtincte cognito, nihil falſi attribuere poſſe. Non poſſum itaque Deum meo modo pro arbitratu meo fingere & excogitare. Non etiam mihi liberum eſt, Dei perfectiones augere aut minuere: quemadmodum hominis perfectiones, per gradus augendo ejus probitatem, aut cognitionem &c. augere vel minuere poſſum. Sed ſimul & ſemel concipio Deum omnimodo *infinitum*: hoc eſt, eſſe rem talem, ut nullo modo limites in eo reperiri poſſint. Unde etiam manifeſtum eſt, me ideam Dei non tantum arbitratu meo non excogitaſſe aut formaſſe; ſed ne à creaturis quidem illam mihi illapſam eſſe: quia ubi perfectiones in immenſum auxi, video illas in nullas creaturas cadere poſſe; & ilico ideam creaturæ mihi perire, & Dei obverſari: ergo illa idea in nobis à creatura non eſt. Quemadmodum autem ſummam perfectionem à Deo ſeparare non poſſum, ita mihi impoſſibile eſt ſeparare à Dei eſſentia ejus exiſtentiam actualem: unde conficio Deum tam abſolute *neceſſariò* exiſtere, quam abſolute *neceſſariò ſumme perfectus* eſt. Quemadmodum enim neceſſarium eſt rem, cum exiſtit, exiſtere; ita neceſſarium eſt Deum exiſtere. Neque id ſequitur ex hypotheſi: nempe, poſita natura aliqua, quæ omnes perfectiones infinite complectitur, illam etiam perfectionem ei concedendam, nempe, quod exiſtit & quidem neceſſario: ſed ſequitur ex poſitione iſtius hypotheſeos, & Deum eſſe; & quidem eſſe neceſſario: quia non eſt mihi *liberum* illam hypotheſin ponere, aut non ponere. Imo quod magis eſt, implicat id tamquam pro hypotheſi habere aut ponere, quod *quoties concipimus, de eoque cogitamus, non aliter quam abſolute neceſſarium concipere poſſimus*. Quemadmodum enim dicere non licet: pone convallem, & concedo tunc montem ſine convalli non poſſe concipi; quia convallis in montis idea neceſſario includitur, atque continetur. Et pariter, ſicut dicere incongruum eſt, poſito motum non eſſe modum corporis, concedo motum ſine corpore concipi poſſe: ita pariter à ratione alienum eſt, dicere poſito ſummo ente, concedo, *neceſſarium eſſe quod exiſtat*: cum ſummum ens concipere non poſſumus ſine exiſtentia: quia exiſtentia eſt de natura & eſſentia *ſummi entis*. Si itaque idea entis ſumme perfecti non eſt res ficta, ſicut hercule non eſt, quemadmodum centauri & hippogryphes res fictæ ſunt, ſed res vera poſitiva: & ſi clarum ejus conceptum habemus, inde tam manifeſtò & certo concluditur, & eodem argumentandi modo, ens ſumme perfectum exiſtere neceſſario, quam rem finitam, quam diſtincte percipimus, eſſe *poſſibilem*, & à Deo poſſe produci. Præterquam, quod ſummum ens, cum ſit aliquid *poſitivum*, & *clare* atque diſtincte (non dico *adæquate*) concipiatur & intelligatur, aut neceſſarium eſt, aut poſſibile: non poſſibile; quia per ſe notum eſt, Deum ſi jam non eſt, non poſſe *incipere* eſſe & exiſtere, ergo eſt neceſſariò. Omitto, quod ſi Deus non eſſet, nos non poſſe habere vim cogitandi de Deo; & excitandi in nobis Dei ideam: quia ſicut modo, & ante docuimus, illa idea non eſt formata ex idea ullius creaturæ; per gradus nempe augendo creaturarum perfectiones: quia Dei perfectiones creaturarum perfectiones ita exſuperant; ut ipſi fateamur eas in hominem aut ullam creaturam cadere non poſſe.

Nunc adhuc aliquid commentandum de contingentia quarundam rerum futurarum.

Omnia

Omnia præter Deum *contingentia* eſſe apud illos omnes in confeſſo eſt, qui docent omnia à Deo libere creata & ordinata eſſe. Sed reperiuntur nonnulli, qui arbitrantur quædam adeo eſſe contingentia, ut etiam reſpectu Dei ea contingentia dicenda putent; ita ut ne quidem ordinatione aut decreto Dei fiant, ſed omnimodo contingentia ſint: & ideo quidam eorum etiam Deo *præſcientiam* detrahunt. Alii idem docent, quod quidem abſolutam eorum contingentiam attinet; eorum tamen præcognitionem atque præſcientiam Deo attribuunt. Suntque illa iſtorum judicio, omnia ea, quæ ab hominis libertate atque voluntate dependent. Quia cum reliquarum rerum eventa pendere videant à ſubordinatione cauſarum phyſicarum, quæ neceſſario agunt, facile concedebant ea tam neceſſaria eſſe, quam eorum cauſæ neceſſario agebant. At libertatis naturam deſtrui putabant, ſi quicquam poneretur quod eventorum, quæ à voluntate pendebant, certitudinem inferret. Quid de difficili hac re, & quæ omni ætate omnes doctos exercuit, dicendum ſit, jam exponemus. Certum eſt, quod id omne, quod non eſt Deus, aut neceſſario à Dei natura non manans, eſt *contingens*; & ideo non *neceſſarium*: quia Deus libere id ordinat. Quandoquidem autem nulla creaturæ natura quicquam commune aut affine habeat cum natura Dei, inde manifeſto ſequitur omnes creaturarum naturas libere à Deo creatas eſſe: ita ut non tantum iſtius libertatis ratione, *contingenter* exiſtant, quatenus Deus ipſas libere produxit: ſed etiam quatenus talem, aut talem, & non aliam naturam habent. Et ideo in ſuperioribus indicavimus abſolute neceſſarias non eſſe illas naturas, ex quibus mundus aut hoc univerſum conflatum eſt: ſed Deum illas libere neceſſarias feciſſe. Et quod de natura rerum dicimus, id fortiori ratione de *ordine*, quem in univerſo conſpicimus, aſſeritur. Nam ordo, qui in mundo eſt, non profluxit à natura, ſed à voluntate & libero arbitrio Dei. Attamen, quamvis naturæ rerum abſolute non ſint neceſſariæ, Deus tamen per voluntatem ſuam nunc illas neceſſarias fecit. Ex quibus efficitur ad ordinationem naturæ creaturarum ſequi etiam neceſſarium quendam ordinem, relationem, atque reſpectum ad effectus, quibus producendis aptæ ſunt; & ad modum operandi, quo ſecundum naturæ proprietates operantur.

Propter agendi modum res creatæ in duplici ſunt differentia: quædam ab alic impulſæ tantum agunt; & ideo neceſſa rio: aliæ ſua ſponte ſe movent & agunt & ideo libere & voluntarie agunt: ill vocantur cauſæ Phyſicæ, hæ morale Res morales aliæ ſunt bonæ, aliæ mal Res morales bonæ ſunt recti liberi ar trii uſus: recti liberi arbitrii uſus ſ illi, qui juxta legis præſcriptum eruntur. Res morales malæ, ſunt p vi liberi arbitrii uſus; quique à norma gis deflectunt: ſuntque privationes, hilque poſitivi habent, quamvis rei tivæ inſint. De ſingulis ea dicemus, ſcopus noſter & tractatus ratio poſ Res phyſicæ & morales bonæ, ſu poſitivæ; ideoque earum *natura* Deo. Et quia *reipſa* exiſtunt & oper pariter Deum authorem requirunt datur enim natura, aut res reipſa ex quæ per ſe & à ſe ſit præter De enim ſolus ſibi *ſufficiens* eſt. Et alibi fuſe probatum eſt, tam res quam *Phyſicas* à Deo eſſe; etiam operationibus. De rebus phyſic lus vocavit in dubium: quia cu agnoſcant earum operationes eſſ rias, nullius erat operæ aut indu providentiam circa illas, earu pendentiam à Deo conciliare cu operationibus. Quamvis autem ſæ Phyſicæ ſua ſponte agant; & agunt, neceſſario agant: ſun rum quædam quæ neceſſario dem modo agunt; aliæ quæ

& variè agunt; quamvis modus earum operandi non minus ſit neceſſarius quam præcedentium. Ita ignis quidem neceſſario urit; at ventus inconſtans & inſtabilis eſt: quamvis, poſito quarundam cauſarum concurſu & combinatione, non minus neceſſariò ab hoc mundi cardine & non ab alio flat, quam ignis neceſſariò urit. At quia ille cauſarum concurſus, à quo ventus v. gr. orientalis aut occidentalis hac aut illa dici hora ſpirans dependet, reſpectu ordinis in natura conſtituti eſt admodum contingens: cauſa vero, quare ignis urit, reſpectu ejuſdem ordinis, eſt in igne ſemper præſens & neceſſaria. Rectè dicitur contingenter eveniſſe quod ventus ſic & non aliter hodie flaverit: non dicemus tamen de igne, quod contingenter urit. Quamvis tam neceſſariò in & à natura producta ſit cauſarum combinatio, à qua venti talis, aut talis flatio dependet, quam ignis uſtio. Nec de igne rectè dicitur, quod *contingenter* urit: quia potuit Deus decreviſſe, ne ſemper ureret; quemadmodum illud jam eveniſſe Sacra Scriptura teſtatur. Nec dicendum ventum neceſſario per intervalla flare aut non flare, ſic & non aliter flare: quia Deus certum cauſarum nexum decrevit, à quo hujuſmodi viciſſitudo tam conſtanter atque neceſſario procedit, quam uſtio ab igne procedit.

Quamvis itaque duplici ratione nihil contingenter in rebus phyſicis, (à quibus nihil eorum, quæ in mundo fiunt, ſejungo, quam ea quæ à noſtro arbitrio pendent) ſed omnia neceſſariò eveniant; nempe ratione decreti, & ratione cauſarum phyſicarum neceſſariò agentium: hominum tamen cogitata & officia longè alia eſſe debent, cum aliquid ab iis cauſis phyſicis exſpectant, aut ipſis aliquid per eas evenit; quarum cauſalitas reſpectu combinationis cauſarum neceſſaria eſt; quam cum ab iis aliquid exſpectant, aut ipſis aliquid evenit, quod à cauſarum inſtabili concurſu producitur; & quarum concurſus non ſolum extra noſtram poteſtatem & induſtriam poſitus eſt: ſed qui nos etiam fugit; & cujus rationem hominis mens aſſequi non poteſt. Qualis v. gr. eſt *jactus aleæ*: cujus eventus licet à cauſis phyſicis & neceſſariò agentibus oriatur; illarum tamen cauſarum concurſus inſtabilis eſt, & extra artem & induſtriam noſtram poſitus; qui ideo ſorte fieri dicitur: & eſt in hujuſmodi plus aut minus ſortis, quatenus ille cauſarum concurſus plus aut minus arte noſtra regi poteſt. Et ſæpius contingit unam eandemque rem uni per ſortem evenire, alteri non ſimiliter; quatenus unus peritus eſt regendi illas cauſas, alter imperitus: cujus imperiti reſpectu idem eventus fortuitus eſt. Ita peritus gubernator aliquando arte, ut ita dicam, infallibili portum occupat, in quem alter fortuito à fluctibus conjicitur. Et qui ita peritus eſt, ut certum aleæ jactum manuum & aleæ motione poteſt efficere, quem alter temere jacit; ſimilis ille jactus huic ſorte contingit, illi non ſimiliter. Et falluntur, qui arbitrantur in ſorte alium Dei concurſum cum cauſis ſecundis & phyſicis; aut aliam immediatam quandam Dei providentiam eſſe, quam in iis, quæ non putamus ſorte evenire. Et ideo ſortis natura non requirit ſpecialem aliquam provocationem ad Dei providentiam; nec eâ continetur exploratio ejuſdem providentiæ, ſicut vulgus Theologorum exiſtimat. Sed quia concurſus cauſarum phyſicarum, à quibus eventus, qui ſorte oritur, pendet, reſpectu cauſarum ſecundarum inſtabilis eſt: & quia, quod eodem redit, ille concurſus poteſtati voluntatis non ſubjectus eſt; ſoletque ideo variari, nec ſemper idem evenire; ideo ea omnia quæ ita eveniunt, caſu & fortuito evenire dicimus. Et quoties ejuſmodi fortuito cauſarum concurſu ad aliquid agendum aut obtinendum utimur, tunc ſors & caſus in noſtris inceptis verſari aut dominari dicitur. Et quia tales eventus in anci-

ancipiti poſiti ſunt, & inſtabilis cauſarum concurſus aut hunc aut illum effectum producere poteſt; Deusque ſecundum hunc inſtabilem cauſarum concurſum, etiam ſua ex ſuo decreto diſpenſet: ideo recte eos eventus dubios, incertos & contingentes vocamus. Et quia à noſtro arbitrio & induſtria non pendent; ideoque in iis nullas vindicamus partes, ideo ſingulari ratione ad Deum eos referimus: quamvis non minus vi cauſarum ſecundarum eveniant, quam eventus neceſſarii; quando cauſarum à quibus hujuſmodi eventus dependent, combinatio aut conſtans & firma eſt, aut noſtræ voluntati & arti ſubjecta; & ſecundum quam cauſarum combinationem Deus etiam ſua ex ſuo decreto diſpenſat. Et eſt mera ſuperſtitio cogitare in hujuſmodi rebus eſſe ſpecialem quandam provocationem ad Dei providentiam; noſque temere illa exploratione uti; quando in rebus levibus aut ludicris, cauſis hujuſmodi fortuitis aut ſorte, quod idem eſt, utimur. Religio & pietas jubet, ut reverenter nos habeamus erga Deum, quando de re agitur quæ noſtra magnopere refert: nec decet id fortunæ committere temere, à quo momenta miſeræ vel felicis noſtræ conditionis pendent. Sed ad rem. Recte itaque metuimus, quando eventus reſpectu cauſarum ſecundarum eſt anceps: cum recte colligatur, fortaſſe Deum in decreto ſuo ſtatuiſſe, ut aliquid adverſi nobis eveniret; quia per tales cauſas, earumque concurſum hujuſmodi eventus producere ſolet. Neque refert, nihil tamen eventurum, quam quod Deus decrevit. Id enim malum & periculum, quod metuitur, non tollit: quia natura mali aut periculi non mutatur, quamvis per certum decretum eveniat.

Sed recte quidem meo judicio colligitur, preces è medio tolli, ſi ſtatuatur tale Dei decretum abſolutum de rebus omnibus; ut in precibus v. gr. nulla *cauſa* ſit, quare Deus *deſtinarit* quoſdam periculo eripere. Sed de his alibi. Caſus itaque, fortuna atque contingentia eſſe putatur in rebus phyſicis, quarum eventus dependet à cauſarum concurſu fortuito reſpectu cauſarum ſecundarum; & quem in noſtra non habemus poteſtate. Et hæc de contingentia, quæ reſpectu cauſarum phyſicarum in mundo eſt. Nunc de ea contingentia aliquid dicendum, quæ reſpectu cauſarum libero arbitrio præditarum in mundo reperitur.

Res quæ à voluntate noſtra aut libero arbitrio pendent, vocantur res morales: ſuntque bonæ vel malæ. De bonis primum loquemur. Cum res moralis bona ſit aliquid poſitivum; id à Deo in ſuo eſſe & operari dependere præſupponimus. Cum autem de ratione formali voluntatis atque liberi arbitrii ſit, ex ſe ſua ſponte agere: quod ita omnibus hominibus compertum eſt, ut nullius omnino rei clariorem & magis manifeſtam ideam habeamus, quam eam ſcilicet, à nullo quocunque *ſpontanei-tatem* tolli poſſe, quin ſtatim pereat natu-ra voluntatis; ſequitur quidem res ill[…] poſitivas, quæ à libero noſtro arbit[…] proficiſcuntur, dependere à Deo in ſ[…] eſſe & operari; & ſimul poſſibilitatem […]rum fundatam eſſe in Dei potentia & […]pientia; Deumque decreviſſe ut illæ […]rent; atque ita iſtorum omnium reſp[…] nihil caſu aut fortuito evenire: at pro[…] illud *ſpontaneum* & illud *liberum*, qu[…] omnibus actionibus moralibus reper[…] ponenda adhuc longe alia continge[…] rebus, quam talis, qualis oritur ex […]bili cauſarum phyſicarum concurſu. […] propter cauſarum phyſicarum nece[…] agendi modum in ſe, non tantum r[…] dependentiæ generalis à Deo, D[…] ſeriem cauſarum phyſicarum tanqu[…] vera media, quæ ipſe confert; […] liberi arbitrii uſu quicquam exſp[…] ut ita dicam, aſſequitur id, quod a[…] nó fieri voluit. At quæ Deus fieri […] per interventum liberi arbitrii, n[…] quitur tamquam per media, quæ […] hibet, & à ſe proficiſcuntur; ſed […]

homine conferuntur, & ordinatas occupare; ut quemadmodum
...erum, ſuſpenſa ſunt, quatenus il-
...moralibus, quod eſt in omnibus acti-
..., quo actiones liberæ eodem con-
...ionis genere, quo cauſæ phy-
...vicem ſubordinantur. Talis
...natio ſubvertit conceptum
...atque voluntatis: cujus li-
...ontaneitas, propter quam
...mini actionum noſtrarum, &
... vituperio digni, prohibet
... libera voluntate profectas,
... in ſerie cauſarum *abſolute* deſti-

...o hac veritate dependet cauſalitas
...um moralium; qua eam relationem
... ad voluntatem Dei, ut propter
...iquid homini conferre dicatur. Ideo-
...bjectum actionum moralium bona-
...ratorum, & non jam conſummato-
..., habet rationem conditionis; quam
...mo per bonum liberi arbitrii uſum ad-
...plere debet. Et ideo *dependentia* actio-
...um bonarum moralium à Deo, ut pri-
...no ente, & ab ipſius gratia, nunquam
...ta debet concipi, ut eo conceptu pereat
...atura voluntatis: quod ſemper fit, quan-
...do *illud liberum*, propter quod ſumus do-
...mini actionum noſtrarum, etiam reſpectu
...dependentiæ voluntariarum actionum à
Deo, ipſiuſque decreti de talibus actioni-
bus, non conſervetur integrum. Quod
fit, quando aliquid ut abſolute decre-
tum putatur, quod effectum ſuum ha-
bere non poteſt, niſi interventu libe-
ri arbitrii creaturæ. Quamvis itaque
actio moralis bona à Deo dependeat:
quamvis in Deo & per Deum exeratur,
ipſiuſque gratia perficiatur: quamvis
ordinet media, quibus infallibiliter &
certo obtinetur actio quædam moralis
bona: nunquam eam decernat; quia
tamen lumine naturali novimus, iis om-
nibus noſtram voluntatem aut liberta-
tem non impertiri, ponendum eſt nos
libere tales ordinem & locum inter res

nos dicimur propter illud liberum do-
mini noſtrarum actionum, ita dicamur
domini iſtius loci & ordinis, quem crea-
tura libera inter res phyſicas (quæ, quia
illo libero carent, abſolute ſemper decer-
nuntur) occupat.

Neque hoc ita intelligi velim, quaſi
Deus cum creaturæ rationalis voluntatem
creavit, & ſimul ita cauſam actionum mo-
ralium incluſerit in illa voluntate, eam-
que vim illi contulerit, ut aut indepen-
denter à Deo agere poſſit; aut quod ejus
libertati repugnet, Dei decretis ſubje-
ctam eſſe. Atque ita quærendam non eſſe
in actionibus liberis cauſam certam & de-
terminatam; quæ certo & infallibiliter
actionem elicitam voluntatis producat.
Quodque liberæ actiones non ex Dei or-
dinatione, & cum dependentia à Deo,
locum & ordinem ſibi vindicant in hoc
univerſo: atque quod ita creatura libera,
jure naturæ liberæ conceſſo, ſine depen-
dentia à Deo, aut ſine Dei ordinatione;
ſed ſolummodo ſuo arbitrio ſibi locum &
ordinem inter res & operationes mundi
eligat: quæ doctrina eſt fundamentum
ſcientiæ mediæ, quam nos rejicimus.
Dicimus itaque: quemadmodum Deus
ordinavit creaturam liberam, ... quod
perinde eſt, creaturam voluntate præ...
tam; eamque non abſolvit à ſua depen-
dentia, ita actiones, quæ à libera creatura
proficiſcuntur, à ſua dependentia non ab-
ſolvit: ſed per modum à nobis incompre-
henſibilem id certo & infallibiliter ...
tur, quia ab æterno per creaturam libe-
ram fieri voluit. Nam præterquam quod
in Deo ... immenſam potentiam ...
deramus ... repugnet aliquid ...
ſtere ex... ; novimus eam ...
creatura ... tollere poteſt ...
perfectio ... certo & ...
nunquam ... ſed ſemper ...
hæſura ſit ... quemadmodum ...
catis pa... certo ergo ...
quam D... effectum ...

Et ſi Deus creaturæ liberæ tantum luminis & gratiæ concederet, ut vitiorum & virtutum naturam recte inſpicere poſſet, tanto virtutis amore & vitiorum odio afficeretur, ut nunquam à virtute deflecteret. Cum enim voluntatis objectum ſit bonum; ita ut tam repugnet voluntatem malum ſub ratione mali amplecti poſſe, quam triſtibus quatenus triſtia ſunt delectari: ideo voluntas intellectus lumine recte ducta nunquam malum eligeret, ſed bonum conſtanter appeteret.

Præterea cum ſit aliquid reale, poſitivum, & perfectio in Deo ipſum peccare non poſſe; & tamen libere virtutem & juſtitiam amet, eâque delectetur: ſequitur cum libertatis natura non pugnare certò & infallibiliter bono adhærere; quamvis cum ea pugnet illam infallibilitatem eventus adſcribere alicui cauſarum generi; quæ conſideratæ ut diſtinctæ ab ipſo voluntatis actu elicito, voluntatem determinent ad aliquid volendum. Eſtque id ita verum, ut etiam nunquam talis diſpoſitio in corpore, v. gr. phrenetici, exiſtat; quæ voluntatem ad eliciendum actum aliquem determinet; aut faciat eam aliquid velle: ſed actiones voluntariæ non minus liberæ & ſpontaneæ ſunt in maniaco, quam in homine mentis ſuæ compote. At quamvis ita ſuo modo actiones ſtultorum ſunt liberæ, quatenus ſtultus libere per voluntatem ſeſe determinat; tunc tamen vitio carent, quando ſtultus deſtitutus eſt facultate excitandi tales & tot ideas, quales & quot ſunt neceſſariæ ut rectum judicium de rebus agendis ferre poſſit: & hoc tantum ex circumſtantiis æſtimari poteſt, quarum inter alias una eſt; quando videmus hominem tam inepta patrare, ut in hominem ſui potentem cadere non poſſint. Et hæ actiones tamen diſtinguendæ ſunt ab actionibus automaticis hominum, in quibus determinationi voluntatis locus non eſt: ſuntque tales actiones automaticæ, v. gr. inſomnia & convulſiones, membrorumque & linguæ motus, qui ſpirituum agitationis modo, & fabrica corporis ſolum, ſine ulla voluntatis ope atque directione in nobis non raro fieri videmus. Et mihi videtur egregium imperfectionis à primis parentibus propter eorum peccatum contractæ, argumentum; quod noſtra mens ſe adeo infirmam experiatur, ut ad corporis & ſpirituum diſpoſitionem ſe concitet; quaſi eorum imperio ſubjecta eſſet, cum tamen iis dominari deberet.

Ex iis quæ jam de natura liberi arbitrii in exerendis actionibus moralibus bonis diximus, liquet aliud contingentiæ genus eſſe, quod oritur ex libero arbitrio occupato in bono morali; aliud quod oritur ex cauſis phyſicis contingenter, modo jam tradito, operantibus. Quæ duo etiam diſtinguuntur ab eo contingentiæ gradu, quo res omnes, præter Deum, contingentem naturam habent: quatenus Deus libere tales eſſe fecit. Datur & aliud, quod eſt quartum genus contingentiæ, quod oritur ex natura & conſideratione mali moralis. De quo jam loquemur.

Quandoquidem peccatum eſt *nihil*,
imo *privatio* boni quod rei ineſſe debebat,
ejus ratio aut natura, ſi ita loqui liceat,
non eſt à Deo: & ideo ejus poſſibilitas
fundata non eſt in Dei ſapientia & poten-
tia. Porro cum lumine naturali notum ſit
Deum non tantum non peccare, ſed ne
delectari quidem peccato, quod ab aliis
perpetratur: eſt enim lumine naturali no-
tum, eſſe imperfectionem magnopere
damnandam, delectari malo: quemad-
modum eodem lumine naturali novimus,
mentiri & promiſſis non ſtare defectum
eſſe. Et tam repugnat concipere ens ſum-
me perfectum cum hac imperfectione,
quod peccet, peccare poſſit, aut pecca-
to delectetur; quam concipere mon-
tem ſine convalle. Et ſi Deus non de-
lectetur peccato; nihil etiam deſtinat aut
confert tamquam medium, quo pec-
cati exiſtentia per liberum hominis ar-
bitrium obtineatur. Cum autem dicatur

Deum

peccare, a[illegible] quot autem peccare: co[illegible]cipimus il- vel potius i[illegible] potentiam, a dicitur po[illegible]e peccare, [illegible]ectionem: p[illegible]tentiam au- ra libera dicit[illegible]r non poſſe quam perfectio[illegible]em. Quod m creaturæ lib[illegible]eræ poſſint [illegible]ſt, quia Deus [illegible]oluit quas- [illegible] creare ita perfe[illegible]tas, ut im- eſſent: & ea qui[illegible]dem ratione [illegible]ſibilitas fundamentum habet in [illegible]tione & volitione. Et quan- Deus actu & reipſa talem crea- [illegible]ram produxit; ideo non recte [illegible]eritur ipſum abſolut[illegible]e peccatum [illegible]idque adhuc manife[illegible]tius ſe pro- [illegible]nſideremus Deum ex ſtatu poſſi- in ſtatum futuritionis [illegible] tales cir- [illegible]ntias, talemque rerum [illegible] ordinem, [illegible] creaturam liberam pecc[illegible]turam præ- [illegible]t, modo à nobis incomp[illegible]rehenſibili, [illegible]duxiſſe. At cum formalis peccati cau- [illegible]on ſit *poſſibilitas peccandi*, ſed *malus li-* [illegible]*i arbitrii uſus*; qui *ſolus à creatura libe-* [illegible]eſt: & *propter quam abuſus poſſibilita-* [illegible]m peccatum proprie & *formaliter poſſi-* [illegible]ile *dicendum eſt: quia quicquid poſſibi-* [illegible]e vocatur, id in ordine ad cauſam, à qua producitur, tale vocatur. Et quandoqui- dem Deus nihil ordinat tamquam medi- [illegible]m, quo peccati exiſtentia obtineatur; [illegible]mo contra ſubſidia ſufficientia ſuppeditat [illegible]mni creaturæ rationali, qua peccatum [illegible]vitare potuiſſet, ſi voluiſſet, ſequitur de [illegible]eo docendum non eſſe ipſum peccatum *per ac-* [illegible]*luiſſe: ſed dicendum peccatum* quæ Deus [illegible]*ens ſecutum ad quædam, quæ velle potuit;* eti- [illegible] *ſe voluit; jureque velle potuit* [illegible] alicujus creatu- [illegible]*ſi præviderer peccatum* [illegible] [illegible]*liberæ ad id ſecuturum: quatenus ſua* [illegible]*ſcientia, à nobis incomprehenſibili,* [illegible]*vidit creaturam liberam & integram* [illegible]*ſituatam in certis quibuſdam circum-* [illegible]*is à ſe ordinatis (& quæ ideo non ex-* [illegible]*bant præſidia ſufficientia id evitan-* [illegible]*peccatum, ſed complectebantur præ-*

ſidia ſufficientia) peccantem libere; & per abuſum ſui arbitrii, & nulla Dei ordinatione ſibi vindicantem locum & perſonam peccatoris inter ea, quę Deus per ſe voluit.

Nunc ſuccincte quædam tradam, aut potius indicabo, ut ita dicam, digito, quæ ex præcedentibus fluunt: cum alibi hæc fuſius explicata ſint. Primo: ſequitur objectum ſimplicis intelligentiæ divinæ eſſe res poſſibiles in aliquo ordine poſſibili poſitas: atque adeo decretum Dei proprie dictum non tam ordinare res, quam ordines rerum poſſibiles per Dei potentiam & ſapientiam, è ſtatu poſſibilitatis traducere in ſtatum futuritionis. Et exiſtimo hujus rei conſiderationem alicui dediſſe occaſionem fingendi decretum Dei circa poſſibilia, quæ nunquam ſunt futura: ut ita commodius ſolveret objectiones, quæ ex Sacra Scriptura pro ſcientia media adferuntur. Puto tamen hæc commodius vocari objecta ſimplicis intelligentiæ cum relatione ad Dei ſapientiam & potentiam. Secundo: iniqua à nobis peti, cum poſtulatur ut conciliemus libertatem voluntatis cum certitudine eventus, qui naſcitur ex decretis proprie ſic dictis Et ſolent adverſarii præcipue iſtam difficultatem movere circa providentiam Dei in malo: cum potius quærendum eſſet, quomodo eſt lapſus poſſibilis? Vel potius, quomodo homo peccati author reputari poteſt, & reatui ſubjici? At tum quæſtio nullam difficultatem continet. Lapſus enim hominis eo modo eſt poſſibilis, quo modo actu committitur. Non itaque laborandum quomodo Deus præſciat peccati futuritionem per decreta; quibus decernit quædam futura, ad quæ peccatum ſecuturum prævidet. Nam illæ res, quæ per illa decreta decernuntur, non fiunt, aut ſunt cauſa peccati per decretum: ſed quod eſt cauſa peccati in tempore, per id peccatum fuit poſſibile ab æterno ante decretum. Id autem per quod peccatum eſt poſſibile, non eſt à Deo, ſicut id ſupra probatum eſt. Ergo id per

quod in tempore peccatum actu perpetratur, non eſt à Deo: nam per id perpetratur in tempore, per quod ab æterno fuit poſſibile ut perpetraretur, ſi reipſa ponantur ea, per quæ peccatum eſt poſſibile Et hujuſmodi conceptibus inhærendum putamus, quamvis conciliare non poſſimus quomodo Deus videat aliquod peccatum poſſibile, & perpetratum iri ad poſitionem quarundam rerum poſſibilium; quæ poſſibilitatis fundamentum in Dei potentia & ſapientia habent: cum tamen peccatum nec per Dei potentiam aut ordinationem ſit poſſibile; ſed illud tantum in quibuſdam circumſtantiis perpetratum iri videt: quia non minus lumine naturali certum eſt, Deum non velle aut ordinare ut peccatum fiat, quam Deum non mentiri, aut media ordinare, quibus mendacium fiat. Tertiò: ex his manifeſtum eſt, Deum non contra bonitatem, ſanctitatem aut juſtitiam facere, quod decernat è ſtatu poſſibilitatis in ſtatum futuritionis transferre illum ordinem poſſibilem, in quo creatura libera per peccati perpetrationem locum ſibi occupat. Quarto: Deum id in ordine rerum nec velle nec nolle, quod peccati cauſa eſt, idque proinde objectum voluntatis divinæ non eſſe. Quinto: non omnia quæ in aliquo ordine cauſarum occurrunt, antequam ad finem pervenimus, ſemper conſideranda tamquam media, per quæ deſtinamus finem aſſequi; ſed multa aliunde iſtum ordinem, quæ finem antecedunt, adepta eſſe, quæ à Dei deſtinatione non proficiſcuntur; imo quæ omnem actum Dei voluntatis antecedunt. Quia poſtquam voluit aliquem cauſarum ordinem & ſeriem, ad quam aliquid per accidens ſecuturum videt, ſc. peccatum; quod nec ordinavit, nec voluit; neque ut medium deſtinavit: imo ne ejus quidem permiſſionem ordinavit ut medium, ad aliquid obtinendum. At eo, quod per accidens ſequitur, jam exiſtente, pergit alia ordinare: unde toſitus, qui in mundo conſpicitur, reſultat. Plura non addo, ut lectoris nauſeam & tædium vitem.

Lector ex his quæ dicta ſunt, intelliget eſſe adhuc aliam contingentiam in rebus moralibus, reſpectu mali moralis, præter illam, quæ in rebus moralibus bonis oritur à bono liberi arbitrii uſu. Nam peccati natura eſt contingens; & ejus perpetratio poſſibilis eſt contingens: & ideo ſemper conſiderari debet ut ſequen[s] *per accidens* ad ea, quæ Deus & poſſibil[ia] & futura fecit. Sed alibi hæc fuſe tractata ſunt.

Reſtat ſub titulo de contingentia & n[e]ceſſario ſpeciatim diſcutienda controve[r]ſia de ſorte. Gentium ſuperſtitio fortun[am] ut Deum invexit; cui aſſignarunt par[tes] dirigendi ea, quæ certam & determi[na]tam, ut putabant, cauſam naturalem [non] habebant: & ita quidem cauſarum n[atu]ralium ratione contingentium in num[ero] ponebant; inter abſolute contingent[ia ta]men ea non numerabant. Chriſtian[orum] quorundam opinio ab hac gentium ſe[nten]tia non longe divergit; cum docen[t res] plurimas, quæ a cauſis naturalibus [...]ſicis producuntur, etiam cauſarum [...] reſpectu contingenter evenire; D[eum]que eas non producere modo conſu[etum] ordinariam, quæ in natura eſt, vim, [...]rumque Phyſicarum & naturalium [...] & connexionem certam & ratam, [...] gulari providentiæ actu iſtæc reger[e ...] non ſolum contingentia ſint, ad [...] quod attinet; qui cauſarum ne[...] quibus hujuſmodi eventa Phyſic[...] raliter, & propterea neceſſario pr[...] tur, aut aſſequi non poſſunt pr[...] plicatam varietatem cauſaru[m ...] bus naturæ tamen procedenti[...] propterea quod deſtituti ſunt [...] potentia cauſas, à quibus effectu[s ...] vocare ſolemus fortuitos, depe[...] gendi & applicandi ex arbitrio [...] lum enim [...]

entium numero ha-
ine ad ipſas cauſas
oducunt r: quaſi il-
ra comm uni conjun-
otius natu æ conſenſu
auſæ phy icæ non im-
ndum, ſe d immedia-
tur. Ideo uperſtitione
aliosque c rcumagunt;
everenter e ga ſortes &
abuſumque eligionis &
e eo contineri, ſi præter
*ſorte & con*tingentium
*ſuſpendeant.* Errori huic
, *ut dixi,* ſuperſtitio;
*ortum trahit,* qua homi-
Deo exſpecta unt contin-
, ideoque ad ipſum pre-
atione confugerunt in re-
menti; quæ à cauſis ratio-
s, aut quidem c rtis ſed no-
s pendent.
noſmetipſos cimus, in-
*que tentamus,* comperimus
s noſtras ad Deum erigi, ma-
*gione nos in eum* recumbere
*agitur, quæ vires* & induſtri-
*ſuperat,* quam cum in iis ver-
arum potentes & domini ſu-
e religionis ſenſus poſtea docuit
re & præter neceſſitatem in hu-
ſtatu nos debere conſtituere; in
gulari, & jam tradito modo even-
Deo exſpectamus; & ita quo huic
i reſpondentem animi diſpoſitionem
ere decet. Quod ſi aliter fiat, docent
ſum religionis eo contineri. Quod qui-
n à vero alienum non eſt: ſed quid de
a hac re ſentiam, paucis exponam.
Primo quidem aſſerimus res Phyſicas,
e à cauſis phyſicis producuntur, aliter
Deo dependere, quam res morales;
e authorem *voluntatem* habent. Ambas
dem certo evenire; & decreto atque
*libili Dei gubernationi* atque mode-
*in ſuperioribus* proba-
certo

evenire, ſed etiam neceſſario per neceſſarium cauſarum phyſicarum nexum & ſeriem; quæ ſemper eodem tenore fluit quando à Deo non eduntur miracula, atque ita non *ſua ſponte*, quemadmodum *voluntatis operationes*, ſed ſemper *aliena vi*, externoque impulſu cauſarum naturalium eventum ſuum ſortiri aſſerimus. Aleæ itaque jactus, qui nobis maxime fortuitus & contingens videtur, non minus, ſi cauſas Phyſicas ſpectes, *neceſſariò* evenit, quam gravium deſcenſus, levium aſcenſus, ignis calefactio, ſolis per orbem ſuum annuus curſus, &c. Verum equidem eſt me cauſarum nexum, à quo, ex. gr. pendet jactus veneris, neſcire: neque in mea poteſtate eſſe illas cauſas ita moderari, ut eas præſentes ſiſtere poſſim; quoties venerem jacere volo: quemadmodum artifex, qui ſcienter & ex præceptis artis ſuæ ſemper agere novit, cauſas in ſua poteſtate habet, quibus opus ſuum perficit: & ideo illud *fortuitum* putatur, hoc quidem voluntarium.

Priori modo fortunæ & caſui non tantum aleæ & chartarum luſus &c. ſed id omne quod nec arte aut directione noſtra, nec præſcientia aſſequi poſſumus, ſubjecta eſt; meritoque in iis ſors & fortuna verſari dicitur. Qui itaque mercaturam, agriculturam, piſcationem exercet: qui in rebus ludicris aut ſeriis verſatur; quarum eventum & exitum in manu non habet: qui aliquid tentat, explorat, artem exercet; quæ à cauſis non pendet, quæ ſuæ induſtriæ & voluntati ſubjacent, is ſorte utitur. Quacunque in re ſpes aut metus verſatur, in ea ſors locum habet: oriturque illa animi viciſſitudo ab exſpectatione eventus, ſortis, & rei incertæ. Qui vitæ profeſſionem amplectitur; & neſcit quid boni aut mali ſibi in ea eventurum ſit; atque ita in ſpe metuque agit, is ſorte utitur. Itaque ferme totus noſtræ vitæ curſus fortunæ, ut ita dicam, cardine vertitur. Et qui ſortem ex mundo tollit, hominis vitam inertem & infructuoſam relinquit.

quit. Inde enim ſpes fovetur: animus ad aliquid audendum erigitur: labor ſuſcipitur. Imo nullus qualiſcunque luſus ſine ſorte eſt: ſimulac enim contingentia ab eo ſegregas, aut ab eo ſegregatam putas, nunquam cum adverſario amplius contendere lubet. Uno verbo: quicunque aliquid ſuſcipit; cujus eventum moderari datum non eſt, is non minus ſorte utitur, quam qui aleâ ludit. Idemque cogitare debet de iis omnibus, quæ in mente verſantur, quando aleæ luſum exercet; nempe eventum à ſuo arbitratu non pendere, quamvis certum & infallibilem cauſam habeat: Deum ſolum certo ſcire quid eventurum ſit; idque ab ejus decreto dependere. Cogitandum itaque aliter iſtarum rerum exitum à Deo exſpectandum, quam earum, quas imperio noſtro ſubjecit Deus.

Neque refert quod ex iis, quæ recenſuimus, multa hujuſmodi ſint ut, quamvis contingentia atque fortuita ſint, Deus tamen operæ & induſtriæ noſtræ in iis aliquid reliqui fecit: multaque labore & cura in iis præſtare poſſumus; ita ut, quamvis exitus atque eventus non totus à nobis pendeat, ſæpius eveniat tamen nos non immerito dici atque vocari noſtræ fortunæ fabros atque architectos. Nam primum: id etiam in plurimis ludis ludicris, in quibus, ex adverſariorum ſententia, ſors ſingulari ratione dominatur, uſu venit; qui tamen ab iis damnantur: quamvis plus fortuiti & contingentis non contineant, quam multa ex iis, quæ ſupra enumeravi; & in quibus rationem & naturam ſortis non agnoſcunt. Et equus *ſubornatur* ad bellum, belli tamen eventus à Deo eſſe dicitur: ſic Rex non exercitus magnitudine, aut fortis viribus ſuis ſibi ſalutem parare poteſt. Et fruſtra vigiles excubant pro ſalute civitatis; ſi Deus ſuâ cuſtodiâ eam non muniat. Et ratio docet id totum Deo attribuendum non minus quam ea, quæ ſorte, ex adverſariorum ſententia,

quendi vulgaris munit hujus rei veritatem; quando dicitur funiculos & ſortem pulchrè nobis cecidiſſe: quamvis de iis ſermo ſit, quæ vulgari ſorte nobis non evenerunt. Sic phraſis & ſententia eſt: *ut aleæ, ſic Martis varius luſus*. Et quare ratio loquendi, *homines in mundo alios felices, alios infelices eſſe* ab omnibus ſuſcepta & uſurpata eſt, ſi ſors non dominetur in omnibus ferme vitæ ejus partibus?

Neque refert utrum totum negotium
ſorte peragatur, an etiam hominis labo
& prudentia ſibi in eo aliquas vindicet par
tes; modo eventus rei caſui vulgari ſub
jectus ſit: ubicunque enim caſus & fort
na intervenit, illic ſors eſt. Et quod
*alea* ſors verſari dicitur, id ideo eſt, qu
in iſtis ludis aliquid fortuiti eſt: neque
minus ſorte utitur; qui in luſu aleæ
quid deponens in eam legem paciſcit
ut quidem minus periculi & fortuiti ſu
at; ſed contra etiam minus lucri ſpe
poſſit, quam ille qui æquâ lege cum
verſario aleâ contendit. Quo quidem
gis res à noſtra poteſtate dependet, eo
nus fortuiti continet; admittit enim
& fortuitum *gradus*: ſed ſi res plane i
ſtra poteſtate non eſt, *ſortis*, *cont*
*tiæ*, *fortuiti & caſus* nomine veni
quamvis quæ ſorte & contingenter
unt, aliter in mundo fieri putanda
quam ea quæ à cauſis neceſſariis,
bis cognitis producuntur; atque a
cium noſtrum ſit, religioque flagi
verſas de ſingulis in nobis cogitati
citare: attamen propter neceſſitat
tingentiæ rationem diverſam, n
religio in iis diverſa eſt; ſed diver
etiam debet, & communiter or
rum magnitudine & pondere; c
aut per cauſas Phyſicas nobis
neceſſario agentes, nobis confer
mihi non eſt tam fortuitum ce
rum, viginti v. gr. numerum
cadere, quando cadente imbre
bulo, quam in

autem exigui ſunt momenti, minori cum devotione ſuſcipi poſſunt. At ſortis ratio non judicatur ex *pondere & momento* rei, ſed ex *caſu* & *eventu dubio*.

Qui itaque ea ſuperſtitione & ignorantia tenetur, ut ſortem adhibitam in rebus exigui momenti, & quæ hominis conditionem vitæ, nec aliquo inſigni bono aut malo afficere poſſunt, putet requirere particularem quandam provocationem ad providentiam divinam, ille ab iis factis temperare ſe debet; in quibus falſa opinio illis perſuadet, ſortis abuſum eſſe: quia hujuſmodi eventus dubii factum ex fide non proficiſcitur. Nos ſic exiſtimamus, neminem debere temerè id fortunæ ictui, & ſortis atque aleæ jactui ſubjicere, in cujus poſſeſſione aut privatione vertitur hominis fortuna & ſtatus. Quia rationi repugnat *id caſui, præter neceſſitatem exponere, quando noſtra multum intereſt nos eo frui: id precibus apud Deum contendere, ejuſque magnam rationem habere.* Quibus incumbit neceſſitas ad honeſtè ſuſtentandam familiam ſorte & rebus dubii eventus utendi; aut qui ad honeſtam mentis corporiſque recreationem in re levi luſu & alea utuntur, extra crimen eſſe credo. Sic illos qui teneræ & debilis valetudinis ſunt, neque victum corporis labore tolerare poſſunt, ſine noxa eſſe puto, ſi quæſtum occupant quo pueri & pullata plebs ſorte & luſu ſe oblectent: quemadmodum id publicè fieri videmus in foris & nundinis. Ita ut exiſtimem non tantum fas eſſe ſorte ludicra aliquando uti, ſine qua ne ullus quidem luſus datur, ſed eadem etiam victum quærere rem licitam & laudabilem judico: ſi illi qui hoc vitæ inſtitutum ſequuntur, corpore ægri aliam vitæ ſectam ſequi non poſſunt.

## Sectio Decima nona.
### *De Cauſa & Cauſato.*

CAuſa vocatur cujus vi aliquid eſt. Diverſæ cauſarum ſpecies à Philoſophis enumerantur: & vix ullus locus communis eſt qui tam late ſeſe extendit; multaque utilia & fructuoſa in eo traduntur, quæ hic repetere præter neceſſitatem foret. In his tantum occupabitur ſermo, quæ ab aliis aut perfunctorie tantum tractata, aut malè, meo judicio, explanata ſunt. Merito inter notiones primas & res per ſe notas, recenſetur axioma: *à nihilo nihil fit.* Unde efficitur, quod quicquid alterius cauſa eſt, id in ſe continere illud quod in effectu eſt: foret alioquin id à nihilo. Cum autem uſu & experientia conſtat multa in effectis reperiri, quæ formaliter in iis cauſis non ſunt; quarum vi effecta illa exiſtere dicuntur, ea conſideratio invexit diſtinctionem inter id quod *formaliter*, & inter id, quod *eminenter* in cauſa continetur. Ignis calorem in corpore producens continet formaliter in ſe, quod etiam in effecto produxit, calorem ſc. At ſol & terra cum fructus producunt, non formaliter cauſatum in ſe complectuntur: non habet enim ſol & terra fructus in ſe, ſed *eminenter.* Vocabulum itaque *eminenter*, hic denotat excellentiam & perfectionem. Non poteſt enim majus perfectum ab eo, quod minus perfectum eſt produci: illud enim quod majus perfectum putatur, cum ſit res poſitiva, à nihilo eſſet. In cauſa enim efficiente negatio majoris perfectionis, *nihil* eſt. Ut itaque tuto judicari poſſit, utrum aliqua res ſit cauſa eminens alicujus rei, an vero ad aliam etiam, quamvis incognitam & latentem, confugiendum ſit, examinanda eſt cujuſque rei perfectio & bonitas: de quibus in [illegible] loquuti ſumus. Et tivi concipimus: ſolentque iſtæc, abdicatis præjudiciis, ſe ultro prodere. Sic quidem ultro ſe prodit; & tamquam per ſe notum ingenio noſtro aperit, melius eſſe uno & ſimplici intellectus actu omnia intelligere, quam rationis diſcurſu quædam ingenio aſſequi. Qui itaque priori perfectione præditus eſt, de eo recte affirmatur eum eminenter in ſe complecti ratiocinandi facultatem; atque ita illum cauſam eſſe poſſe iſtius facultatis in alio. Rurſus, cum minus poſitivi ſit in accidente quam ſubſtantia; malè diceretur accidens eminenter in ſe complecti, quicquid perfectionis ſubſtantia continet. Non poteſt itaque accidens eſſe cauſa ſubſtantiæ. Et ſi vivere ſit melius, quam non vivere; quod non vivit non poteſt eminenter in ſe continere perfectiones viventis; & ideo cauſa ejus eſſe non poteſt: eſſent enim illæ perfectiones in vivente à nihilo. Si itaque vita in animalibus ratione deſtitutis ſit aliud quid quam motus; ſed etiam ſenſationem importet, ſola terra inſecta producere non poteſt, ſed alia cauſa inveſtiganda erit; quæcunque illa eſſe poſſit. Ita quidem ſine dubitatione aſſerimus facultatem ſentiendi, imaginandi, aliud movendi eminenter in Deo creatore eſſe: quia hujuſmodi facultates atque vires non eſſent in creaturis, ſi Deus eas eminente[r] non contineret. Præterquam quod in no[-]tione entis ſummè perfecti contineatur quod omnes perfectiones, quæ in creatu[-]ris reperiuntur, poſſidet. Aut dicendu[m] eſt illas à ſe ipſis eſſe.

Hoc fundamento innititur etiam illu[d] axioma: ſi haberem vim me conſervand[i] dediſſem mihi omnes perfectiones, qua[s] cognoſco; & quas tamen mihi deeſſ[e] ſcio: quia illæ perfectiones ſunt attribut[a] ſubſtantiæ, ego autem ſum ſubſtantia; a[t] qui poteſt plus, poteſt etiam minus. E[t] enim conſervatio [illegible] tum continuata pro[-] ductio iſtius [illegible]

... bona novit,
... ducereretur
... facultatem
... etiam illud
... rvor, habet
... r omne id,
... eſt perceptio
... m; ... ulque idea
quo c... nſervor, eſt
... cognit... io. Et quan-
... oribus c... onſtat nos de
... s, quas in Deo eſſe ſci-
perceptione, nec diſ-
... m relatu edoctos eſſe;
... nem nobis ab originis
... bis impreſſa ... m, ſequitur
... obis ipſis non eſſe, neque
ab eo qui iſta ... m ideam no-
datur ergo D... eus. Eſtque
... m: nempe re... alitatem ob-
... uirere, ut
... rum cauſam rec... ſſimus ſcire
... m foret, non p... Quomodo affirmare
... exiſtere. ... exiſtere? Niſi per ſe
... m v. gr. ... ideam illam, quam de ſole ut
... & non ut poſſibili habeo, ab
... ſole, extra me exiſtente ori-
... n habere.

*... titulo de cauſa & cauſato venti-*
*... et quæſtio: an recte dicatur De-*
*... ive eſſe à ſe ipſo, & non negative*
*Quatenus negative ... ſe ipſo eſſe*
*... tantum non eſſe ab alio ... à ſe diver-*
*... m à cauſa. Id facile ab omnibus*
*... per ſe notum conceditur, ex-*
*... erum aliquid poſitivum deno-*
*... ndo: rationem per & propter*
*... id exiſtit, etiam ut poſitivum*
*Tertio: recte de omni re*
*... proponi, quare illa ſit aut non*
*... : recte reſponderi ad quæ-*
*... e aliquid non ſit, quod illa ea*
*... areat, quâ res eſt & exiſtit:*
*... reſponderi ad quæſtionem*
*& exiſtat, quod id poſitivi*
*... quod res talis eſt, & exiſtit.*
*... cum dicimus aliquid à ſe*

eſſe, non ſignificari tantum quod nullam cauſam externam & efficientem habeat: quodque id ob *nullam poſitivam rationem* affirmemus; & quod id affirmemus negativè tantum, quatenus nullam iſtius rei, quam à ſe eſſe dicimus, cauſam agnoſcimus, ſed ſignificari & denotari præter hoc, talem rem, quæ à ſe eſſe dicitur, & à nulla cauſa externa eſt, poſitivam rationem habere, quare talis res à ſe ſit atque exiſtat. Nam in eo quædam imperfectio eſt, dicere rem ideo a ſe eſſe, quia nullam ejus cauſam agnoſcimus. Nam, verbi cauſa, ſi quis putet corpus aliquod à ſe eſſe; & conſideret partes temporis unas ab aliis non pendere: & ideo exiſtimet corpus quod in præſentia eſt, non ideo eſſe debere in tempore futuro, niſi illud corpus vim in ſe poſſideat ſe conſervandi in tempore futuro, ille recte conficiet illud corpus aliqua re poſitiva carere, ſi ſe ipſum conſervare non poteſt: & ita eſſe à ſe non ſolum negativum quid denotat, hoc eſt, non eſſe ab alio quod extra ſe eſt; ſed etiam primo aliquid poſitivum inſinuat nobis: videlicet vim ſive perfectionem naturæ, qua per ſe exiſtit. Et propter abſentiam illius potentiæ concludet corpus à ſe non eſſe. Ergo propter rationem poſitivam aſſerimus aliquid a ſe eſſe. Simili modo, cum dicimus Deum a ſe eſſe, poſſumus quidem etiam illud intelligere negative, ita ſc. ut tantum ſenſus ſit nullam ejus eſſe cauſam: ſed rem bene penſiculanti manifeſtum erit nos prius in tali quæſtione cogitare de cauſa cur ſit, ſive eſſe perſeveret; attendenteſque ad immenſam & incomprehenſibilem potentiam, quæ in Dei idea continetur, tam exuperantem illam agnovimus, ut plane illa ratio & cauſa ſit, cur ille eſſe perſeveret; nec alia præter ipſam eſſe poſſit: & ideo dicimus Deum a ſe eſſe, non tantum negative, quatenus cauſam externam non agnoſcimus per quam eſt; ſed etiam poſitive, quatenus divina natura tam potens eſt, ut ſibi ſufficiat: ita ut, quod Deus a ſe ſit, id

id à reali divinæ potentiæ immenſitate ſit. Quemadmodum cum reapſe & ex ſe aliquid luminoſum eſſe ſcimus, concipimus illud non negative, ſed poſitive à ſe luminoſum eſſe. Eundem conceptum formamus, cum aliquid ex ſe vivere atque movere dicimus. Ita ut facile animadvertere liceat, negativam vocabulorum *à ſe eſſe* acceptionem à ſola intellectus humani imperfectione procedere; nullumque in rebus habere fundamentum: & propterea nos *à ſe eſſe*, revera concipere debere ut aliquid poſitivum: quemadmodum id per quod res eſt & perſeverat in eſſe, ut aliquid poſitivum, potens & efficax conſideratur. Cum itaque inquirere lubet, an aliquod corpus ſit à ſe, aut an noſmet ipſi ſimus à nobis ipſis, non oportet in aliquid negativum inquirere, ſed inquirendum eſt in aliquam vim, potentiam aut perfectionem, qua ſufficienter potentes ſumus ad exiſtendum à nobis. Et cum in idea corporis aut extenſionis talis ſufficientia non reperiatur: neque etiam nos illam in nobis experiamur, rectè inde concludimus nullum corpus à ſe, neque nos à nobis eſſe, ſed ab alio. Et etiamſi cognitio Dei exiſtentiæ, quæ ex aliis rationibus acquiritur, me fugeret; ex allato tamen argumento recte probatur, & me à me non eſſe, & omnia quæ ejuſdem mecum naturæ ſunt à ſe non eſſe; eaque Deum authorem habere. Ita ut, ad probandum nos à nobis ipſis non eſſe, non ſit opus recurrere ad argumentum de impoſſibili ſubordinatione cauſarum in infinitum; de quo nullus formari poteſt conceptus, ſed ſufficit demonſtraſſe nos tam potentis & ſufficientis naturæ non eſſe, ut à nobis ipſis eſſe poſſimus jam & in poſterum. Et contra, quod Deus jam eſt, ab æterno fuit, & in æternum futurus ſit, id ejus immenſæ & ſibi ſufficienti potentiæ atque naturæ adſcribendum eſt; qua ad exiſtendum ſibi & omnibus creaturis ſufficit. Et cum id, quo Deus [illegible] vit & conſervat, ut poſitivum conſideratur; etiam id, quo Deus ipſe eſt & manet, ut aliquid poſitivum conſiderandum eſt. Manifeſtum enim eſt illam naturam, in qua tantum potentiæ eſt, ut rem extra ſe poſitam conſervet, tanto magis ſeipſam conſervare propria ſua potentia atque natura; atque adeo à ſe eſſe poſitive. Concludo itaque nihil fingi poſſe ita eſſe à ſe, ut ratio danda non ſit quare potius exiſtat, quam non exiſtat: & ea ratio quæ redditur, quare aliquid exiſtat, ſive de Deo, ſive de creaturis ſermo ſit, eſt ſemper aliquid poſitivum. Et ſupra probavimus hic non ſufficere reſponſionem; naturam unius rei talem eſſe, quod ſit & fuerit ſemper, aliam, quod non ſit nec fuerit ſemper: nam inſtare licet, quare una natura ſit talis, alia non ſimiliter. Quod enim una natura ſit talis, alia diverſa à priori, id à re poſitiva eſt.

---

## SECTIO VIGESIMA.

### *De corruptibili & incorruptibili.*

Duplici ratione aliquid corruptibile dicitur, vel ex ſe & per ſe, vel à cauſa extrinſeca; quæ poteſt permittere ut res in ſe, & à cauſis phyſicis incorruptibilis labatur ad interitum. Poſteriori ratione corruptibiles ſunt omnes creaturæ, quæ cum continuo à Deo creantur, hoc eſt conſervantur, etiam ipſius ſuſtentatione indigent. De qua corruptibilitate in ſuperioribus ſatis dictum eſt. Ex ſe incorruptibiles dicendæ ſunt illæ creaturæ, quæ hujuſmodi naturæ ſunt ut nulla principia contineant, quæ reciproca & in ſe invicem actione rem, cujus ſunt principia, deſtruant atque diſſolvant: aut quæ naturæ adeo ſimplicis ſunt, ut nulla hujuſmodi principia, aut ullam ex ſubſtantiis variis compoſitionem admittant, [illegible] tales ſunt

[...]trum priori
[...]erſo dentur,
[...]ratius inve-
[...]Vulgo in eo
[...]gentum vi-
mi[...]tis conſtare
cipi[...], ex quibus
m ag[...]ndo diſſolvi
liud c[...]pus Phyſi-
e ſua in[...]mutare, &
nsferre. Sed, ſicut
ratius ad examen vo-
eſt. Poſteriori ratione
pirituales creatæ incor-
. Supra probatum eſt
non tantum à corpore
ſtinctam eſſe, ſed eam
contineri; non eſſe ita-
nodum & accidens corpo-
nentem noſtram ſua natura
cum corpus
debere interire [...]im, pro-
olvitur. Ratio [...]entiam ab
fferitur unius ex[...]
iſtentia non dependere eſt,
& diſtincte cognoſco unam ab
iverſam: cujus diverſitatis in-
nota eſt, quod unam rem abſque
& diſtincte poſſum intelligere. In-
s præterea lumine naturali men-
ram manere eandem, quamvis
identales mutationes ſubeat. Sunt
tandi modi, quos ſupra ſæpiuſ-
ſuimus; at conſcii nobis ſumus
lam cogitationum varietatem,
ns noſtra utitur, ipſam tamen
co non deſtrui, aut interire in
d quidem in certis corporibus
emus, quæ tales mutationes
ut amplius priſtinam naturam
ſed in alia corporum ſpecie
. Lignum, ferrum, lapis,
. ita immutari poſſunt, ut
od erant; exuantque priſti-
At uſus nos docet mentem
mutari non poſſe: etſi enim
cidentia mutentur, ut
[...] alias vel[...]it, alias

ſentiat, non idcirco ipſa mens alia evadit: humanum autem corpus fit aliud ob hoc ſolum, quod figura quarundam ejus partium mutetur. Et hujus differentiæ ratio eſt, quod rerum corporearum natura ipſa non ſit ſimplex, ſed ex diverſis accidentibus compoſita; quæ cum diſſolvuntur ipſius naturæ interitum inferunt: at mens, ut & omnes ſubſtantiæ ſpirituales, tam ſimplicis naturæ & eſſentiæ ſunt, ut earum natura ex accidentibus non ſit conflata. Non itaque res cogitans diſſolvi, quemadmodum corpus, ſed tantum deſtrui & in nihil interire poteſt. Et ideo nunquam eadem numero mens reproduci poteſt: quemadmodum idem numero corpus antea diſſolutum, deſtructum & perditum reproductum iri credimus. De quo antea ad rei neceſſitudinem dictum eſt. Hoc in titulo rectè & ex ordine ventilatur quæſtio, quinam cogitandi modi ad mentis eſſentiam pertineant? Cum enim quidam ſunt cogitandi modi, qui ſine corporis miniſterio non peraguntur, quales ſunt v. gr. imaginatio, ſenſatio; poſſet inde formari dubium, an anima non deſtruatur cum corpore, quia propter corporis deſtructionem ceſſare debeant quidam cogitandi modi, vires & facultates, qui forte ad mentis eſſentiam pertinent? Poſſet enim quæri an vis imaginandi & ſentiendi non tam ad mentis noſtræ, quæ pars eſſentialis hominis eſt, naturam pertineat, quemadmodum generatim ad naturam & eſſentiam ſpiritus pertinere videtur vis volendi & intelligendi? Eſt enim communis & recepta opinio ſpiritum ſine vi intelligendi & volendi eſſe non poſſe. Id quidem in anteceſſum damus, perperam concludi mentem noſtram aut corpus eſſe, aut à corpore, quantum ad ipſius mentis naturam attinet, dependere, quia in quibuſdam operationibus corporis opera & miniſterio indiget. Id enim tantidem valet, ac ſi ſtatueretur corporis naturam ab inſtrumento muſico dependere, quia concentus & melodiam ab inſtrumentis muſicis dependentem, ſine

ſine iis inſtrumentis modulari non poteſt; iiſque vitiatis mens in exercendis talibus actionibus impeditur. Vel idem eſt, ac ſi doceres compedes ad crurum & pedum naturam pertinere, quia iis pedibus injectis, crura & pedes officio in ambulando fungi non poſſunt. Quamvis itaque imaginandi & ſentiendi vis ſine corpore exeri non poſſit; eoque læſo & malè affecto ſenſatio & imaginatio lædatur; non recte inde conficitur corpus ad naturam mentis pertinere. At cum ſenſatio & imaginatio non contineantur idea ſubſtantiæ cogitantis, non magis quam ideâ corporis quod ſit rotundum aut quadratum, recte concluditur vim imaginandi ad meam eſſentiam non pertinere. An autem Deus nolit mentem noſtram amplius exiſtere; quando jam poſt corporis deſtructionem ſenſu & imaginatione uti non poteſt, id ex mentis contemplatione nobis innoteſcere non poteſt: ſed iſtius dubii ſolutio requirenda à Dei voluntate & ipſius juſtitia; eſtque pars Philoſophiæ moralis, quæ cum Metaphyſica confundenda non eſt; neque ideo hic tractanda.

Ex iiſdem fluit, quod aſſerimus illos cogitandi modos, quos paſſiones vocamus; & ſine ſanguinis & ſpirituum motu in nobis eſſe non poſſunt, ad eſſentiam mentis noſtræ non pertinere. Etiam non illos modos, qui imperfectionem important; & ſupra quam creatura extolli poteſt: ut ſunt dubitatio, ratiocinatio, qua diſcurſu unum ex alio educitur, &c. Nam non ſolum per ſe notum eſt melius eſſe non ratiocinari, & præſenti intuitu omnia cognoſcere, quæ in hac vita diſcurſu tantum aſſequimur, quam ratiocinari & diſcurſu uti: ſed etiam notum eſt iſtius perfectionis creaturam incapacem eſſe: & ideo ratiocinari v. gr. non eſt de eſſentia mentis, ita ut ea remota & ſublata, & intuitiva cognitione vice ejus fungente, mens tamen eadem ſit. At ex altera parte facile percipimus intellectionem & perceptionem de creaturæ ſpiritualis eſſentia eſſe; quandoquidem formalis cogitationis ratio in perceptione conſiſtat. Sed plus difficultatis habere videtur, utrum ſubſtantia ſpiritualis poſſit eſſe ſine voluntate? Cum volitio ſit modus cogitandi, videtur ille modus non eſſe de eſſentia ſpiritus: noſque poſſe concipere & intelligere ſpiritum per claram & diſtinctam operationem intellectus (non per abſtractionem tantum) ſine voluntate. Sed ſi advertamus iſtius intellectionis nullum uſum aut fructum; & talem ſubſtantiam cogitantem & ſpiritualem mutilam & imperfectam fore, non eſt à ratione alienum exiſtimare voluntatem pertinere ad eſſentiam rei ſpiritualis. Plus operæ impendere in examinanda hac controverſia eſſet operam perdere, cum vix ullum uſum habeat. Atque ita quidem huic primæ parti finem imponemus: in ſecunda parte ea tradituri de Deo & mente noſtra, quæ ex his quæ dicta ſunt, fluunt. Oſtendentque Clariſſimi viri Carteſii ratiocinationem de Deo & mente humana veram, ſolidam, & orthodoxæ Theologiæ non ſolum convenientem; ſed appoſitam finiendis infinitis diſputationibus, quæ hactenus ſcholas & Academias vexarunt, & rixis & litibus replerunt.

## SECTIO VIGESIMA PRIMA

*De Mente Humana; & ejus operationibus, quæ ad Intellectum pertinent.*

QUæ in præcedentibus ſparſim, late atque ut occaſio tulit de Deo, eju que idea, atque mente humana tra dita ſunt, nunc contractè & methodice quaſi digito indicans quid & quomodo d iis loquendum ſit, proponam. Et prim agam de mente humana, ejuſque union cum corpore. Procedendo enim demon ſtrative, prius recte ab exiſtentia menti noſtræ proficiſcitur oratio ad probandam De

exiſtentiam, ipſamque naturam. Hac que ratione oriatur exordium.

Cum nulla cognitio, quæ dubia reddi poteſt, ſcientia appellanda ſit; ab iis tantibuſque principiis capiendum exordium, quæ cum intelliguntur & percipiuntur tantum, tanto lumine ſe intellectui manifeſtant, ut dum dubitare de iis volumus, ipſe conatus dubitandi nobis perſuadeat illa vera: majorem enim certitudinem picari aut imaginari non licet. Quodque itaque aſſumitur principium, quod m evidentiam non habet, Principii diatem tueri non poteſt.

unt autem hujuſmodi principia duplicis is: alia ſunt principia cognitionis: hujuſmodi, quibus rerum exiſtentia tur. Prioris generis ſunt v. gr. Non ſunt affectiones: Idem non poteſt eſſe: Non poteſt eſſe in effectu, quod ſuis in cauormaliter aut eminenter non ſit, cogito c. Poſterioris generis eſt cum hic : aut, qui cogitat eſt. & mentis exiſtentia atque natura & compendio agere decrevimus: ncipiis omiſſis, hoc utemur, quod ſervit. Hoc principium, qui co-, tam clarum & manifeſtum eſt; n hoc principiorum genere omnium: ut ſive credam eum eſſe, ſive putem ſenſuum teſtimonio ſive non; ſive credam mentem ſive non exiſtere, ſive non exiſtere; n exiſtere, ſive cogito, mentem aut m me, qui cogito, manet tamen verum, m eſſe, exiſtere. Eſtque ideo eviito, de eo dubitare velim, coum eſſe verum.

em non poſſum de veritate iſtidubitare, ac de aliis dubitare propter evidentiam, quam in video, in aliis autem non ſie recte concludo omnia, quæ e & diſtincte cognoſco, veautem & diſtincte cognoſco n verum eſſe: quod, quicſſum intelligere, quod per claram & diſtinctam operationem intellectus ab alio dividere, eſſe ſubſtantiam: nam qui rem aliquam ita intelligit, tales formas & talia attributa de ea intelligit, ut cognoſcat illam eſſe ſubſtantiam. At me, qui cogito, talem eſſe cognoſco, ergo ſum ſubſtantia. Neque tantum me, qui cogito, ſubſtantiam eſſe cognoſco, ſed etiam intelligo me realiter diſtinctum eſſe ab aliis omnibus rebus, quas complete intelligo; & quas per claram, & diſtinctam operationem intellectus à me divido, meque ab iis. Unde porro recte concludo me, qui cogito, non eſſe cœlum aut terram, aut manus meas, aut corpus illud, quod à me cogitante per claram & diſtinctam operationem intellectus poſſum dividere.

Cæterum, cogitanti & propius attendenti quid ſit cogitatio, mihi manifeſtum fit, formalem ejus rationem eſſe, quod conſcientiam inferat. Deinde eadem opera multas in me cogitationes diverſas reperio: alia enim cogitatio eſt cum volo, alia cum intelligo, alia cum dubito, alia cum affirmo, aut nego, &c. Cumque has cogitationes intelligere non poſſim ſine re & ſubſtantia cogitante, cui inſunt, recte inde concludo iſtas diverſas cogitationes modos eſſe ſubſtantiæ cogitantis. Porrò cum in his cogitationibus aut cogitationis modis, qua talibus, & quatenus tantum conſcientiam inferunt, nulla extenſionis aut diviſionis, quæ ſunt corporis proprietates eſſentiales, idea nobis occurrat; & modi ſine ſubſtantia, cujus ſunt modi, intelligi non poſſint: inde recte conficitur rem illam cogitantem non eſſe corpus, ſed cogitantem ſubſtantiam. Non eſt itaque ventus, aut halitus, aut aliquod ſubtile corpus; cujus formalis ratio eſt extenſio: at in nulla cogitatione ulla extenſio intelligi poteſt. Cum autem mens eſt ſubſtantia cogitans, inde liquido ſequitur illam abſque corpore exiſtere poſſe; atque adeo naturaliter ad corporis deſtructionem mentis noſtræ deſtructionem non ſequi.

Porro,

Porro, ut mentis naturam penitius cognoſcamus, ejus proprietates & affectiones propius inſpicere oportet. Quo enim plures alicujus rei proprietates cognoſcimus, eo penitius alicujus rei naturam perſpectam habemus. Cognoſco itaque me cogitantem exiſtere; me eſſe ſubſtantiam & quidem ſpiritualem; quæ ideo à corporis natura non dependet; & idcirco illam naturaliter non perire cum corpus perit. Quemadmodum autem intelligo me eſſe rem cogitantem, ita intelligo in me eſſe varios cogitandi modos: quorum præcipuos nunc recenſere lubet; & experiri quam amplioris cognitionis materiam mihi ſunt præbituri. Omnes modi cogitandi, quos in nobis experimur, ad duos generales referri poſſunt, quorum unus eſt *perceptio*, ſive operatio intellectus: alter *volitio*, ſive operatio voluntatis. *Perceptio* ſive intellectio eſt ea mentis noſtræ operatio, qua quicquid mentem attingit, aut in ea actu eſt, excitaturque, percipit. *Volitio* eſt ea operatio, qua non tantum mens noſtra exequitur omnia illa quæ nos experimur, nos circa rem intellectu perceptam, facere: ut ſunt judicare, affirmare, negare, dubitare, fugere, proſequi, odiſſe, amare; & in genere affectibus & paſſionibus ſpiritualibus duci, ſed & corpus movere: & quod præcipuum eſt, ſpecies imaginationis & intellectionis puræ atque ſimplicis in mente excitare; intellectuique objicere. De intellectione & ejus modis primò dicemus. In intellectione duo conſideranda ſunt, ipſa intellectio, & id quod intelligitur. Quamvis nulla ſit intellectio, niſi ſimul aliquid ſit quod intelligatur, tamen illa actio cognoſcendi non male diſtinguitur ab eo, quod percipitur & intelligitur: quod proprie eſt *forma conceptus*, ſive *idea*. Quemadmodum autem fieri non poteſt ut non cogitem, cum cogito me cogitare; ita fieri non poteſt ut non tantum non intelligo, ſed fieri non poteſt, ut id non intelligam, quod intelligo me intelligere: hoc eſt, ut revera non mente non verſetur idea rei, quam intellectionis meæ objectum eſſe experior; ut non intelligam bovem, cum de bove cogito, ut in me non habeam ideam illius, quod voluntatem vocamus, quando in me experior illam operationem, quam nos voluntatis nomine appellamus; quamvis inde non ſequatur me talem voluntatem habere, qualem omnes vulgo creaturæ rationali attribuunt. Cum itaque intelligo dolorem, colorem, corpus, motum, &c. fieri non poteſt, quin revera id intelligam, quod me intelligere intelligo; & in eo nunquam falli poſſum. Sed quoties has ideas, aut *formas conceptus* ad aliquid extra me transfero, tunc non raro contingit me falli. Quod fit, v. gr. ſi calorem tale quid in igne eſſe putem, quemadmodum in mente mea eſt, cum calorem intelligo: aut ſi colorem tale quid in corporibus coloratis eſſe credam, quemadmodum ejus ideam habeo in mente, cum ejus conceptum aut ideam formo. Quandoquidem calor & color, prout ſunt in corporibus, nihil ſunt niſi certa motus quorundam corpuſculorum determinatio: at in idea caloris aut coloris nullus motus continetur. Et ſive juxta vulgarem ſententiam de h[...] duobus corporis modis aut accidentib[...] aliquid ſtatuam, ſive Carteſii ſententia[...] amplectar, idea iſtorum accidentium ta[...] men non mutatur. Quemadmodum e[...] dem idea frigoris manet, ſive ponam fr[...] gus eſſe aliquid poſitivum, ſive meram p[...] vationem. Neque id mirum eſt, quand[...] quidem illæ ideæ non ſunt imagines co[...] poris accidentium, frigoris, caloris [...] coloris ſc. quæ à corporibus ad mente[...] tranſmittuntur; ſed ſunt cogitation[...] formæ, quæ ex occaſione operati[...] num corporum calore, frigore aut colo[...] prædi[...]orum, in mente noſtr[...]ita[...] tu [...]

… ſenſus tra… miſſarum ad …em, ſed ipſas ideas cal… ris & frigoris … rebus corporeis.

Unde primum hoc confic…, non tantum non univerſaliter veru… eſſe, nihil eſſe in intellectu, quod antea non fuerit in ſenſibus: ſed fermè nihil ide…rum, etiam …rum corporearum, affecti…numque ea… in mente eſſe, quod prius fuerit in ſen…bus. Qui intelligit quomodo doloris perceptio excitetur in mente, ne… magis cre…t ideam doloris affine quid habere cum … prava partium diſpoſitione in corpore, …us occaſione mens ideam doloris for…, quam illa partium diſpoſitio aliquid …e atque cognatum habet cum gladio, … vulnus corpori inflictum eſt: aut quam …is aut ſpirituum motus, quorum …ſione mens format ideas paſſionum, …d affine habet cum iſtis ideis. Ne… tantum locum habet in jam enume… eſt nullas fi… ſed luce etiam clarius …tius nullas … mathematicas, five … …um mathematicarum ideas ſenſuum …io hauſtas, ſed menti à prima ſui … inditas: hoc eſt, menti datam à …cultatem excitandi atque faciendi …mas conceptus; neque eas à men…cari ad exemplar rerum extra ſe …arum. Et ſi ideæ hujuſmodi re… veniunt à ſenſibus & rebus extra … veriſimilitudo illarum rerum …ſibus procedere, quæ nihil cor… ut corporeæ affectionis conti… in ſenſus non incurrunt? Qua…a mentis meæ, ideæ rei, ſub…eri, boni, juſti, æqui, ideæ …ommunium, v. gr. quæ uni ter…, ea inter ſe conveniunt: ſi de… qualia demas, reliqua manent …em non poteſt eſſe & non eſſe. … corporibus per ſenſus in men… uerunt influxiſſe. Et cum ab … ratum ſic nihil ad mentem … pervenire quam per motum, …ndum eſt ſaltem omnes ide… n motu nihil commune habent, menti noſtræ à Deo impreſſas eſſe? Non eſt itaque mens noſtra talis tabula raſa cum primum exiſtere incipit, ut quicquid idearum prodeuntibus annis in ea experiamur, eas aut obſervatione, aut traditione acquiſiverimus: ſed inſtructa eſt facultate formandi ex ſe mille ideas; tamquam peritus artifex, qui multas artificioſas machinas ex divite & erudito ſuo ingenio fabricari poteſt. Cujus artificis mens ideo vocanda non eſt tabula raſa, quia ſæpe de iis machinis non cogitat, eaſque menti ſuæ præſentes non habet. Sed è diverticulo in viam.

Quamvis itaque illa, quæ *ſentio*, *imaginor*, aut *intelligo*, extra me fortaſſe nihil ſunt; nam id nondum probandum ſuſcepimus: illos tamen cogitandi modos, quos ſenſus, imaginationes, & intellectiones appello, quatenus cogitandi modi ſunt, in me eſſe certus ſum. Et quam certus ſum varios cogitandi modos in me eſſe, tam mihi exploratum eſt, modum cogitandi, quo ſentire, videre, caleſcere videor, non eſſe modum cogitandi, quo me videor imaginari, aut intelligere. Eſt autem id omni modo cogitandi, quem ſenſum vocamus, proprium, quod mens, quicquid eo cogitandi modo percipit, id percipit tamquam ſibi ab aliqua re extra ſe occaſio præberetur excitandi hujuſmodi cogitationis formam. Eſtque id nota & character quo à reliquis duobus perceptionis modis diſtinguitur. Et conceſſo atque probato dari Deum, nullam aliam cauſam habemus ſtatuendi aliquid extra nos, hoc eſt, extra mentem noſtram eſſe: quam quia illa forma cogitandi importat conſcientiam nos illam cogitandi formam in nobis ſuſcitare, quia aliquid, extra mentem nobis hujuſmodi formæ cogitationis cauſa eſt. Quia, ſicut jam ſupra docuimus, cum realitas objectiva idearum noſtrarum requirat cauſam, conſcii autem nobis ſumus, nos iſtum percipiendi modum ex nobis non excitare, quemadmodum imaginationem & intellectionem: inde

inde recte concluditur aliquid extra nos eſſe, quod menti præbet cauſam hujusmodi percipiendi modum excitandi. Et ex hoc fundamento recte Clariſſimus Carteſius concluſit realitatem objectivam ideæ, qua Deus percipitur & intelligitur, etiam cauſam requirere. Cum autem neque mens noſtra, neque ulla res finita ideæ iſtius realitatis objectivæ cauſa eſſe poteſt, concludit ipſum Deum, cujus idea eſt, ejus authorem eſſe. Quemadmodum recte concludo aliquid extra me eſſe, quia realitas objectiva ideæ, quæ exprimit formam perceptionis, quam ſenſum voco, à me eſſe non poteſt. Quemadmodum autem talis idea cauſam extra nos habet; ita pariter percipimus non pendere à noſtro arbitrio benene an male ſentiamus: & inde recte concluditur, illum percipiendi modum non exequi à mente ſine corporis organis.

Secundus percipiendi modus eſt imaginatio: quæ ab intellectione diſtinguitur; quod in omni imaginatione ſit contemplatio figuræ ſive imaginis rei corporeæ. Non dico quod imaginari ſit percipere rem corpoream: nam etiam intellectus res corporeas percipit & intelligit, ſed quod imaginari ſit figuram, aut imaginem rei corporeæ contemplari. Quod notari velim. Diſtinguitur autem imaginatio à ſenſu, quod in imaginatione nobis conſcii ſumus noſmet ex nobis intellectui excitare occaſionem rem percipiendi modo, quem modum imaginationem vocamus. Experimur autem in nobis cum imaginamur, in ea operatione intellectus aliqua contentione & conatu opus eſſe. Dico primo ad imaginandum opus eſſe aliquo conatu, non ad id, quod intelligimus nos imaginari: aut quod imaginationis noſtræ conſcii ſumus. Deinde, nos non ſemper æque bene ac facile imaginari. Tertio, mentem, cum aliquid imaginari vult, ſeſe alicui rei extenſæ extra ſe exiſtenti applicare. Hæc quiſquis experiendo & ſemet explorando cogn[illegible] his concludo, primò, imaginationem ſine organis corporis non fieri. Secundo: ſingularia tantum imaginari; ut & corpus & corporis modos tantum: nihilque ad imaginationem referendum, in quo corporis figura menti non obverſetur. Tertio: in imaginatione opus eſſe ſpecie, quæ ſit verum corpus cui mens ſe applicat: quamvis mens illud corpus in ſe non recipiat. Mens enim non intelligit extenſionem per ſpeciem extenſam in mente exiſtentem. Itaque imagines in phantaſia depictæ non ſunt ideæ, quatenus illa phantaſia eſt res corporea, ſed tantum quatenus mentem ipſam, ad illam cerebri partem converſam, informant.

Tertius percipiendi modus eſt intellectio. In omni ſenſu & imaginatione eſt intellectio, quatenus in ambabus eſt perceptio: & ideo ſenſus & imaginatio hac ratione conſiderata non minus operationes intellectus ſunt, quam intellectio propriè & ſtrictiſſimè dicta; & illa perceptio in ambobus fit ſine organis, ſine conatu, ſine ſpeciebus corporeis: ſed intellectio ab his duobus percipiendi modis eo diſtinguitur, quod in intellectione nullus prævius corporis concurſus ad percipiendum requiratur, quod tamen in ſenſu & imaginatione fit. Quamvis itaque perceptionem & intellectionem intelligam ad mentis meæ naturam pertinere; video tamen me ſi[illegible] imaginatione & ſenſu eſſe poſſe, quia [illegible] ſum eſſe ſine corpore: quod illi duo [illegible] cipiendi modi ſenſus & imaginatio re[illegible] runt; & per hoc ab intellectione di[illegible] guuntur. Diſtinguitur præterea int[illegible] ctio ab imaginatione, ut jam dixim[illegible] quod in imaginatione ſemper eſt cont[illegible] platio figuræ ſive imaginis rei corpo[illegible] A ſenſu etiam, quod ſenſus, ſicut & [illegible] ginatio, ſingularia tantum cognoſcat, [illegible] tellectus etiam univerſalia. Qui ad hæc [illegible] tendit ſtatim cognoſcet quid illud ſ[illegible] quod intellectione, quid quod ſenſu, [illegible] ima[illegible]tione percipitur [illegible]

...currere, non ma-
...atera mihi per ima-
...tare poſſum: ſed il-
...llectu percipio. Ita
...nſu percipio; quia ac-
...ntum afficiunt: non eti-
..., quia formalis ratio ſub-
...inetur in extenſione (ſunt
...ſtantiæ ſpirituales) ſed in-
...aliter nec ſenſu nec imagi-
...pio quid homo ſit, quia ex-
...quæ nullo modo hominis na-
...entiam conſtituunt, tantum
...pio & imaginatione mihi repræ-
...nullas virtutes aut vitia ſentio
...r, ſed intellectu eas percipio.
...cogitationem ſentire aut ima-
...um: quemadmodum nec men-
...ullum ſpiritum. Similiter intel-
...on ſenſu aut imaginatione perci-
..., ſit res, quid veritas, quæ ſint
...a aut notiones communes. Qui in
...emplis ſeſe exercebit; eaque exi-
...notas illas diſtinctivas, quas ſupra
...imus, is facile cognoſcet quid ſen-
...imaginationi, aut intellectioni tri-
...ndum ſit: intelligetque nos non tan-
...id concipere & percipere, cujus ima-
...em corpoream nobis habemus in men-
...; ſed etiam id à nobis percipi, ejuſque
...ideam in nobis eſſe, quod intellectione
...percipitur: ita ut nomen ideæ non tantum
...aptari debeat imagini rei corporeæ, ſed
...cuilibet formæ conceptus, quam forma-
...mus. Huic itaque finem imponimus: mul-
...ta quidem metaphyſici de ideis differere
...que inculcare ſolent: ſed ea quæ hac...
...de iis tradidimus, puto, accedere ... at-

intenta meditatione, ſufficere ad comple-
tam idearum cognitionem.

---

## Sectio Vigesima secunda.

### *De operationibus mentis, quæ ad* Voluntatem *pertinent.*

Formalis ratio voluntatis eſt immediate ex ſe *actionem* excitare, cujus actionis Perceptio intellectu perficitur: eſtque illa Perceptio non tam actio quam paſſio. Diſtinguunt quidam inter intellectum agentem & patientem: ſed illa diſtinctio ex errore nata eſt. Intellectus agens non eſt mens ſimpliciter intellectionem exerens, ſed intellectionem & volitionem ſimul. Excitamus, conjungimus, ſeparamus ideas per *voluntatem*; ſed eas per facultatem intellectus percipimus: quæ perceptio ſolum eſt operatio intellectus; ita ut intellectus agens ſit operatio compoſita ex voluntate & intellectu. Porro, qui ex ſe immediatè actionem excitat, ſemper liberè & ſua ſponte id facit. Quicquid autem liberè & noſtra ſponte agimus, id cum voluptate ſemper conjunctum eſt. Multa quidem ingrata percipimus, ſed nunquam ingratum aliquid in ipſa volitione nobis accidit. Imo nunquam ingrata volumus. Non poteſt enim voluntas ferri in malum. Actus imperati voluntatis equidem per operationem reflexam, qua agunt in mentem, eamque aliquid percipere faciunt, homini moleſtiam creare poſſunt: ſed illi actus imperati impropriè actus voluntatis appellantur; ſed eo nomine ſolummodo illi denotandi ſunt actus, quos elicitos vocamus. Quicunque igitur agere poteſt id quod vult, is felicitate perfecta fruitur. Et inde Dei omnipotentis omnibus partibus compl... cumulata felicitas arguit... Nec po...

apparens pro vero bono appetere non poſſit. Porro bonum appetere eſt de intrinſeca voluntatis natura. Et ideo de re, in qua intellectus nullum percipit bonum aut malum, voluntas non movetur. Neque eſt in poteſtate voluntatis ſuper re mala delectari, & ſuper bona dolore angi. Pariter quod ut bonum & pulchrum concipimus, id non poſſumus non animo & intimis ſenſibus laudare. Etiam experimur in poteſtate noſtra non eſſe impetum noſtræ voluntatis in proſecutione boni reprimere, niſi per malum iſti bono oppoſitum: & ita voluntatis propenſio cogitatione mali reflectitur.

Indifferentiam non eſſe de natura & eſſentia voluntatis ſupra probavimus. At contra libertas illa, qua voluntas ſua ſponte & ex ſe ſeſe excitat ita eſt de natura voluntatis, ut nullo modo ab ea ſeparari poſſit. Unde recte concluditur voluntatem cogi non poſſe. Deinde volitionem corporis modum eſſe non poſſe: quia nullum corpus ſe ipſum excitare poteſt; nec unquam ſua, ſed ſemper aliena ſponte movetur. Et quidem libertas ita voluntati propria eſt, ut etiam in maniacis reperiatur; quibus ideo etiam *voluntas* attribuenda eſt. Nam quemadmodum intellectus non deſinit in maniacis, (intelligunt & percipiunt enim eadem intelligendi facultate, qua ſani & mentis compotes) ſic voluntas in iis non perit; & facultas illa, qua judicant, annuunt, negant, appetunt, fugiunt, novas, & alias atque alias cogitationes excitant, eadem illa eſt, qua ſani tales operationes in ſe & ex ſe oriri faciunt: ita ut formalis & voluntati propria operandi ratio eadem in illis ſit. Non enim morbi vi, aut ſpirituum aut organorum corporeorum intemperie voluntas cogitur aut extinguitur; tunc enim ipſa mens extingueretur, periretque voluntas. Et maniacorum voluntas ſpiritibus imperare poteſt, & iis modum ponere. Non enim cum lucta illas operationes voluntati ...

tur: & quamvis hujuſmodi operationes ſint voluntariæ, ideo tamen iis vitio non vertuntur, aut iis laudem merentur; quia non ſufficit ad moralitatem, ut quis ſe liberè determinet ad hoc vel illud: ſed etiam requiritur ut libere tot & tales ideas excitare poſſit, quibus indiget ut recte judicare & ſapere poſſit. Quod ſi autem contingat ſpiritus & organa corporis automaticè ſe movere, nullo voluntatis actu atque directione intercedente, tunc hujuſmodi actiones non ſunt vocandæ actiones morales; & ideo vitio & virtute carent. Nec tamen illis qui hujuſmodi actiones exerunt, evenit quod ſomniantibus: illi enim voluntate ſe determinant, unum eo appetunt, aliud fugiunt &c, vitio tamen carent quia facultate deſtituuntur excitandi tales ideas, quæ requiruntur ut homo in ſomno de rebus recte judicare poſſit.

Hæ voluntatis proprietates voluntati generatim conveniunt, omnibuſque voluntatis modis; & ideo hæc in anteceſſum dedimus. Nunc de ſingulis ejus modis parum dicemus: quorum unus eſt, cogitationes aut potius ideas excitare atque formare. Intellectus quidem officium eſt, ſicut ſupra diximus, excitatas cogitationes percipere, ſed voluntatis officium eſt eas excitare, excitatas conſervare; earum
contemplationi inhærere: & ideo no
peccatur intellectu ſed voluntate: oper
tiones enim intellectus neceſſariæ ſu
non poteſt enim non id omne percip
quod ipſi objicitur. At voluntas pec
quia cum poteſt ſpiritibus modum pon
& ideas homine dignas excitare; &
eas de rebus rectè judicare, deficit in
cio; & quædam indebite & per
fugit aut perſequitur, odit aut iis
ſtatur.

Quod autem voluntas quaſdam cogi
ones ſive bonas ſive malas frequentius
citet, de iis ſæpius ſic & non aliter ju
cet; iiſque ...

… motionibus
… ſedimus, in-
… illo illo cor-
… corporeis paſ-
… voluntate
… corporis tem-
… præbet [non di-
… voluntati has po-
… tiones excitandi;
judicium de iis for-
… ionibus enim, in
… organis utitur, vo-
… s applicat, quibus
… ptiora ſunt. Qui ſan-
… amenti, lætarum re-
… frequentius excitant:
… ant, triſtium cogitatio-
… Et cum voluntas ſe ita
… corporis duci ſinit, tandem
… ſpiritualem inde acquirit.
… lli qui ſpiritualibus tantum
… untur; quique cum corpore
… t commercium, certis qui-
… itationibus, judiciis, incli-
… que averſionibus dediti atque
… id originali mentis diſpoſiti-
… bitibus crebris actionibus ac-
… t gratiæ efficaciæ attribuen-
… Ex quemadmodum corpus men-
… nte & ultro ſequentem motu ſuo
… auſamque præbet, quod habitu
… mbuatur; ita mens ſpirituali habi-
… t diſpoſitione habituali imbuta;
… motibus obſequens, & corporis
… s utens, eidem corpori habitus
… am imprimit; quibus rurſus menti
… n præſtat: ita ut alterum alterius au-
… o vigeat.
… Hic modus agendi voluntatis manifeſtat
… fferentiam inter naturas & eſſentias re-
… um neceſſarias, & inter eas quæ ad ar-
… bitrium à nobis fabricantur & componun-
… tur. Nam licet omnes ideæ à me ad arbi-
… trium cogitentur, hoc eſt, excitentur; ſed
… non tamen omnia à me finguntur; ſed
… quædam veras & immutabiles naturas ha-
… bent. Ideam equi, hominis, alæ, …



dis, auri, ſponte mea excito: ſed ad arbitrium illam non fingo; neque pro libitu illi aliquid addere, aut detrahere poſſum. At equum alatum, montem aureum non tantum in intellectu ſponte excito, ſed ad arbitrium etiam à me finguntur: quia poſſum equum ſine alis, & montem ſine auro; at non poſſum montem ſine valle concipere, aut ideam montis excitare ſine convalle. Mons & aurum itaque ſunt naturæ veræ & immutabiles: at illa compoſitio, qua montem cum auro conjungo, non eſt natura vera & immutabilis. Sic Deus mundum creans redimens, non eſt natura immutabilis; ſed Deus *exiſtens*, Deus ſummè perfectus, &c.

Ex hoc agendi modo etiam rectè concluditur intellectum nunquam pravè intelligere; ſed tantum dicimur pravè intelligere, quando judicamus nos aliquid amplius intelligere, quam revera intelligimus. Non poteſt enim intellectus rem aliter intelligere quam ſecundum ideam iſtius rei, quæ in ipſo intellectu excitata eſt: neque ei quicquam addere aut detrahere, neque eam clarius aut obſcurius proponere poteſt: quia id tantum voluntatis opera perficitur; & intellectus neceſſario intelligit quicquid menti præſens eſt.

Secundus voluntatis agendi modus quem commentandum putamus, eſt judicium. Nam attendenti manifeſtum erit præter perceptionem, quæ omni modo neceſſaria eſt, antequam judicare poſſimus, neceſſariam eſſe ad formalem rationem judicii affirmationem & negationem: multa enim percipimus, de quibus non judicamus. Neque de hoc nobis quiſquam litem movebit; & exiſtimo facile hanc rem poſſe convenire: ſed negatur à plurimis judicium eſſe actionem voluntatis. At cum tantum duo agendi modi generales mentis noſtræ dentur, & judicium differat à ratione formali agendi intellectus, *judicare* enim non eſt *percipere* aut *intelligere*, ſed eſt illi aliquid ſuperadditum; & formâ ab eo diverſum, judicium non poteſt



Digitized by Google

teſt non ad voluntatem pertinere. Præterea cum de aliquibus rebus judicem, de aliis non, neceſſario diverſitas illa operationis à voluntate procedit. Nam quamvis propter evidentiam ſæpius aliud de re judicium ferre non poſſim quam fero, (quia voluntas non poteſt ferri in malum aut falſum qua falſum: quod fieret ſi evidens verum falſum eſſe judicaret) poſſum tamen à judicandi actione me temperare. Huic accedit, quod malè vel benè judicando bonum vel malum morale fit: ergo *liberè* & facultate electiva benè vel malè judico: à voluntate itaque judicium. At intellectio, ſicut ſupra diximus, neceſſaria eſt; & ſpecierum idearumque perceptio tam parum intellectui libera eſt, quam ſpeculo objectas imagines recipere; & ideo intellectione proprie dicta nunquam peccatur: nempe quia non eſt facultas *electiva*. Præterea cum ex omnium ſententia affectus plurium officiant judicio, ſequitur judicium ad intellectum non pertinere. Quomodo enim affectus judicium corrumpunt? Nonne quod voluntatem blande diſponunt ad ita judicandum, quo nos affectus rapiunt. Plura argumenta non addo.

Hoc probato: ſequitur cauſam erroris à voluntate proficiſci; intellectum autem ab eo vitio plane immunem eſſe. Quam veritatem ſupra prælibavimus; cum diximus intellectum nunquam malè aut pravè intelligere: quemadmodum organa corporis nunquam malè aut pravè ſentiunt. Vel potius quemadmodum mens nunquam pravè percipit quod ipſi organorum ope ingeritur. Sed quia hac de re in præcedentibus fuſe eſt locutum, non ulterius illam perſequar.

Poſito itaque confirmatoque intellectum nunquam pravè intelligere: errorem à voluntate procedere, ſequitur, quod etiam antea innuimus, intellectum nunquam determinare voluntatem; ne-

aliquo modo intelligimus: ſed negamus nos æque velle ac intelligere; ita ut intellectus ſemper rem ita percipiat, quemadmodum voluntas in illam fertur. Poſſum aliquid odiſſe, in quo tamen odii cauſam clare & diſtincte non percipio. Poſſum ex. gr. judicare actionem aliquam animo injuriandi à proximo ortam eſſe; quæ injuria, licet omnia mente atque cogitatione circumſpiciam, in illa actione non comparet. Ex quibus etiam ſequitur, nos cavere poſſe ne erremus: quemadmodum cavere poſſumus ne peccemus. Hoc eſt, error ſemper voluntarius eſt; ita ut noſtra ſponte ſemper in errorem incidamus: neque quicquam præterea reperiatur quod nos in errorem inducat, quam ipſa noſtra voluntas: cujus eſſentialis proprietas eſt ut poſſit omnia velle; & cujus voluntarius defectus eſt ut non velit omnia, quæ debet velle; & quod plus velit quam intelligit. Dico hujuſmodi defectus eſſe voluntarios: ne quis putet eos naturales & à Deo creatore profectos defectus eſſe in voluntate quod nempe plus velle poſſit quam intelligit: aut quod voluntatem dederit latius patentem quam intellectus: aut quod mihi libertatem dederit aſſentiendi quibuſdam, quorum claram & diſtinctam cognitionem in intellectu meo non poſuit. Nam prim[illegible] indidit nobis lumen naturale, quod [illegible] ctat nunquam niſi de re cognita judic[illegible] dum eſſe: & ideo raro contingit ut [illegible] ſentiamur, quæ advertimus à nobis [illegible] eſſe percepta: ſed ſemper perſuad[illegible] nobis ea bene à nobis percepta eſſe [illegible] quibus judicium proferimus. Muni[illegible] que nos Deus illo lumine ut caute p[illegible] deremus in judicando. Deinde qu[illegible] quidem Deus creaturam rationalem [illegible] voluerit intellectu & voluntate præd[illegible] videtur implicare, Deum aliam nob[illegible] luntatem, & minus late patentem [illegible] potuiſſe, [illegible]

…habeo enim
…oris & im-
…arbitrii li-
…majoris,
…endere li-
…ideam aut
…volun-
…ratio perit.
…largiri intelle-
…luminatum, ut
…n erat, tam cla-
… ut nihil dubita-
…ntem contra veni-
…luntate ſequeretur
…clinatio, ſanctifica-
…ut nunquam erratura
…, hocque ſenſu potuit
…n largiri voluntatem at-
…ibus perfectionibus de-
…arum perfectionum ab-
…as in nobis eſt. Falſitas
… peccatum ſunt à nihilo:
…uſam in nobis ſunt, quam
… deſit naturæ noſtræ, nec
… ſit: hoc eſt non infinita,
…s de non ente: quæ etiam
…re Deus peccare non poteſt.
…o culpandus non eſt, quod
…ores, plurimiſque donis im-
…reaverit: cum illi potius gra-
… ſint, quod nos tales, quales
…nus, creare voluerit. Neque
…uam imperfectionem, aut amo-
…itatis defectum in Deo, quod
…ato & errori obnoxios creaverit.
…m recte procedit: ſi noſtra con-
…otior operatiorque fuiſſet, ſi à pec-
…e fuiſſemus immunes, ergo in
…e melius fuiſſet non fuiſſe à Deo pro-
…s creaturas peccandi infirmitati ob-
…as, quam hujuſmodi extare: nos
…m fugit quos, qualeſque fines Deus
… creatione & gubernatione univerſi ſibi
…ropoſuerit. Et potius fas eſt judicare
…non eſſe melius, ſi homo ſupra peccan-
…infirmitatem fuiſſet evectus; quando-
…dem reipſa videmus id Deum noluiſſe

qui ſolus judicare poteſt quid ſuo fini con-
ducat. Et temere fit ab hominibus, eſt-
que res periculi plena, hominiſque ſuper-
biam teſtatur, velle definire quid ſapien-
tiſſimus Deus (cujus viæ atque rationes
nobis imperſcrutabiles ſunt; & tamquam
in abyſſo abſconditæ) ſibi propoſuerit:
& tunc ab illo fine, quem nos temere ex-
cogitavimus, concludere quid de aliis re-
bus ſtatuendum ſit. Quod hic inculco con-
tra Atheos & Deiſtas: qui aut Deum exi-
ſtere negant, aut rerum humanarum cu-
ram non habere: quia ſi Deus exiſtit, aut
talis Deus ponitur, qui res humanas cu-
rat, nunquam permiſiſſet peccati, quod
impedire poterat, quodque odit, per-
petrationem. Cum enim omnium con-
ceſſu, nomine Dei intelligatur *ens ſum-
mè perfectum, infinitum*, & quod à nobis
comprehendi non poteſt: quodque eſt
omnium rerum cauſa, ineptum eſt vel-
le noſtri ingenii modulo metiri quid, hoc
aut illo poſito, à Deo fieri fas eſt. Sufficit
itaque lumine naturali manifeſtum eſſe, er-
roris & peccati cauſam in nobis & à nobis
eſſe; atque ita quod in errorem incidimus
defectum eſſe in noſtra actione, ſive in uſu
libertatis, non in noſtra natura: noſque
pœna dignos quoties aliquid nefas com-
mittimus. Quot res à Deo in natura crea-
tæ ſunt, quarum nullum uſum videmus?
Quæque hac ratione arguere videntur De-
um nulla ſapientia in productione univerſi
uſum. Et poſſet Atheus iiſdem veſtigiis
inſiſtens inde ſibi perſuadere mundum po-
tius à ſe ipſo eſſe; aut ex atomorum for-
tuito confluxu ſui primordia cepiſſe.
Quanto æquius in noſtris mentibus eas co-
gitationes verſari, de ratione entis infiniti
eſſe, ut quidnam illud facere poſſit ac de-
beat à nobis determinari nec comprehendi
poſſe. Et ante nos recte ab aliis animad-
verſum eſt ea omnia, quæ vulgo jactan-
tur ab Atheis … Dei oppug-
nandam, … quod

getur, ut quidnam Deus facere poſſit aut debeat, determinare ac comprehendere conemur. Et hujuſmodi argumenta & cogitata non poſſunt melius reprimi, quam ut memores ſimus, mentes noſtras conſiderandas eſſe ut finitas; Deum autem infinitum & incomprehenſibilem eſſe.

Eſt & alia operatio voluntatis, quam paucis jam exponemus; eſtque quâ ſpiritus corpus movet. Poſſumus equidem concipere mentem (utpote cujus formalis ratio in cogitatione conſiſtit) ſine facultate movendi corpus & ſpiritus: quemadmodum poſſumus concipere eandem mentem ſine facultate ſentiendi & imaginandi: quæ duæ facultates ſunt cogitandi modi. At non poſſumus facultatem ex ſe ſuaque ſponte movendi corpus, ſine mente, hoc eſt ſpiritu, quia nulli niſi ſpiritui convenit ex ſe motum ciere, concipere: quemadmodum neque facultatem ſentiendi & imaginandi intelligere & percipere licet ſine re cogitante. Et inde recte concluditur iſtam facultatem corpus & ſpiritus movendi eſſe quendam cogitandi modum. Imo ſi rectè rem perpendamus, illa facultas nihil aliud eſt quam voluntatis operatio. Ipſi enim in nobis experimur actionem illam, qua mens ſpiritus movet, eoſque in nervos dirigit, in ipſa mente nihil aliud eſſe quam inclinationem voluntatis ad excitandum certum motum in corpore. Et intelligimus ad ſimplicem talem inclinationem motum ſpirituum, muſculorum & nervorum, ſi modo corpus, organaque rite ſint diſpoſita, ſequi. Nec ipſa mens ulterius intelligit quæ ſit illa agendi ratio, qua ſpiritus cum ſit, corpus moveat. Cum tamen omnia illa, quæ in mente ipſa peraguntur; & ab ipſa ſola mente proficiſcuntur, ſciat atque intelligat: ſed quia illa agendi ratio, de qua jam diſquiſitio inſtituitur, dependet à conjunctione ani-
ſe illam operationem exerere. Sic mens non intelligit quomodo ad certum ſanguinis & ſpirituum motum paſſiones, & famis atque ſitis ſenſus in ipſa excitantur: rem ipſam tamen, paſſiones ſc. & famis atque ſitis ſenſum excitari in ſe percipit. Neque res ipſa in dubium vocanda eſt, quia modum ejus, quo peragatur, ignoramus. Tam bene & tam certo ſcimus nos per voluntatem corpus movere, quam certò cognoſcimus nos velle, intelligere, ſentire, imaginari, dubitare, affirmare, negare, &c. eſtque ea res per ſe & ex ſe nota; ſicut & reliquæ quas adduximus. Modus autem quo mens, quae non eſt corpus, corpus moveat, neque ratione, neque exemplis, aut ſimilitudine deſumpta à rebus aliis, edoceri atque explanari poteſt: nihil enim illi ſimile atque par in natura exiſtit; neque ullam ideam modi illius operationis, quæ alii ſimilis aut par ſit, reperire licet. Quod autem ad voluntates noſtras ſequantur corporis atque ſpirituum motus; quodque viciſſim mens noſtra à corpore peculiari modo afficiatur, in iis conſiſtit illa conjunctio ſubſtantialis mentis cum corpore: ex qua fit ut homo ſit unum *per ſe*; & quod multa verè atque propriè de toto homine enuncientur, quæ ipſi ſecundum partem tantum conveniunt: v. gr. quod ratiocinatur, quod locum & ſpatium occupat, &c. At quia conſ[...] ratio illius conjunctionis mentis cum [...] pore digna res eſt cui aliquantulum i[...] retur, operæ pretium me facturum [...] tror, ſi in hoc campo aliquantulum [...] ram: & ita tractatui de mente huma[...] nem imponam. Alia eſt ſpiritus, ſi[...] cogitantis *præſentia* in ordine ad [...] rem, alia ejus unio & conjunctio [...] corpore. Cuicunque rei ſpiritus [...] eſt, ei eſt *præſens*: at non cui rei pr[...] eſt, ideo illi ſubſtantialiter conju[...] eſt. [...]

ctionis natura, non præſentiæ, nituntur omnes illi loquendi modi, quibus toti homini aliquid attribuitur, quod tantum ſecundum unam naturam ipſi convenit. Sic dicimus hominem moveri: locum replere: hic aut illic eſſe: corporis inſtar mole augeri, aut minui, vulnerari, lædi, ſanguinem fundere, quamvis hæc homini tantum aptari poſſint conſiderato ut etiam ex corpore conſtituto. Rurſus velle, nolle, cogitare, dubitare, intelligere, &c. Homini tantum conveniunt ratione mentis: de homine tamen toto talia enunciata verè proferuntur. Et quamvis mens corpori toti intimè præſens eſſet; & ceſſaret tamen illa formalis conjunctionis ratio, de qua hactenus loquuti ſumus, non poſſent hujuſmodi enunciata, quæ menti aut corpori ſeorſim tantum propria ſunt, proferri de uno accidentali quod ex corpore & mente conſtat. Nec ſolemus dicere hominem mortuum eſſe quia mens à corpore ſeparata eſt, ſed quia corporis compages, in qua conjunctio ſubſtantialis fundata erat, tollitur. Poſſet enim anima corpori præſens eſſe, & homo tamen eſſe mortuus. Non itaque requiritur, ſi præcedentibus enunciatis ſua veritas conſtabit, ut corpus & anima ſibi invicem immediate præſentes ſint; & nullibi pars corporis eſſe putetur ubi mens iſti parti immediate præſens non eſt: quamvis nulla pars corporis, aut potius hominis pars dici vocarique poſſit, quæ non continetur illa compage corporis; quæ eſt fundamentum conjunctionis ſubſtantialis animæ cum corpore. Quemadmodum in unione hypoſtatica non requiritur ut humana Chriſti natura ſit ubicunque ipſius Divina natura eſt; & quemadmodum rectè Chriſtus dicitur hoc aut illud agere in terris, quamvis ſua humana natura terris non ſit præſens, ſed Divina tantum: nec unio hypoſtatica putanda eſt eſſe ſoluta, ſi ponatur Divina natura Chriſti eſſe alicubi, ubi non eſt ipſius humana natura. Quamvis id ſequi videatur operationes naturæ Divinæ, quas illa natura exe-

exequitur circa creaturas, quibus humana natura non eſt immediate præſens, non poſſe attribui toti Chriſto, niſi natura Divina, aut potius perſona ſecunda Divina in omnibus ſuis operationibus Divinis relationem haberet ad illam unionem hypoſtaticam & perſonalem. Et propter hanc relationem recte vereque de Chriſto dicitur quod in his terris operetur: quemadmodum de homine dicitur, quod hoc, aut illud corpus tangit; quamvis immediate mente præſens non ſit iſti parti ſui corporis, quâ aliud corpus tangit. Non eò autem in medium adduco ſimilitudines & comparationes ab unione hypoſtatica depromptas atque mutuatas, quaſi arbitrarer in omnibus, quoad enunciatorum proprietates & naturam, hypoſtaticam unionem ſubſtantiali conjunctioni mentis cum corpore parem ſimilemque eſſe; nihil minus. Sacra Scriptura multos loquendi modos de Chriſto uſurpat, qualibus ſimiliter de homine ſine ſumma loquendi improprietate imo falſitate, uti non poſſemus. Recte quidem ſecundum loquendi proprietatem, quæ inter homines de homine ex duabus diverſis naturis, corpore & mente conſtante, uſurpatur, de Chriſto dicitur: quod omnia ſcit: quod illud, quod natum eſt ex Maria, ſit filius Dei: quod ſit proprius filius Dei: quod ſe humiliaverit: quod paulo minor angelis factus ſit: quod habeat vitam in ſe ipſo: quod Chriſtus & Pater unum ſint. Quemadmodum de toto homine dicitur, quod ratiocinatur: quod natus eſt ex muliere; & filius proprius parentum ſuorum: quod vulneratur, læditur &c. quod ſponte ſua & ex ſe excitat actiones. Nempe quia communicatio proprietatum diverſarum naturarum, quæ ſunt in Chriſto & in homine, fit in perſona utriuſque, non autem in naturis. At hos modos loquendi, quibus Scriptura de Chriſto utitur, male & non recte traduxerit ad hominem. Quod [illegible] ſcit diem judi-

ſtet veritas, interpretandum, quod Chriſtus hoc de ſe dixerit, attendens ad humanam ſuam naturam. Non enim recte dixerim me non ratiocinari, non intelligere, &c. quia hæc non facio ſecundum corpus; cum tamen ego hæc faciam. Sic Johannes de Chriſto teſtatur, quod ſe Johanne prior fuerit: dicitque Chriſtus ſe fuiſſe antequam Abraham eſſet: non rectè tamen, nec proprio loquendi modo de me dicere poſſem (finge animas hominum, ut quorundam doctrina fuit, primo creationis die cum angelis fuiſſe creatas) me longe ante fuiſſe, quam naſcerer ex utero. Quia ego non recte vocor anima: quamvis operationes animæ mihi recte adſcribantur vi unionis ſubſtantialis; quandoquidem mea natura ex corpore & mente conſtat: id ſaltem ſecundum Scripturæ conſuetudinem dici non poteſt, quæ Abrahamo, Iſaaco & Jacobo veram & proprie dictam vitam non attribuit, quam quatenus eorum anima in reſurrectione cum ſuo corpore conjungenda ſit: & ideo Chriſtus docet Scripturæ non conſtare ſuam veritatem: quod Deus ſit Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi, niſi quatenus aliquando reſurrecturi ſunt in ſuo corpore: & inde Chriſtus contra Saducæos probat reſurrectionem. Eodem referendum, quod Chriſtus dicitur veniſſe in carnem: quod primogenitus omnis creaturæ: quod [...]nerit de cœlo: quod Chriſtus ſit gl[...] catus eâ gloriâ, quam habuit ab æ[...] Secundum enim vulgarem loquen[...] dum non diceremus Chriſtum fui[...] unionem hypoſtaticam; non magis diceremus hominem eſſe, antequa[...] ma corpori ſubſtantialiter unita e[...] contra, Scriptura dicit Chriſtum [...] in cœlum, nec amplius eſſe in [...] quamvis doceat perſonam Divinam [...] ræ humanæ Chriſti unitam, in terri[...] & operari: cum tamen nos proprie [...] mur ibi eſſe, ubi corpus [...]

...vinam
...piam eo-
...mana Chriſti
...Perſonæ Divi-
...Scriptura eodem
...per eandem unio-
...ndo dicit Chriſtum
...eſſe amplius in ter-
...quando ſermo eſt de
...s hominem illic non
...antum eſt: dummodo
...ter unitum ſit. An au-
...quendi modi qui in Sacra
...ntur de Chriſto, proprie
...ntelligendi ſint; & quæ ſit
...am quam proprius aut im-
...tandus ſit ſenſus, id Theo-
...exponere.

...uidem autem conjunctio ſub-
...imæ cum corpore fundamen-
...nium illarum, quas ſupra recen-
...unciationum; non erit præter
...ſuccinctè hujus conjunctionis
...proprietates ob oculos ponere:
...ul manifeſtius atque illuſtrius ſe
...quæ propter conjunctionem il-
...communicatio mentis noſtræ cum
...e. Sive dicamus mentem à paren-
...rtum ſuum habere, ſive à Deo cre-
...corpori jungi, manet tamen id
...m & exploratum formationem fœ
...ſanguificationem, cordis pulſum,
...ique omnes functiones vitales, natu-
...es, & animales in homine non minus
...tomatice, atque per artificioſam cor-
...oris humani conſtructionem fieri; nulla
...intellectionis aut voluntatis actione inter-
...veniente, quemadmodum id in brutis ita
...evenire certum eſt. Non itaque putan-
...dum animam illarum actionum in corpore
...cauſam, eaſque actiones effectum...
...nis eſſe; quamvis eas ſæpe dirigat...
...potius illa corporis compages...
...aut luxata, corruptaque...

nes, functioneſque, ſed eas prærequirit; eaque abſente conjunctio ceſſat, & exoritur mors.

At corpori rectè diſpoſito, functioneſque jam dictas exequenti, jungitur mens: quæ ſimplex conjunctio unum per ſe non facit: poſſet enim ſpiritus, qui perſona eſt; v. gr. angelus, corpori hujuſmodi jungi: ſed baſis, fundamentumque totius conjunctionis ſubſtantialis, eſt illa notio menti cerebroque impreſſa; quâ fit ut anima, ubi ratio ſe prodere incipit, corpus illud cui juncta eſt, & à quo afficitur, conſiderat tamquam ita ſuum, ut cum illo unam perſonam conſtituat; habeatque illud pro parte eſſentiali perſonæ ſuæ, quam ſe intelligit eſſe, cum corpori juncta eſt; & à qua ſe nullâ cogitatione ſeparare poteſt. Scio equidem quoſdam Philoſophos extitiſſe qui corpus hominis conſiderarunt tamquam carcerem; & partem eſſentialem ſui eſſe negabant; & illud corpus ut tale ad ſe nihil pertinere dicebant. Sed ego mihi perſuadeo tales Philoſophos aliter rem percepiſſe, quam oratione præ ſe tulerunt. Quemadmodum id in vitæ noſtræ curſu per judicii abuſum millies evenit; nos ſcilicet aliter rem intelligere; aliter verbis mentis conceptum exprimere. Non exiſtimamus itaque ullum hominem mentem illa impreſſione exuere potuiſſe, ut reipſa putet corpus ſui partem non eſſe non magis quam mens juncta corpori ad mulieris formam figurato exuere poteſt illas cogitationes, quibus mulier afficitur; & quæ ſequuntur illam unionem mentis cum corpore muliebri: at quare mens induit illas paſſiones & affectus muliebres, quando muliebri corpori conjuncta eſt, ſi corpus ad hominis eſſentiam nihil pertinet; & menti [illegible] ſit ſe hujuſcemodi [illegible] iſto-
affectionib[illegible] tiam &

re, & tantum mentis gaudia ſectari. Eſt tamen illa impreſſio qua mens ſe unam perſonam eſſe judicat cum corpore, diſtinguenda ab illa impreſſione, quam Deus collocavit in cerebro; quæ facit ut certa quadam ætate, certoque tempore nos conſideremus ut imperfectos, & tantum mediam partem conſtituentes unius totius, cujus perſona alterius ſexus debeat eſſe pars: ex qua impreſſione oritur illa paſſio, quam ſpecialiter amorem erga perſonam alterius ſexus vocamus; ut diſtinguatur ab aliis amoris ſpeciebus. Hæc itaque notio aut cogitatio menti impreſſa qua corpus ſuum ut ſui partem eſſentialem intelligit, eſt fundamentum conjunctionis ſubſtantialis; & in eo fundatæ ſunt omnes illæ enunciationes de homine. Huic autem impreſſioni natura, ſive Deus alia adjunxit præſidia, quibus illa impreſſio roboratur, & magis magiſque animis noſtris affigitur: qualia ſunt, nempe quod mens à corpore afficitur; & rurſus vice verſa corporis atque ſpirituum quidam motus naturaliter conjuncti ſunt cum quibuſdam noſtræ mentis, aut potius voluntatis actionibus: quodque illud omne tendat ad conſervationem totius. Ita ex certa partium atque humorum corporis diſpoſitione mens naturaliter percipit aliquid, cujus ope percipit aut afficitur ſenſatione famis, ſitis, &c. & commovetur ad defectum illorum reſarciendum. Ita afficitur à paſſionibus, quæ omnes naturaliter referuntur ad corpus; & eorum uſus naturalis eſt incitare animam ad conſentiendum & ſe dandum iis actionibus, quæ inſervire poſſunt conſervando corpori, aut ad illud perfectius reddendum: imo omnia objecta ſenſus moventia; & in nobis affectus excitantia, illos excitant ratione variorum modorum quibus affectos eſſe illa mens intelligit, quatenus nobis vel prodeſſe, vel nocere, aut in genere ad nos ſp[illegible] ſſunt. Sic contra diximus quoſ-

ſtris; ita ut ad certam voluntatem ſequatur certus motus: ſicquidem ex eo ſolo, quod habemus voluntatem ambulandi, fit ut crura moveantur. Sic ſi quis velit diſponere oculos ſuos ad intuendum objectum remotum, hæc voluntas efficit ut pupilla ſtatim ſe dilatet: & ſi velimus oculos diſponere ad intuendum objectum propinquum, hæc voluntas facit ut pupilla ſe contrahat. Et quod mirificum eſt, ſi cogitemus ſolum de pupilla dilatanda, non ideo dilatabitur: quod addo ut manifeſtum fiat, quam admirabiles conjunctionis animæ noſtræ cum corpore proprietates ſint. Plura non addo, cum hæc proprie Phyſicam ſpectent.

Et ita quidem recenſuimus mentis noſtræ facultates: nec plures in nobis reperiri putamus; eſſemus enim earum conſcii. Id enim menti ſingulare & proprium, quod nihil facultatis aut potentiæ in ea ſit, quin ſtatim ad voluntatis inclinationem ſe manifeſtet: & ſtatim experimur qua in re mentis noſtræ potentia terminatur. Et inde recte concludimus nos ipſos Deum non eſſe cujus ideam habemus innatam: tum quia multa cupimus & deſideramus; quod argumentum eſt nos ſummè perfectos & beatos non eſſe; & nobis deeſſe potentiam ea, quæ nobis deſunt, parandi: cum etiam, quia in nobis ne[...] experimur nos noſtræ eſſentiæ & exiſte[...] tiæ authores eſſe: quia non ſumus con[...] nos illam facultatem exerere aut ex[...] mere. At nihil eſt certius; eſtque fu[...] mentum omnis ſcientiæ, etiam religi[...] nihil à mente noſtra agi cujus conſci[...] am non habemus.

---

## Sectio Vigesima Ter[...]

### De Deo.

IS per compendium tradi[...]

[illegible]ſque præcipuis attributis; [illegible]mente hu[illegible]ana ſubjun- [illegible]quia de[illegible]ſtratio de [illegible]præcogn[illegible] requirebat, [illegible]humanæ [illegible] intelligentia in- [illegible]tur ita [illegible] hujus ſermonis [illegible] recollectione [illegible] in antecedenti- [illegible]ſunt.

[illegible]s, propriam men- [illegible]ere in cogitatio- [illegible]tes cogitationes [illegible]æ; quemadmo- [illegible]odi rei extenſæ ſi- [illegible]andi modos vocavi- [illegible]um ſunt mentis con- [illegible]in duas claſſes princi- [illegible] aliæ enim ad intelle- [illegible]voluntatem pertinebant. [illegible] intellectum pertinebant, [illegible] cogitantur pro noſtro arbi- [illegible]idem noſtra ſponte excitan- [illegible]ectu; ſed pro arbitrio noſtro [illegible]tur, quia habent naturam ve- [illegible]utabilem ante operationem in- [illegible]cui naturæ nihil addere aut de- [illegible]ſumus, quin ſtatim natura iſti- [illegible]at & extinguatur.

[illegible]addimus: ex iis poſtremis ideis quæ nobis innatæ ſunt, alias quæ [illegible]dveniunt. In hac materia, quam [illegible]entia exponendam ſuſcepimus, tria [illegible]ſiderationem atque examen venire [illegible]t 1. An detur idea Dei in nobis? Quo pacto illa in mente noſtra exiſtat: [illegible]e fabricata & ficta ex arbitrio, an po-[illegible]s veram & immutabilem naturam ha-[illegible]eat? Et ſi veram & immutabilem natu-[illegible]am referat, poteritne mens noſtra illam à rebus creatis, aut per ſenſus menti illapſis, aut ratione perceptis accipere? Num po-[illegible]tius nobis illa innata ſit; ita ut nulla creatu-[illegible]ra detur, quæ nobis ſubminiſtrare poſſit [illegible]rationes, formas, ideas aut conceptus, à quibus mens ſuos conceptus de [illegible] habet, mutuata, formare quos [illegible] III. An ex illa Dei idea, ideam [illegible]minata & inſpecta, rectè probetur Deum exiſtere?

Antequam inveſtigetur an idea *Dei* in nobis detur, prius videndum quid omnes per nomen Dei intelligant. Foret enim præter ordinem diſputare de exiſtentia Dei, aut de ipſius Dei idea in nobis; nec tamen convenire de notione & ſignificatione nominis, *Deus*. Statuimus nomine Dei apud gentes, aut creaturas rationis capaces intelligi ſubſtantiam ſummè perfectam; & in qua nihil planè intelligimus, quod aliquem defectum, ſive perfectionis limitationem involvat. Nam quare lapidem & truncum nullo motu, ſenſu aut ratione præditum, nemo Deum eſſe credit? Nimirum, quia illæ res nimis imperfectæ ſunt. Quod autem gentes ligna & lapides pro Diis habuerunt, id factum quia iſtis lignis & lapidibus aliquod numen peculiari ratione præſens & junctum eſſe putarunt. Quæ foret alioquin ratio, quare quodvis obvium corpus vile & abjectum pro Deo non habuerint? Aut quare plus Divini in brutis, etiam infimæ conditionis, eſſe putarunt, quam in ſeipſis, ratione & voluntate præditis, ſupra alias perfectiones quas cum brutis communes habebant? Eſt enim contra rationem & lumen naturale ad eum precibus & religione confugere, quem viribus & potentia infra nos poſitum videmus. Exiſtimarunt itaque gentes rebus viſibilibus, quas pro Deo habebant, aliquod numen adeſſe, & quod illinc favoris & benignitatis ſuæ effectus diffunderet in ſui cultores. Nec potuerunt gentes Deo clare & diſtinctè cognito, infirmitatis aut perfectionis limitationem attribuere: quia, ut diximus, in conceptu Dei continetur omne perfectum: & Deum quia lumine naturali notum eſt, & ſimul quid eſſe ens ſummè perfectum, ſit. Quemad- perfectum aut imperfectum [illegible] cognoſcit au- modum itaque is, qui recte cognoſcit quod ferro rum, ei nihil attribuere poteſt quod [illegible] [illegible]rium eſt; ita nullus Deo tribuit quod defectum [illegible]

ctum aut perfectionis limitationem importat. Quemadmodum nullus menti id attribuere poteſt, quod de natura corporis eſt: habemus enim non minus diſtinctas ideas corporis & ſpiritus, Dei & creaturæ, quam albi & nigri. Et hæc etiam inter alias rationes una eſt, quare plures Deos conſtituere repugnet. Non poſſum enim plures Deos intelligere, quin ilico idea entis ſummè perfecti pereat, quoties alterum ens ſummè perfectum ipſi adjungo. Lumine enim naturali notum eſt unum tantum ſummum ens dari poſſe: ejuſque potentiam ita infinitam eſſe ut repugnet aliquid dari, quod ipſius potentiâ non contineatur. Nam quare id Deum vocem, in quo perfectionis limitationem agnoſco? At omne id, quod non apprehendo ut infinitum, in eo perfectionis limitationem agnoſco. Non poteſt autem id ut infinitum apprehendi & intelligi, quod alteri tantum par aut ſecundum eſt. Neque objici poteſt, nullam eſſe neceſſitatem ſtatuendi Deum eſſe ſumme perfectum: ſed nos poſſe aliquem Deum intelligere, qui aliqua perfectione deſtitutus ſit. Nam nihil falſius atque ineptius ſtatui poteſt: quandoquidem id quod alicui rei eſſentiale eſt, ab eo removeri aut tolli non poteſt. Si dicas, attamen gentes pro Deo habuerunt quod tamen ut ſumme perfectum non agnoſcebant: & præterea addas ſufficere ad aliquid pro Deo habendum in quo tot perfectiones cognoſcimus, quæ ſufficiunt ad ſundandum cultum naturalem: quemadmodum & hodie reperiuntur qui Chriſtum pro Deo habent: quamvis eum non putent ſumme perfectum, & *ſupra omnia Deum*. Reſpondemus: gentes nunquam putaſſe aliquid Deum eſſe poſſe, quod non eſſet ſumme perfectum; ſed temere & cæco impetu, & idololatriæ ſpiritu abrepti Deum vocarunt, quod tamen ſumme perfectum non eſſe ſciebant. Superſtitio itaque, non clara & diſtincta perceptio, id eos facere ſubegit: iiſque [illegible] circa cultum illius rei, quæ natura non eſt Deus; quod multis evenit, ſed minori noxa; quando nomen accidentis applicant conceptui ſubſtantiæ; & conceptum ſpiritus qualitati corporis, gravitati ſc. tribuunt: aut conceptum nihili, corpori, v. gr. ſpatiis imaginariis tribuunt: aut potius conceptum corporis, nihilo. Concipiunt enim ſpatia imaginaria ut corpus; & dicunt tamen ea eſſe nihil: multa de iis differunt, demonſtrant, credunt; & tollunt tamen à ſpatiis ſuis imaginariis veram naturam, aſſerendo ea eſſe plane nihil. Quod & nos credimus; ſed nolimus illud *nihil* ſpatium vocare: quemadmodum nec gentium idola, quæ Scriptura nihil vocat, quatenus nihil eorum habent quod nos Deum vocamus, Dei nomine inſignire nolumus. Non itaque rectius probaveris notione Dei non intelligi ens ſumme perfectum; quia gentes res quas cognoſcebant non eſſe ſumme perfectas pro Deo habuerunt, quam ex ſuperſtitione hodiernorum idololatrarum; qui neſcio cui non rei numinis reverentiam exhibent, concluſeris ideam numinis arbitrariam eſſe; quia temere, cuilibet ferme rei, numen ineſſe putant: cum tamen rem recte putanti manifeſtum fiat omnem ſuperſtitionem ab hoc principio & fundamento manare, quod habemus ideam [illegible] tis ſumme perfecti; idque Deum [illegible] tum eſſe putemus. Nihil enim quod [illegible] men non eſt, pro numine habe[illegible] niſi quia aliquid Divini iis rebus [illegible] putamus, quod tamen iis non a[illegible] ret. Addo: quod ipſi gentiles ſuc[illegible] ſuperſtitionem non alio argumento [illegible] pugnarint, quam quod notione D[illegible] telligatur *ens ſumme perfectum*. Ipſi [illegible] ſuos ludunt, quod pro Deo habeant [illegible] perſonas ignaras futuri: dolori & triſ[illegible] obnoxias: fato alicui ſubditas: dubitan[illegible] hæſitantes: rixas inter ſe exercentes, & [illegible] fariæ libidini indulgentes, natas, & ſato[illegible] ctas. Præſi[illegible]

quod pro Deo habemus: quemadmodum pro juſto habemus, qui nulli facit injuriam. Quandoquidem eodem lumine naturali ſciunt, ſupra recenſita imperfectionem importare; quemadmodum eodem lumine naturali conſtat furari eſſe injuſtitiam. Si enim idea Dei eſſet nobis arbitraria, & pro libitu à nobis fabricata, potuiſſent idololatræ & ſuperſtitioſi reſpondere, ſe Deos ſuos ſuo modo fingere; idque pro numine habere, pro quo reverentia & devotione aliqua ducuntur: quemadmodum id pro pulchro habemus, quod ſui amorem in nobis excitat. Et ideo pulchritudo multis tantum res eſt opinione ſuſcepta; non ſua natura ſe probans: at non quemadmodum amor tantum res opinabilis eſt, & voluntario judicio ſuſcepta; ita religionis objectum res tantum opinabilis eſt, & voluntarie, proque noſtro arbitrio conſtituta.

Ad alterum reſpondemus. Primo, nihil poſſe eſſe objectum veri & rationalis cultus, quod non eſt ſummè perfectum: nam quo pacto ab aliquo ſperare poſſum pœnam aut præmium propter vitam bene aut male tranſactam, qui nec ſumme potens eſt, nec ſumme beatus, nec ſumme ſanctus, nec omniſciens: qui autem illas perfectiones in gradu ſummo poſſidet; ille eſt *ens ſumme perfectum*. Deinde cognitio noſtrorum defectuum & imperfectionum in nobis, unde impellimur ad confugiendum ad numen quod nos protegat, nobiſque ſuccurrat, nobis non ſuggerit ideas, quibus Deum concipimus: quaſi conſcientia multarum imperfectionum quæ in nobis eſt nobis ſuppeditaret cogitationem perfectionum illis imperfectionibus oppoſitarum. Quaſi artifex ex cognitione defectuum in ſua machina excogitaret quædam nova, quibus illi defectus corriguntur. Sed contra, nos noſtros defectus tantum cognoſcimus quia numen cognoſcimus: ita ut cognitio numinis, & entis ſumme perfecti cauſa ſit, quod nos noſtras imperfectiones cognoſcamus. Et illud numen non ut aliquot gradibus nobis perfectius intelligimus; ſed ut ſumme perfectum: ita ut agnoſcamus talem perfectionem in nos, aut ullam creaturam cadere non poſſe: neque etiam gradatim cumulando perfectiones. Dei ideam augemus, ſed formatur ea à nobis tota ſimul, ex hoc quod ens infinitum, omniſque ampliationis expers mente attingimus.

Quod autem etiam hodie reperiantur qui creaturam pro Deo habent; & Chriſtum hominem Divinis honoribus proſequuntur, ad hoc reſpondemus illis ipſis, quod gentilibus idololatris; planè aliter de re judicantibus, quam eam percipiunt & intelligunt: nam velint nolint, hoc fateri, à lumine naturali evicti, coguntur conceptu Dei tot exprimi perfectiones, ut in hominem cadere non poſſint. Et quamvis homini multas & eminentes atque inſignes perfectiones attribuere poſſimus, manente idea & conceptu hominis: nunquam tamen perfectiones divinas ipſi tribuere poſſumus, quin ſtatim idea & hominis conceptus perit. Itaque quem illi pro Deo habent, is eſt, ex eorum hypotheſi, qui Divinam in Chriſto naturam negant, merus & purus homo; nobis & reliquis omnibus creaturis longè perfectior, ſed creatura tamen nihil Divini habens: non ſumme ſimplex: non ſumme potens: non ſibi ſufficiens: non omnia ſimul volens & intelligens: ſed Deo tantum ſumme charus & acceptus, & per quem multa bona hominibus diſtribuit; ipſe tamen reipſa nihil operans, nihilque poſſidens quod ratione naturali novimus Deo proprium eſſe; & ad quod creaturam evehi non poſſe novimus. Et intrepide hoc enuncio: illos Chriſtum pro Deo non habituros; neque illi cultum illum exhibituros, ſi non conſiderarent Chriſtum ita Deo ſummo & Patri unitum; ut quicquid Pater habeat, id etiam Filio ſit communicatum. Differentia autem inter Socinianos & noſtros eſt, an Chriſtus *in ſe, & per ſe* omnia illa poſſi-

poſſideat quæ Pater habet: quod nos docemus? An vero ſit homo tantum, ſed quem Pater ita pro ſuo dilecto habet, ut per ſuam omnipotentiam ea omnia agat quibus Chriſtus, ex eorum ſententia, purus homo, indiget ad explendum munus ſuum mediatorium, quod Sociniani docent? Et eo ipſo fatentur Chriſtum non eſſe Deum, ſed creaturam meram; quam Deus verus ſingulari amore eſt complexus: quæque nihil poſſidet quod perfectionem creaturæ excedat, aut ſuperet: in qua adoranda idololatriam committunt: adorant enim eum quem credunt non eſſe ſummum ens. Quod ſi per cultum Divinum intelligant tantum quandam reverentiam, quâ pro Chriſto ducuntur; & per nomen Dei excellentem aliquam creaturam, tunc ſtatus quæſtionis mutatur: neque argumentum ex Socinianorum doctrina petitum quicquam contra noſtram doctrinam de idea Dei valet. Quamquam abſurdiſſimum ſit reverentiam erga creaturam, & qua talem, quod notandum, Divinum cultum appellare: & duos Deos unum altero majorem fingere: quod idem eſt ac ſi dicam unum ſpiritum magis eſſe ſpiritum quam alterum: unam voluntatem magis liberam quam alteram: aut ſi ſtatuam me duas diverſas ideas libertatis aut voluntatis habere; aut duas diverſas ideas accidentis. Si autem putent Chriſtum, quem pro puro homine habent, ex ſe, perque ſuam humanam naturam explere opera Divina: tunc reipſa Divinam naturam in Chriſto agnoſcunt, quamvis id verbis negent. Ita enim perfectiones in Chriſto augent, ut in hominem aut creaturam cadere non poſſint; confunduntque Dei & creaturæ ideam: nec quicquam cauſæ ſupereſt, quare non tantum ex illorum doctrina liceat ſtatuere hominem poſſe fieri Deum, & Deum hominem: ſed etiam aliquem poſſe eſſe ſimul Deum & hominem; quod æque abſurdum eſt, ac ſi dicas aurum ſimul eſſe poſſe plumbum. Deus enim ad minimum tam

*veram* naturam habet quam aurum. Pulchre itaque illa objectio procederet, ſi idea Dei eſſet res à nobis fabricata; neque veram & immutabilem naturam haberet; quemadmodum homo doctus aut mons aureus mutabilis natura eſt: à quibus doctrinam & aurum tollere poſſum, manente hominis & montis natura. At quis ad id abſurditatis prolapſus eſt, ut putet cogitationem aut convallem ab homine & monte tolli poſſe. Illud itaque fixum ratumque manet Deo nihil imperfecti attribui poſſe: omnemque perfectionem abſolutam ejus notione contineri. Non itaque diſputandum utrum hæc aut illa perfectio Deo quidem competere poſſit, quia talium perfectionum poſitionem cum aliis rebus conciliare non poſſimus: v. gr. *Dei decretum*, præſcientiam, infallibilem ipſius operationem circa voluntatem noſtram, cum libertate noſtræ voluntatis. Hujuſmodi dubia non recte formantur ex eo capite, quod hujuſmodi res comprehendere aut conciliare non poſſumus: Deus enim cum ſit infinitus à nobis finitis comprehendi non poſſe præſupponitur. At recte quidem proceditur: ſi dicamus Deo nihil attribuendum eſſe quod repugnet: & ideo ſemper tales conceptus fugere debemus, quorum unus alteri eſt oppo-ſitus. Cum itaque clare & diſtincte c[...] gnoſcamus de ratione formali noſtræ [...] luntatis eſſe, quod ex ſe & ſua ſpon[...] moveat; aut potius agat atque v[...] ideo recte quidem concluditur nun[...] actionem Dei, aut ullius creaturæ [...] hominis voluntatem ita concipien[...] ut aliquid à voluntate ſejunctum atqu[...] paratum eſſe putemus: quod eam pr[...] terminet, aut faciat velle; tamquam[...] qua cauſa aut principium voluntatis [...] ita præcedens, ut ita præmotionis [...] prædeterminationis rationem habeat; [...] voluntas in primo momento ut paſſiv[...] habens, [c]onſideretur. Talis enim con[...] ptus n[...] am [...] voluntatis [...]

…quod à Deo eſt, de-
…deſtruit. Sed perpe-
…tur, ſi inde feratur vo-
…à Deo … cauſa pri-
…ere; noſque … extra po-
…dentiam … quia ſc. exiſti-
…ſit co… quem per
…præmotionis
…concipere quo-
…aliter à Deo de-
…procederet, ſi
…ueret ideam aut
…e: quemadmo-
…itur, ſi conſide-
…ut exiſtens extra
…ecto. Et vanum eſt,
…ſe fieri potentia Dei
…entia enim Dei extra-
…bi diximus, non differt
…potentia extraordinaria
…onit in rebus, quam ordi
…omne id quod naturaliter
…ſe poteſt, ſit ſubſtantia:
…per quamvis extraordina-
…tiam poteſt eſſe ſine ſubje-
…a ſit dicendum. Et ſi quic-
…ionali & corpore conſtat eſt
…minus id homo eſt. quod
…extraordinaria, quam quod
…x anima rationali & corpore
…ſi natura corporis ſingularis &
…poribus ſuis proprietatibus di-
…circumſcripta; quicquid hu-
…rpus eſt, ſive potentiâ ordina-
…traordinariâ ita conſtitutum pu
…on poteſt eſſe ubique. Pariter,
…mplicitatem ſummam in Deo non
…tum revertar, non recte con-
…qua illam conciliare non poſſum
…Dei diverſis operationibus, liberiſ-
…ecretis; aut quia illam ſimplicitatem
…comprehendere, ſed apprehendere
…um poſſum. Sed recte concluditur in-
…oni de modis agendi & operandi Dei,
…ii omnes ſunt infiniti; & ideo ſua natura
…, nobis incomprehenſibiles, nullum di-
…tamen conceptum formare poſſe.



ideo ſtatuimus non minus incaſſum labora-
ri ab iis, qui modos illos exponere vo-
lunt; & diſtinctè enodare quomodo illi
modi operandi non inferant compoſitio-
nem, quam fruſtra ab iis laboratur qui
modum operandi Dei circa noſtram vo-
luntatem. ſtudent diſtinctè concipere: &
deinde ſuos conceptus ſtudent conciliare
cum libertate voluntatis: & ſi modum,
quo id fieri debere exiſtimant, non poſ-
ſunt conciliare cum libertate voluntatis,
inde concipere aliquid de Deo & volunta-
tis natura, quod alterutri aut ambobus
repugnat. Deinde recte concluditur:
quandoquidem implicat Deum non eſſe
ſumme ſimplicem, ſequitur actiones Dei
liberas nunquam ita concipiendas, ut illæ
deleant Dei ſimplicitatem. Non adſcri-
bam itaque Deo paſſiones: nec iram aut
miſericordiam Dei concipiam ut aliquam
mutationem inferentes. Nec dicam v. gr.
in Deo non eſſe iram contra illum pecca-
torem, cujus miſeretur; cuique ita pro-
pitius eſt, ut proprium filium ei deſtinet
in mediatorem: quia propter Dei ſum-
mam ſimplicitatem, ira & miſericordia
non ſunt conſiderandæ ut diverſæ volunta-
tes in Deo: ſed ut diverſæ relationes;
quarum fundamentum unius eſt peccatum,
alterius fundamentum amor erga genus hu-
manum. Unde etiam oritur illa relatio,
qua iidem illi qui rei per peccatum, conſide-
rentur ut Deo accepti per meritum Chri-
ſti, ſi credere velint. Quæ duo optime con-
ſiſtunt. At velle peccatorem punire & non
punire non item. Hac re bene intellecta
evaneſcunt omnia cogitata de deſideriis &
velleitatibus in Deo: de voluntate antece-
dente &c. Quemadmodum enim ex certo
fundamento naſcitur relatio, quæ nihil mu-
tationis, Dei reſpectu, importat: ita ex eo-
dem fundamento naſcuntur quædam tum
conſiderationes, ſub quibus aut ſecundum
quas homo propter illud fundamentum
conſiderari debeat, cum etiam quædam acti-
ones Dei circa hominem, quæ tale funda-
mentum & relationem ſequi ſolent. Ex quibus



Digitized by Google

quibus tamen male judices de ſcopo & intentione Dei: exiſtimans Deum id velle, aut ſibi id proponere, aut id in votis habere, ad quod tales actiones hominem ducere poſſent. Sic poſito decreto creandi hominem, ſequitur illum & ſanctum creari, & legibus regi, & præmia & comminationes ipſi proponi, & facultatem legi obediendi concedi, & illa Divini amoris effecta erga ſe experiri debuiſſe, quæ Deus depromit erga creaturam innocentem, & ſanctitati adhærentem. Sed ex hujuſmodi effectis male aliquid ſtatuitur, aut definitur de Dei ſcopo, ſine aut intentione. Eſtque hoc præterea conſiderandum quaſdam relationes & actiones, quæ eas ſequuntur, eſſe neceſſarias: quatenus ſequuntur neceſſario ad Dei naturam & rationalis creaturæ poſitionem; quales ſunt illæ omnes, quas modò recenſuimus: alias eſſe voluntarias & arbitrarias; & quas ideo à gratia proficiſci, gratiæque effecta eſſe dicimus: quales ſunt omnes illæ relationes & actiones beneficæ, quas Deus depromit erga peccatorem; habentque pro fundamento Dei miſericordiam; quæ ſemper & omni modo gratuita eſt. Ut itaque huic ſermoni finem imponamus: fundamentum omnium noſtrorum conceptuum de Deo eſſe debet, quod quicquid perfectionis abſolutæ notione continetur, Deo attribuatur; & quicquid imperfectionem importat, ab eo removeatur: nihili æſtimantes quod modum & rationem qua hæc in Deo ſe habeant, capere non poſſimus; aut cum conceptibus, quos de illo modo & ratione formandos putamus, conciliare non poſſimus: cum certum ſit eam eſſe naturam infiniti, ut repugnet eam à nobis comprehendi. Si per ſe notum ſit, ita ut de eo dubitare non poſſimus, imperfectionem eſſe deſtinare aliquid tamquam medium quo creaturæ innocentis lapſus obtineatur: ſi pariter per ſe notum ſit, candori repugnare, aliquem invitare ut veniat, & tamen aliquid ordinaſſe, quo obtineatur ne veniat; abſolute ſtatuendum hæc Deo attribuenda non eſſe: quamquam hæc non poſſimus cum aliis conciliare.

---

## Sectio Vigesima Quarta.

### *An idea Dei ſit in nobis?*

Tradito, quid per nomen Dei intelligamus, negari non poteſt, Dei ideam eſſe in nobis: ſi enim tantum nomen *Deus* pervaſiſſet ad omnes homines; & eo nullus conceptus mentis poſitivæ rei fuiſſet repræſentatus menti: primo, non conſentirent omnes gentes in id, quod proxime expoſuimus, ſc. *notione Dei omne perfectum contineri.* Secundo: non attribuerent omnes homines Deo attributa eadem; quæ omnia perfectionem important, & conceptu rei poſitivæ intelliguntur: qualia ſunt v. gr. juſtitia, ſanctitas, veritas, clementia, bonitas, &c. Nam quamvis propter ſummam ſimplicitatem in Deo nulla attributa de Deo & nobis univoce prædicentur: neque ulla ſignificatio, aut potius ullum nomen cujuſcunque re[…] poſſit intelligi, quod Deo & creaturis ſit […] commune; illorum tamen attributorum idea poſitiva eſt, ſicut ſupra fuſe prob[…] tum eſt. Et ſi idea Dei in nobis non eſſ[…] nullus Deum cognoſceret; neque in[…] geret quid eſſet, quod nomine Dei […] ficaretur. Nam quamvis intelligere[…] um non eſſe creaturam, non ideo a[…] naturam intelligerem, quæ à creat[…] fert: multo minus intelligerem […] creaturâ perfectius. Quemadmo[…] ſciam quid ſit ferrum, neque habe[…] lam ideam auri, non ideo ex co[…] ferri devenirem in cognitionem au[…] to minus me ferri cognitio duceret […] gnitionem perfectionum auri. Id u[…] perientia cognoſcimus, nos ex rei […] væ cognitione pervenire in cogni[…] negationis illius rei. At nunquam [f…] negationem nos evehere ad cogniti[…]

…quamvis i… …anicum non
…iendi, appr… …endi tamen
…ra inculcatur … inter doctos
…objici poſ… …tis controver-
…; deque m… …diſunt, ut illos
…hujus … ſentire appareat,
…inter ipſos diſce-
…aut juſtitia, aut
…ſtere poſſit, in-
…n eadem attri-
…ius contrarium.
…dogma cum ali-
…are? Præſuppo-
…ntes iſtud attribu-
…ma repugnare vide-
…um; & ideo dogma
…imulant. Neque un-
…anctitatis, aut juſtitiæ,
…attributum Deo attri-
…e: ſed ſtatuunt dogma,
…r, poſſe convenire cum
Et ſi contingat inter doctos
…quid Deo attribuendum ſit
…on evenit quia dubitant an
…iles perfectiones Deo attri-
…& conſequenter an omne
…perfectionem importans, po-
…in Deo. [Qualia attributa
…e ſine ulla ratiocinatione nobis
…; quodque cauſa eſt, quare
…m Deo attributa adſcripſerint.]
…num diſcrepantia orta eſt ſuper
…era re: de qua anceps videbatur
…ium, an ea contineretur aliqua
…: vel etiam inde quia duo Dei
…clarè & diſtinctè concepta non
…t conciliare, & ideo alterutrum
…ant.
…quemadmodum non deſtruitur axi-
…& gentium conſenſum eſſe: hominem
…onum debere eſſe ſanctum & juſtum;
…atur de particulari aliquo caſu diſpu-
…etur, an hoc aut illud agere juſtitiæ aut
…ſanctitati hominis conſentaneum ſit nec
…ne: ita non evertitur doctrina ſtatuens
…dem attributa Deo attribuere, quamvis

de aliqua re diſputetur an ſit perfectio nec ne; atque adeo an Deo attribui poſſit.

At inſtabis, quorſum conducit, & quid attinet nos habere ideam entis ſumme perfecti naturâ nobis inſitam: cum interea de infinitis diſputetur an Deo conveniant nec ne: atque adeo an quædam ab illo ente ſumme perfecto proficiſci poſſint nec ne. Et quæ hujuſmodi ſunt, ut nihil certi ſcire videamur de ente ſumme perfecto; & ita potius nomen entis perfecti nobis cognitum eſſe, quam ejus conceptum aut ideam nos habere ponendum ſit. Quid refert me naturæ lumine ſcire ſanctitatem eſſe perfectionem; eamque ideo enti ſumme perfecto attribuendam eſſe; cum interea de eo, quid Dei ſanctitati conveniat aut non conveniat, diſputetur: idque lumine naturali & ſua ſponte non judicetur; ſed longo diſcurſu, idque ſublimi & ſubtili tantum inveſtigetur: ita ut etiam doctiſſimi de iis ambigant. Quid refert me docere & declarare Deum eſſe ens ſumme perfectum, & ideo illi ſanctitatem, bonitatem, clementiam, ſummam felicitatem, peccati odium, juſtitiam, veritatem, ſimplicitatem, ſpiritualitatem, unitatem attribuendam eſſe: cum interea conſtans, & ab omnibus recepta opinio non ſit ſanctitati Dei repugnare aliquid ordinare ut medium, quo peccatum fiat: eligere inter tot ordines poſſibiles illum, in quo peccatum ſuas vindicat partes: cum tamen Deus creaturam tam perfectam creare potuerit, ut à peccato immunis eſſe poſſet. Similiter quid refert nos omnes aperte docere Deum eſſe bonum, clementem & benignum; dum interea inter doctos diſputetur an ejuſdem bonitati conveniat potius illum ordinem inter multos alios poſſibiles eligere, in quo creatura rationalis ſub reatu & in miſeria conſtituitur; & ſinere ut propter unum peccatum Adami omnis ejus poſteritas gloria Dei careat; & in ea infirmitate naſcatur, ut niſi Spiritu Sancto regeneretur, malo potius quam bono

bono adhæſura ſit: & tamen nolle omnibus illum regenerantem Spiritum largiri; & ita ſinere multos perire: prædeſtinando decreto abſoluto quoſdam ad vitam, & reliquos ad interitum. Sic quem uſum præſtat in conſtituendo ſuo cultu rationali profiteri Deum beatum eſſe, dum interea ambigatur utrum cum Dei Beatitudine conſiſtat delectari juſtitia atque ſanctitate; peccatum odiſſe, &c. & tamen tot flagitia ab hominibus perpetrari. Nolle mortem peccatoris: invitare & rogare ut ſe convertat; multos tamen peccatores obluctantes hujuſmodi monitis in ſuam perniciem præcipites ferri Denique duci affectibus; & aliter ſe habere erga peccatorem reſipiſcentem, aliter erga induratum. Ita illi qui Deum ſumme perfectum agnoſcunt, tamen inter ſe litigant: v. gr. an Dei juſtitiæ repugnet condonare peccatum nulla interveniente ſatisfactione: actuale Adami peccatum omnibus poſteris imputare; eoſque propter illud peccatum ut reos mortis æternæ habere. An candori, & veritati Dei conveniat, hortari, obſecrare peccatores ut ad ſe veniant: notum teſtatumque omnibus facere ſe non delectari morte peccatoris, ſed velle ut ſe convertant & vivant, & interea ab æterno decreviſſe quorundam non miſereri; nec quicquam eo animo iis offerre, ut ex miſeria emergere poſſint. Præterea an Dei ſimplicitati quadret v. gr. libere decernere, hoc eſt, ponere decreta libera in Deo, & naturam neceſſariam: & tamen docere illa duo *liberum* & *neceſſarium* in Deo nullam importare compoſitionem. Ita quamvis unum Deum tantum eſſe omnes Chriſtiani profiteantur, non deſunt nihilominus inter eos lites eſſe de Trinitate. Hujuſmodi ſexcenta recenſere poſſem, de quibus acriter inter doctos contenditur: quod innuere videtur & nos ideam Dei non habere; nec homines eadem attributa, niſi nomine tenus, Deo attribuere: nec nos natura, & noſtra ſponte noſcere quid ſit perfectum. Et ſi ratione & diſcurſu inveſtigari oporteat, quid ex iſtis dubiis pro vero amplectendum ſit, tunc ſtatuendum pariter Dei ideam diſcurſu atque ratiocinatione à nobis formari: quia quid in Deo perfectum, juſtum, ſanctum &c. eſt, diſcurſu atque ratione tantum inveſtigari poteſt.

Cum itaque tot controverſiæ de Deo, ejus attributis, & actionibus circa creaturam rationalem ventilentur inter doctos & rerum intelligentes, ut ferme nihil certi videatur relinqui quid de Dei natura, ejuſque perfectionibus ſtatuendum ſit, videtur inde, ut diximus, non levis difficultas oriri an etiam ullam Dei ideam innatam habeamus. Quomodo enim tam manifeſte contraria eidem Deo à viris doctis attribuerentur? Et hæc fuit cauſa quare harum Theologicarum quæſtionum in hoc tractatu meminiſſe voluerim. Non potuerunt enim exempla ex alia diſciplina peti; quia hæc tantum de Deo ejuſque attributis agit. Et promiſcue illa dogmata recenſui; non attendens verane an falſa eſſent: & qui illi ſint, qui hujuſmodi ſententiarum authores atque defenſores ſe profiteantur.

Sed urgeamus ulterius, & reliqua in medium afferamus quæ rationem proban[...] exiſtentiam ex idea innata, aut labefa[...] re & inanitatis arguere, aut ſaltem [...] inutilitatem oſtendere videntur. Fing[...] per ratiocinationem & diſcurſum po[...] nire in cognitionem eorum, quæ D[...] tribuenda ſunt, & perfectionem ab[...] tam important, nihil inde proficim[...] quia ea, quæ ratiocinatione & diſcurſus a[...] bagibus vera eſſe cognovimus, ea perſp[...] cuitate, claritate & ſimplicitate ſe, (c[...] ſante noſtra meditatione & ratiocination[...] operatione) intellectui non manifeſtan[...] ut cum ſimpliciter de iis cogitemus, n[...] poſſimus non credere & intelligere ea [...] vera. Sed multa de iis dubia nobis ori[...] moveri poſſunt: quia argumenta, q[...] eorum veritatem demonſtravimus, nob[...] præſentia non ſunt; adeoque res eo lu[...] min[...]

…a, & quæ …um afficere …at cum veli… …n poſſimus. …e dubitare, quin …is cogitare non …eſſe credamus: er… …oſſumus. …atione inveſtigan… …e, columine, ſim… …itate carent; neque ea … niſi quia recordamur … manifeſtam demon… … non autem quia ſuo … iis dubitare non poſſi… …, quæ ita cognoſcun… … certo ſcire eſſe vera, … Deum exiſtere; cui re… …llere: & cujus natura …inat nos cogitare nos ita …, ut etiam in iis, quæ … percipimus, falſi ſimus: … ſi dica… …mmitti circulum, … ratiocinatione opus eſſe ad … cognoſcendum quæ attri… …nveniant: cum ſublatis Dei …hil præter nomen de Deo co… …eamus: quemadmodum ſubla… …tatibus ceræ, nihil cognitionis …iquum manet præter nomen. Si …tributa Dei ratiocinatione inveſti… … etiam cognitio de Deo ratiocina… …veſtigatur. Et ſi de eo, quod ra… …ione cognoſcitur (etiam ex Carte… …rina) dubitare poſſimus; quamdiu …on conſtat eſſe Deum, ſequitur nos … poſſe & debere dubitare de Deo: … ſc. quod ejus cognitio ratiocinatio… … diſcurſu acquiratur; nihilque certi à … cognoſci, quod ratiocinatione tam … principio primo, à quo omnis inveſti… …læ veritatis ratio proficiſci debet, … ni… …ur.

Sed ut ſimul & ſemel omnia, quæ con… …n ideam Dei menti noſtræ naturali… …t impreſſam, in medium adferri poſ… …ſunt expedam, addam & tertium argu…

mentum. Supra ſæpius inculcavimus omnes naturas rerum à Deo ſejunctarum eſſe contingentes, ita ut Deo liberum fuerit eas ita non ordinare, aut conſtituere, quemadmodum nunc eas conſtitutas videmus: Deum autem ſolum eſſe neceſſarium abſolute. Sed difficultas jam ſupereſt: quænam illa ſint, quæ ideâ Dei continentur, & de ipſius natura & eſſentia ſint? Eſt quidem de natura Dei, quod ſit ſummum & omnibus numeris abſolutum ens: ſed quæſtio & difficultas in eo hæret, an id, quod nos perfectum vocamus, ſit perfectio abſolute neceſſaria, an vero arbitraria? Quemadmodum natura & perfectio creaturarum arbitraria eſt. An juſtitia, bonitas, clementia, &c. quæ ſunt perfectiones in nobis, ſint etiam Dei reſpectu arbitrariæ: hoc eſt, an quemadmodum creaturæ rationalis natura à Deo libere eſt (non tantum dico creata) ſed etiam ordinata, quare etiam creatura rationalis non eſt de natura Dei; foret enim tunc neceſſaria, an etiam juſtitia, ſanctitas, veritas, quæ ſunt virtutes creaturæ rationalis, ſint etiam naturæ morales arbitrariæ? Quod videtur ſtatuendum eſſe; eſſent alioquin res & naturæ libere conſtitutæ à Deo de natura Dei, quod abſurdum. At ſi illa virtutum natura fuit Deo arbitraria qua ratione aſſeritur in nobis eſſe ideam Dei: cum inde ſequatur nos neſcire, quid ſit dicendum *perfectum* in Deo. Et inde ſequi videtur nos tantum Deum *nomine tenus* cognoſcere: quia quid ſit perfectum in ordine ad Deum, nomine tenus cognoſcimus. Quod argumentum etiam ideo fortius ſtringere videtur, quod in Deo nihil ſit quod de nobis & Deo univocè prædicetur. Has objectiones conjunxi, quia ex iiſdem fundamentis ſolutio earum petenda eſt.

Ut autem commodè iis reſponderi poſſit, quædam præmittam. Eorum quæ à nobis cognoſcuntur, alia ſunt principia, quæ nullis argumentis, aut diſcurſu ratiocinationis nobis perſuadentur: alia diſcurſu egent; eorumque perſuaſio ex principiis, quæ jam

jam diximus nullo diſcurſu indigere, pendent. Priora ſunt, verbi gratia, nihil poteſt ſimul eſſe & non eſſe: non entis nulla ſunt accidentia: qui cogitat eſt: quicquid eſt, aut eſt poſitivè à ſe, aut à cauſa efficiente proprie dicta: nihil poteſt eſſe in effectu, quod non fuit formaliter aut eminenter in cauſa; aut, quod eodem redit, nulla res à nihilo eſſe poteſt: nihil poteſt à ſe ipſo eſſe diverſum, ſive nihil idem ſimul & non idem eſſe poteſt: quod eſt voluntarium eſt liberum, &c. Qualia ſexcenta referre liceret, ſi ex uſu foret. Poſteriora omnibus nota ſunt: pauca tamen in medium adferam ut diſcrimen innoteſcat. Quæ procul videntur non tam rei veram magnitudinem mihi repræſentant, quam quæ prope. Potius credendum tactui quam viſui, quando de figura baculi in aqua exiſtentis judicatur: lumen eſſe certum motum globulorum æthereorum: non injuſtum eſſe apud Deum, imperare ut pater filium occidat innoxium. Deum nihil novi accidere quando creavit mundum: quando peccatorem obſtinatis ſuis peccatis addictum punit: quando peccatori pœnitenti delicti gratiam facit, &c. ſunt enim hæc quidem vera, ſed ſua ſponte non judicantur; & multo diſcurſu indigent antequam hominem in controverſiis rudem illis veritatibus informes; & ideo illæ abſunt à principiis & à veritatibus per ſe notis, mentique (ut ita dicam) inſculptis.

Omnium equidem clarè & diſtinctè perceptorum ea eſt natura, ut nobis perſuadeant. Vel potius omnes ſumus ejus naturæ, ut quamdiu aliquid clare & diſtinctè percipimus, non poſſimus non nobis perſuadere illud eſſe verum: idque in omnibus obtinet, ſive ea ſint cuivis obvia, ſive tantum ab iis, qui ea propius inſpiciunt & diligentes inveſtigant, detegantur. Eorum tamen, quæ nobis perſuadent, quædam ſunt hujuſmodi, ut de iis cogitare non poſſimus, quin propter ſummam evidentiam, illa vera eſſe nobis perſuadeamus. Alia ſunt hujuſmodi, ut minus ſimplicia ſint, ſuaque luce minus luceant & evidentiam ſuam prodant: niſi quando ad rationes quibus eorum evidentia nititur, attendimus; illæque nobis præſentes ſunt. Prioris generis ſunt, quæ primo loco recenſuimus: poſterioris, quæ in calce poſuimus. Priora itaque & poſteriora in eo conveniunt, quod cum clare & diſtinctè cognoſcuntur, nobis æque perſuadeant: neque poſſumus à nobis impetrare, ut credamus ea non eſſe vera. Neque ulla ratione aut dubitatione amborum veritas, quando clarè & diſtinctè ea cognoſcimus, labefactari poteſt: quia nullum lumen hoc lumine naturali clarius in medium adferri poteſt, cui magis fidere poſſim: nec ulla datur facultas, qua poſſim errorem emendare; aut quæ me docere poſſit illa vera non eſſe quæ clare & diſtinctè cognoſco. Nec obſtat aliquem objicere poſſe, ea, quæ nos clare & diſtinctè cognoſcimus, Deo vel Angelo videri poſſe falſa. Quia evidentia noſtræ perceptionis non permittit ut talia fingentem audiamus. Quia perſuaſio nata ex illa evidentia & clara ac diſtincta perceptione, eſt tam firma, ut nullam unquam poſſimus habere cauſam dubitandi de eo, quod nobis perſuademus eſſe verum propter illam evidentiam & diſtinctam perceptionem.

At quemadmodum diximus priora & poſteriora in hoc convenire, quod cu[m] ea ambo clare & diſtinctè intuemur atqu[e] cognoſcimus, ambo æque firmiter nobis perſuadeant; neque tum dubitationi locum ſupereſſe patiuntur: in hoc tamen differunt, quod priora tam ſimplicia ſunt ut de iis cogitare non poſſimus, quin propter ſummam evidentiam illa vera eſſe credamus. Poſteriora tunc tantum vera eſſe credimus, quando rationes, propter quas vera eſſe credimus, animo præſentes hab[e]mus. At quando de iis rationibus non co[gi]tamus, tunc de iis rebus cogitare poſſum[us], nec tamen nobis perſuadere ea eſſe ve[ra],
qui[illegible]

ne te cogno-
habe factari
vel quia
quod ea,
vera, quia
s alios fuiſſe in
clare & diſtin-
dubitatio animum
reddere; num ita
etiam in clare & di-
mur. Ideo ſumma &
certitudo dependet à
eus exiſtit & fallere
ideo nobis faculta-
noluit, qua, quam-
tamen fallamur.
tendum, quod cum
que diſtinctam alicujus
eſſe, non ideo nos ſta-
jus claram & diſtinctam
omnes proprietates
ita nobis cognita eſſe:
ſſum enim habere diſtin-
ideam trianguli; etiamſi
omnes proprietates trian-
eo Mathematici demonſtra-
ut quas Deus in eo ponere
l etiamſi de quibuſdam ejus
us inter doctos diſputetur;
is Matheſeos peniti viam de-
, quæ apud eos obtinet, non
te perſequi, & ideo in demon-
bantur. Quemadmodum itaque
intelligere figuram tribus lineis
menſam ad habendam ideam totius
, ſic etiam ſufficit rem nullis limi-
comprehenſam intelligere, ut vera
gra idea totius infiniti habeatur.
inde manifeſtum eſt, quod quem ad-
m poſtea nullæ proprietates de tri-
o probari poſſint, quæ diſtinctæ
aliena ſunt ab illa idea trianguli, quam
illas proprietates cognitas, de illo
ngulo habui; ita ut ſingularum proprie-
m trianguli probationes intelligam infiniti
duci ab illa idea & natura trianguli,
um neceſſe perceptam habebam ita ul-

læ proprietates de Deo demonſtrari poſ-
ſunt, quæ concluſæ non fuerunt in illa
idea, quam de Deo habui.

Hiſce ita præmiſſis, pergamus nunc ad
ſolutionem objectionum ſupra in medium
prolatarum, quarum ſumma eſt: ex idea
innata, quam tantoperè decantamus; &
in qua probanda & tuenda tantum operæ
& laboris ponimus, nihil profici: quia
tantum nomen entis ſummè perfecti nobis
notum eſt: quid autem perfectio ſit, aut
nos fugere, aut ratiocinatione inveſtigan-
dum eſſe; quod liquet ex controverſiis in-
ter Theologos agitatis: & quæ naturam
Dei ſpectant, &c. Reſpondemus negan-
do nos ratiocinatione & argumentorum
ſerie tantum cognoſcere quid ſit perfectio;
& ita nos Deum non cognoſcere niſi diſ-
curſu & argumentis: quæ non à Dei idea,
ſed quæ à nobis & creaturis ducuntur, &
ad Deum referuntur: nam hoc ſi verum
eſſet, (ut primum per abſurdum adverſa-
rios refutem) tunc homo non eſſet creatus
ad imaginem Dei, ſed nos Deum forma-
remus ad imaginem hominis: ipſi enim
adverſarii quando profitentur ſe Deum
cognoſcere, nec tamen illam cognitionem
aliunde mutuatam eſſe profiteantur quam
à creaturis, ſimul fatentur ſe Deum for-
maſſe ad ſpeciem & imaginem hominis, in
quo majores quam in reliquis creaturis per-
fectiones conſpiciunt. Deinde ſi perfe-
ctiones Dei tantum ratiocinationis opera
cognoſcuntur; quæro ab iis ad & juxta
quam normam & regulam ſuas ratiocinati-
ones dirigant, quando diſputant quid Deo
conveniat, quid ab eo alienum ſit? An
juxta perfectiones, quas in hominibus aut
creaturis conſpiciunt? Sed qui convenit ab
hominum aut creaturarum natura petere,
quid Deo ſit tribuendum, aut non tribuen-
dum? Ergo ipſi argumenta ſua, quamvis
non animadvertant, mutuantur ab idea
Dei ipſis innata. Nam ſupra probavimus
nihil eſſe lucidius, quàm perfectiones mi-
nores nobis non poſſe producere ideas ma-
jorum perfectionum; & ideo intellectus
ita

ita verſari non poteſt circa perfectiones creaturarum, ut ex iis eliciat (quocunque id putetur fieri modo) ideas & cognitiones majorum perfectionum. Adverſarii tamen etiam, quemadmodum nos, præ ſe ferunt ſe habere cognitionem Dei, hoc eſt, entis longè perfectioris omni creatura. Sed inſtant; non novimus tamen virtutes morales, v. gr. juſtitiam, clementiam, miſericordiam, &c. eſſe perfectiones, quam quia illas pro talibus in hominibus agnoſcimus: neque eas virtutes aut perfectiones eſſe cognoſcimus, quam quia hominibus proſunt; & ſocietates ſuſtinent & tuentur. Itaque, inquiunt, quamvis nos multa de Dei juſtitia, ſanctitate, bonitate prædicemus; nos tamen eas perfectiones tantum mutuatos eſſe ab hominibus; neque nobis aliunde illas virtutes perfectiones eſſe, & Deo tribuendas non conſtare, quam quia hominum intereſt illas virtutes coli; & ideo laude dignas & perfectionum numero habendas: & nos deinde temere illas in Deo collocare. Et quantum ad attributa incommunicabilia, qualia ſunt omnipotentia, omnipræſentia, infinitudo, &c. præterquam quod illas forte non cognoſcimus, neque intelligimus, niſi nomine tenus, aut ſub falſa idea finitudinis: hoc addendum, nos nulla ratione nobis & aliis perſuadere, illas perfectiones eſſe, quam quatenus illas cum juſtitia, clementia, & in genere cum bonitate implicatas atque conjunctas putamus.

Reſpondemus: longè eorum orationem à veritate abeſſe, qui formalem rationem virtutis, earumque illuſtrationem petunt ab utilitate, qua homines & ſocietates beant; nam quamvis confitear homines jam labe Adami infectos, & cognoſcentes bonum & malum, etiam per commoda & incommoda, quibus virtutes hominum ſocietates ſtabiliunt aut dejiciunt, virtutum naturæ cognitionem venire, formalis tamen virtutis ratio iis utilitatibus aut incommodis non continetur; ſed ſua ſponte & mentis rationali natura judicatur: quemadmodum eadem mens vi ſuæ rationalis naturæ judicat bis ter eſſe ſex: & partem minorem eſſe toto. Ita mens judicat juſtitiam & caſtitatem virtutes eſſe, quia tam natura notum eſt alienum rapere, & agere quod non decet, in moralibus contra rationem eſſe, quam alienum à ratione eſt, *bis ter eſſe ſeptem*: quamvis homines poſtea naturam virtutum & vitiorum propius intuentes, vident & intelligunt ita cum virtutum & vitiorum natura comparatum eſſe, ut illæ ſocietates conſtituant, ſtabiliant, & utilitatibus augeant; hæ autem illas diſſolvant, labefactent, & innumerabilibus incommodis mulctent. Nec tamen inde ſequitur virtutes omnes, quæ hominibus conveniunt, etiam Deo tribuendas eſſe: ſed ſingulis tam Deo quam hominibus eas aſſignandas; quas ſi ab illis tollas, etiam rationem ſimul iis eripias. Virtutes enim non ſunt virtutes quia in Deo & hominibus reperiuntur, ſed quia ſunt virtutes; & quia quod illis oppoſitum eſt, à ratione abeſt, ideo Deo & hominibus tribuuntur, & perfectiones ſe eſſe perhibent. In Deo itaque non quidem eſt caſtitas: cum enim ex corpore non conſtet, illi virtuti in Deo locus non eſt. Sed tamen quia caſtitas hominis cum ratione convenit, & illi oppoſitum vi[...] um à ratione diſcedit: ideo Deo trib[...] dum quod in hominibus caſtitatem na[...] liter amet, impuritatem oderit: q[...] Deus aliter de illa virtute & vitio ill[...] tuti oppoſito judicaret, declararet [...] quid rationi conſentire quod ab ea alien[...] eſt. Et hujuſmodi virtutes, quatenus *prær*[...] quirunt aliquam naturam creatam, ea ratio[...] ne arbitrariæ ſunt: quatenus illa natura e[...] arbitraria; at poſita illa natura, jam arbitra[...] riæ eſſe deſinunt. Et quia tota natura eſt *ra*[...] bitraria, neque de Dei eſſentia; & virtutes quas Deo attribuimus, omnes reſpectum & relationem ſuam habent ad creaturas ideo ea ratione omnes virtutes in D[...] ſunt arbitrariæ: neque poſſet Deo [...] *illa*[...]

de-

…ata tri-
…exiſteret
… quæ na-
… intelligi-
… clemens,
…tenus ea no-
…n & ejus rela-
…onales comple-
…[illegible] attributa non
…abſolute ſine reſpe-
…urarum, perfectiones
… ultro cognovimus,
…is infinitis caret, im-
… per cognitionem in-
…tum non eſt, aliquid
… quia quod infinitum
… per quam limitatur,
…tur hanc aut illam rem
… etiam liquet nos rem
…: quo pacto enim pri-
…m aliqua re, eamque
…nfinitæ, ſi rem infini-
…remus. Non ſolemus
…ibuta incommunicabilia
… vocare, quia (ſicut jam
…rfectiones abſolutæ: quia
…& determinatam creaturæ
…pponunt, cuius naturę ratio-
…ntum certas quaſdam deno-
…nciſcitur, ſed etiam propter
…e Deo eſſentialis eſt, quæ-
…tribuit & largitur, quædam
…quia ſi aliter circa eam ſe ge-
…a rationem ageret. Ex qui-
…is id etiam manifeſtum eſt ra-
…m quam inſtituimus, quando
…onem habemus, omnem de-
…ea Dei, quæ nobis eſt innata,
…la non deſumpta ſit à creaturis,
…inatione illam comparavimus;
…n ratione Deus nobis illam lar-
…, & creaturæ rationali eam in-
…ut ita circumferret notam & ima-
…artificis. Et cum homo de Deo
…itur, unum quidem ex alio dedu-
…cognito minus cognitum: ſed ta-

men omnia refert & revocat ad ſuam ideam innatam: quemadmodum ille procedit, qui inquirit in proprietates trianguli; quarum licet ſucceſſive novas quaſdam detegat, nunquam tamen ab alia, quam à trianguli natura præſidia ſuæ ratiocinationis deſumit. Neque imminuit vim veritatis noſtræ ſententiæ, quod, quamvis prædicemus nobis ideam Dei innatam eſſe, nihilominus controverſiæ vigeant inter Theologos: hoc enim perinde eſt ac ſi quis dicat: quid refert, barbaros docere Dei cultum & virtutum naturam, cum Chriſtiani, quorum mens optime informata eſt cognitione illarum rerum, nihilominus ſibi in vitiis indulgeant, & Deum parum venerentur. Idea Dei nobis innata non ideo ſtatim tollit ab hominibus vitia & pravitatem mentis, quare præjudiciis amplius nihil dent: quare odiis non ducantur: quare cognitionis Dei non ducant rationem, quare conſtantiæ cauſa etiam ea quæ poſtea vera eſſe compererint, nolint erroris damnare, &c. Non magis itaque profeceris ad eripiendam nobis ideam Dei hac ratione eam impugnando, quam profectum videas negando ideam virtutum earumque pulchritudinis in hominibus; quia quamvis prædicent omnes ſe virtutum ideam habere, illaſque uno ore laudent, omnes tamen quando ad rem deventum & deſcenſum in cauſam eſt, ab iis deficiunt, & rixis atque litibus diſputantes de natura virtutum invicem conficiunt.

His ita expoſitis ſupereſt ut in gratiam tyronum (nam exercitatorum reſpectu hoc labore facile poſſemus ſuperſedere) ad ſingula ſuperius objecta reſpondeamus. Non repugnat nos ſtatuere ideam Dei in nobis eſſe; quamvis omnia, quæ Deo attribui poſſunt & debent, non cognoſcamus: imo quamvis quædam falſa per inadvertentiam Deo attribuamus. Quemadmodum rectè aſſeritur nos trianguli ideam habere, quamvis non cognoſcamus omnes proprietates, quas Mathematici de eodem demonſtrare poſſunt: imo quam-

quamvis falſa quædam de triangulo credamus.

Quod autem urgeatur, nos fruſtra gloriari de idea Dei, quod per eam intelligamus ens ſummè perfectum; cum interea nos fugiat, quid ſit *perfectum atque bonum*: procederet illa inſtantia, ſi multæ perfectiones non ita lumine naturali & per ſe notæ eſſent, ut de iis cogitare non poſſimus, quin credamus eas eſſe veras & abſolutas perfectiones: quia ſuâ evidentiâ ita nobis perſuadent, ut de iis dubitare non poſſimus: quia nulla facultas eſt cui æque fidam ac iſti lumini, aut quæ me docere poteſt iſtas perfectiones non eſſe perfectiones; atque ita nihil occurrit quo evidentius explicentur: & quæ ideo primorum principiorum numero ponenda ſunt. Quis dubitare poteſt, intelligere & velle eſſe perfectionem? Veracem, juſtum, bonum, clementem, &c. pariter perfectionem eſſe: & vitia his virtutibus oppoſita eſſe imperfectionem. Neque id tantum de virtutibus in genere ſtatuitur; ſed idem de particularibus caſibus affirmatur. Nonne per ſe notum eſt, non ſtare promiſſis eſſe peccatum: imponere & ludificare aliquem etiam peccatum eſſe? Idem dico de ſævitia in innoxium, de illa diſpenſatione præmiorum & pœnarum; quâ obedientibus pœna irrogatur, inobedientibus præmium datur. Quod autem ſint quædam particulares quæſtiones, quarum aliquem numerum ſupra recenſuimus; & de quibus docti diſputant, inde non verius concluditur nos tantum Deum nomine tenus noſcere; nullamque ideam in nobis eſſe, quam ſi dicatur nos nullam juſti, æqui, boni &c. cognitionem, aut ideam habere; quia de multis particularibus caſibus ambigimus. Sufficit enim, ut jam diximus, ad probandum in nobis ideam Dei eſſe, quod quicquid poſtea de Deo cognoſcimus, vi iſtius ideæ, in Deo eſſe probemus: neque quicquam ex iſtius ideæ natura duci p[illegible] quod Deo non

Neque ſunt illæ quæſtiones, de quibus controvertitur tam ſolutu difficiles; modo recte proponantur: eſt enim per ſe notum neminem à peccato immunem eſſe poſſe, qui aliquid tanquam *medium* ordinat, quo peccatum exiſtat. Pariter, facile innoteſcit Dei ſanctitati non repugnare, quod creaturas ita perfectas non creavit; ut extra lapſus periculum ſint: quodque illum ordinem elegerit præ aliis multis, in quo peccatum ſuas vindicat partes: quandoquidem homo libere peccet, & Deus extra peccati crimen ponatur: abſurdumque ſit ex noſtro conſilio & ſapientia metiri quid *melius* fuiſſet: cum de iis, quæ à Deo proficiſci putantur, ratione duce concludendum tantum eſt id Deo convenire, aut non convenire, quod aut cum ejus natura conjunctum eſt, aut eidem repugnat. De reliquis id ſtatuendum quod eventus aut revelatio nos credere jubet: quæcunque enim hujuſmodi ſunt à libera Dei voluntate proficiſcuntur; de cujus ratione & fine non eſt hominis aliquid determinare; prophetia & revelatione non prælucente, & monſtrante viam. Deinde quis non videt veritati & juſtitiæ Dei repugnare, aliquem viatorum numero habere: lege regere: præmia & pœnas proponere: hortari, precari ut ad legis normam vitam componat: increpare cum ab e[illegible] deflectit; imo ſuo modo dolere: nec [illegible] men illi, quem ita regis, id reliqui fe[illegible] ut ſe poſſit convertere: aut quod [illegible] eſt, media ordinaſſe, quibus lap[illegible] damnatio illius procuretur. Et qu[illegible] ſo rationi repugnat in ea doctrin[illegible] docet poſteros propter peccatum [illegible] tum conſtitui in ſtatu, in quo non [illegible] pant privilegia regni cœlorum: [illegible] duunt in illam proclivitatem ad [illegible] dum ſimulac mens corpori jung[illegible] ſervari non poſſint; neque aditum [illegible] tiam Dei habeant niſi regenerentu[illegible] ne aliquid neceſſarium eſt, & [illegible] Di[illegible] profectum (ut etiam ali[illegible]

ori & contumaciter in
ine perſeveranti, non
Deo; ipſumque pecca-
peri pro grato accepto-
emia, quæ vi fœderis
ſanctis tantum dantur:
amentum, quod, ha-
tactionis pœnalis, tol-
; quæ oritur inter De-
beram peccantem, &
citur? Et ita facile de
bus- difficilioribus lis
modo partium ſtudi-
tus, & lædendi famam
diſputatoribus ſejuncta

ad ſolutionem reliquarum
Multa, inquiunt, Dei at-
x diſcurſu tantum cogno-
m per conſequens ea natura
evidentia non videantur;
nes, quæ nobis eorum veri-
aſerunt, animo præſentes
e ſequitur committi circulum
Dei exiſtentia. Nempe quia
de eorum veritate dubitare,
ondum probatum eſt Deum exi-
probamus Deum exiſtere per il-
es de quibus dubitare poſſumus
ationes nobis præſentes n n ſunt:
oſſumus putare nos fortè ita factos
, ut etiam in clarè perceptis deci-
. Reſpondemus: nos venire in
ognitionem; ejuſque exiſtentiam,
ue ideam in nobis manifeſtam fieri,
iſcurſu & argumentatione; ſed at-
ſolummodo conſideratione eorum,
lumine naturali, & per ſe ita nota
, ut nihil reperiatur unde lumen mu-
n poſſint, cujus beneficio eorum veri-
nobis perſuadeatur efficacius niſi ab ipſa
ei idea. Et ita ſtatuimus per ſe notum
ſe Deum exiſtere: quanquam ideam
Dei accuratius poſtea examinando, mul-
a in Deo detegimus; & ratiocinationis
ope ei convenire, eique ineſſe probamus,
quæ à prioribus per ſe notis dependent;

& cum iis connexa ſunt. Quemadmodum fit in cognitione trianguli; cujus talem ideam habemus, ut nulla unquam dubitatio nobis naſci poſſit, an triangulus ſit figura habens tres lineas & tres angulos. Quamvis Geometra poſtea naturam trianguli propius examinans, demonſtrationis ſerie, ſed à natura trianguli petita, probat multa triangulo convenire, quæ antea ipſum fugiebant.

Neque pulchrius procedit inſtantia, quæ deſumitur à ſumma illa Dei libertate; quâ ſtatuitur nullam naturam, ne quidem veri aut juſti abſolutè neceſſariam eſſe, ſed libere à Deo ordinatam; ejuſque arbitrio neceſſariam redditam. Nam hoc jam præſuppoſito, quod ſupra demonſtratum eſſe confidimus, eam eſſe moralium rerum naturam, ut hoc vel illo virtutis aut vitii nomine vocitentur, quia pugnant aut conveniunt cum aliqua ratione: ſequitur illa attributa in Deo ponenda, quæ ſi non ponantur, repugnantiam & contradictionem involverent: & ideo ſtatuendum talia attributa Dei natura contineri; quæque ideo tam neceſſaria ſunt quam Deus ipſe eſt neceſſarius. Quandoquidem itaque novimus nos exiſtere; nihilque eſſe in effectu quod non ſit in cauſa: & quod inde recte concludatur ideam Dei, quam in nobis eſſe experimur, à nobis non eſſe, ſed à Deo (quia perfectiones, quas in ea eſſe intelligimus, à nullis creaturis mutuari potuerunt, neque ideo ex earum contemplatione & aggeratione formari idea Dei potuit) inde recte pergimus omnia illa attributa in Deo ponenda eſſe, quæ cum illis perfectionibus ita connexa ſunt, ut contradictionem implicitùrum ſit, ſi ea Deo attribuenda eſſe negetur. Per ſe notum eſt, juſtitiam, bonitatem, veracitatem, clementiam eſſe perfectiones: idem dico de ſimplicitate, de ſufficientia illa, (qua fit, ut Deus nulla cauſa efficiente egeat ad exiſtendum) de intellectione & volitione Dei, &c. Et ideo hæc nullo argumento, aut lumine naturali clarius

 rius

rius & evidentius intellectui proponi poſſunt: quia hæc per ſe intellectui ſe manifeſtant; & ideo hæc Deo attribuimus nulla ratiocinatione præcedente. At quæ ſit propriè natura virtutum quatenus Deo competunt, id peti debet ex iis perfectionibus, quæ idea Dei continentur. Verbi gratiâ, juſtitiam eſſe perfectionem & virtutem per ſe notum eſt; ſed quæ ſit formalis Divinæ juſtitiæ ratio ex natura Dei petitur. Ita omnes Chriſtiani credunt Decalogum veras virtutes præſcribere; ſed ideo omnes non docent omnia iſtæc præcepta eſſe juris naturalis Divini. Et ſi de ſingulis rectum velimus inſtituere judicium, oportet à perfectionibus abſolutis, quas in Deo eſſe ſcimus; & quibus idea Dei continetur, procedere ad declarandum an ſingularis hæc aut illa perfectio Deo conveniat: & quodnam ſit illud præceptum quod à Dei natura manat; & quod liberè ab eo profectum ſit. Animadvertat ſolummodo Lector ea, quæ ſupra tradidimus: quando loquuti ſumus de iis, quæ Deo abſolute conveniunt: & quæ illi tribuenda ſunt propter relationem ad creaturam rationalem.

Quia autem hujus rei cognitio magni eſt momenti; & quia vereor ne ex iis quæ in medium attulimus, mens noſtra ſatis percipi poſſit: exemplo rem illuſtrare conabor. Deo & rationali creaturâ poſitis, ponitur etiam vitiorum & virtutis ratio atque diſcrimen. Deſumitur enim eorum ratio ex natura utriuſque, Dei ſc. & creaturæ rationalis. Ita ut, ſi aliter ſe res haberet; vitiumque virtutis nomine veniret, implicaretur res illa contradictione: loquimur autem de iis rebus, quæ jure naturali Divino aut humano nituntur. Cedere alicui jus in aliquam rem; & poſtea eandem velle vindicare ut ſuam: & legitimum poſſeſſorem furti reum agere, id manifeſto implicat contradictionem: & ideo illud injuſtum eſſe dicimus. Eadem via [illegible] methodo quid Deo, au[illegible]

inveſtigari debet. Et quia ex natura Dei & creaturæ rationalis naſcuntur hujuſmodi relationes ad res, inde natum Deum creaturam rationalem non poſſe non regere legibus: & ideo etiam leges ferri non poſſunt ſine præmii promiſſione & pœnarum comminatione. Implicat enim, aliquem legibus regere, & ejuſdem arbitrio relinquere velitne obedire, an legis transgreſſorem ſe præſtare: obedientem & inobedientem eandem ſortem nanciſci; & ambos eodem jure habere. Et quemadmodum legiſlator ratione legis aliter erga obedientem quam inobedientem animatus eſſe debet; ita inobedientem præmio obedientis ornare non poteſt: neque obedientem malis tranſgreſſori legis debitis affictare. Imo inobedientem non magis ſine ſatisfactione à pœna dimittere & extra noxam habere, & ad felicitatem extollere poteſt, quam obedientes præmio promiſſo fraudare. Utrumque enim æque implicat, & juſtitiæ Divinæ repugnat: quia poſita creatura rationali, neceſſario, ut jam diximus, legiſlatoris munus erga creaturam rationalem exercere debet: & ſi implicat tale munus, munerisque functiones Deum non exercere: implicat pariter Deum abdicare aut abjicere illud munus: & ideo reſpectu pœnarum Deus perſonam domini, abdicans perſonam legiſlatoris, aſſumere non poteſt. Quod [illegible]dem ſupremi in terris domini facere [illegible] ſunt: quia jus pœnarum inter homine[s] ne aliis nititur fundamentis, quam [illegible] Deum. Jus irrogandi pœnas inter [homi]nes nititur jure defenſionis ſui ipſiu[s] ideo ſemper futurum aliquod bon[um] commodum reſpicit: intenduntur[que pœ]næ non juxta menſuram & gradum [malitiæ], quæ in peccato reperitur, ſed jux[ta ma]gnitudinem damni, quo ſocietatem [illegible] poteſt. Et à terreno judice ſæpe is j[illegible] pite plectitur, qui coram Deo infir[illegible] [illegible]ntum commiſit. Et nul[illegible] Peccatum [illegible] aliter eſt conſtitutus

ſibi perſuadere debet perſonam ſibi impoſitam puniendi delicta aliorum; aut jus tale exercendi in exigendis pœnis, quo pœna exequatur delicto: conſiderato nempe in *ſe*; & quatenus in legiſlatorem Deum committitur; nulla habita ratione aut damni, quo delictum Reipublicæ nocet, aut utilitatis ſperatæ, qua pœna Reipublicæ prodeſſe poteſt. Nam præterquam quod Deus homini nullum lumen communicavit, quo judicare poſſit, qualis pœna cuivis delicto in ſe conſiderato, debita ſit; etiam origo dominii inter homines, unde manat jus legiſlatoris & judicis, oritur non ex eo, quod aliquis ſe judicem alterius conſtitutum à Deo arbitratur; & ita ſe Dei vicem gerere putet; ita ut ejus loco pœnas pro delictis exigat: ſed ex eo, quod Deus homini conceſſit jus ſe ſuaque conſervandi. At Deus, poſita rationali creatura, naturaliter eſt legiſlator: & fundamentum juſtitiæ vindicativæ Divinæ non eſt jus defenſionis ſui; ſed ipſa Dei rationalis natura: cui nihil attribui poteſt, quod implicat contradictionem. Et ideo nobis firmiter perſuademus ſatisfactionem Chriſti fuiſſe neceſſariam: & eſſe juris Divini naturalis pœnam peccatis ex jure iſtius juſtitiæ debitam, pro peccatis exigere.

---

## Sectio Vigesima quinta.

### *Ulterius in gratiam quorundam examinatur, an idea Dei nobis ſit innata? An vero ex ideis à rebus creatis hauſtis formetur?*

Inter ideas, quæ veram & immutabilem naturam habent, hæc adhuc datur diverſitas, quod quædam ope aliarum idearum in nobis eſſe poſſunt; quæque ideo non immediatè à Deo profectæ, mentique inditæ ſunt: alias Deus per ſe & immediate hominis menti impreſſit. Per illam autem impreſſionem id non intelligimus, quaſi ſemper actu atque reipſa illæ ideæ, quæ à Deo immediate menti inditæ ſunt, menti præſentes forent. Nihil minus: nam homo tunc ſemper de Deo cogitaret; ſed per illam impreſſionem intelligimus facultatem homini à Deo conceſſam, qua ideam Dei, abſque præſidio aliarum idearum in ſe excitare poteſt. Sic quidem me ipſum cognoſcens eſſe ſubſtantiam, poſſum præſidio atque ope ideæ ſubſtantiæ mei ipſius, pervenire in cognitionem aliarum ſubſtantiarum. Ita ex cognitione mei, cognoſcens quid ſit res cogitans & ſpiritus, poſſum pervenire in cognitionem ſpiritualis naturæ angeli. Ita ex ſimilitudine, quæ inter multas res eſt, conceptus atque ideas de multis rebus formamus, quas nunquam ſenſu hauſimus; quæque nobiſcum non ſunt natæ: ſed quas ipſi per compoſitionem atque diviſionem formamus. Imo præſidio quarundam idearum fabricare poſſumus multarum aliarum rerum ideas; quæ non tantum nobiſcum natæ non ſunt, ſed quæ nunquam fuerunt aut futuræ ſunt, ut montem aureum, chimeram, hippogryphos, harpyias. Sed præter has ideas, ut jam diximus, exiſtimamus alias in nobis reperiri, quæ ita à nativitate homini inditæ ſunt, ut non beneficio ſenſuum, relatione, ratiocinatione, aut hominum inſtitutione in nobis formentur: quamvis illa occaſionem ut plurimum præbeant, quare mens eas formet. V. Gr. quod intelligam quid ſit res, quid veritas, quid cogitatio, quid voluntatis libertas, quid perfectio, hoc ab ipſa mea natura habeo. Ad tales ideas refero ideam Dei, quam, ſicut urgeo eam in nobis eſſe; ita nec ſenſu, nec per compoſitionem aut diviſionem factam, nec doctrina aut inſtitutione hauſtam, nec ex arbitrio noſtro ope aliarum idearum fabricatam, ſed nobis innatam aſſevero. Quamvis concedam noſtram facultatem naturalem excitandi in nobis ideam Dei, prædictarum rerum occaſione moveri ad cogitandum de Deo, & ad conceptum de eo formandum.

 Porro

Porro, antequam ad demonſtrationem huius veritatis pergamus, oportet meminiſſe ideas duplici reſpectu conſiderari poſſe. Vel ſimpliciter, quatenus ſunt modi cogitandi, [cujus reſpectu omnes inter ſe ſunt æquales, omneſque tantum ſunt *entia rationis* à mente formata] vel quatenus ſunt rerum imagines: ut cum hominem, chimeram, cœlum vel angelum, vel etiam Deum cogito. Eſt autem poſterioris reſpectu, quod dicimus quaſdam ideas nobis innatas: quatenus adeo perfectæ ſunt, ut neque à nobis, neque ab ulla creatura eam acquirere poſſimus. Illud præterea revocandum in memoriam: quaſdam ideas materialiter veras, quaſdam falſas eſſe. Idea materialiter falſa eſt v. gr. quando frigus, aut voluntatis indifferentia, aut peccandi impotentia, &c. ut res poſitiva menti repræſentatur. Diſtinguenda autem hæc falſitas materialis, quæ ſolummodo in ideis reperitur, à falſitate formali, quæ ſolummodo in judicio eſt. Hoc autem notandum præterea, omnem *falſitatem materialem* oriri ex ideis confuſis & obſcuris; ſuntque illæ, quæ præcipue errandi cauſam præbent: quales ſunt illæ ideæ quæ à ſenſibus confuſe menti accedunt. Et inde diſputatum etiam inter doctos: an lumen ſit ſubſtantia, an qualitas aut accidens? Quid ſit ſonus, quid color, quid calor, &c. & an accidentia ſint realia, an vero modi? At ideæ quæ claræ & diſtinctæ ſunt nunquam *materialiter* falſæ eſſe poſſunt: nec ita errandi occaſionem præbent; quatenus eas ad aliquid aliud referimus, quam ad id, cujus ſunt ideæ; quales ideæ ſunt, ideæ figurarum mathematicarum, corporis, ſubſtantiæ, &c. & qualis idea, Dei idea eſt. Oportet præterea recordari, quaſdam ideas continere veras & immutabiles naturas, quaſdam eſſe fictitias, & ab intellectu noſtro pro arbitrio conflatas. Poſteriores inde cognoſcuntur, quod ab intellectus dividuntur: at quas intellectus ita dividere non poteſt, non ſunt ab eo compoſitæ, ſuntque ideo naturæ veræ & immutabiles. Poſterioris generis ſunt homo doctus, martialis, avarus, mons aureus, &c. poſſum enim per claram & diſtinctam operationem intellectus dividere doctrinam, animum martialem & avaritiam ab homine, & aurum à monte. Prioris generis ſunt homo cogitans, mons cum convalle. Quamvis enim per abſtractionem intellectus poſſim cogitare de homine, non cogitans de eo quod ſit ſubſtantia cogitans: & quamvis poſſim cogitare de monte, non cogitans de convalle: non poſſum tamen per claram & diſtinctam operationem intellectus diſtinguere montem à convalle, & hominem à cogitatione. Talem veram & immutabilem naturam ideam Dei continere aſſerimus. Ne quis arbitretur nos ideam entis ſumme perfecti ex arbitrio noſtro formare & componere. Idque inde manifeſtum eſt, quod per claram & diſtinctam operationem intellectus nullam Dei proprietatem, aut attributum ab eo diſtinguere poſſum, quin ſtatim idea Dei mihi pereat atque intereat. V. Gr. An ego poſſum plures Deo concipere, quemadmodum concipio pl res homines? Poſſumne concipere De qui neceſſario non exiſtit, aut qui ſem non extitit, aut ſemper extiturus non Cum tamen tales conceptus mihi de tura formare liceat; manente natur turæ, etiam cujuſlibet, integra. V am inde manifeſtum ſit unitatem ræ Divinæ ejuſque æternitatem & iſtentiæ neceſſitatem eſſe de Dei atque eſſentia. At jam ſupra dix Deus decernens, creans, mund gens, non eſt eodem modo natur ſaria: quia illa omnia *libere* à Deo cta ſi & ideo ſub *illo formali* n [illegible]ntia. Poſſum enim per

c concipi nec intel-
e à natura Dei. Et
,miſericors non eſt
illa Deo non poſ-
elatione ad creatu
ſita creatura ratio-
Deoque conſidera-
uræ habente, tunc
eus bonus, eſt na-
o alicubi diximus
*lecernens*, indicare
Non quod credam
utationem in Deo
aut modaliter à Deo
a hoc vel illud decer-
natura Dei, quæ eſt
ditio eſt de natura ho-
illud concretum, *Deus*
neceſſarium, ſed libe-
non neceſſarium; &
nullo habito reſpectu ad
orum; quaſi compoſitio-
em, aut variationem in
: exiſtimamus enim diſtin-
a decreta Dei ab ipſo Deo
eferendam ad diſtinctionem
on tamen ad eam, quâ ſub-
rt à ſuo attributo: aut qua duo
juſdem ſubſtantiæ à ſe invicem
Etiamſi enim voluntas Dei ſit
*ibutum*; ordo tamen ſive relatio
is ad tale aut tale objectum non
ibutum. Sed exiſtimo illam di-
nem rationis, qua decreta Dei
diſtincta ſunt, referendam ad il-
diſtinctionem rationis: qua *modi*
ndi [quos tamquam in objectis con-
amus, & ratione tantum differunt]
a ab objectis, de quibus cogitan-
, tum à ſe mutuo in uno eodemque
jecto differunt. Et quamvis ille decer-
ndi actus, ut eſt in Deo, non magis diſ-
rat à Deo, quam duratio differt à re du-
ante; quæ ratione diſtinguitur à duratio-
ne: non poſſum enim claram & diſtinctam
rei exiſtentis ideam formare, ſi ab ea ex-
cludam durationem: at poſſum formare

claram & diſtinctam Dei ideam, excludendo quod hoc vel illud decreverit. Quamvis non poſſim formare claram & diſtinctam Dei ideam excludendo actum illum voluntatis in Deo, qui eſt ipſe Deus: quemadmodum *potentia* Dei, Deus ipſe eſt: & qui actus eſt fundamentum iſtius ordinis, quem Deus habet ad rem decretam: & quæ res mihi ſuppeditat occaſionem diverſimode *cogitandi* de Deo; non tamen ideo ponit alios atque alios modos in Deo. Et ideo exiſtimo eo modo Dei decreta à Deo differre, quemadmodum ordo & numerus à re ordinata & numerata. Quamquam agnoſcam ne hæc quidem in omnibus quadrare: quomodo enim id fieri poſſet cum nulla ſimilitudo à rebus creatis peti poſſit ad illuſtrandas res in Deo? Sed ideo illam comparationem in medium attulimus; ut conſtaret decreta Dei à Deo, & ordinem & numerum à rebus ordinatis & numeratis, ratione tantum differre: & quod tamen decreta Dei, ſicut nec ordo & numerus ſunt vocanda *attributa* illarum rerum, quibus ordo & numerus attribuitur. Et quandoquidem omnes Dei agendi modi ſunt infiniti, & à nobis incomprehenſibiles, fruſtra laboratur, quomodo hi agendi modi in Deo ſe habeant. Quomodo v. gr. decernit, creat, ſuſtentat, gubernat? Sufficit, ſi illa illibata ſervemus in Deo, quæ lumine naturali in Deo eſſe cognoſcimus: nempe Deum eſſe *ſimplicem* & immutabilem; ideoque nullum modum [taceo de accidentibus, quæ nulla realia agnoſcimus, & ideo ad modos referimus] attribuendum eſſe: ſolemus enim tunc ſubſtantiæ *modum* aliquem attribuere, quando conſideramus eam ab ea re, quam modum vocamus, mutari & affici. At nemo dixerit Deum mutari cum decernit, aut creat, aut punit, aut remunerat. Et id cuivis de Deo aliquid commentari volenti alte infixum eſſe debet; nihil imperfectionis omnino Deo attribuendum eſſe. Si enim ſemel hic impingamus, aut ab hac regula deflectamus, effu-

effugere non poſſumus, quin ilico in graviſſimos prolabamur errores circa Deum: & tandem audebimus quidlibet de Deo fingere, & naturam ejus infinitam noſtris conceptibus ſubjicere. Sed hæc dicta ſufficiant.

Præterea meminiſſe oportet quaſdam ideas ita falſas eſſe, ut res impoſſibiles intellectui repræſentent: hoc eſt, quoſdam mentis conceptus tales eſſe, ut rem impoſſibilem tamquam poſſibilem; & rem poſſibilem tanquam impoſſibilem concipiant. Id autem poſſibile exiſtimamus, quodcunque clare & diſtincte percipimus: quod enim ita concipimus, nunquam ab intellectu concipi poteſt, ut *implicans contradictionem.* Nec unquam cogitavimus à Deo aliquid fieri non poſſe, niſi propter hoc, quod illud à nobis diſtincte percipi repugnaret. Et hoc fundamento innixi, dicimus montis ſine convalle naturam impoſſibilem eſſe. Idem judicamus de eo, quod ſimul extenſum eſſe creditur, & tamen nihil eſſe. De eo, quod concipitur ut realiter differens à ſubſtantia, & tamen notione accidentis venit. Liberum eſſe, & per modum principii phyſici ab alio determinari: aliquid cauſæ efficientis rationem habere ad ſe ipſum. Non manet enim cauſæ efficientis notio, ſi non conſideretur ut diſtincta ab effectu: ſed perfectio, qua aliquid ad exiſtendum ſibi ſufficit, non cauſa efficiens ſed formalis vocanda eſt; quamvis talis cauſa formalis per analogiam ad cauſam efficientem referri poſſit. Ita Atheus per tetrum errorem putat ens ſumme perfectum eſſe impoſſibile; & implicare quod exiſtat: quemadmodum ab omni ævo multi inventi fuere, qui in deſcribendis Dei attributis, Deo detraxere aliquid perfectionis abſolutæ; quia in intellectu ipſorum videbatur implicare contradictionem illas perfectiones in Deo agnoſcere. Ethnici [qui non didicerant uti ...ellectu, ſed imaginatione tantum; qua ... ſpirituale percipitur] negantes dari

eſſe ſtatuentes, finxere Deum eſſe corpus. Alii propter eandem falſo ſuſceptam contradictionem Deo omniſcientiam, omnipræſentiam, ſimplicitatem; juſtitiam punitivam, [poſito nempe peccato] creaturarum , omnibus ſuis operationibus ab ipſo dependentiam attribuere nolunt. Tantum autem abeſt in Dei idea ullam eſſe impoſſibilitatem ex parte noſtri conceptus, ut contra omnia, quæ in iſto Divinæ naturæ conceptu complectimur, ita ſint inter ſe connexa, ut nobis implicare videatur aliquid ex iis ad Deum non pertinere: ens ſumme perfectum non eſſe ſubſtantiam ſpiritualem, intelligentem, volentem, omnia decernentem, omnium præſcientem, omnia ſuſtentantem, omnibus præſentem, ſumme ſimplicem, bonum, juſtum, veracem: denique aliquid illi enti ſumme perfecto non attribuere, quod perfectionem *abſolutam* eſſe agnoſcimus. Eſtque adeo abſurdum & præter rationem Deo aliquam perfectionem abſolutam detrahere; quia neſcimus illam conciliare cum aliis quibuſdam rebus, quam negare ſpatium aliquod extenſum eſſe, quia non poſſumus conciliare quomodo Deus tunc poſſet corpus aliquod annihilare: quomodo ſpatio, quod inter duo latera vaſis eſt, redacto ad nihil, vaſis latera ideo forent continua. Tam clare enim & diſtincte in-
telligo Deum immediate per ſe, ſuaqu
eſſentia atque natura, non aliquâ potent
aut vi à Deo diſtincta, omnibus creatu
præſentem eſſe, quam intelligo nihil à
ipſo diverſum eſſe poſſe; nihilque Di
adſcribendum illi rei, quæ non eſt D
Et qui hujuſmodi craſſos conceptus
Deo habent, unum horum trium
unt: aut præſentiam ſpiritus per mo
præſentiæ corporeæ concipiunt; au
os Deos fingunt; aut creaturæ aliqui
tribuunt, quod Deo proprium atqu
gulare eſt.

His in anteceſſum datis: dicimus
... nobis innatam eſſe

veram, immutabilem, & poſſibilem; hoc eſt, nullam contradictionem in noſtro conceptu implicantem, contineat: quamque conſideramus non materialiter; ut ſimpliciter eſt ens rationis & modus cogitandi in nobis; ſed formaliter ut nobis objectivè repræſentans ſubſtantiam, aut ens omnibus perfectionibus abſolutum.

In ſuperioribus probavimus: privationes, negationes, minus perfectum [quod rationem *nihili* habeat in ordine ad aliquid perfectius] &c. non poſſe nobis ſuppeditare ideam rei poſitivæ, & perfectioris: ex deformitate & fœdo vultu non poſſumus formare ideam pulchritudinis; neque ex male exornata oratione, venire in cognitionem orationis perfectioris & concinnius conſtructæ. Eſtque hoc accurata, contentaque meditatione hanc rem meditanti ita manifeſtum, ut ne quidem intelligere poſſimus aliquid eſſe in ratione numerandi, quod vires noſtras excedit: ſive quod eodem redit, in nobis vim eſſe concipiendi majorem numerum eſſe excogitabilem, quam à nobis unquam poſſit excogitari, quin ſtatuendum ſit, nos illam vim à nobis non habere; ſed nos illam ab aliquo ente nobis perfectiore accepiſſe. Idem dico de idea extenſionis ſive corporis: quod enim nullum corpus ſive extenſionem definitam aut terminatam concipimus, quin nobis ſemper obverſetur idea *extenſionis* aut corporis ultra illud corpus, quod ut definitum & terminatum conſideramus, inde recte concluditur illam ideam nobis ab ente nobis perfectiore conceſſam atque inditam: nam corpus finitum non magis nobis ſuggerere aut injicere poteſt ideam corporis, ultra id corpus, quod finitum cogitamus & limitibus includimus, exiſtentis: quam parietes cubiculi quibus cubiculum finio, mihi ſuppeditare poſſunt ideam corporis extra cubiculum exiſtentis. Ita numerus finitus non poſſit in nobis generare aut producere ideam numeri apti ut augeatur in infinitum: certè non magis, quam cognitio minoris, minuſque perfectæ alicujus rei, mihi ſuppeditat ideam cognitionis rei majoris & difficilioris. Et non male ex his ideis conclusit Clariſſimus Carteſius, dari Deum. Non poſſumus enim habere ideam rei ſuperantis finitam facultatem, niſi à re finitâ majore. Quamvis enim nec ſpatium aut extenſionem, nec numerum infinitum ſtatuamus, ſed tantum *indefinitam*: nempe quia intelligimus illum ex aliqua parte limitibus carere: & negativè tantum nullos limites in eo eſſe, quatenus illius limites, ſi quos habeat, inveniri à nobis non poſſe confitemur: tamen numerum & extenſionem tantum indefinita eſſe agnoſcimus: & tamen rectè concluditur ex natura eorum ideæ, quatenus concipimus majus ſpatium & majorem numerum eſſe excogitabilem, quam à nobis unquam excogitari poſſit, dari Deum. Et Lector jam facile intelligit, quare ſpatium indefinite extenſum vocamus; at Deum infinitum eſſe dicimus: in Deo enim nullos limites eſſe poſitive intelligimus: ut de ſpatio limites negamus; non quia poſitive in illo nullos limites eſſe intelligimus; ſed quia limites, ſi quos habet, inveniri à nobis non poſſe intelligimus.

Si itaque recte concludatur ideam rei indefinitæ, quæ in nobis eſt, nobis communicatam, mentique immediatè inditam à Deo: multo verius, fortiuſque infertur, ideam Dei, qui eſt res infinita, nobis immediate à Deo conceſſam; neque à creaturis ullis illam hauſtam; neque earum ope, aut occaſione animam ſibi comparaſſe rationem aut facultatem formandi talem ideam. Et hoc eſt illud argumentum, quo utitur Carteſius ad probandum ideam Dei ab ipſo Deo homini communicatam; & quæ in homine non eſſet, ſi Deus non exiſteret: cum talis idea ab *eſſe potentiali* produci non poſſit. Caduntque ſponte omnia argumenta, quæ adferuntur ad probandum illam Dei ideam nobis à *parentibus* communicatam, aut *inſtitutione*, *doctrina* & *relatione* aliorum ac-

 qui-

quiſitam: aut *à nobis* formatam ſucceſſive ex perfectionibus creaturæ ampliatis, aut *ex ſingularibus* factam. Nam cum parentum natura eadem ſit, quæ noſtra, non potuere aliter eam ideam acquirere, quam nos eam acquirimus. Idem dico de doctrina & inſtitutione: nam quamvis aliorum inſtitutio cauſa eſſe poſſit ut accuratius exploremus ea, quæ in nobis & extra nos ſunt; quodque ita facultates atque potentias animæ noſtræ exeramus, atque evolvamus; & quod ita ad ideam Dei nobis innatam attendamus, ipſa tamen inſtitutio non potuit nobis ſuppeditaſſe ideam rei infinitæ. Nam niſi jam ante omnem inſtitutionem in nobis eſſet facultas excitandi ex nobis ipſis ideam rei infinitæ, eſſemus abſolute incapaces intelligendi aliquid infinitum. Quemadmodum nunc deſtituti ſumus facultate intelligendi aliquam naturam, quæ cum naturis jam creatis nullam communionem habet; & quæ tamen poſſibilis eſt, & à Deo cognoſcitur, & produci poteſt. Eſt enim multo minor affinitas inter naturam Dei infinitam & creaturam finitam, quam inter naturam finitam jam productam, & à nobis cognitam, & inter naturam poſſibilem, ſed diſtinctam ab omnibus aliis naturis in mundo conſtitutis. Quorum vel hoc unum documento eſſe poteſt, quod nihil omnino ſit, quod de Deo & creaturis *univoce* prædicetur. Præterquam quod ſimulac ideam alicujus rei finitæ Deo aptare volumus, nobis idea infiniti occurrat, prohibentis quicquam ſimile illi, quod in creaturis reperitur, Deo attribuere. Quia quicquid hujuſmodi eſt, cum non ſit *ſumme perfectum*, Deo non poſſe convenire naturâ edocti ſumus. Taceo, quod ad objectionem, quæ formatur ab inſtitutione & doctrina, idem reſponderi poſſit, quod in ſuperiori reſponſione factum fuit. Nempe unde illi, qui alios erudiunt, ideam Dei ſibi comparaverint. Cum nihil nec in ipſis, neque in toto mundo compa-

tuerit conciliare. Ducit equidem nos mirifica mundi fabrica ad cogitandum dari Deum: vel potius probatur ex mundi machina dari Deum: quatenus nullus artifex præter Deum tantam ſolertiam, quantam in natura conſpicimus, perſequi potuiſſet: & quia ex idea Dei nobis innata, arguimus mundum illum Deum non eſſe; ipſumque à Deo, cujus ideam innatam habemus, eſſe: quatenus ideâ entis *infiniti* continetur quod ſit *ſumme perfectum*; & quod nihil ab ente ſumme perfecto ſejunctum eſſe poteſt, quod ab ipſo non dependeat: quodque ideo nec mundus ſit Deus, nec à ſe ipſo; ſed ab illo Deo, cujus ideam habemus. Eo inquam nos ducit mundi contemplatio: ſed quis & qualis ſit ille Deus, de quo tamen omnes conveniunt, id non cognoſcimus ex ullius creaturæ cognitione, aut attenta ejus contemplatione: ita ut, ſi recta judicii lance rem ponderemus, illa pulchra mundi machina nos non duceret ad mundi authorem Deum, ſi nobis innata non eſ-ſet idea entis infiniti. Multo minus al-quid efficeretur per argumentum ab imp-ſibili cauſarum ſubordinatione in infinitu ſupra enim probavimus, nos poſitiv hil de ea re affirmare aut negare p cum de hujuſmodi rebus, quas inde vocare conſuevimus, nihil, quan determinationem ſitne talium reru finitum ſubordinatio, aut extenſ nitum poſſibilis nec ne, affirma gari poſſit. Quia intellectus r tus ita conſtitutus eſt, ut nihil ſtinctè ea de re concipere po quivis experiundo cognoſcet; meditationes ſuas non termini affigere. Neque hæc doctrina Scriptura: quæ docet nos ex ca venire in cognitionem Dei, tributorum. Nam abſit quod mus: ſed ſtatuimus ideam I eandem hic rationem habere bet in ſa ratio, ...eque parite

mundi nihil nobis de Deo innoteſceret, ſed eſſemus brutorum inſtar, quæ nullius Dei cognitionis participes ſunt: quia ratione aut facultate ratiocinandi vacant.

Et quod inſtari poſſit, & dici gentes illas rudes & omnis diſciplinæ humanioris ignaras nullam veri Dei cognitionem habere; & ideo merito concludi per diſciplinam & inſtitutionem aliis humanioribus gentibus veros de Deo conceptus communicatos, id fruſtra atque temere fit: quandoquidem gentes illæ barbaræ & efferæ ne quidem ſe ipſos, ſive mentis ſuæ naturam cognoſcunt: cujus tamen innatam habent ideam. Et mihi nullum dubium eſt, quin gentes qualeſcunque eodem modo poſſent venire in cognitionem Dei per contemplationem naturæ, & proprietatum ſuæ mentis; in qua poſt attentam meditationem invenirent Dei ideam: quemadmodum per eandem contemplationem poſſent ſibi comparare cognitionem ſuæ mentis. At quemadmodum conſenſu omnium ipſa mens abſque aliorum ope atque inſtitutione ſe ipſam poteſt cognoſcere: quamvis aliorum inſtitutione adjuta faciliorem ad ſui ipſius cognitionem aditum habeat, ita pari ratione mens ſatis inſtructa eſt ad cognoſcendum Deum; etiamſi diſciplina atque inſtitutione careret.

Eadem ratione detegitur infirmitas argumenti, quo probare nituntur ideam Dei à nobis formatam ſucceſſivè ex perfectionibus creaturarum ampliatis. Quomodo enim creaturarum imperfectio, aut perfectionis limitatio mihi poteſt conciliare majoris perfectionis conceptum, aut ideam? Multo minus certe, quam corpus, nobis ut *finitum & terminatum* conceptum nobis ſuppeditat ideam alicujus corporis, ſive extenſionis ultra ſuam propriam extenſionem ſe porrigentis. Deinde quomodo ex perfectionibus creaturarum ampliatis idea Dei formari poſſit? Cum cuivis uſu notum ſit, nos non formare Dei ideam ſucceſſive & per gradus, *ſed ſimul & quaſi uno intellectus intuitu ens infinitum à nobis apprehendi*. Et experientia nos docet, conceptui, quem de *infinito* habemus; tam repugnare illam *ampliationem*, quam ſi idem illud infinitum imaginatione nobis repræſentare velimus. Videmus nos cujuſlibet creaturæ perfectiones, gradibus magis magiſque extollere poſſe, ſed cum ad Deum nos convertimus; & idem inſtitutum perſequi volumus, naturæ ideæ, quam de Deo habemus, iſtud repugnare experimur. Imo percipimus tunc ultro Dei ideam nobis obrepere, quando amplius alicujus creaturæ perfectiones gradibus augere non poſſimus. Quiſquis ſe hic exploret & pertentet; & me vero conſentanea dicere uſu comperiet.

Quod autem objicitur ideam Dei à nobis formari, quemadmodum formamus *generis & reliquorum univerſalium* ideam, [quę tantum ſunt modi cogitandi] illa objectio vix reſponſione digna eſt. Fiunt enim univerſalia ex eo tantum, quod una & eadem idea utamur ad omnia individua, quæ inter ſe ſimilia ſunt, cogitanda: ut etiam unum & idem nomen omnibus rebus per ideam iſtam repręſentatis imponimus; quod eſt *nomen univerſale*. At quis dixerit Deo aliquid reperiri par atque ſecundum, ut inde formetur conceptus generis. Aut affirmaverit ideam Dei objective conſideratam eſſe tantum modum cogitandi; nihilque præterea reale in ea contineri. Præterquam quod illa unitas univerſalium nullam omnino perfectionem importet: cum tamen illa ſumma Dei unitas ſive ſimplicitas, quod eodem redit, una ſit ex præcipuis perfectionibus, quas in Deo agnoſcimus. Eo etiam evincitur nos non formare *unitatem* omnium Dei perfectionum, quemadmodum formamus *univerſalia*: illa enim *unitas* poſitivam perfectionem in Deo deſignat: unitas autem generica nihil addit *reale* individuorum naturis. Eſtque præter alia efficaciſſimum argumentum ad probandum Dei ideam non eſſe depromptam à creaturis; aut ad eorum exemplar formatam, quod nihil huic ſimpli-

voluntatis, intellectus, potentiæ, clementi æ, ſanctitatis, juſtitiæ, &c. At ſummæ iſtius Dei unitatis & ſimplicitatis nullum exemplar aut ſimilitudo in creaturis exiſtit. Nulla enim creatura omnino ſimplex eſt: at ſummæ tamen ſimplicitatis habemus ideam; eamque *ſimplicitatem* perfectionem eſſe novimus.

His ita explicatis; eâdem operâ probavimus ex hac idea nobis innata Deum Dei objective nobis repræſentat: cumque illa cauſa nulla creatura eſſe poſſit; non enim continet ulla creatura iſtas perfectiones infinitas, ſequitur illam cauſam eſſe Deum. Sed in ſuperioribus iſtius argumenti toties facta eſt mentio, ut prævideam fuſiorem ejus adornationem & explicationem ſine tædio nec à nobis ſuſcipi, nec à lectore percurri poſſe. Et ideo finem huic tractatui imponimus.

## Index Sectionum in Tractatu de Initiis Philoſophiæ contentarum.


Sectio prima. *De Cognitione in genere.* Pag. 851
2. *De Cognitione certa & incerta.* 852
3. *Methodus qua mens aſſueſcit clara & diſtincta cognitioni. Regula prima.* 860
4. *Regula ſecunda.* 861
5. *Regula tertia.* 862
6. *Regula quarta.* 86[illegible]
7. *Regula quinta.* 86[illegible]
8. *Regula ſexta.* 8[illegible]
9. *Regula ſeptima.* [illegible]
10. *De ente in genere.*
11. *De uno & pluribus, & de diverſis diſtinctionibus.*
12. *De Vero.*
13. *De Bono.*
14. *De Subſtantia & Accidente.*
15. *De Eſſentia & Exiſtentia.*
16. *De Duratione.*
17. *De Ubi.*
18. *De Neceſſario & Contingenti.*
19. *De Cauſa & cauſato.*
20. *De Corruptibili & incorruptibili.*
21. *De Mente humana & ejus operationibus, quæ ad* intellectum *pertin*[illegible]
22. *De Operationibus mentis, quæ ad* voluntatem *pertinent.*
23. *De Deo.*
24. *An idea Dei ſit in nobis.*
25. *Ulterius in gratiam quorundam* [illegible] *tur, an idea Dei nobis*

# EPISTOLICA DISSERTATIO DE PRINCIPIIS JUSTI, ET DECORI.

Digitized by Google

…a ſors eſt eorum quibus aliquid in publicum edere uſu …it: alios zelus & ſtudium bene merendi de publico …pellit; alios vindictæ libido urget; alios ſtudium ho…eſtæ gloriæ eo adigit: nonnullos cogit neceſſitas & offi…cium, quo cujuſque intereſt, famæ atque æſtimationi ſuæ conſulere; & amoliri eas de ſe hominum ſuſpiciones, quibus nobis adeſſe putant, aut talia vitia, quæ non ſi…nunt nos amplius in honeſtorum numero haberi, aut talia …era pietate, ſi quis juxta ea vitæ curſum dirigat, nos longe …oribus ſuſpicionibus circumventus is eſt, qui in authoris …opendet, quod à plurimis gravis erroris aut impietatis dam… …dogma ſi ab ejus patrono tale habeatur, ut vitio carere, & …ſum conferre poſſe ſocietati humanæ putetur, ſi fidem apud ho…: illum certe jam duplex ratio ad ſcribendum meritò impellit, …endi integritati famæ, & ineundi aliquam gratiam à publico. Eo …auſa noſtra eſſet, noluimus deeſſe officio illi, quo quiſque hono…em habere tenetur, de eo quod publico debemus non admodum …gnoſcentes quam parum inſtructi eſſemus iis donis & artibus, ex qui…licum aliquis fructus permanare poſſet. Cum itaque vir in Philoſo…gie doctus, & cui mea probare maxime ſtudebam, à me in quibuſdam …t, & diſſenſus rationes mihi proderet, abſurdorum catalogum recen…uæ principia, quæ amplexus ſum, ſequi videbantur, pulcherrimam …nem, quam amittere nolui, mihi oblatam credidi, qua & iſtæc princi…uſtriora redderem, & me ab erroribus purgarem: exiſtimans nunquam …majori fructu in aliquo laborem collocari poſſe. Prævidebam enim ſi eum …ntentiam noſtram pertrahere licuiſſet, cum reliquis adverſariis congreſſum …m & jocum tantum futurum. Alacri itaque animo ad epiſtolicam reſpon…nem me accinxi, quæ, dum me ſtudium præſtanti viro ſatisfaciendi impel…, in libelli molem ſub manu crevit. Scopus ſcriptionis primarius eſt, pro…are legitimam procedendi rationem eſſe, quam obſervamus in eruendis legi…bus naturalibus; ponentes pro lege fundamentali, & à qua reliquæ manant, conſervationem ſui: adhibita aliqua diſtinctione, quæ in ipſa Epiſtola traditur. Leges itaque naturales, & quæ ex iis immediatius fluunt, legitime ex prima jam memorata lege demonſtrari poſſe, viro docto probare conati ſumus: quo…modo autem illi placuerim hic non opus eſt recenſere; cum neminem inter au…thoris ſectatores habeam, niſi qui ratione duce in ejus partes tranſeat: nume…

rum

rum eorum non curans, qui authoritate tantum aut teſtimonio præſtantis alicu-
jus viri innixi, aliquod dogma ſine ulteriori examine profitentur. Hoc tamen
conſtat, ſi fata illi longiorem vitam conceſſiſſent, eum talia juris & æqui prin-
cipia traditurum fuiſſe, quæ tam parum à noſtris abfuiſſent, ut merito noſtra-
rum partium haberi potuiſſet: atque lubens potius ejus authoritatem adverſa-
riorum calumniis oppoſuiſſem, quam hoc noſtrum qualecunque ſcriptum. Non
parum enim refert à quo alicujus Patrocinium ſuſcipiatur: ſed cum cœleſti ſedi
redditum ſit illud pignus, quod fata terris ad tempus commodarant; & inte-
rim gliſcat quotidie eorum numerus & authoritas, qui principia quæ tueor,
cum inſigni damno ſtudii Politici & Ethici (ut ego quidem arbitror) ſuppreſſa
optant: contra eundum putavimus, & tam inſignem cladem à doctorum re-
publica averruncandam, ſi fieri poſſet. Ego enim de his principiis legum natura-
lium ſic exiſtimo, aut hæc admittenda eſſe, aut in ambiguo & ancipiti hærен-
dum viro, qui factorum ſuorum æquitatem ſolida ratione ſibi atque aliis proba-
re nititur: quam neminem in inſtinctu naturali, notionibus communibus, con-
ſuetudine moratiorum gentium, & id genus aliis, invenire poſſe, mihi certum
& exploratum eſt: quatenus nimirum poſt turbatum humani generis per cri-
men primorum parentum, ſtatum, de utilitate, imo neceſſitate legum natu-
ralium judicium inſtitui poteſt: & longius hanc rem acceſſiſſem, & aliis ejus
fidem facere eſſet in proclivi, ſi non præviderem impios rapturos noſtra argu-
menta, & ex argumentis probatam rem, in occaſionem vitæ male inſtituen-
dæ. Fortaſſis enim prius talibus perſuaderem, ut eſt hominum natura à virtute
ad vitium prona, communium principiorum ambiguam fidem, quam noſtrorum
immutabilem certitudinem. Sed inquies: an ergo hactenus tot retrò ſeculis,
quibus ſtudium Ethicum & Politicum excolitur, hæc veritas in puteo abdita
latuit, & hominum eruditorum induſtriam effugit: & nunc demum à nonnulli
in lucem protracta, & ſub aſpectum poſita, quæ tamen ne nunc quidem ſui com
mendatione multorum ingeniis ſeſe inſinuat? Nos hoc telum idiotis cum doc
commune, hac ratione declinamus: rem ipſam, hoc eſt, virtutes morales &
liticas fuiſſe, earum æquitatis multis probationem ſuſceptam, nec infeli
eo labore quoſdam defunctos, ut erat captus ſeculi, lubenter agnoſcimus
iis tamen principiis deduxiſſe ſua argumenta, quę ab ingenioſis, & nc
certa & indubitata admittentibus, in dubium merito vocari potuiſſent, aſſer
Cum enim antehac nec ipſi ſuam, nec alii aliorum induſtriam exerc
hoc dubitandi de omnibus artificio, etiam nunquam factum eſt, ut mul
principia, incerta ſi ulteriori probatione non innitantur, ad unum aliquod
cipium deducta ſint, ſine quo principio reliquorum certitudo nutat & va

um ingeniorum copia omni ævo fuit? Deinde ex
pauci, qui litteris ex toto animo ſeſe addicunt? Et
, quam pauci, qui veritatis ſtudio ſeſe applicant?
ærunt, alii Hiſtoriarum cognitionem: pars in lectio-
uſtriam collocat: nec deſunt, qui dum totum diſcipli-
volunt, in ſingulis ſumma veſtigia rerum perſequi ſat
nis fama præmatura ad negotia publica & Academica
cis curis aliquid reſidui comparcere poſſunt, quod veri-
ndant. Prętereа qui jam omnia illa impedimenta eluctati,
eſe dant, quot præterea in iis requiruntur, antequam ta-
am frugem poſſit excreſcere? Primo animus præjudiciis
ttaſſis erit aliquem invenire, qui illum gradum eruditionis
s ingenii humani eniti poteſt, quam virum in tantum liberta-
nnibus præjudiciis ſeſe evolvere poſſit. Pauci ſunt, qui an-
tum alicujus quæſtionis examen accedant, non declararint
: pauciores qui priorem ſententiam revocare parati ſint, ne
r: præſertim ſi alius fama ipſis inferior, aut cui illam laudem in-
onſtraverit: aut ſi id corrigendum ſit, quo hactenus gradum af-
norem & gloriam. Non pauci tantum dant amicitiæ, ut verita-
vereantur, ne amicum, cujus intereſt illam veritatem opprimi,
nova prodenda ſint, adeo metu retinentur, ut malint iis publicum
m tantillum periculi ſubire, quod metuunt ab iis, qui omne quod no-
miſcuè inſectantur. Qui verentur, ne æſtimationis ſuæ poſſeſſione de-
ſi talium dogmatum vigeat authoritas, quorum nullam aut exiguam
gnitionem; & quibus ſe redactos vident ad primorum elementorum
nibus ſtudium: & hæc potiſſima ratio eſt, quare nemo ea, quę in juven-
peram didicit, abjicere velit. Multi antiquitati tantum tribuunt, ut nefas
ent latum unguem ab ea recedere: & vetus atque profunda illa tam altis
radicibus opinio, multa dogmata ætatem ferre fecit, quæ nullo quam ve-
s titulo ſeſe commendant: quaſi veritas annis reputanda eſſet, & ad faſtos
rendum, quando de dogmate incidit diſceptatio. Et hæ quidem ſunt ratio-
quare multi, qui veritatis ſtudio operam dant, veritatem tamen aſſequi non
iint. Erui autem aliquando noſtra ætate veritatem non poſſe, quæ prioribus
ulis latuit, id eſt naturæ convicium facere, quæ nunquam effęta, ſed continuo
gore effloreſcens, non deſinit ſemper nova quæd… ſui con-

mus, quibus conſtat omni ferme ęvo, aliquam veritatem negligentia hominidum
ad imum uſque, ut ita dicam, demerſam, vel unius induſtria ad ſummum redu-
ctam, & ſub aſpectum poſitam: ita ut quicquid novitatis titulo venit, id ideo
odioſe rejiciendum non ſit. Quod autem plurimi qui docti audiunt, hæc morali-
tatis principia non admittunt, quid quæſo mirandi ea in re occurrit? Nunquam
tam bene ſeſe res humanę habuere, ut quæ optima eſſent plurimis plicerent: &
non pauci falſo eruditionis nomine gaudent, quorum tota eruditionis fama per-
manavit in publicum, vel à domeſticis quibuſdam authoribus, gratia aut pretio
ad id conductis, aut à pullata plebe: ex quibus non pauci ſunt, qui vulgi vitæ &
religionis moderatores ſunt, qua profeſſione nulla datur compendioſior via ad
inanem gloriam. Non paucis, ab eruditione commendatis, ſufficit cognoſcere
ſectas, opinionum diſcrepantias, authorum ſcripta, & receptę doctrinę ſuperfi-
ciariam habere cognitionem: quæ communiter ſufficere poteſt in colloquiis, ad
tuendam eruditionis famam: cæterum in hoc erudito ſeculo non magis profici-
unt in agnitione veritatis, quam illi, qui urbis vicorum nomina addiſcunt; modi
& formę regiminis civitatis, quam incolunt, plane rudes. Aliis in uſu eſt novorum
doctorum ſcripta adeo perfunctoriè, & fugiente ut ita dicam oculo luſtrare, ut
plane impoſſibile ſit authoris mentem tam citò haurire: jam perſuaſi nihil quod
à ſuis principiis recedit, examine ulteriori dignum eſſe. Aliquando etiam tantum
valet paucorum doctorum factio, ut eorum ſtudiis, aliorum omnium eruditorum
celebre aut obſcurum nomen contineatur. Sunt etiam non pauci, qui eruditi clu-
ent, quorum hoc eſt artificium, ut criminando aliorum ſcripta, ſua extollant & in
pretium adducant, per ruinam famæ aliorum irrumpentes in arcem gloriæ, cum
tamen non raro damnati authoris remis veliſque uſi ſint in ſua velificatione. At
que hæ ſunt cauſę quare bonus aliquis author, apud eruditos ſępe applauſu
non inveniat: quas ſi quis æqua judicii lance perpendat, in poſterum, ut exiſtim
majori cum diligentia & fructu in omnium authorum genere verſabitur. Et h
ob rem longiorem hanc præfationem præmittere voluimus: tum ut malis
rundam artibus obviam iremus, cum plurimum interſit ne tam exitioſa res
exemplum: tum ut lectorum palatum tamquam promulſide excitaremus
non pauci, authoritate aliorum ſeducti, corruptum habent, ad ea degu
cum fructu, quę à novis Auctoribus traduntur; quorum aliquam parte
eſſe uſu comperi, ut cum ſingulari utilitate in eorum lectione verſari li
conſtanti meditatione in ſuccum & ſanguinem convertantur. Si autem
ſtro hoc qualicunque ſcripto aliqua lux affulgere poſſit iſtis Ethicæ pri
qua veritatis ſtudioſis aditus in hęc arcana detur facilior, gratum erit, &
profuiſſe, ſimulque illorum, qui hanc ſectam ſequ[illegible], & ideo male

# STOLICA
# ERTATIO
## *ncipiis Juſti & Decori.*

IME,

am non tuæ litterę
niant gratiſſimæ;
ſemper inſignem &
lam tuam eruditio-
larant: cum etiam,
s illos amicitiæ fructus
dida & minime fucata
re ſolet. Teſtatum hoc
alias, nupera tua epiſto-
m tuorum candore, & ſum-
ophicis ſcientia, me com-
uiſti quarundam difficulta-
lt ſe trahere videtur mea de
is ſententia: quorum dicis
a, & perfunctorie mentio-
n: qua admonitione nihil gra-
enire potuit. Quod autem ſen-
ra tibi tot errorum, & difficul-
ecta fuit, natum id inde eſſe vi-
ia videbas eam cum principiis
magnam affinitatem habere: qui
ſicut audio, jam malis rumoribus
r, ac inter perditiſſimos hujus
ti ſæculi authores recenſetur: & gra-
enſuræ in eum ſtringuntur. Sed im-
t tibi, vir Clariſſime, præoccupa-
animus, quaſi ego omnia albo calculo
probarem, quæcunque ab illo Auctore
cta ſunt: aut ei per conſequentias ſolidas
tribui poſſunt. Fateor me incidiſſe in il-
um authorem, ſicut in multos alios: &
ex ejus ſcriptis parumper inflexis & mu
tatis, multum mihi paraſſe præſidii in deci-
dendis per rationem controverſiis de æqui-
tate, & juſtitia. Et quando occaſio inci-

dit, non poſſum non iſtum meum animum teſtari laudando viri induſtriam. Et certe quod aliud redhoſtimentum viris doctis, qui avare ſuis ſtudiis pretium non poſuere, præſtari poteſt, præter nominis & famæ celebritatem? At inquies: multa periculoſa continere ferunt viri ſcriptum: & cum magno diſcrimine veritatis ad nova tranſitur dogmata. Sed quis unquam ita commode ſcripſit, ut acerrimi cenſoris virgulam potuerit effugere, & alicubi non appareant ſani judicii deliquia? Quis unquam tentavit facinus magnum & memorabile ſine periculo? Quanto ſatius cum diſcrimine aditum ſibi facere ad utiliſſima, & non vulgata, quam ſemper, ut ita dicam, littus legendo, inhærere communibus, quorum pauca ſunt, quæ accurati ſcrutatoris examen ſuſtinere poſſunt? America nobis adhuc eſſet terra incognita, & ampliſſimis gazis carendum nobis fuiſſet, ſi audax humanum genus ſeſe non proripuiſſet ultra conſuetos navigationis terminos: nec quiſquam eorum inſtitutum improbat, licet tot naufragia eam navigationem funeſtarint. At quis ferat iſtorum nautarum petulantiam, qui dum nunquam navim in altum provehere audent, unicum tamen hoc agunt, ut aliorum errata & naufragia contemptim traducant? Sic illi mihi videntur inſigniter in bonos mores, & utilitatem publicam peccare, qui maledictis doctorum virorum induſtriam avertunt ab inveſtigatione veri. Eorum enim labor ſi voti metam attingat,

cedit

Cccccc 2

cedit in bonum publicum: ſi excidant ſcopo, diu error latere non poteſt, quin aliorum induſtria eum in lucem protrahet: quod ſi modeſte fiat, peribit quidem indagatoris labor; ſalva tamen & integra manebit ejus fama & æſtimatio. Quare equidem non damno eorum inſtitutum, qui authorum cum quibus ipſis minus convenit, refutationem inſtituunt: ſed modeſtiam deſidero in multis, & animi æquitatem. Quid enim moderati ab iis exſpectes, qui priuſquam etiam ad manus ventum eſt: aut ab eo, quem adverſarium ſibi concitant, aliquid damni paſſi ſunt, quod ipſis bilem movere poſſit, in apparatu tantam oſtendunt ferociam: quaſi jam profligatum facinus, & quovis cothurno truculentius commiſſum eſſet ab adverſario. Crede mihi, Vir clariſſime, nunquam tales litarunt gratiis, nec ſciunt, quid requirat humanitas. Nulli tam feliciter & ex animi ſententia cecidit libri alicujus editio, ut aut errores, aut ſaltem Cenſores effugere potuerit: in nullos tamen incidi, qui æquum arbitrentur ideo libellum ex manibus ſtudioſorum, qui erectioris ſunt ingenii aut indolis, excutere, aut tenebris damnare, quia non vacat omni nævo; ſed ſufficere exiſtimant in talium ſcriptorum genere, ſi defectus notentur, reliqua debito honore non fraudentur. Et certe quam multo uſu fructuoſius eſt, hujuſmodi authores legere, quam in eorum ſcriptis evolvendis tempus terere, quorum authores nihil ingenio promptum, nihil induſtriâ paratum habentes, ſed quaſi aperto raptu, & populatione viſtitantes, aliorum multo labore partam gloriam in ſe transferunt: & ſcripta aliorum, foris intima, & intima extus convertendo, pro ſuis in publicum protrudunt. Sed quid attinet me hujuſmodi ſcriptoribus patrocinium commodare: ego enim nullius niſi Chriſti diſciplinæ, neque cujuſquam hominis alumnus ſum: ne-

dium promovere quiſque tenetur. Principium tamen illud *de conſervatione ſui* commode explicatum bonum & rectum eſſe puto: & ſi juxta illud in Philoſophia morali navigationem quis inſtituat; in nonnullis parumper obliquando curſum, feliciſſima velificatione portum obtineri poſſe exiſtimo. Ne autem videar illud temere plus quam par eſt, efferre, lubet periculum facere, ſtrictim delibando ſingula, quæ ad juſtitiam & æquitatem naturalem pertinent: totum enim ſtadium decurrere, literarum anguſtiæ non ferunt. Et ad id eo lubentius me accingo: quod hâc ratione, & argumenta tua, quæ ſuſpicioſus animus tibi ſuppeditavit, diluam, & quæ in auctore iſtius principii culpanda aut imitanda putem ſub aſpectum ponam. Et ita meam ſententiam tibi, & aliis viris candidis probatum iri confido. Ut autem methodice omnia procedant, quædam quæ extra controverſiam ſunt præſupponemus: ut nexus totus à ſummo ad imum melius appareat. Deum eſſe præſupponimus itaque: ipſumque mundum creaſſe in ſapientia pariter nobis concedi petimus. Eundem virtutes juſtitiæ & veritatis exercere velle in mundi regimine, etiam aſſumimus, quia nullus Chriſtianus hoc poteſt ire inficias: & cum atheis hic mihi negotium eſſe nolo. Ex his poſtulatis, & datis, hæc poriſm[illegible] ta & conſequentias educimus. Prim[illegible] Deum in creando mundo ſibi finem [illegible] poſuiſſe: quid enim aliud eſt ſapienter [illegible] re; quam media dirigere ad finem? [illegible] itaque finis nullus eſt propoſitus, [illegible] pientiæ locus non eſt reliquus: ſed [illegible] que libido, in agendo tunc erit auſp[illegible] *Secundo*, concludimus media in ſe [illegible] debere aptitudinem ad finis conſ[illegible] nem: alioquin Deum Opt. Max. [illegible] finem operatum eſſe dici non poſſe [illegible] enim ex ſapientia agit, dum finem [illegible] etiam vult media iſti fini apposita [illegible] quin ſimul [illegible] & non vellet [illegible]

ertio , con-
èlaturum ſi
ab homine
ìtione finis ,
it : & præ-
vitam & mo-
Deo præſcri-
ud juſtitia Dei,
miorum legiti-
cil. malis acerba
& optata : neque
veritatis vocabu-
e juſtitia ſermo in-
ignificando non diſ-
omnibus collectio
eſſe virtutem & viti-
otionibus communi-
oſcitur : neque ex uti-
ratione forma virtu-
ratione ipſa ; cujus ra-
quærenda non eſt : quia
infinitum. Neque illa ra-
ommodo & utilitate illa ,
tutis effundit in ſocietatem
a de virtute nullum eſſet ju-
ejus exercitatione non oſten-
multorum incommodorum ,
tio multarum utilitatum : &
m malorum & commodorum
uſum æſtimatio atque conſide-
s peperiſſet ideam atque notio-
itis ; & non aliquod numen illam
s ingenuiſſet. Nam tunc in ſtatu
, in quo homini nihil infeſtum
otio virtutis hominem fugiſſet ; &
non per ſe & ſua caritate expetenda
, ſed utilitatis & commodi cauſa :
ſenſus communis reſpuit. Non ita-
ex præcedentibus colligere volumus
onem formalem virtutis : ſed oſtende-
quare etiam nunc poſt hominis lapſum,
n turbavit & vertit omnia, hominis inter-
ſt virtutem ſectari , ut ſibi paret com-
moda & vitet incommoda : quæ eſt alia
ratio conſiderandæ virtutis , quam ea quæ
in ſtatu integro uſum ſuum habebat : nam
cum tunc malum aut noxium homini non

erat cognitum, nunquam illi naſci potuit idea & ratio virtutis ſub forma conſideratę, qua utilis exiſtit ad paranda commoda & averruncanda mala; ſed tunc exercebat virtutem , quia & ſancta ejus natura eum eo ducebat. Et moneo virum Clariſſimum me hic de virtute & vitio loqui conſideratis ſub forma poſteriori : & quemadmodum alia eſt conſideratio uſus edendi , bibendi creaturarum , etiam paſſionum hominis , quatenus poſt lapſum conſiderantur ut media, quibus vitam tueamur contra mortem , morbos , & hominum infeſtos conatus : alia illorum omnium conſideratio , quatenus ante lapſum , hominis vitâ nullis malis petitâ , homo non ex metu mortis & ſpe propagandæ vitæ metui mortis oppoſita, exiſtimabat earum rerum pretium & dignitatem, ita virtutum & vitiorum ex duorum illorum ſtatuum varietate , varia & diverſa eſt æſtimatio : & cui hæc animo percepta ſunt , ei nunquam deerit accommodata reſponſio ad ea, quæ contra hanc doctrinam , quam nunc tuemur , objici ſolent.

Secundum quod ex præcedentibus colligitur, eſt hominis officium eſſe virtutem proſequi, & vitium fugere. *Finis ſcil.* conſtitutio differentiam virtutis & vitii facit : juſtitiæ & veritatis exercendæ *decretum*, vel potius naturalis in Deo neceſſitas, hominibus & omni creaturæ liberæ neceſſitatem imponit ſtudii virtutis , & fugæ vitiorum. Nam licet per ordinem in mundo conſtitutum , decori & indecori. notitia ſeſe prodat ; non video tamen inde deduci poſſe hominis officium eſſe , pulchritudinem illam ſectari , ſi ex turpi re plus voluptatis ſit percepturus. Poſtquam autem gravem pœnam ſibi immmineré intelligit homo , ſi virtuti non ſtudeat , videt tam ſibi neceſſe eſſe virtutem ſectari, quam dolorem fugere.

His ita præmiſſis , nemo non videt duo creaturæ rationali incumbere. *Primo* : an quiſitionem in voluntatem divinam : an ſcil. velit nos Deus ſcire quæ ſunt illa munera

nera, quæ à nobis præſtanda ſunt in ordine ad finem, quem Deus ſibi propoſuit; an vero hominem fecerit ſui juris agendi quod lubet. *Deinde* inveſtigationem finis, & ordinis quem Deus nos obſervare vult in conſecutione finis. Dei autem beneplacitum, imò voluntatem eſſe, ut nobis innoteſcat noſtrum officium, ex ſuperioribus liquet: quia vult exercere juſtitiam, cui locus eſſe non poteſt, ſi ex invincibili ignorantia in ordinem à ſe conſtitutum peccetur. Ergo illius ordinis cognitio homini impoſſibilis non eſt: & Deus media ſuppeditavit rationali creaturæ, quorum præſidio ſibi viam affectare poteſt ad illam cognitionem. Tota jam diſputationis moles & difficultas devoluta eſt eo, quæ ſcil. via inſiſtenda ſit creaturæ, ut certo ducatur ad cognitionem Dei voluntatis. De via indicata per revelationem hic difficultas nulla eſt; neque de via quæ obtinet in ſtatu integritatis, in quo homo virtutem ſectatur, quia ſanctus cum ſit, ſancta ejus natura eo aurigatur, & virtutem novit, non quia aliqua utilitas eâ paratur, ſed quia exercitatio naturam ſanctam ſequitur: ſed de via, quam gentiles (rebus humanis per peccatum nunc turbatis & confuſis) ingredi debent, ſimul etiam de ea, quâ illæ difficultates expediuntur, quæ ſolutionem manifeſtam in Sacra Scriptura non reperiunt; ſed diſcurſu indigent. Relictis variis variorum de hac controverſia ſententiis, ego ipſo facto oſtendam, quam viam ingrediendam putem: tu, Vir Clariſſime, ſpectator eſto: ſi ex hoc labyrintho me expediam, tu fili ductum & veſtigia ſequendo, procul à periculo ad arcem veritatis mecum penetrabis: ſi minus feliciter ſuccedat inceptum, ego laborem & damnum ſolus in me receperim.

Si placeat fingam me omni diſciplinâ vacuum, omnibus principiis deſtitutum: ...is exceptis, quæ ſupra mihi largiri petii. ...(I)taque Deum eſſe, cum creaſſe mundum & per conſequens media ad ejus conſecutionem ordinaſſe: me mediorum partem facere: atque adeo Deum à me etiam officium poſtulaſſe, idque judicaſſe: ſed velle ut libere id eligam; quod ſi fecerim, præmium mihi paratum eſſe, ſi ſecus, pœnam denuntiatam, & certo eventuram: atque adeo mihi amplius integrum non eſſe obſequi-ne velim meæ libidini; an Dei voluntati.

Ex ratione *finis* itaque in genere conſiderati, ſic argumentabor: Quæcunque natura ſuâ ità ſunt comparata, ut finem in creatione mundi à Deo intentum impediant; illa omnia *jure naturali prohibita* ſunt. Quæcunque autem iſtius ſunt naturæ ut ſine iis finis obtineri non poſſit, illa omnia *jure naturali ſunt imperata*. Atque hæc mihi videtur vera atque unica methodus, per quam venire licet in cognitionem earum rerum, quæ jure naturali prohibitæ aut imperatæ ſunt. Et nullam harum legum Deus jam irritam reddere poteſt: cujus ſententiæ ultro ſeſe veritas offert, quia alioquin Deus ſimul aliquid vellet, & non vellet: vellet finem; & tamen non vellet media neceſſaria ad conſecutionem finis. Quare ſicut id veriſſimum eſt, quod inter ſacro... rum & juriſconſultos eſt tritum admodum... ſcil. *quicunque dat jus ad finem, dat eti... jus ad media ſine quibus* ille finis obtineri ... *poteſt: & neceſſitas finis facit jus in mo...bus*. Sic veriſſimum eſt, reſpectu ... qui vult finem, vult neceſſario illa m... ſine quibus ille finis obtineri non p... & ideo Deus tales leges abroga... poteſt.

Recolligo rurſus veſtigia, & ... pra diximus, vel res generaliter in ... deratæ requiruntur ad acquiſitio... nis: & circa illas verſantur ... *affirmativa naturalia*: vel general... extra omnes circumſtantias con... res, impediunt finem, & ci... verſantur *præcepta negativa na...* vel res ex circum...tiis mu...

quam leges
aturali non
duplicis na-
oquendo eſt
ationem illam
quod genti cum
ntercedit ; licet
à jure naturali :
rum. Aliud eſt ,
onvenit cum lege
humana , & jure
oductum eſt ; voca-
uia inter gentem &
, vel quia plurium
ne & uſu , legis vigo-
eſt illud , quod tela &
a , nec fontes veneno
nt hoſtem per ſuborna-
rficere. Mihi enim licet
nibus modis nocere inimi-
a adhibere ; quibus confi-
ordinem poſſe redigi , ſi ci-
fiat. Obtinet tamen inter
iores , talia non amplius ex
tem intentari , ne nimium in-
ericula ab utraque parte : at-
les leges mutari poſſunt , & ſæ-
tur , ſicut contingit in legibus
Priores leges gentium , muta-
on admittunt , quia ex jure natu-
rante , aut *prohibente* ; non *permiſ-*
luunt.

nunc liquet omnes illas leges, quæ
oritate humana feruntur , vim & au-
tatem legis æquæ & juſtæ non attin-
e , ſi pro fundamento & ratione intrin-
a non habeant jus aliquod naturale : hoc
debent , vel removere impedimenta,
uæ obicem ponebant finis conſecutioni :
el conferre ſubſidia , quibus finis promo-
veatur : alioquin injuſtæ ſunt. Nullus

tioni ſui , & conſecutioni finis , ad quem acquirendum eum Deus conſtituit. Quo pacto autem hæc accipienda ſint , poſtea explicabitur accuratius.

Quæcunque autem res talis naturæ ſunt participes , ut neque obſint , neque proſint : illæ naturæ indifferentis in moralibus ſunt : nec bonæ, nec malæ vocandæ : quales actus ſunt ambulare , ſtare , edere hoc vel illo tempore. Cum autem ſæpius inculcaverimus eas res lege naturæ prohiberi , aut imperari , quæ fini , quem Deus in mundi gubernatione intendit, obſunt , aut proſunt , loquimur de tali commodo & incommodo , quod momenti aliquid conſideratione digni ad finis conſecutionem aut remotionem confert : quæ enim , aut leviſſimum aliquod damnum afferunt , quod cum relatione ad finem , eo nomine vix , aut ne vix quidem dignum cenſetur : aut quæ minus ſunt utilia ; non tamen in finis conſecutione obicem ponunt : eorum uſus ideo peccatum non eſt.

Et hinc *primo* inferimus , non ſemper jure naturali æquum eſſe eas leges civiles abrogare , quæ quidem ſuo tempore cum promulgarentur utiles erant , propter circumſtantiarum tamen mutationem , eum uſum jam amplius præſtare non videntur. Licet enim magiſtratus officium ſit cives ſua libertate naturali non privare extra neceſſitatem : atque adeo omnes illæ leges non recte ferantur , quæ temere , & ſine fructu civium libertatem naturalem imminuunt ; id tamen tantum intelligendum eſt de tali imminutione , quæ civem in damna non contemnenda conjiciat. Eodem jure homini privato multa licent ; quæ quidem non tantum non expediunt , ſed etiam [illegible] aliquod incommodum [illegible] indul- [illegible] ille

ſanitatis ſtatus turbetur: ſumptus & impendia facere præter neceſſitatem, quibus rationes familiæ leviſſime turbentur: ſomno & otio indulgere, quo paulo deterior fiat uxoris & liberorum conditio: veſtimentis & indumentis uti, quæ parum incedentem & iter facientem remorantur: & quæ his ſunt ſimilia. Et hujus ſententiæ rationes mihi videntur eſſe in aperto: tam leve enim incommodum in ordine ad finis conſecutionem, ſuum nomen amittit. Quis dixerit quæſo hominem peccaſſe, qui quinquaginta annorum ſpatio, quo rebus humanis interſuit, unam horam ſine fructu præterire paſſus eſt, qua vel ſtudium promovere potuiſſet, vel rei familiaris commoda auxiſſe?

Atque adeo parum à nonnullorum ſententia mihi deflectendum putavi, quæ docet, tales actus in genere indifferentes, cum ſuis circumſtantiis tamen conſideratos virtutum ſemper aut vitiorum in claſſe ponendos. Quod mihi à veritate alienum videtur: cum tales circumſtantiæ facile excogitari poſſint, quæ actus propter rationes ſupra dictas ſuæ naturæ primævæ relinquunt: neque in eorum ſententiam pedibus ire poſſum, qui docent, quicquid leviſſimum impedimentum ponit homini, id præter neceſſitatem, & evitationem majoris incommodi ſuſcipiendum non eſſe: cum tamen tam leve damnum, inter mala recenſeri non debeat; ſed inter ea, quæ ſunt minus bona. Nos equidem non fugit ab iis, qui à nobis hic diſſentiunt, minus utile, reſpectu majoris commodi, damnum vocari: & per conſequens id, quod nos minus promovet ad finem, agendum non eſſe: cum noſtri arbitrii & poteſtatis ſit, id aſſequi, quod majori compendio hominem ad illum finem ducit. Sed falſiſſimum illud, quod finem minus promovet, id finis conſecutioni ſtatim obeſſe, in quo vitii moralis naturam conſiſtere ſupra docuimus. Quis crediderit eum contra charitatis [illegible] peccare, qui habeat; ſed ſelectum amicorum fecerit, ad quos fructus ſuæ benevolentiæ pervenire vult: neque reliquos tamen oderit; ſed communi charitate proſequatur? Si tamen omnes intenſiſſime amaret, proculdubio finis admodum promoveretur: nunc quidem non ita promovetur, attamen non impeditur, ſicut motus tardior navim non ſiſtit, licet celerior motus eam citius in portum deferat. Scio equidem me hic paucos ſuffragatores habiturum: attamen condonabunt hoc mihi multi. Ego lubens agnoſco me ad triſtem illam & ſeveram ſapientiam non poſſe aſſurgere, qua ne manum quidem extendere, aut pedem attollere liceret, ſine ſumma cura & attentione: & ubique materia vitii aut virtutis inveniretur.

Quod præterea ex præcedentibus conficimus, eſt, ſine peccato omitti poſſe aliquod majus bonum: modo id quod loco majoris boni agimus, ordinem & rationem cauſalitatis habeat ad finis conſecutionem. Et hinc oritur materia votorum, & eorum operum, quæ quidem ſub pœnæ comminatione Deus à nobis non poſtulat: attamen gratiſſima ipſi ſunt, & juxta ejus beneplacitum fiunt. Et hæc eſt via indagandi, quæ illa ſint, quæ Deo placent tamquam actus naturæ legi conformes, & quæ ſint illa, quæ Deus vult ut fiar propter preceptum & legem.

Oportet autem hæc opera non confu dere cum operibus charitatis, quæ ju tiæ expletrici opponuntur: cum longe rum ab illis diſtans ſit natura. Opera charitatis jure naturæ imperantur. enim non videt hominum vitam acc & ærumnoſam futuram, ſi ea tant hominibus, quæ juſtitia ſtricte dict perat, fieri oporteret: nunquam homo ſibi ſuiſque ita proſpicere potef ſine ſummo incommodo carere proximi opera, quam charitatis inſtin præſtat. Sunt autem charitatis opera talia, quæ homo ſine [illegible]ratione

non exerit,
fieri impe-
tali jure
teſt; licet
non minus
actiones ta-
, ſine qua-
e, nemo vi-
. Atque hinc
era charitatis,
incipium ex eo-
antur, quo pa-
quatenus nullæ
arere poſſunt: in
o. longe differre.
& conventionibus
debentur propter jus
& acquiſivit per vo-
tranſlationem: quod
atis locum non habet.
actibus & conventioni-
, quicquid egi, id non
ximum feci, quam pro-
modum, cum in operibus
arium accidat. Nam licet
tatis exercitium neceſſarium
ut homines commode & ex
n agere poſſint; atque adeo
n rationes & commodum re-
ui opera charitatis exercet: in
nen hoc, vel illud charitatis
n propter ſeipſum exerit; ſed in
tiam, quem beneficium attingit:
oties privatum compendium ex be-
quæritur, ilico ſuo nomine & na-
eneficium deſtituitur. Has diſtincti-
i quidam bene intellexiſſent, non ita
re ſibilis excepiſſent noſtra principia,
e ex indigentia repetunt amicitiæ &
aritatis originem.

Quæcunque autem res morales iſtius
ant conditionis, ut neque in genere, ne-
que in ſpecie neceſſarium nexum habeant
cum fine generali à Deo intento; illæ le
ges dicuntur eſſe juris divini poſitivi. Lo-

teſcit; non de fine ſingulari, quem ſibi Deus potuit propoſuiſſe in republica Iſraëlitica: & hac regula diſtinguere oportet leges poſitivas Dei, datas populo Iſraëlitico, ab iis, quæ ſunt juris naturalis, & adhuc ſuam obligandi vim retinent.

Sed cum toties neceſſe fuerit mentionem facere in præcedentibus de fine, quem Deus per creationem mundi intendit, quique ſingulis innoteſcere poteſt, ſi per vitia & negligentiam mentem non excœcent: jam tempus & opportunitas efflagitat, illum finem in lucem proferre, quo nobis ad alia gradum faciamus, quæque methodice tractari non poterunt, niſi illa, quæ de fine dicenda ſunt, in anteceſſum dentur. Hac ratione itaque pergo.

Ea à Deo intenta ſunt, & hominem exequi vult, quæcunque ex creatione mundi, & ordine in eo conſtituto, homo judicat à ſe neceſſario agenda, vel omittenda, niſi inſignis aliqua diſconformitas extitura ſit inter ſuam actionem, & illam ad quam ordo mundi ipſum dirigit. Cum enim mundus in ſapientia ſit ordinatus, & homini partes agendi in hoc univerſo aſſignatæ: ordo ille neceſſario homini indicare debet, quodnam cujuſque in agendo ſit officium. Nam ut vulgatâ ſimilitudine utar, ſi quis deſtinato conſilio domum ædificat, proculdubio fit in eum finem ut hominibus uſum præſtet contra aëris injuriam, & reliqua incommoda quæ extrinſecus homini incumbunt. Si itaque quiſpiam eo audaciæ progrediatur, ut domum diruat, aut id agat, quo domus uſus impediatur, & dominus incaſſum laboraſſe videatur: is certe contra ædificatoris voluntatem egiſſe præſumitur: ſi ſcil. ex ſapientia ſeſe ad domus ædificationem accinxerit. Pari ratione ordo in mundo obſervatus, nos in actionibus dirigere poteſt, & indicare quod cujuſque ſit officium.

Cum itaque v. gr. ex præſuppoſitis con-
... ſſe, qui à

& ordinem illum ſummum ſine ſapientiâ ſummâ excogitari non potuiſſe: ſimul liquet Dei voluntatem eſſe, ut pro Deo ſapiente ab hominibus agnoſcatur. At quandoquidem in me experior tale ſtudium me conſervandi ut illud nec à me ſit ortum, & tamen tam alte mihi ſit inſitum & incluſum, ut ita dicam, ſanguine & medullis, ut illud nec ejicere, nec evelli à me poſſit, recte inde concludo illum inſtinctum à Deo eſſe, & recte facere ſi illi paream. Deinde cum creatio ſummam & infinitam denotet potentiam, ſequitur hominis officium eſſe Deum pro omnipotente agnoſcere: & cum appareat Deum juſtitiam aliquando exerciturum, juſtitiæ attributum Deus ſibi adſcribi vult. Hac methodo mihi in proclivi eſſet, totum cultum naturalem deducere, ſi talis digreſſio operi plane aliena non eſſet. Quam autem ſit vera & certa hæc procedendi ratio, neminem ut exiſtimo ſugere poteſt, qui præcedentia bene perceperit. Quomodo enim ea omnia agere vellet Deus, quæ neceſſario tales conceptus homini bene ratiocinanti ingenerant, nec vellet tamen tales conceptus de ſe formari: eadem enim ratione vellet aliquid, & non vellet: vellet media ordinata ad finem, nec tamen vellet ipſum finem; imo vellet media, quæ neceſſario talem finem producunt; non vellet tamen ipſum finem. Hæc ex diametro repugnant alicui operanti per rationem; & qui declaraverit, in mundi gubernatione ſe etiam homini ſuas partes aſſignaſſe; neque ei id juris conceſſiſſe, ut pro ſua libidine vitam dirigat. Aut enim hæc unica via eſt perveniendi in cognitionem voluntatis Divinæ circa ea, quæ à nobis fieri vult, poſtquam peccatum nos conſtituit in ſtatu, in quo via & rationes ſalutis expediendæ ſunt; & quibus nos tueamur à peſtiferis, quæ jam ubique terra marique diſperſa ſunt: hæc inquam unica eſt via aut nulla eſt. [illegible] tione innititur: quæ quidem excludenda non eſt, & inſignem ſuum uſum præſtat in ſcientia morali; nunc tamen ſola principii dignitatem ſuſtinere non poteſt: quia notiones primæ me quidem docent virtutem eſſe pulchram, & ſua ſponte colendam; neque ejus rationem formalem & primam ab utilitate ducendam, ſed nullus virtutis fructus homini per peccatum ærumnoſo oſtenditur ex prima illa conſideratione. Sed ille fructus ducendus ex ſecunda conſideratione virtutis; & in qua jam occupatus eſt ſermo.

Sed ut inceptum perſequamur: rurſus me tanquam mundi partem contemplans, non fortuito, ſed prudentis & ſapientis Dei conſilio productus ſim oportet: examinandum itaque quid Deus de me fieri voluerit: quod hac ratione inveſtigo. Id proculdubio in me conſervari vult, quod ſi tollatur, fruſtra quaſdam partes & proprietates mihi attribuiſſe videatur: quod in cauſa operante per ſapientiam fieri non poteſt. Ante omnia autem, ut jam dixi, in me comprehendo eſſe ſummum ſtudium conſervandi memet ſalvum & incolumem: huic ſtudio ſubſerviunt appetitus edendi, bibendi, vindictæ, affectus amoris, & doloris; denique omnes animæ paſſiones: & conducit ad expletionem iſtius appeti tus totius corporis fabrica, & organoru ſubordinatio: ita ut, aut plane illæc o nia fruſtra ſint, aut fatendum ſit Dei luntatem eſſe, me meaque quæ in cr one mihi conceſſit, conſervare ſalva tegra. Sub hac autem vitæ membro que conſervatione, non tantum ea prehendi oportet, quæ vitæ & m incolumitatem præſtant: ſed etia quæ naturali eorum uſui repuguan tanda eſſe eadem ratione docetu quæ ſubvertunt eum finem, ad que vitæ, membrorumque, & facu homini propriarum, natura ducit. propter eandem rationem [illegible] qua

deatur Dei
ines vitam
cum tales in-
ominum per-
x, quæ natu-
rali fine, qui
s deviare facit.
eque divitiarum
uſus, neque vin-
eque ullæ natura-
vulgo dicuntur ſo-
cura tendunt ad ho-
ſed comparatæ ſunt
ationem: quamvis
ntate iis ad mala abu-
indicat naturalis con-

ais: prioris argumenti
ntum non probat homini
poſitam eſſe ſemet conſer-
vis aliqua cauſa & ratio in-
hominem jure in vita ſeſe
i velit: neque contra Dei
acturum ſi ſpiritum & vitam
ſime producat. Longe autem
re aliquid fieri, & neceſſario
x pedum fabrica facile intelligo
gitime me facere, ſi pedibus m-
non tamen ideo ſi rhedæ aut equi
ditas ſuppetat, inique egerim ſi ea
oditate utar. Rurſus indidit Deus
appetitum in venerem: ſi tamen
pidıtati non obſequar, peccati me
non facio: neque etiam mulieres,
fantes ipſæ non lactent, etiamſi mam-
larum ſtructura & fabrica ſatis doceat
eum finem tam magnatum uxoribus,
uæ iſti oneri ſeſe frequentius ſubducunt,
quam tenuioris fortunæ mulieribus, iſtæc
membra conceſſa eſſe.

Sed exempla, quæ in objectione adfe-
runtur, non quadrant cum iis regulis quas
ſupra tradidimus: cum in exemplis addu-
ctis, aut ſuſpendatur tantum uſus mem-

cultatum uſus nunquam exeratur. Regula autem ſupra tradita docet tunc rem fieri contra decorum naturale, aut hominem in ſemet peccare, quando aut plane membra & facultates interciduntur, aut directe iis aliquid contrarium committitur, quod Deus intendit: aut ſuæ dignitatis obliviſcens, aliquid committit, quod ipſum in contemptum aut odium rapere poſſit: ex quo odio & contemptu ſe privat auxiliis, quibus commodius & ſecurius vitam exigere poſſit; ita ut ad primum fundamentum legis moralis, quod eſt *conſervatio ſui*, rurſus totus ſermo de rebus pudoris referri poſſit. Præterea non uti pedibus ad iter aut ad deambulationem, longe differt ab amputatione pedum, qua uſus planè & immediatè tollitur; & id aufertur quod immediatè à Deo originem habet, non intercedente uſu humanæ voluntatis. Pari ratione ad tempus intermittere uſum rationis licet, ſicut fit in ſomno; omnino tamen tollere propter rationes ſupradictas non licet. Eadem ratione longe differunt non conſueſcere cum muliere, & illicita venere uti: in priori non utitur homo dono Dei, quod ad utendum conceſſit, ſi velit; in poſteriori utitur illo bono contra naturalem ſuum finem: quemadmodum longe differunt, ambulare, non ambulare: & incompoſitis geſtibus hominemque gravem non decentibus incedere.

Quo autem pacto cognoſci poterit quis cujuſque rei ſit licitus & naturalis uſus, ſupra indicavimus ex parte, & breviter ſic in compendium contrahimus. Cum de parte aut *facultate hominis* incidit diſputatio, ea omnia integra conſervanda ſunt, quæ ſi mutilentur, luxentur, aut tollantur, fruſtra Deus quaſdam partes homini conceſſiſſe videatur. Si inſtituatur quæſtio de *uſu facultatum & partium*, is dicatur *naturalis* qui nos ducit ad illum finem, ad quem

quem nos vitæ membrorumque, & facultatum homini propriarum natura ducit. Ille autem uſus non tantum *licitus*, ſed etiam *neceſſarius*; qui ſi omittatur, iſtum finem ſubvertit, aut ei repugnat: ille autem *uſus contra naturam*, qui ab illo fine removet: is autem *non neceſſarius*, qui ſi ſuſpendatur, aut plane omittatur, nihil tamen contra naturalem finem fit: cujus generis ſunt ea omnia, quæ neceſſarium cum fine naturali nexum non habent: & ideo pedum, mammillarum, & membrorum generationi dedicatorum uſus, omitti poteſt ſine peccato. Quis enim hic finis ſubvertitur? Generationis v. gr. inquies: at ille non ſubvertitur, ſed tantum non exercetur actus generationis. At hæc tam longe differunt, non uti re aliqua, & naturalem uſum rei ſubvertere: quam longo intervallo diſtant, quibuſdam ædium partibus non uti; & eaſdem partes, aut plane deſtruere, aut ad uſum contrarium applicare, quam in quem à Domino ædium conſtructæ ſunt. Sed inſtabis, ſaltem colligere liceret ex fabrica talium partium, Domini voluntatem fuiſſe, ne ſine uſu & fructu certa ædium pars maneret: & ita concludere liceret, neque perpetuum cælibatum licitum eſſe: neque matronis fas eſſe ſuo lacte infantes non nutrire: cum Deus abunde inſtruxerit naturam cujuſque, ut aliorum opera uti iniquum ſit. Sed eâdem operâ conficeretur, neque cuiquam eſſe fas aliorum opera & induſtria uti, quibus efficiendis ipſe par eſt: & divitis officium erit, labores eos ærumnoſos ſubire, quos ſuſtinent mercenarii: & infinita hujuſmodi abſurda ſequerentur, ſi præcedens objectio legitima habenda ſit. Ergo ille uſus tantum eſt neceſſarius, qui ſi omittatur, finem rei ad quem condita eſt, ſubvertit, aut ei repug‑‑t.

Omnia autem h‑‑‑‑‑‑ peccata talia

peccata in duas claſſes commode dividi poſſunt: ut alia dicantur peccata contra decorem naturalem hominis, alia contra hominis dignitatem, quia cum ea non congruunt, & innuunt tantum eas perfectiones, aut gradum in creaturarum ordine, ſupra quem nos extulit Deus.

Peccata quæ ſpeciali ratione contra decorem naturalem committi dicuntur, ideo peccata eſſe judicantur, quia in iis eſt deviatio ab illo fine, ad quem proprie ille appetitus nos ducit, & quem aſſequi animus ſtudet, ſi naturali ſuæ directioni relinquatur. Nam primo appetitum illum voluptatis libidinoſæ à natura homini inditum eſſe, non magis dubitari poteſt, quam affectus amoris, ſpei, iræ, audaciæ, conſtantiæ homini largitus eſt Deus. Quemadmodum autem ſingulis affectibus ſpeciale objectum, & finis à Deo aſſignatus eſt, quem immutare homo ſine prævaricatione non poteſt: ſic neque objectum appetitus venerei. Quis autem noſtrum non videt iſti appetitui legitime ſ tisfieri non poſſe, niſi in conjunctione c compari & adjutrice muliere: quem modum neque amori, niſi in unione re amata; iræ, niſi in propulſation ni futuri, per debellationem re nobis jam modo aliquod damnum & ne ſecundo inferatur, juſtus tus. Si quis itaque affectu iræ tur, contra iræ naturam age tur: qui itaque v. gr. in rem excandeſcit, ille iræ finem tur, quia cauſa, quare ho ne ad vindictam ferri opo animali deſtituta non re etiam affectibus multiplic ſpecie aut genere differ poſſunt: neque unus affe jectum ſibi vindicare. Cu non r‑‑‑‑, neque ex ‑

uſmodi à di-
& tam bene-
na excitare
ım malum à
ens ſe. nos
tantiæ, quæ
malo incum-
n malum tale,
onſtantiæ, jam
nnium ratio eſt,
ctu qualicunque,
s motus ſpirituum
erme motum ſpiri-
in affectibus extrin-
& quot diverſi ſpiri
ri poſſunt, tot ſunt
ique naturæ motui re-
dem tempore diverſas
iones ſuſcipere: tam
am eundemque affectum
care objecta.
urſus ad appetitum copu-
mnii amore ſtricte ſic dicto
: illi neceſſario certum ob-
s finis aſſignandus eſt: at an
n non eſt mulier reſpectu viri,
tu mulieris: & finis proximus
entus, liberorum procreatio;
odum iræ objectum eſt injuria,
propulſatio damni, & vindicta
x quemadmodum nemo iræ aliud
n aux finem conſtituere poteſt, ni-
n à naturæ inſtituto divertat, ſic
appetitui libidinoſæ voluptatis. In
ctioris autem ætatis hominibus illa
la damnari non poteſt: non magis
n vindictæ appetitus in homine infir-
, qui novit ſuas vires pares non eſſe in
opulſando malo: juſtè enim tamen iraſci-
r, quia accepit injuriam. Sic juſte co-
ulam appetit, etiam capularis ſenex,
quia objectum adeſt iſtius appetitus, ſcil.
mulier: licet ſciat ſe finem non poſſe aſſe-
qui, non ideo ab uſu juris ſui prohiberi
poteſt: cum ille finis ſeſe per accidens ha-

propter acceptam injuriam iraſci, etiamſi ſuis viribus diffidens deſperet actualem aliquam noxam inferre poſſe inimico: ſic etiam cuivis licet inire matrimonium, etiamſi de procreatione liberorum deſperet. Quo etiam addendum eſt matrimonium præter procreationem liberorum multas alias habere opportunitates, quibus matrimonio juncti legitime frui poſſunt; inter quas etiam eſſe poteſt ipſa delectatio: quemadmodum in uſu cibi & potus, cujus finis poſt peccatum primarius eſt vitæ conſervatio, etiam moderata oblectatio non eſt vituperanda. Neque conſtat Adamum in ſtatu integro non futurum fuiſſe licitum iſtis muneribus naturæ fungi cum uxore gravida: neque tamen inde ſequitur ipſam voluptatem eſſe finem appetitus iſtius venerei, non magis certe quam voluptas, quæ capitur ex uſu cibi ſervientis ad conſervandam vitam; & quam voluptatem negligere non eſt neceſſe, dici poteſt, eſſe finem iſtius appetitus naturalis potus & cibi.

Si autem quis dicat ipſam voluptatem libidinoſam, quocunque modo capiatur ejus uſus, finem eſſe ipſius appetitus: is tantundem dicit, ac illi qui docent vindictæ atque iræ finem eſſe poſſe gaudium, quod aliquis capit ex vindicta, etiamſi nulla alia utilitas rediret ad vindicantem ex vindicta: quod alibi refutavimus. Et, ſi affectuum naturam propius intueamur, manifeſtum fiet, nullam voluptatem, quæ quoſdam affectus comitari ſolet, poſſe eſſe finem eorundem, aut objectum: excitantur enim affectus in nobis ex objectis certis circumſtantiis, & qualitatibus affectis, ergo circa ea affectuum operatio verſatur, & ex iis affectus excitantur: at voluptas actionum earum accidens eſt, & objectum non attingit, & operationem tantum comitatur: neque propter id, quod in objecto affectu[illegible] per affectus producendum eſt, tan[illegible] vera cauſa, [illegible] de volu-

eti & finis obtinet: in iis enim Deus homini conceſſit ſuis actionibus finem & objectum conſtituere: ſic in ambulatione quæ voluptatis gratia inſtituitur, homo illi finem voluptatem aſſignat, & objectum excitans ambulationis deſiderium, eſt ipſa voluptas: quia illi ambulationi à natura certum objectum aut finis determinatus non eſt; neque ex Dei inſtituto certum ordinem in natura habet, quales ſunt affectus, & res aliæ infinitæ, quibus homo pro ſua libidine objecta & fines aſſignare non poteſt: aut eas in bonarum aut malarum rerum cenſu, non magis quam furtum, homicidium, adulterium virtutis loco habere poteſt. Ex his itaque principiis excudendas demonſtrationes putamus, quibus actiones contra naturales inclinationes commiſſæ peccati arguantur.

Ad hæc autem peccata quibus homo in ſeipſum, & contra ſuam dignitatem peccat, ſcortationem ſtrictiſſimè dictam referimus; cujus ratio formalis eo continetur, quod committatur cum muliere libera extra matrimonii vinculum: quia tam vir quam mulier actum illum venereum vilem & abjectum non ornans matrimonio, peccat contra ſuam dignitatem. In eandem claſſem rejicienda ſunt divortium & polygamia; in quibus non tam contra pudorem, quam contra dignitatem naturalem peccatur: & quorum peccatorum deformitatem ex primis naturæ legibus, primoque hominis ante peccatum ſtatu oſtendi poteſt; cujus probationem recipio me alibi traditurum. At peccata inceſtus in alio peccatorum numero ponenda: ſunt enim illa in quibus contra pudo-

in quem per peccatum ſeſe dedit præcipitem: &, quemadmodum ſupra expoſui, quam male illi rationes ſuas ineunt, qui leges naturales, ut comparatas contra damna & ad depulſionem mali, acceſſunt à ſtatu integro hominis, ita contra non minus illi aberrant, qui legum naturalium, quæ regunt hominis pudorem proprie dictum, originem repetunt à ſtatu hominis integro. Inceſtuum itaque ratio eſt ea, quæ verendorum nudatio, quæ non niſi poſt peccatum homini probro & dedecori fuit.

Scio equidem quoſdam aliter ſentire, & omnium ſupra enumeratorum rationem eam eſſe ut ex legibus naturalibus & ratione recta eorum vitioſitas & deformitas probari non poſſit, ſed ea tantum ex appendicibus & momentis extrinſecis vitioſitatem ſuam mutuari, quatenus in talium hominum ſocietate vivimus, apud quo quia cultioribus & politioribus mori cum ſint, graviter offendas quod ea c mittas, quæ propter politos & ex ſuos mores ipſis inviſa ſunt; eoqu temptum & odium ſibi concili fraudant multis vitæ commo que in hujuſmodi rebus aliud c putant, neque alicujus leg violationem, ita ut ab illis vitium abſit, quando in ho tate vitam degimus, quæ mores ſe non extulit. Se ſtio eſt admodum comn verſeturque in omnium ore & ſermone, operæ rum arbitror, ſi argum erronea ſententia in me ſunt, recenſeam, coru

neceſſitudi-
er Chriſtia-
ia matrimo-
fuiſſe : quia
jure naturali
uniter à The-
ſsatione proba-

leges naturales
e, poſito & con-
univerſo, qualem
oculis ingeritur, &
quid ab iis deflectit,
ut indecorum agnoſce-
eſt, quod omnes res
nobis imaginari poſſu-
uandam ſcheſin & relatio-
natam ex intrinſeca rei na-
e, ſi quis rationis uſum ſibi
nolit, ſeparari non poteſt.
ratuita rei largitio non poteſt
cii nomine venire: beneficium
on poteſt non ab homine ratio-
ci, pro tali agnoſci : ita agni-
non poteſt non ille homo ſe pro be-
accepto, datori obſtrictum agno-
, & fateri officium ſuum eſſe, teſtari
um ſuum animum. Ergo Deus non
teſt facere ut ingratitudo vitium morale
on ſit: & per conſequens mandatum de
gratitudine erit legis naturalis, & quidem
divinæ: imo non oportet diſtinguere in-
ter duas illas leges, ſtante naturâ, & or-
dine univerſi. Quæ autem hic diximus de
gratitudine, de reliquis legibus naturali-
bus eadem methodo aſtruuntur. Ergo nul-
la diſpenſatio eſſe poteſt in legibus natura-
libus : atque adeo matrimonia jam ince-
ſtuoſa habita, ſunt talia, vi alterius legis.
Porrò ſi revelatio membrorum generatio-
ni dicatorum eſſet peccatum contra legem
naturalem, primo ſequeretur in infanti-
bus illud eſſe peccatum, & eadem cura
parentes incumbere deberent ne in iis par-
tes illæ conſpectui pateant, qua in gran-
dioribus illas partes obvelamus, quæ tur-
pem aſpectum habent : imo nunquam ca-

ſus aut neceſſitas evenire poſſet, qua illo-
rum membrorum retectio, peccati notam
effugere poſſet. Nam leges naturales ſunt
perpetuæ obligationis : nunquam furari li-
cet, nunquam ſcortari, nunquam obtrectare.
Si autem quippiam aliquando licitum fiat
propter circumſtantias, quod ante eâ con-
ditione deſtituebatur : v. gr. membrum
ſui corporis amputare, ne pars ſincera in
mali contagionem trahatur : æſtimandum
non eſt illud fuiſſe legis naturalis mutabi-
lis : quia nunquam prohibitum fuit muti-
lare ſeſe, ut inde toti corpori ſalubritas
conciliaretur : & ſemper lege naturali
cautum eſt, ne quis præter ſimilem
neceſſitatem in proprium corpus ſæ-
viat.

Denique cedant mihi adverſarii unam
rationem, quâ probent viri vel mulieris
conditioni repugnare tale pactum inire ma-
trimoniale, quod in perpetuum non du-
ret, & (ut loqui ſolent) individuam vitæ
ſocietatem non contineat : quæ doceat vi-
ro integrum non eſſe plures ſibi adjungere
uxores &c. Si in omnibus de quibus hic
controvertitur, vel umbram contradictio-
nis moralis, cujus jam in ſuperioribus ſpeci-
men dedimus, quando de gratitudine egi-
mus, oſtendere poſſint, in poſterum ne-
mo me habebit refragatorem. Inculcant
paſſim communem gentium conſenſum :
ſed multis modis ille gentium conſenſus
non ſatis fundatum principium, aut diſtin-
ctiva nota boni & mali moralis videtur.
Fuit quondam tempus, quo ſervitus ubi-
que gentium in uſu erat, & vivorum ho-
minum immolationes : hodie apud omnes
gentes vir caput mulieris eſt : probent
æquitati naturali repugnare, contractum
matrimonialem ſub contrariis conditioni-
bus iniri non poſſe. Sed lubet preſſius
urgere : ſi jus naturale nobis innoteſcet
ex conſenſu moratiorum gentium ; quæ-
ro quis judicabit, quæ ſint gentes illæ
moratiores ? Pontificii, qui non mini-
mam orbis terrarum partem faciunt, do-
cent multa peccata contra legem natura-
lem

lem non fieri, quæ nos inceſtus vocamus. Et, ſi examen inſtituatur, quo loco quæque natio quædam peccata habuit, reperies multis, etiam moratioribus, joculare tantum delictum fuiſſe, quod aliis capitale, & hodie vivi comburio debetur: loquor de cinædis, & peccatis, quæ cum iis affinitatem habent.

Deinde quæro, ad quos mores reſpiciemus: an ad illos, quibus natio, quæ de pœnis deliberat, conſentit: ſed tunc cuique nationi ſui mores ſufficient: an ad eos, quibus ab aliis diſcrepat? At nec hoc fieri poteſt: cum enim in aliis inſtitutis cum gentibus conveniunt, in paucis autem diſcordes ſunt, quare aliorum mores de quorum honeſtate ambigitur, tamquam decoros acceptabunt? Examine ſi ſit opus, ergo & alio principio ſecundum quod examen inſtituere oportet.

Denique ſi bene rationes ſubducas, deprehendes moratiores gentes ab omnibus Romanos haberi, & in plurimis eorum inſtituta imitari. Sed & ſunt gentes quæ leges Romanas ex ſua republica exterminarunt: neque ſinunt jus & æquitatem ex eorum placitis pronunciari. Et cum Romani leges ſuas condidere, non adhibuere in conſilium aliarum gentium conſtituta: ſed rationem ſanam: neque commiſere illud negotium vulgo & multitudini; ſed doctioribus & prudentioribus, qui certe moratiores gentes vocari non poſſunt: ut appareat conſenſum moratiorum gentium terminari in paucis legiſlatoribus. Et illi legiſlatores, quo duce æquitatem & juſtitiam ſingulorum actuum invenere? An non ratione? At ad quam regulam collineavit ratio? Ad primum aliquod principium, inquies: ſed unde ratio ſibi iſtud principium comparavit? Non fuit Scriptura Sacra: tale enim principium in limine hujus tractatus excluſimus; & ideo ex hoc principio null-

entiæ legiſlatoris: quomodo enim pau-
corum animi impetus in difficili hac mate-
ria regula eſſe potuit? Videant itaque illi,
inquiunt, qui tantopere inculcant conſen-
ſum moratiorum gentium, quam debili
argumento innitantur.

At quærat aliquis, quomodo illa om-
nia, quæ hactenus probavimus legi natu-
rali non repugnare, tamen gentes ferme
omnes evitarunt, & quaſi communi con-
ſenſu exterminarunt ex ſuis rebuſpublicis:
cum in aliis rebus indifferentibus tanta
ſemper reperta fuerit morum diverſitas?
Sed quare paupertas ferme apud omnes
gentes vilis & abjecta habita: quare ſordi-
da veſtimenta viro erectioris ingenii & bo-
no loco nato pudorem incutiunt? Quare
rubore ſuffundimur ſi quis nos erroris,
etiam qui neminem peccati reum arguit,
convincat? Quare fratres & ſorores, quæ
ſunt frontis tenerioris, non lubenter ſi-
mul interſunt conſortiis in quibus blandi-
menta amatorum vel admittere, vel de-
ferre continget? Quare fratres communi-
ter de rebus venereis inter ſe parcius l
quuntur, quam cum de iiſdem rebus c
aliis incidit ſermo? Quare ferme o
pulchritudinem magis æſtimamus,
deformitatem? Infinita hujuſmod
ſere mihi in promptu foret: qu
nium ſi contrarium fiat, pecc
eſt. Ne quis putet id omne pe
& naturalis legis dictamin
quod pudorem incutit. Qu
rum quædam amplectamu
quædam defugiamus, eſt
firmitatem & imperfecti
quam quiſque à ſe longiſſi
tis habet: prodeuntibus
intellectus tale naturale
exerit: quemadmodum
rebus: & quæ in infan
mus, propter judicii

idque vel coram
…buſdam perſonis:
…las imperfectiones
…um erat: alias autem
…itrio: ita tamen ut,
& evitet, politioris
…poſitis moribus eſſe
…orum civilitatem ſi
…at, à peccato tamen
…o inceſtuoſa matrimo-
…it Deus: iis autem,
…s diſtant, conceſſit il-
…conjunctionem: vere-
…or in his, quam in illis.
…io, quare cum muliere
…greſſum Deus prohibuerit:
…itum eſſe putant ferme om-
…u enim menſtruo novus pudo-
…s mulieri accidit: quare etiam
…erenter haberi voluit Deus à ma-
…eque video ullam rationem, qua-
…mbrorum qualiumcunque revelatio
…conſiderata non ſit licita, propter ra-
…es ſupra traditas, & quia in ſe peccatum
…n eſt.

Sed, inquies, ſi legi naturali non re-
pugnet partes generationi dicatas detege-
re: ergone licet cuivis in conſpectu homi-
num eas revelare? Ita certe: modo in illa
detectione aliquid non ſit, quod decori
naturali repugnet. Sed inſtabis: fieri non
poteſt quin hæc ſemper incurrant in hone-
ſtatem naturalem: ſed id illis, qui pro il-
la ſententia laborant, longe à vero abeſſe
videtur: quod ſic demonſtratum eunt.
Contra honeſtatem naturalem fiunt, quæ
contra pudorem naturalem committuntur:
pudor naturalis is eſt, cum quem juſte ſua-
rum imperfectionum pudet: juſte pudet,
cum tales imperfectiones poſſideat, vel
quas poſſidet ita prodat, ut proximus ju-
re merito que eum ideo minoris facere poſ-
ſit. Facit autem id proximus juſte, quo-
ties tales imperfectiones in eo obſervat,
aut foras promere videt, quæ ſunt præ-
ter dignitatem illius, in quo illæ compa-
rent: videt autem tales imperfectio-

nes naturaliter aliquem in contemptum: quia videt inter imperfectionem illam, & perſonam quam ſuſtinet proximus diſconformitatem: in proximo autem diſconformitas apparet, quia inter locum quem habet inter ſuos, vel habere debebat, aut habere ſaltem credebatur, & inter eas qualitates, quarum reſpectu certus civibus locus aſſignatur, non datur mutuus nexus, & conveniens ſcheſis atque relatio: quæ autem qualitates, & in quo gradu cuique perſonæ adeſſe debeant, id uſus, conſuetudo & ratio gentis determinat. Qui doctrina & eruditione celebris eſt inter idiotas, is eundem gradum atque dignitatem inter doctos ſuſtinere non poſſet: qui in multarum rerum ignorantia verſatur, nulla unquam uſus diſciplina, ille abſque contemptu indoctorum in numero cenſetur: qui autem diu in alicujus diſciplinam ſeſe tradidit, nullos autem progreſſus fecit, is certe ſine aliqua infamia non caret multarum rerum ſcientia: qui inter cives moratiores enutritus, non ſine vitio minus cultis moribus eſt: qui tamen ruſtico, aut in tali gente ætatem agenti viro, quæ minus morata eſt, ſine ullo dedecore adſunt: qui eas corporis partes detegit, quas conſuetudo gentis tectas eſſe vult, is in honeſtatem naturalem peccat, ſi eas conſpectui patere faciat: quas tamen alius alibi terrarum, ubi illa conſuetudo non obtinet, agens, ſine peccato aut petulantiæ nota detectas habet. Pari ratione in idem vitium incidit, qui ad naturæ requiſita præſtanda coactus, ſecreti licentiam non quærat: à quo tamen immunis eſt, ſi neceſſitas obſtet. Ob eandem cauſam contra honeſtatem peccat, qui in hominum non familiarium conſortio, eorum officiorum honeſtatis ſibi veniam indulget, non præfatus veniam, quæ ar[…] amicitiæ jure ſibi invicem condonare ſo[…]ent, atque poſ-ſunt, amici: & ideo […] qui anatomiam docet ſtudioſos, omnia […] exponit palam, quæ eidem extra illam ra[…]ionem conſtituto, ne nominare fas eſt[…]. Eadem etiam ratio

ratio eſt, quare viri plus ſibi indulgent in rebus, in quibus turpitudini locus eſt, quam nos fœminis concedimus. Idem dicunt de genitalium detectione: & à reliquis tantum gradibus differre: agnoſcunt enim illam gentem admodum parum excoluiſſe & ornaſſe vitam; ubi autem conſuetudo invaluit, ut ex communi gentium ſenſu, nota turpitudinis ablata ſit à tali vivendi modo, totam gentem extra peccati labem genitalia detecta habere credunt: quia nullam imperfectionem aut infirmitatem erubeſcendas homini ei rei ineſſe agnoſcunt: non magis quam nos in detectione vultus matronarum, quæ in publicum prodeunt, quod tamen apud alias gentes matronis vitio vertitur.

Si inſtes: licet illæ gentes nullam turpitudinem in ea membrorum detectione agnoſcant, quia nullam imperfectionem in ea eſſe exiſtimant, quæ foras, ut ita dicam, prominens, juſtum nobis pudorem incutere debeat: non deſinit tamen eſſe aliquid in illa detectione, quod ſi juſte perpenderent, pudoris earum gentium intereſſet, illud proximi oculis ſubtrahere. Sed reſpondent id vero conſentaneum non eſſe: nam cum conſtet non raro citra peccatum talia membra detegi, v. gr. cum medicatrici manui committenda ſunt: aut cum ea urget neceſſitas, quæ temporis aut rerum copiam non concedit ad ea tegendum: vel cum nutrices infantes faſciis involvunt, eorumque nuditatem intuentium oculis ſine ullo impudentiæ vitio exponunt: hæc inquam cum ſine peccato fiant, quærendum eſt, quare ita cenſeant communiter homines? In duobus prioribus caſibus, inquies, eſt neceſſitas. Sed primarium dubium reliquum eſt, quare tali in caſu neceſſitas à peccato excuſet: proculdubio quia impudentiæ nota adeſſe deſinit: deſinit autem adeſſe, quia tali in caſu hominis iſtius infirmitas conſpectui ... abſque oſtentatione, aut ...

cenſere longum eſſet: at quæ protervia aut ſuæ infirmitatis impudica oſtentatio eſt, ſi aliquis eas partes in hominum conſpectum incurrere ſinit, quæ pudicitiæ aut impudicitiæ locum non faciunt? At illæ gentes, apud quas conſuetudo, Europæis contraria, obtinet, non æſtimant in detectione genitalium impudicitiæ materiam eſſe: quia non eſt nota infirmitatis aut imperfectionis pudendæ homini. Quid autem habendum ſit pro perfectione, in homine ita requiſita, ut ſi abſit, illam imperfectionem, cum conſcientia ſuæ infelicis ſortis agnoſcere debeat, id totum ab uſu & conſuetudine gentium pendet: quod ſupra inductione probatum eſt: neque diſparem rationem in hac genitalium detectione ullus nobis oſtendet, inquiunt. Deinde ſi genti-
tibus illis barbaris id vitium eſſet, conſta-
re iis debebat, ſe contra legem aliquam
peccare: at oſtendat nobis aliquis qu
modo in cognitionem iſtius legis veni
gentes illæ. Inſtinctu naturali, inq
& contemplatione morum aliarum
um moratiorum: ſed quid de regul
dorum, petita ex moribus aliarun
um ſtatuendum ſit, alibi docu
tunc ſaltem illæ gentes merere
ſationem apud Deum, ſi aliar
mores ipſis non innotuiſſent
cognoſcendi facta nunquam
ſtinctu naturali tantundem
reperient: nam primo n
quodcunque aliqua incli
ferimur illud faciendum
omnibus ferme junioribus
letudine fruuntur, ineſt
rem, iſti libidini tamen
non tenentur. Omnibus
eſt amor ſui conſervati
nonnunquam cum ſum
nationi reſiſtere, & i
perp... Multis

…ius non eſt: cum
…lis ſignum ſit, po-
… minus perfecti, non
… alius pudor neceſſa-
… nunquam culpa carere
… doris in genere quem-
… llit, quæ iſti paſſioni
… ommiſſione eorum re-
… contraria. Ergo ille
… nalo non diſcriminat.
… videtur ex lege natu-
… d fieri, cum omnes ra-
… entem conſpirant, pau-
… s, quemadmodum fit in
… nitalium: ſed quid mirum,
… nnes gentes gravitas & mode-
… o ſint: & ea rurſus apud eaſ-
… temptum non effugiant, quæ
… contraria ſunt? Priores enim
… s, denotant virum ſua cum rati-
… dirigentem, & prudentiâ omnia
… erantem: quæ prudentia apud omnes
… æſtimatione eſt, quia ea bona nobis
… onquirimus, mala evitamus: poſteriora
… autem, modeſtiæ & gravitati contraria,
denotant virum levem, inconſtantem,
conſilii præcipitis: & qui multorum ma-
lorum ſibi cauſa exiſtit: quid autem virum
gravem magis dedecere videtur, quam
quæ in amatoriis complexibus fiunt? Et
ideo rectè Poëta cecinit, Turpe ſenex
miles, turpe ſenilis amor. Si itaque illa
peccata, in quibus hactenus occupatus
fuit ſermo, æſtimantur fieri & committi
contra legem naturalem, non id erit quia
primo impingunt in rectam rationem; ſed
quia cum lex fundamentalis ſit ſui conſerva-
tio, contra illam peccat, qui ſui negli-
gens ſeſe temere periculis exponit & in
diſcrimen conjicit: erunt itaque illæ acti-
ones ideo malæ quia fiunt contra primam
& fundamentalem legem, conſervationem
ſcil. ſui ipſius: neminem enim fugit quanti
referat adbene eſſe, ut quivis contem-
ptum à ſe moliatur: at qui impudice ſe ge-
rit, contemptum ſuorum effugere non
poteſt.

Sed cum adverſarii non ceſſent inculcare ſuos inſtinctus naturales, notiones communes, legem cordi inſcriptam: lubet ulterius exponere, quid de hiſce omnibus dicendum putem. Anima ex creatoris placito ita corpori unitur, ut ab eo pati atque affici poſſit: docet id experientia: neque alto conſequentiarum ſuggeſtu hic opus eſt. Omnis autem illa paſſio ad duo commodè referri poteſt; ad dolorem, & voluptatem: dolorem concipit anima, quoties talis fit ſpirituum motus ad mentem, quæ unionis naturæ minus eſt conveniens: voluptatem, quoties eum motum percipit, qui unioni convenit. Hac itaque affectione prædita erit mens cum corpori unitur: & hæc affectio eſt unicum principium, menti à creatione inditum: reliqua principia, aut notiones, quocunque lubet vocare nomine, acquiſitæ ſunt: & ipſâ mentis ope ſedem in mente habent. Mens enim cum ſentiat motum ſibi ingratum, ſtudet illum motum immutare, aut à ſe depellere: & inde naſcuntur omnes affectus, qui verſantur in amolitione ejus, quod malum eſt: cum verò ſentiat motum gratum, & ſibi convenientem, ſtudet illum conſervare, & talem ſpirituum motum concitat, qui continuando priori motui appoſitus eſt: & hinc origo petenda omnium affectuum, qui verſantur circa conſecutionem, aut conſervationem rei gratæ & jucundæ. Quales autem in ſingulis affectibus ſpirituum motus ſint, id jam docuere viri doctiſſimi tantâ ſolertiâ, & exacto judicio: ut planè inſipientis ſit, ſperare poſſe aliquid novi excogitare, poſt eorum lucubrationes.

Sunt itaque affectus in infante adhuc in utero latente, orti ex perceptione rei gratæ, aut ingratæ: poſtea, infans in lucem protractus experientiâ propriâ, diſciplinâ, aut exemplo venit in cognitionem aliarum multarum rerum, quæ dolorem, aut voluptatem producere poſſunt: & ad perceptionem illarum excitantur illi affectus, quos jam in utero expertus eſt: aut

aut iis ſaltem ſimiles, & affines: cum illi, quibus infans ante uſum rationis ſubjectus non fuit, ex iis tamen affectibus conflantur, qui ante uſum rationis infantem afficiebant: quod cuivis naturam affectionum propius intuenti manifeſtum erit. Quod ſi autem homines ad quædam alia objecta amplectenda, ad alia autem fugienda pro niores videantur; id non indicat aliquam animæ diſpoſitionem à prima origine ipſis inditam: ſed aut uſu comparatam diſpoſitionem, aut paſſionum quarundam, aut temperamenti proprietatem, quæ non ſinit hominem in iis verſari, ad quæ ſpirituum natura, aut eorum motus ipſum parum idoneum reddit: quia cum difficul tate, & labore mens operatur, cum appoſita inſtrumenta ad operandum nacta non eſt: atque ita dolor rurſus in cauſa eſt, quare naturaliter quædam defugere videamur: quædam autem amplecti.

Veriſſimum equidem eſt, homini arbitrarium non eſſe affectibus objectum attribuere: atque ita ex injuria, nude ſpectata, gaudere non poteſt, ex bono quod percipit dolore angi, ex malo futuro in ſpem lætam adduci: ſed totum illud dependet ex prima illa diſpoſitione animæ, qua inconveniens ſpirituum motus illi gratus eſſe non poteſt: conveniens autem ſemper illam voluptate perfundere debet. Et ideo homo contriſtatur ſuper re ex naturali quadam propenſione, quam dolore dignam cenſet: ſed de qua re in ſpecie dolendum ſit, id naturalis quædam ani mi propenſio non diſcriminat: cum multa ut mala vitemus, quæ mala non ſunt. Deinde finge rationem non aberraſſe in exploranda natura rerum: non liquet homini integrum tamen non eſſe malum aliquod amplecti citra peccati labem, cum nemini dubium ſit quin homini liceat ſeſe multis bonis privare, etiam ſine ſpe majoris præmii: neque tamen facit contra legis naturalis dict[illegible]en.

De[illegible]oſcimus [illegible]

quædam amplectenda, ad alia defugienda; quatenus temperamenti proprietas eum ad quædam agenda aptum reddit, ad quæ, data occaſione, admodum ſua ſponte fertur. Sic circa pubertatem ſeſe prodit amatorius & venereus ille affectus, quo ducimur in amorem illarum rerum, quæ illius affectus libidini ſatisfacere poſſunt: ſed ille affectus non jubet ſibi obſequi ex lege naturæ: deinde non præciſè determinat, quibus nos applicare debeamus. Eſt quidem ille affectus talis ut mores molles requirat: & ideo viragines, & aſperioribus moribus præditæ virgines, non ita facile juvenes in ſui amorem pelliciunt: & puerorum amatores, mollicellos & ad plenam pubertatem nondum provectos deperibant. Non talis tamen eſt iſtius affectus lex, ut ſi quis vetulam ambiat, ideo in legem naturæ peccare videatur: & qualiſcunque ille affectus & inclinatio ſit, apparet eam ſemper ſubſtructionibus diſ-poſitionis illius animæ, quam à prim[a] origine ſolam animæ ineſſe dixim[us] inniti.

Denique non imus inficias hom[inem] ad quædam dogmata amplectend[a] modum pronum eſſe, v. gr. dari judicium univerſale exſpectand[um,] animam eſſe immortalem, pactis ſ[tandum,] ſtandum, non adulterandum [...] quæ ſunt ejuſmodi, quæ natu[ræ di-] ctamina appellare conſuevi[mus] propenſio non oritur ex noti[onibus qui-] dam communibus, aut di[ſpoſitione] animæ diverſa ab ea quam [...] ſed plane beneficio illius pr[acti-] cæ diſpoſitionis originariæ [...] ne. Agnitio enim impoten[tiæ ad] vitanda quædam mala, & [...] ne ortus metus, facit u[t ...] admittant, dari aliquo[...] nobis potentia longe ſu[...] runcare poteſt, [...]

...m univerſale: cum ...nis quibuſdam con... ...itam degere. Deni... ...ivis obvia incommo... ...egis naturalis violatio... ...nt ex legis naturalis ... Sed ſi anima, ne ...e experientia ullam ...gnitionem haberet, ...iquum eſſet plerique ...: cum paucillimis ſit ...tere originem juſtitiæ ...aut in cognitionem illa... ...ionum penetrare, quibus ...oſophi ad demonſtrandam ...um.

...autem homines hujuſmodi axi... ...gem naturalem, quia nunquam ...hominis conditio, ſive ut ſingula... ...perſonam eum conſideres, ſive ut ...em ſocietatis, quin ejuſmodi ſeſe quo... ...ne offerant, ut ea tamquam juſta & ...qua approbare neceſſe habeat, quæ vul... ...go ex legis naturalis præſcripto fieri dicun... ...tur. Admiranda quidem certe vis conſue... ...tudinis hic, ſicut in aliis rebus apparet: ...ut homines de rebus quid æquum, quid iniquum ſit, judicent, cujus judicii nul... ...lam tamen ſæpe rationem reddere poſſunt: imo eruditiſſimi in ratione reddenda non raro deficiunt, quæ populus ex conſuetudine recte facit: v. gr. ſi quiſpiam in furto deprehenſus ſit, omnis multitudo animo & viribus annititur furem comprehendere: ſi autem quiſpiam ira percitus homicidium perpetraverit, omnes ejus libertatem optant, nullus ſaltem operam ſuam libenter ei inire commodat. Fit id ex ratione; quia plus periculi cuivis ex fure, qui cuivis fortunas eripere intendit, quàm à tali homicida, qui in illum tantum excanduit, à quo laceſſitus fuerat. Inquire ex plebe unde tam diverſi animi affectus oriantur, ignorabit: roga aliquem communi Philoſophiæ ſcientia tinctum, dicet id fieri inſtinctu naturali: meo quidem judicio [illegible], propter rationes ſupra traditas.

Sed objiciet aliquis, at ſaltem labes originalis, eſt quædam diſpoſitio in anima à priori diſtincta, quam à prima origine animæ adeſſe diximus. Sed duplex labis originalis conſideratio eſt: una prout conſideratur tamquam privatio rectitudinis, qua Deus ornarat animam primi parentis: & illius quidem privationis hæc ratio eſt, ut diſpoſitionis alicujus nomen non mereatur: ſed conſtituit mentem aliqua perfectione privatam: quemadmodum minor gradus caloris aut luminis, non eſt diſpoſitio quædam aut qualitas in corpore, quod in comparatione ad aliud corpus luminoſius aut calidius, minores gradus caloris aut luminis poſſidere dicitur. Eſt præterea labis originalis alia ratio, qua conſideratur tamquam prava quædam animæ diſpoſitio: ſed tunc crebris actibus acquiſita eſt; ita tamen ut propter carentiam juſtitiæ aut rectitudinis originalis, omnes homines ad crebros illos actus edendos ſint redditi propenſi: quod hac ratione evenit. Ante uſum rationis ducimur tantum præſentibus gaudiis: ea autem gaudia ortum habent ex rerum naturalium menti convenienti uſu: & ex illa proprietate unionis animæ, qua quæ ſenſationem triſtem afficiunt, abeſſe à nobis procul optamus, quæ gratam, continuo nobis adeſſe: poſtea prodeuntibus annis, & ſimul cum annis creſcente judicio, adhuc in ea naturaliter ferimur, quæ voluptatem menti conciliare poſſunt. Cupimus honores, cupimus divitias, imperia, eſculentorum, & potulentorum copiam, quia illa omnia iſti mentis naturali libidini egregie ſatisfacere poſſunt, quaſcil. optamus grata nobis adeſſe, ingrata autem arcere ſtudemus. Sed homo pariter ad Deum & proximum talem relationem habere incipit, ut priori inclinationi naturali [illegible] tiam uſu robuſtiori redditæ, ſine proximi [illegible] ut Dei injuria obſequi non poſſit: hinc [illegible] nali moralis origo: & ideo ad malum omnes [illegible] procliviores ſumus, quam ad bonum, [illegible] quatenus inclinatio ad malum

unus à prima pueritia menti inhærere fecit, prævalere levibus quibuſdam præceptis, quæ ratione tantum ut æqua & utilia concipiuntur; mentem tamen niſi cœleſti gratia imbutam afficere non poſſunt: non magis quam charitatis præcepta hominem ira incenſum & vindictam parantem. Ducit, vel potius trahit nos potenter, illorum bonorum conſueta uſurpatio, cui homo à pueritia indulſit: & tam vehementem concitat in nobis propenſionem ad ea conſequenda conſpectus iſtorum bonorum, ut deſinant audiri rationis habenæ: quemadmodum cum homo affectibus concutitur. Et ut dicam quod res eſt, illa conſuetudo quam proxime accedit affectuum naturæ, & eodem modo voluntatem in aſſenſum cogit, quo affectus eo quo feruntur rationem trahunt. Hæc autem inquiunt, ſi accuratius perpendantur, invictum argumentum ſuppeditant ad tuendam illam veritatem, quam initio hujus diſſertationis confirmare in animo habuimus; nempe originem legum moralium petendam eſſe à lege fundamentali quæ eſt *conſervatio ſui ipſius*: non quatenus formalis ratio virtutis contineatur illa fundamentali lege, ſed quatenus ex ea oſtenditur neceſſitas uſus & utilitas parendi legibus naturalibus. Omnes enim illæ propenſiones, quas vulgo naturales vocant, & quæ tantopere virtuti reluctari videntur, & conſequenter legi de *conſervatione ſui ipſius*: illæ inquam in ſe ſpectatæ bonæ, juſtæ, & æquæ ſunt, ſummeque conducunt homini ad vitam feliciter tranſigendam: quamquam ex accidenti ſæpe vitioſæ fiant. Quid homini conducibilius, quam vindictæ libido, quæ tamen magis hominem in ... di neceſſitatem induit ...

privato, quam juſtitia publica ... ſtratu. Pari ratione homini impio & gratiæ divinæ diffidenti nullum votum magis conveniens, eo quo optat non dari judicem Deum: quamquam jam illud votum iniquum ſit, quia fit cum Dei injuria: & eidem voventi calamitoſum, quia cadit in irritum, & facit voventi augeri culpam. Sic quidem, quid magis corruptæ naturæ teſtatur malignitatem, quam ea perverſitas, quâ nitimur in vetitum: attamen quæ hominis naturæ ejuſque conſervationi magis conveniens inclinatio, quæque cum ratione & æquitate magis quadret, ſi hominem in ſe ſpectes: quia nititur generoſa illa indole, qua quiſque libertatem affectat, quam quiſque proſequitur: *primo* quia quicquid voluntarie à nobis fi... id ſemper gratum & jucundum eſt. Qu... mihi potiſſimum argumentum eſſe vide... quo probare licet nihil ingrati Deo ad... re, qui omnia agit ex beneplacito ... tatis ſuæ, omniumque actionum ... eſt, neque quicquam patitur: ... perfectionem ſi homo ſeſe exto... let, eſſet quod cum Deo de fe... tendere poſſet: quam inepte ... tenderunt Stoïci, animam e... commercium conſtituere nit... ſolummodo patitur: cum ea ... renda ſit in benevolo Dei affe... ratus eſt omnia piorum mala ... *Secundo* ideo libertatis ſtudio... mur, quia quo major libert... omnia vitæ præſidia ad m... ideo reliquis eminere ſtud... rum ... pera nobis uſui eſſe ... hac ... one per ſingula ir...

ſelectum faciens, ea ſub uno aſpectu [illegible]la in ſuas claſſes re[illegible]s conſtaret totius hu[illegible]o. Quid igitur in lon[illegible]rmone animadverten[illegible]emus; ſimul digitum [illegible]ndentes quo pergen[illegible]gumentorum iſtorum [illegible]cedentibus conſtat di[illegible]er peccata quæ contra [illegible] committuntur, & in[illegible]ori adverſantur eumque [illegible]io, Polygamia, Divor[illegible]s, præceps & temerarium [illegible] in rebus leviſſimis, & [illegible]nenti, ſtulti fictio & ſimulatio, [illegible] imparileſque geſtus in ſtatu & [illegible]a, quoſque à viro conſtanti, gra[illegible]meſto & modeſto abeſſe volumus, [illegible]a hominis dignitatem naturalem ſunt: [illegible]inem enim anima rationali præditum; [illegible] creaturæ rationalis perſonam; [illegible]m parum decet illam perſonam gerentem, [illegible]re, quam Regem decet v. gr. clara luce & maxima celebritate in foro ſaltare. Homini autem ex naturæ rationalis proprietate accedere aliquam dignitatem, non magis negari poteſt, quam hominem bruto excellentia priorem eſſe: ergo illa dignitas, quæ homini adeſt per naturæ ſuæ proprietatem à moribus, ſcitis, plebiſcitis & conſuetudine populorum libere ſuſcepta non pendet. Harum autem dignitatum aliæ ſunt, quæ proximè cum hominis natura connexæ ſunt, & quaſi manant ab ipſa natura; aliæ quibus tantum locus eſt in natura, cura & ſtudio exculta, & ita ad multa ſeſe diffundens, quibus ornatior hominis conditio exſurgit & efflorescit: quorum tamen omnium pretium ducitur ab illa dignitate homini inſita. Poſterioris generis ſunt politi mores, ſcientiæ & diſciplinæ humaniores, & artes omnes à quibus ea hominum vita commendatur, in qua ratio præcipue floret vigetque. Hisce homines in. & per ſe ſpectati carere

poſſunt ſine crimine aut vitio: quia privatio eorum naturalem hominis dignitatem non dehoneſtat, nec hominem ponit in probro & ignominia; ſed facit ut minori æſtimatione & excellentia verſetur: quia in hiſce poſterioribus non occupata eſt virtus; ſed iis tantum dignitatis hominis exaltatio paratur.

Ab hiſce quæ dignitatem naturalem hominis imminuunt ſecernenda ſunt (ut jam dixi) illa peccata, quæ proprie committuntur contra pudorem naturalem, qui locum ſibi vindicat poſtquam homo per peccatum deſcivit à ſua prima dignitate, in qua Deus eum collocaverat per creationem: quo factum eſt, ut ſpoliatus illa primæva gloria & dignitate; quæ viles & abjectæ functiones animalis naturæ, & præſertim eæ, quæ generationem ſpectant, tegebantur, neque earum pudere neceſſe habebat, nunc peccato perpetrato eas decorare debeat pudicis moribus & inſtitutis, niſi velit haberi ejuſmodi qui ſe jactat & oſtentat in rebus, quæ ipſum hortari debebant ad ſe humiliter & ſubmiſſè gerendum, utpote quæ tales ſunt, ut ſi non velentur, occultentur, aut ipſis aliunde petitus decor addatur, ſed contra aut nude oculis hominum exponantur, aut cupide ad eas ſeſe homo proripiat, & temere & effrænatè ad potiundum incitetur, in iiſque exultet, hominem rapient in odium & contemptum, putabiturque inverecundus; nihil penſi habens, qualem ſibi in animis hominum excitet æſtimationem; illamne quæ parit viliſſimæ ſui partis, ejuſque functionum abjectarum oſtentatio; an potius illam, quæ naſcitur ex nobilioris ſui partis, hoc eſt rationis, uſu. Ante lapſum in ea gloria & dignitate homo inſiſtebat, ut functiones animales ſui corporis eum non poſſent [illegible] conciliare contemptum, qua supereminens dignitas ipſi verſans ante mentis oc[illegible]ulos, pellebat ita à functionibus animali[illegible]bus illarum vilitatem, ut ejus ſeſe pudere [illegible]on haberet neceſſe: & quia ita ſinguli hom[illegible]ines integri judicabant de.

de iſtis functionibus animalibus, ideo pudori orto ex conſideratione vilitatis functionum corporis animalis ante lapſum non erat locus. Quid itaque mirum iſtius pudoris rationem ex naturæ integræ legibus oſtendi non poſſe, cum nihil eſſet in generatione, & in iis quæ cum illa nexum habent, erubeſcendum homini: gloria & dignitas ſtatus integri amoliens omnem contemptum à partibus generationi dicatis, earumque functionibus; quemadmodum adhuc viri dignitas ſupra mulieris eminens permittit illi multa ſine probro & impudentia agere, quibus ſi mulier indulgeret, impudentiæ notam effugere non poſſet. Non procedit itaque argumentatio ab immutabilitate legis ſive rationis naturalis, in qua omnes leges naturales primævæ fundatæ ſunt: nam leges de pudore naturali ab illa ratione primæva ortum ſuum non habent, ſed vacuitas dignitatis originariæ illis locum fecit: & quia actiones, quæ contra pudorem naturalem committuntur, non aliter vitioſæ habendæ ſunt, quam quia non ſatis ornatur & tegitur quod merito poſt lapſum nos in contemptum ponere poteſt: & quia in eo tota illius impudentiæ, quæ circa res venereas committitur, ratio conſiſtit, Dei præceptum & neceſſitatis caſus vindicant ab impudentia actiones, quæ extra illas circumſtantias illo vitio non carerent: & quia Deus totum genus humanum ab uno principio ducere voluit, ideo in initiis mundi conjugia inter fratres & ſorores vitio inceſtus carebant; quia non violabatur pudor naturalis, qui neceſſitati cedens, ab inverecundiæ nota propterea ſe tuebatur; & ita in caſu neceſſitatis membra generationi dicata oculis Chirurgorum & Medicorum nuda exponuntur abſque impudicitia: quia abeſt vitium mentis prodentis temere id, in quo illi erubeſcendum eſt, & ita quaſi ſeſe jactantis in vili & contemptibili ſuo ſtatu, cujus ve-

ptum tollit ab hujuſmodi rebus earumque functionibus impudentiæ vitium, Deus nihil contra rationem aut legem naturalem conſtituit, cum voluit ut totum genus humanum ab uno principio propagaretur; & ita conjugium inter fratres & ſorores probaverit, quia non eſt contra rationem talia contrahi conjugia, ſed eſt contra rationem impudice agere & pudori non parcere: quod in principio non contigit propter modo traditas rationes. Ex quibus jam etiam liquet leges illas de pudore & pudicitia naturali non niti uſu & conſuetudine arbitraria gentium; aut tantum pertinere ad humanitatem, urbanitatem aut ad cultos mores, quibus natio ſine peccato carere poteſt; præſertim ſi longe ſejuncta vivat ab iis gentibus, quæ cultioribus moribus præditæ, etiam pudicis ſuis moribus ipſis ruborem injicere poſſent, quod neglectæ vileſque inter ſe degentes nullam rationem ducant reverentiæ & obſervantiæ quam ſibi invicem debent, & quam in gentibus moratioribus conſpici[...] ant. Dico iſtum pudorem genitalem hujuſmodi morum numerum & claſ[...] non eſſe rejiciendum, quia non ad orn[...] gentis, ſed ad fugam illius vitii per[...] quo vilitatem generi humano per[...] tum conciliatam, & cujus nos pu[...] bet, temere & nude hominum [...] jicimus & inſinuamus: & ideo [...] one non magis peccatum abe[...] quam ab homine, qui tu[...] in ſe commiſit, ſine vitio[...] teſt demiſſus, fractus & [...] animus: quæ mentis con[...] non ideo in laude ponitur, [...] trius, aut conſuetudo gentis [...] plebiſcitum decus illi action[...] differenti, aut tantum com[...] aliqua honeſtate & bonis mo[...] ſed quia ratio jubet nemi[...] probro laudem ſuam qua[...]

…ſſe munitum con…um; formalis ra…eſt petenda ex illo …ento, quod aliquis …rem: quatenus per …mis civium ſui honor …mvis à poſteriori & à …te ex illo commodo, …radita, petatur ratio, …nda ſit, & quare eti…ret ratio, homines pu…aberent; quia ſine il…, quæ eſt ſui conſervatio …à non poteſt; & ideo …memoratis inſiſtentes tam …utem, & illi oppoſitam im…eccatum eſſe probamus, quam …tibus & vitiis ex iiſdem prin…am locum & ordinem aſſig-

…que hujus argumentationis vis immi…, quod multæ gentes ſibi indulſe… in iſtis vitiis; neque arbitrati ſint ſe …nori & pudori ſuo defuiſſe, cum aut …partibus genitalibus nudis incederent in …hominum conſpectu, aut ea conjugia uſur…parent, quæ nos inceſtus vocamus: aut …quod quibuſdam gentibus virgines veneri …ſacræ, & ſcortatione victum quærentes, …ſanctæ ſint habitæ. Hujuſmodi inquam ob…jectionibus argumentorum noſtrorum vis …non eliditur. Nam primò neglectus pudo…ris homines adeo deducere poteſt à princi…piis naturæ, ut ſemina illa & ſimulachra …virtutis, à quibus excitari debet diſcipli…na atque doctrina de munere atque officiis …pudoris, ita obumbrentur & obfuſcentur, …ut ultro & ſponte ſua ſe non ita prodant ut …mens iis dirigatur & commoveatur; ſed …opus ſit aliqua attentione, animadverſio…ne & exemplis, antequam iſtorum prin…cipiorum vis germinet & effloreſcat; non …tamen inde recte conficitur pudoris & pu…dicitiæ munera non manare à natura, aut à …recta ratione duci non poſſe. Eadem ra…tione invenis, vindictam & ulciſcendi ſtu…dium ſuſceptum animo nocendi illi, à quo

nullum metuis periculum, & ut ita odio ſatiſfacias, non eſſe contra rationem: quia totæ gentes reperiuntur, quæ furiali illa peſte inflammati, ſemper aliquod annorum intervallis vicinas & exoſas ſibi gentes invadunt, à quibus nunquam laceſſuntur, neque ulla patiuntur damna: & tantum abeſt eas gentes ideo tangi aliquo conſcientiæ morſu, qui eas poſſet tardare aut revocare à tam peſtifera conſuetudine, ut laudem ponant, meſſemque gloriæ conſtituant: ſuntque tamen eędem illę gentes quę genitalia nuda in hominum conſpectu gerunt; & quæ in aliis rebus multa ſigna bonę indolis, & quæ facile virtutem arripit, produnt. Pudor ſemel attritus non facile redit, & in illis gentibus eveniſſe potuit, ut artium & veſtium penuria, primo cum in illas terras, quas jam incolunt, delatę ſunt, nudę incedere coactę fuerint; quodque ita tandem longo uſu pudor in ipſis fuerit deletus; quem tamen ſi animum adverterent excitare poſſent, quia in aliis rebus multis, quæ affinitatem habent cum genitali pudore, vis pudoris in iis emicat, quam ſi cura excolere vellent, non diu illis laterent officia atque munera pudoris.

Horum nunc memini ut ſolvam objectionem, qua ſtatuitur barbaras gentes, quæ conſuetudinem gerendi genitalia nuda imbiberunt, peccati expertes eſſe, quia exemplo & inſtituto aliarum gentium carentes, ipſis nihil contra in mentem venire poteſt, quo mores ſuos emendent, & magis pudicos adoptent. Quod præterea apud gentes etiam politas & urbanioris notæ ſcortatio in ipſo cultu adhibita fuerit; & inceſtuoſa conjugia eo decore honorata, ut regio ſanguine ortis tantum eſſent conceſſa; quod apud Perſas quondam obtinuit, inde nihil contra [illegible] conficitur. Quicquid enim ex [illegible] religionis [illegible] fieri putatur, id ſanctum & juſtum cen[illegible]ſetur; & quod vitium & turpitudo aliis [illegible] in quibuſdam rebus hærere videatur, ab [illegible] tolli putatur quoties



Digitized by Google

ties religio ad illas perpetrandas nos hortatur. Et ideo male aliquis concluderet rem aliquam omnium gentium conſenſu non habitam fuiſſe turpem, quia illa uſurpata in cultu divino, omni turpitudine, ex ſenſu gentis, carere viſa eſt. Quemadmodum apud gentes quaſdam proſtibula quædam Veneri ſacra fuere, ſicut inter Chriſtianos multarum mulierum virginitas devota eſt. Neque congruentius ex illo inſtituto conficias meretricium vitæ inſtitutum & quæſtum non fuiſſe habitum propudioſum, quia in cultu veneris meretrices in pretio & in honore erant, quam convenienter concludas, innocentium necem non fuiſſe damnatam à gentibus, quia humanis victimis in ſacrificiis uſæ ſunt. Ita non bene inferas; inceſtum non damnat conſenſus gentium, neque ab eo abhorret natura, quia quidam putarunt ſe in quibuſdam caſibus aut pietatem colere, aut quibuſdam familiis dignitatem & decus addere, quando ex inceſtuoſis natos conjugiis reliqua multitudine aut ſanctiores aut præſtantiores habebant. Sed quod caput eſt in hujuſmodi controverſiis. Debet jacere omnis conſuetudo etiam moratiorum gentium, quando ratio illam damnat: quia nullus hominum conſenſus, aut mos antiquus præſcribere poteſt contra Deum aut rationem rectam. Quæ natio diſciplinis & morum urbanitate Græca prior fuit, tamen ea ſævitas in earum moribus ut infantes, quos pigebat tollere, exponerent. Sic apud Cornelium Nepotem in Cimonis vita legimus eum habuiſſe in matrimonio ſororem germanam, non magis amore (ut narrat Auctor) quam patrio more ductus. Quis populus Athenienſi moratior, & humanioribus artibus magis deditus, quis ex teſtimonio Apoſtoli Pauli magis ſuperſtitione captus, & idolorum cultui magis addictus: ita ut undique comperire liceat veriſſimum eſſe quod dicit Apoſtolus

ris eo faciliores & frequentiores; quia ſui & pacis atque ſocietatis conſervatio legum pudoris conſtitutionem non ita ſecum trahit; quemadmodum eandem illam conſervationem neceſſario comitatur legum de jure & juſtitia promulgatio; quia Societas, quæ illis legibus caret, ſtatum illa incommoda experitur, ut dilapſa corruat: at in gentibus, in quibus pudor perit, nulla ferme oriuntur incommoda ex neglectis pudoris præceptis atque legibus, quod quivis facile mente comprehendere poteſt. At poſtquam pudoris leges in gente vigere incipiunt, tunc nemo illas negligere poteſt, qui abjectus viliſque inter ſuos haberi non velit. Propter eandem rationem gentes invenias de quibus dubites an ſuſpicentur ullum numen eſſe, in quibus tamen leges juſtitiæ vigent: quia neceſſitas conſervationis ſui illis neceſſitatem impoſuit eas condendi. Et hæc cauſa eſt quare illi, qui legum naturalium rationem formalem petunt & ducunt à lege fundamentali, *nempe conſervatione ſui*, impudentiam circ res & actiones genitales non numerent claſſe vitiorum; quia ab illa lege de c ſervatione ſui non manat ratio iſtorum catorum, quæ contra pudorem nat committuntur; neque ex illa lege mentali non aliter iſtorum peccat tio aſſignari poteſt, quam eorum quorum hominem cum ea per dere debeat; & impudentia nere denotat vacuitatem pu & quem quilibet, niſi immo velit, ſubire debet cum al gnum committit, ex illa fund vitii arguitur, ſed non imp ſaltem ex illa lege oſtendi no vitii eſſe in rebus, quas contr turalem fieri dicimus, quan homo alicujus ordinis & l committit contra arbitrariam nem hominum cultioribus

…hæc res, & quia … [illegible] clat ea nunc in me… continent fontes ſo… [illegible] objectionum, quas ſupra recen… & quarum nodum ſpeciatim ſol… ſuperſedemus, ut vitemus tædium: … quid ſupereſſe ſinamus, in quo lecto… induſtria ſeſe exerceat.

…cedimus nunc ad ſecundam claſſem, … continet ea peccata, quæ contra ho… dignitatem committuntur. Ex hac prim… eſt ebrietas: quia cum Deus larg… us ſit rationem, aut fruſtra eam co… ceſſit, aut eam mihi corrumpere lic… pro libitu. Et cum Deus ad cer… …nes me deſtinaverit, quæ mihi in… …nt ex appetitu, & facultatibus ani… , & membrorum ſtructura: inde eti… ſequitur, Deum ſimul imperaſſe ab iis …e abſtinere, & temperare, quæ ſua na… …ura eas innuere videntur, quæ prioribus contrariæ ſunt: hinc concludo Deum mi… hi non reliquiſſe arbitrarium eos geſtus, inceſſus, membrorum flexus, &c. ad… hibere, qui repugnant iſti perſonæ, quæ mihi in hac mundi ſcena agenda eſt. Et hinc inferimus eas actiones, geſtus, in… ceſſus natura prohibitos eſſe, quæ indici… um faciunt earum imperfectionum, qui… bus Deus hominem carere voluit: idque oſtendit per actualem collationem dono… rum, quæ per alios geſtus, & corporis fabricam ſeſe produnt. Nam ſi tales geſtus & inceſſus eſſent homini arbitrarii, ſeque… retur Deum voluiſſe, ut ſimul ſtulti, in… ſani &c. perſonam ſuſtentem in hac mun… di ſcena, & viri ſapientis, atque ſobrii: ut habear pro eo, qui ratione præditus, & per eam facultatem, actiones dirigo: & qui ſimul omnes inſani hominis notas præ me ferat.

Quemadmodum mundi creatio, … gubernatio me ducens in co… …entoris, omnipotentis, ſa… pientis, juſti &c. non ſinit me contra… rios de eo conceptus formare: aut eum repræſentare ſub re debili, infirma, ni… hili, & undique imperfectionis notas præ ſe ferente: ſic neque mihi licet geſtus ex… ternos adhibere, qui cum naturali digni… tate hominis non congruunt; & innuunt eas imperfectiones, ſupra quas longè me eminere voluit Deus. Neque refert, quod ex circumſtantiis, ſpectatoribus innoteſ… cat facile, tales geſtus adhiberi gratis, & animi oblectandi gratia: aut ut aliorum imperfectiones iis repræſentemur: ſicut fit in ludis ſcenicis. Hæc inquam inſtantia turpitudinem à talibus actionibus non au… fert: cum ea, quæ ex uſu & conſuetudi… ne gentis turpitudinem & imperfectionem inferunt, hominum paucorum arbitrio à tali naturali ſignificatione nudari non poſ… ſint: alia eſt notarum ratio quæ ex ſimuli communi inſtituto non fluunt: aut quæ turpitudinem non inferunt. Sicut itaque in hominis poteſtate non eſt, facere, ut im… perfectiones perfectionum nomine veni… ant: ita ea imperfectionum ſigna facere non poteſt, ut talia non ſint. Signa enim naturalia perfectionum fluunt immediate à naturalibus facultatibus, & notæ ſunt ea… rundem. Quo argumento itaque adſtruitur Dei voluntatem eſſe, ut illæ facultates in… tegræ à nobis conſerventur, eodem pro… batur geſtus, flexus corporis membro… rumque, inceſſus &c. adhiberi oporte… re, qui earundem facultatum indices ſunt: & hinc liquet, ut id obiter dicam, quo… modo homo ſecundum corpus & animam ad Dei imaginem creatus ſit: corporis fa… brica exterior declarat animæ dotes in… ternas.

Hic autem obſervari velim diſtinctio… nem inter ſigna, quæ naturaliter ſignifi… cant, & quæ ex inſtituto: deinde inter ea, quæ naturaliter denotant perfectio… nes fluentes ex hominis conditione & na… tura, ut homo eſt, & inter ea, quæ no… bis repræſentant perf. ctiones, quæ ex circumſtantiis … conditionis, & perſonæ, no…

nobis adeſſe debent: quemadmodum alii geſtus decent Regem, quatenus rex ſimpliciter, alii quatenus bellicis negotiis intentus, aut in conſiliariorum corona de ſalute regni conſulit. Tertio inter ea ſigna, quæ deſignant perfectiones quibus nemo ſe privare poteſt, & ad quas omnes & ſinguli adniti debemus: & inter ea quæ quidem denotant perfectiones, ſed quibus homo citra peccatum, ſi abſolute ipſum conſideres, carere poteſt, & faciunt tantum ad bene eſſe, atque hominis conditionem exornant. Geſtus contra talem ornatum, arte & induſtria acquirendum, hominem peccati reum non faciunt. Et huc etiam commode ea omnia referuntur, quæ ſpectant civilitatem morum: articulate loqui, modeſte & compoſite incedere, quo animi modeſtia ſingularis perhibeatur: manibus lotis prandium aut cœnam capere, manuum & faciei nitorem curare, unguium excreſcentiam nimiam præcidere, in ſcreatione faciem avertere: ad opera naturæ, veſicæ aut alvi exonerationem ſeceſſum quærere: eas partes corporis tegere, quæ humanam infirmitatem ſpeciali quadam ratione denotant.

Denique oportet diſtinguere inter geſtus, qui levem aliquam & ambulativam imperfectionem denotant; & inter ea, quæ inſignem: priores adhiberi poſſe exiſtimo, propter rationes ſupra traditas ad probandam actuum quorundam indifferentiam: nam alioquin levis in latus inclinatio, ad repræſentandum flexum & inceſſum ebrii, illicita foret: & huic ſimilia infinita peccatorum numerum augerent: quod nemini, niſi præjudiciis occupato, in mentem venire poteſt. Quod autem ſupra diximus de revelatione pudendorum, eam ſc. malam eſſe ſi nota ſit petulantiæ, aut comitata defectu debitæ reverentiæ, quam proximo debeo: nactus enim ſolitudinem homo ea detegere poteſt, ne

um genitalium uſu extimeſcere debeat. Sic etiam geſtus & flexus corporis tunc tantum mali ſunt, quando rationem notarum imperfectionis, qua nos carere voluit Deus, induunt: ſi autem amplius notarum naturam non poſſideant, eorum conſideratio ad Ethicam non ſpectat, neque boni aut mali vocandi. In claſſem peccatorum contra dignitatem hominis naturalem commiſſorum rejicio Scortationem, Polygamiam, Divortium, & Concubinatum: ſed quia hæc res eſt majoris ſpiritus & operæ, quam quod hic abſolvi poſſit, eam reſervamus tractatui peculiari: in præſentia tuæ induſtriæ rem permittens.

Solent Theologi communiter ad hujus naturæ peccata referre *mendacium*, quaſi eſſet peccatum contra uſum naturalem linguæ: atque adeo in quovis caſu illicitum putant: quæ ſententia me nunquam ſuffragatorem habebit. Eo enim ſenſu, quodvis verbum, aut ſignum ab homine ad aliud ſignificandum, prolatum, quam ex
conſuetudine ſignificare ſolet, atque con-
tra mentis ſenſum, peccatum foret. N
que canem v. gr. per blanditias allicer
ceret, quem ita ad me pertractum
excipere decrevi: neque hoſti per
gemata imponere, aut falſo & fra
ceptis litteris circumvenire, qua
bellum, aut hoſtilis ſtatus du
omnia mihi perabſurda viden
mendacium ad ea peccata ſole
*in proximum committuntur*, &
lant; & ita nota injuſtitia
Et ideo vulgo illa ſigna co
tis mentem, & animi ſe
odioſo mendaciorum non
quæ proximi injuriam & ju
onem poſt ſe trahunt: ubi
juris violatione ſuſpicio no
ſtratagemate bellico, & fra
adverſus bruta utimur, ibi

...ille proximus in
...ecto non videatur,
...dicta, eo nomine à
...ua ſunt officioſa, &
...edundat utilitas; ſed
...puto, in quibus jus
...læditur.

Haſtenus de iis peccatis actum eſt, quæ contra Deum, aut in ſe ipſum homo committit: reſtat ut feſtinemus ad tertiam peccatorum claſſem, quæ contra officium proximo debitum fiunt. Regredi itaque jubet ad primum principium: cum Deus mihi commendarit vitæ membrorumque integritatem, neque ego hanc vitam & ſpiritum ... vel ad breve tempus producere ſine mediorum ope poſſim, ſequitur Deum ... mihi conceſſiſſe ad media, ſine quibus mihi vita ſalva eſſe non poteſt. Qui ... dat jus ad finem, dat etiam jus ad media. Hinc tale conficio axioma: *In ea mihi jus poſſeſſionis & uſus competit, quæcunque mihi ad conſecutionem finis eorum, quæ ſupra dixi Deum à nobis requirere, utilitatem præſtare poſſunt.* Cum autem judicem ſano & incorrupto judicio omnes mundi creaturas mihi eum uſum præſtare poſſe: ergo in omnes jus habeo. Quod autem judicium meum ſit verum, ita patet. *Primò*, quia ſinguli homines ſingulis creaturis legitime utuntur: neque ulla eſt, quæ eorum uſui interdicta eſt. Quibus ergo ſinguli utuntur, iis ſolus uti poſſet ſine peccato: neque à parte creaturarum irrationalium ſeſe offert ulla contradictio ... : an autem aliorum hominum reſpectu, quædam iniquitas inde oriri poſſit, poſtea examinabitur. *Secundo*, niſi illud ... inſtitutum rectum foret, non dabitur ulla regula, ſecundum quam ... poterit de iis, quæ Dominus Deus homini utenda conceſſit: ... *Tertio*, aut omnes creaturæ ... hominis, aut ... creaturæ aptam,

concinnam, & naturalem formam deſtruere liceat ad meum uſum; quidni & omnium, ſi ita expediat? Ergo liquet, ex parte creaturarum irrationalium nihil obſtare, quin ſingulis & omnibus uti liceat homini: difficultas ſupereſt, an id repugnet ex parte proximi, quem ſub illis creaturis non comprehendimus. Quid itaque proximo debeam, examinandum jam eſt.

Probavimus homini jus eſſe ad poſſeſſionem, & uſum creaturarum ratione carentium: cum autem proximus meus in eadem conſtitutus ſit dignitate, quam Deus me ſuſtinere voluit: iiſdem etiam privilegiis gaudere debet, quibus ego: ergo & illi par & ſimile jus erit in omnes creaturas: atque ita & illi & mihi licebit iis uti. Neque ex creaturarum reſpectu, alia pars proximo, alia mihi conſignata eſt: ergo aliunde inveſtiganda, quæ mihi creaturarum portio aſſignata ſit, quæ proximo. Hic licet adverſarii mentem in omnes partes verſent, & omnia ſua ſcrinia excutiant, fatendum eſt diſtinctionem bonorum ex pactis originem trahere. Quod ſatis illi indicant, qui docent in extremo neceſſitatis caſu jus primævum reviviſcere: & illarum rerum uſum fieri legitimum in tali caſu, quæ conceſſerant ex pactis in poſſeſſionem & dominium proximi. Neceſſariò coguntur & illi in hanc ſententiam tranſire, qui tamquam æquum defendunt, in diſſoluto reipublicæ ſtatu, in quibus magiſtratui non amplius ſua conſtat authoritas, unumquemque ſibi proſpicere, & ea bona, quæ ante turbatum ſtatum proximi erant, invadere: ſi modo ſit paratus reſtituere bona proximi, quando ſua tuto poſſidere poterit: cum aliter ſuo juri non renuntiaverit, quod in bona proximi habebat, tamquam univerſi dominus, niſi ubi ſuorum bonorum ſartam tectam poſſeſſionem habere licet.

Sed objicies: ſingulis quidem certa portio aſſignata non eſt, ſed mundi pars qualiſcunque [illegible] neque uni licebit totum mundum ſi[illegible]pere; nam inde ſequeretur licere

licere uni homini, ſi poteſtatem in manu haberet, alios privare vitæ neceſſariis, imo eos occidere, quod ſupradictis repugnare videtur: cum Deus decernens homini vitæ uſuram, ſimul decrevit illi largiri neceſſaria ad vitam: quæ alter illi, niſi in extrema neceſſitate conſtitutus, eripere non poteſt (etiamſi nulla pacta diviſionem bonorum introduxiſſent) quin ſtatim finem à Deo in proximi creatione intentum ſubvertat. Deinde objici poſſet, dari quaſdam naturales conditiones, in quibus ſi homo naſcatur, aut alia quacunque ratione reperiatur, jus ipſi naſci ad certam mundi partem, ante omnia pacta, tam implicita, quam explicita: qua parte alter eum exuere non poteſt, aut ſimile jus in eam vindicare ſibi. Ea ratione liberi jure nativitatis adipiſcuntur hæreditatem paternam: & qui tempeſtate ad inſulam devolvitur incultam, & hominibus vacuam, is naturæ lege illius inſulæ dominus eſt.

*Reſpondemus:* non tantum in extremo neceſſitatis caſu, aliquis mundum poſſet ſub jugum mittere, poſito aliquem in talem neceſſitatem poſſe devenire; ſed etiamſi aliquid commodi inde ſibi polliceri poſſet: quemadmodum domino licet rebus ſuis uti pro ſuo libitu; neque in illarum uſu contra juſtitiam peccat, qua tenetur proximo reddere quod ſuum eſt: ſed tantum in ſeipſum prævaricari poteſt. Ergo nullus propter jus proximi, quod in univerſum ante pacta habet, cogitur deſiſtere à debellando mundo: tunc enim illud imperium quaſi in medium projectum eſt: & tamquam vacuam & deſertam poſſeſſionem cuivis invadere licet: quatenus ſc. nullum jus proximi illud impedit. Sed cum proximo tantundem juris ſit, quam mihi, & ſæpe non minus virium, quam mihi, ſi non ad occupandum imperium, ſaltem ad perſequendam vindictam: ego [illegible] ſum in legem de conbelli evitare ſit impoſſibile, qui cum calamitoſus, & utrique parti exitioſus ſit, iſtum defugere teneor. Poſſum etiam libidine dominandi, avaritia, immoderato metu, &c. tranſverſus agi; ita ut plura appetam, quam lex conſervationis ſui imperat: & ita poſſum proximum mactare infortunio temere, ſed ideo illi à me nulla oritur injuria; quia jure naturali quivis ſui metus juſtus, an injuſtus ſit, arbiter & judex eſt. Porro ſingulis hominibus in totum hoc univerſum jus eſſe, jam efficaciſſimis argumentis probaturi ſumus; hoc enim fundamento reliquæ leges naturales, quæ proximum ſpectant, innituntur. Probatur *primo* inde, quia in extremo caſu neceſſitatis ad omnia quæcunque mihi ad vitæ conſervationem neceſſaria ſunt, jus reviviſcit: dico jus antiquum & primævum reviviſcere; non de novo acquiri: cum mea calamitas mihi ad ea, ad quæ antea jus non habebam, jus non pariat.
Quemadmodum ut mortem defuge
re poſſim, non licet in cultum naturale
peccare, aut contra decorum naturale
quid committere, cum iſtæc omni
arbitrio nunquam ſubjecta fuere,
illis: at extremum periculum to
ditionem, ſub qua ceſſionem j
ram; & ſi eadem neceſſitas mi
incumbat, & poſteris, jure
bona poſſideo, quæ poſſim
dicam, in extremo neceſſita
rediere.

*Secundo*, docet doctiſſi
rum & *Juriſconſultorum* p
ramine *legitimæ defenſio*
tem non fieri *perſonam pub*
ſuo *primævo* uti, quod De
ceſſit ad vitæ ſuæ conſerv
equidem doctos reperiri,
extremo neceſſitatis caſu
reviviſcere ad bona proxi
ſuam ſortem fortiter feren
[illegible]

ni fecit
a Deo com-
At ſi cum di-
liceat meam de-
cum diſpendio
vitâ longè infe-
gnoſcam me lon-
me occidere proxi-
ona mihi vindicare:
poſtea indicabimus;
argumentum noſtrum;
gitimæ tutelæ ſumptum

d hæc faciunt ad proban-
ngularem hominem jus ha-
univerſum; nihilque ex
obſtare, quo minus univer-
na ſervitute, ut ita dicam,
llic, ſi judicet recto judicio id
expedire. Sed mihi magnopere



adinodum à culpa abſunt, tam qui adverſario diem dicit, quam qui in lite ſe defendens ad conſtitutum venit; ſi modo fraude & calumniandi animo vacent.

*Tertio* Probatur ſingulis hominibus jus conceſſum in totum hoc univerſum, quia ſumi jus ad uſum & poſſeſſionem rerum debeat ex utilitate, quam ad me redundaturam confido ex rebus, ſicut id ſupra probatum eſt, quando docuimus homini licere quibuſlibet creaturis uti: & judicii illius regulæ tantum ſint præcepta circa cultum Dei, aut decorum naturale, aut conſervationem ſui: ita ut quicquid in hoc univerſo judicaverim expedire rebus meis, in illud jus habeo: & ad poſſeſſionem ejus me accingere poſſum: niſi lex de conſervatione mei ipſius repugnet: reliquæ enim leges de cultu & decoro naturali creaturas non attingunt: non autem jus aliquod proximi in eaſdem creaturas ante pacta: quomodo enim mihi jus proximi innoteſcit? Non erit proximi judicium indicans quibus ego contentus eſſe debeam: quare enim ejus judicium meo ſuperius & potius erit? Non conditio aliqua in qua naſcitur, aut qua proximum præmunitum offendo: ſed qualitas filii v. gr. ut ad priores objectiones reſpondeam, non dat jus ad hæreditatem paternam, niſi ex pactis; licet talis ſucceſſio naturæ admodum ſit conſentanea. Eſt enim illa diſpoſitio teſtamenti, qua filius ſuccedit in bona paterna, libera: neque tenetur pater filium hæredem inſtituere, ſi judicet id rebus ſuis non conducere: & tantum abeſt filio naturâ jus competere in bona paterna, ut pater filium vendere poſſit. Eſt itaque filius ſub dominio patris, & omnia filii bona, niſi pater eum emanciparet, & aliud legibus civilibus cautum ſit.

Neque etiam Prima occupatio ante pacta, proximi in aliquas creaturas indicabit: qua primo tunc nullo jure, in quo conſequentur neceſſitatis caſu conſtituar, dicere poſſunt talia bona, cum id tau-

tantum locum habeat in bonis, quorum ceſſionem feci proximo voluntariam: at paucos reperias, qui bonis ea ratione partis talem prærogativam conceſſerint. *Deinde* quare ex prima occupatione potius jus proximo accreſcet, quam ex prima detectione, quæ oculis fit: certe hic nihil aliud reperies quam gentium inſtitutum, quod primo occupatori jus in illam terram accedere voluit; non autem ei, cui primum in conſpectum venit. *Tertio* finge duos homines, alterum pedibus pernicem, alterum tardum: liquet quam inique hic compoſita ſint paria in acquirendis dominiis: ideo etiam illi primæ occupationi ex natura non debetur jus in id, quod occupatur: ſed pacto implicito & inſtituto.

Neque etiam proximi miſeria mihi jus in univerſum reſtringet, aut charitas dictabit, quid & quantum mihi occupare liceat, & quid proximo relinquere. De charitate ſupra dictum eſt, & ſatis indicatum, non à proximo, ſed à me ipſo eam incipere, juxta illud, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*: &, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Deinde quæcunque ex charitate debeo proximo, ille reatus debendi non oritur ex jure aliquo, quod proximus natura in ea habet. Sed inſtabis: attamen pacta & bonorum diviſio neceſſaria eſt; licet ratione, & per concomitantem libertatis actum fiant: quia ſine talibus pactis Deus finem in hominis productione ſibi propoſitum aſſequi non poſſet: cum ex talibus & ſimilibus pactis leges naturales educantur, quibus homo non poteſt non ſeſe ſubjicere, & eas ſibi conſtituere per rationem: & ideo proximo pars mundi competit, & multa illi debeo: ut plane in omnia jus non habeam.

Sed hac inſtantiâ nihil aliud efficitur, quam legum naturalium eam eſſe naturam, ut proximo inde aliquod jus adveniat, quod jus ſicut neceſſariò ex legibus naturalibus fluit, ſic etiam proximo na-

ſi legi Dei de *conſervatione mei ipſius* parere velim, partem mundi proximo cedere tenear: quod negatum non fuit. Sed probandum erat, nos ad legum naturalium conſtitutionem progredi, quia proximo aliquid debemus: quod negamus, & pernegamus. Fit enim quia nobis aliquid debemus: quod opus explere non poſſumus, quin eadem operâ inde etiam ad proximum redeat utilitas. Sic enim argumentamur v. gr. in conſtitutione legum charitatis: opera charitatis ſunt exercenda, quia niſi etiam iis vacent homines, humana conditio ſingulis acerba futura eſt &c. Dum itaque ſinguli ita argumentantur, propter incommoda, quæ quiſque ad ſe redundatura prævidet, ſi opera charitatis ex humana vita tollantur, concludunt ſinguli, ea eſſe exercenda, niſi infinitis commodis ſeſe privatos velint. Sed quia plurimi illam methodum inveſtigandi leges naturales, quæ officia noſtra i[n] ordine ad proximum dirigunt, imp[...] bant: & hac methodo reliquæ leges n[...] rales inveſtigantur: lubet difficul[...] unam aut alteram movere.

Si hæc ſit ratio inveſtigandi le[...] rales: ergo quodcunque mihi ſu[...] noxium eſt, id erit contra [...] ralem: quod utile, illud legi [...] forme erit. Ergo ſi ſine pe[...] poſſum fraudare creditore[...] rim: ſi hoſtem ſine metu [...] care, ex æquo hoc factum [...] plurimum mihi nocere d[...] dem quam ego profiteor [...] tur: contra æquitatem n[...] ſi plures in eodem gener[...] ant. Has & ſimiles obj[...] menti eſſe putant nonn[...] poſſe confidant, quicq[...] methodo, quam urge[...] tuit. Sed quis unquam [...] mentatus eſt? Quicqu[...] res circumſtantias ali[...] tem c[illegible]at, aut nox[...]

E T

ortet inſti-
ſua natura
inſigni noxa
arere non poſ-
mittatur, non
manum, id le-
Quæ jam hinc
ocietati huma-
itoſum futurum
iderim eum, ex
periculum creari
m objicitur de plu-
& eundem victus
tantibus; id non offi-
nam neque licet ho-
profiteri quo vitam tue-
dices: attamen proxi-
am facit, ſi illum quæ-
qui duos alere non poteſt:
licitis aut explicitis nume-
cium profitentium definitus
mundi partes partitæ ſunt,
us certa portio aſſignata.
eo, proximo eo quidem non
lam, propter rationem tradi-
merus autem definiri non potuit,
uit ex legibus naturalibus; non
quam reliqua omnia, quæ magiſtra-
oſt initam ſocietatem jure naturali
uſſivo ordinat, quia illæ artes, &
us quærendi modi cum hominis ſtatu
urali connexi non ſunt; non magis
quam certæ reipublicæ formæ, licet ali-
qua ſemper requiratur: & quemadmodum
definiri lege naturali non potuit, ad quam
liberalitatem & ad quos charitatis actus
homines obſtringantur; licet ex ratione
probari poſſit, omnes & ſingulos charita-
tis legibus obnoxios eſſe.

Objici poſſet præterea: ſi ex neceſſita-
te leges naturales, quæ proximum ſpe-
ctant, introductæ ſint: ergo nemini li-
cebit vitam ſuam impendere pro ſalute
proximi: quia lex de conſervatione ſui ip-
ſius introducta leges alias, quæ ſi non eſſet
à Deo imperata, aliis legibus locus non
ſuperſtites; ſi autem liceat homini obſer-



vationis iſtius fundamentalis legis ſibi gra-
tiam facere, nullæ leges naturales neceſſa-
riæ erunt: ſed homini arbitrariæ: quod
abſurdiſſimum. Vitam autem hominem
pro proximo deponere debere, aut ſal-
tem poſſe ſine prævaricatione, manifeſtè
Sacra Scriptura docet.

Reſpondemus nos ſupra non ſemel in-
culcaſſe, virtutis colendæ rationem du-
plicem eſſe: unam, quæ obtinebat in
ſtatu integro, in quo homo virtutem
ſectabatur, non ut malum vitaret, & bo-
num aliquod, cui locus factus eſt poſt pec-
catum & miſerias invectas in mundum,
ſibi pararet, ſed virtuti ſeſe dabat, quia
natura integra hominem eo ducebat, fer-
me eo modo, quemadmodum homo cibo
& potu utebatur non ut mortem vitaret,
ſed quia naturalis corporis conſtitutio ip-
ſum ad edendum impellebat; & quemad-
modum homo ſanguinis temperamento ad
alacritatem & hilaritatem diſpoſitus ge-
ſtit, cantat, frontem ſerenat, non ut ſe
recreet & triſtitiam depellat: ſed quia ala-
cris & hilaris eſt, ideo actiones illi conve-
nientes hilaritati exerit. At poſtquam
peccatum mortem & omnes miſerias,
quæ ad mortem ducunt, invexit, &
homo non tantum bonum novit, ſed eti-
am bono oppoſitum malum: neque virtu-
ti illud ſit per ſe præmium, ut hominem
à malis naturalibus immunem præſtet: ſi
homini aliunde non oſtentaretur præmium
virtutis, non eſſet cauſa quare ſectando vir-
tutem ſeſe mulctaret malis: & ita extra il-
lam præmii propoſitionem, non ſolum ipſi
liceret vitam ſuam potiorem ducere proxi-
mi commodis; atque ita non oppetere
mortem pro proximo, ſed ageret contra ra-
tionem, ſi vitam proximi anteponeret
ſuæ; & ideo ex hoc principio de conſerva-
tione ſui, ſeu uncto ab oſtentatione & pro-
poſitione præmii facta à Deo, non poteſt
duci hoc homini officium; nempe ipſum
in aliquo caſu poſſe, aut debere ſalutem
proximi præferre ſuæ: & ideo lex il-
la fundamentalis de conſervatione ſui ipſius
deb-

deficit in hujuſmodi officiis: quia uſum & pulchritudinem virtutis tantum colligit ex commodis, quæ ex virtutis ſtudio, inter homines vigente, redundant in ſocietatem civilem; & quæ commoda conſiſterent, etiamſi nullum præmium virtutis cultores poſt exactum hoc vitæ curriculum manere. Concedimus itaque (ut ad objectionem reſpondeamus) ex lege fundamentali *de conſervatione ſui*, conſiderata abſque præmio, quod virtuti foris accedit, non ſequi hominis officium unquam eſſe poſſe, ſive ad heroicam virtutem collineet, ſive vulgaris charitatis munera tantum exequi paret, ut pro proximo mortem oppetat: ſed ſi virtutis pretium aut dignitas ſive à ſua ratione formali petatur, ſive à præmii ſpe, dicimus poſſe evenire caſum, ut egregiam virtutem experiri liceat in ſe devovendo pro proximo, & vitam pro ejus ſalute impendendo.

Et tamen tali in caſu dicimus, legem illam de conſervatione ſui ipſius non eſſe ejuſdem neceſſitatis, cujus ſunt leges de cultu naturali; & quæ prohibent peccata contra naturam, aut contra naturalem hominis dignitatem: quia in his nunquam poteſt evenire caſus, qui hominem in præſtanda obedientia aut diſpenſet, aut ſui juris faciat, velitne potius aliquod damuum pati, & ad perfectionem illam niti, quæ in obſervatione iſtarum legum ſperatur: an potius miſſa illa contentione, præſtantes illos actus virtutis non exerere. In illa autem lege de conſervatione ſui ipſius, tales caſus evenire poſſunt: quia eadem neceſſitate non imperatur: non poteſt enim in ea demonſtrari eadem contradictio moralis, quæ in legibus ſupradictis cuivis obvia eſt.

Talis equidem contradictio facile eruitur ex ſupradictis: cui Deus agendi partes in hoc mundo aſſignavit, & actus virtutum, quæ præſupponunt vitæ uſuram

gitus eſt ad exercitium virtutum, & ut ſtadium ſuum decurrat, illi non licet vitæ finem accelerare; modo illa acceleratio non ponat obicem, quo minus metam attingere poſſit, vel qui eum ultra ipſos carceres repellat: quod fit, ſi quis ſine virtutis exemplo vitæ finem ſibi imponat: omnia enim virtutum exercitia ſibi intercludit: quemadmodum is, qui otio torpeſcens, aut medicata potione rationis uſum ſibi interdicens, & ita ſibi viam ad ſcientiam & eruditionem intercludit, graviter peccat; licet non ejuſdem peccati reus teneatur, ſi ad ſummam prudentiam ſemper non contendat, modo in aliis rebus induſtriam ſuam occupatam teneat, ex quibus etiam virtutum meſſem ſibi polliceri poſſit. Ea tamen in hiſce diſcrepantia eſt, quod vitam cum morte commuta-re nemini liceat, niſi propter inſigne utilitatem, quæ inde attinget proximu Non enim ſuo pretio æſtimat vitam eam in re leviſſima it perditum: cum us homini eam ad uſus inſignes largi quos præpropera morte interver oportet: quemadmodum neq ſibi rerum creatarum uſum n parte interdicere poteſt, & multis incommodis affictare plioris boni, ſcil. virtutum e ſimum enim eſt ea ratione ſtolus docet, *Nemo carnem*

Et hinc jam apparet condendi leges natural non erat fas homini im prorſus abdicare, & tiæ & imperio con quam jam alicui f gligentiam paupe ſubjicere: aut ci hoſti in duram ſer ſat virium habet

onere illud accipere. *Deinde*, determinandum eſt adverſariis, quot, & quam magna illa beneficia eſſe debeant, per quæ ad tam duram ſortem amicis amicus obſtringitur. *Tertio*, non ergo ſimplex humanitas, quæ me jubet miſereri proximi, illam nobis neceſſitatem imponet, quod hactenus tamen omnes docuere, qui illam ſententiam defendunt, ſed gratitudo, & acceptorum beneficiorum memoria. *Quarto*, ergo non tantum pro pluribus, & totius civitatis incolumitate mihi moriendum erit: ſed etiam pro uno benefactore; quod nulli quod ſciam haſtenus ſtatuere. *Quinto*, finge beneficiorum memoriam nos obligare ad facienda cum proximo paria: ergo pro eo tantum ultimum vitæ ſpiritum impendere tenebor, qui cum extremo vitæ ſuæ periculo meam conſervavit. *Sexto*, ſi tantum pro amicis vita impendenda: ergo iniquum fecerit, qui pro inimicis. At Chriſtus pro inimicis ſe in mortem tradidit: & tale beneficium in Sacris extollitur ſupra omnia, & tamquam talis virtus proponitur, ſupra quam nullus amor aut charitas eniti poteſt: ergo pro benefactore mori tantum neceſſe non eſt.

Neque etiam ſimplex humanitas homini illam neceſſitatem imponit: quia & tunc pro hoſtibus id fieri deberet. Sed tum eadem operâ & bella damnas, & legitimam ſui defenſionem, & omnes pœnas capitales in republica; denique ea omnia, quæcunque jure neceſſitatis extremæ erudici communiter licita eſſe docent cum vitæ proximi diſpendio: neque charitas incipiet à ſeipſo, ſed à proximo, & tam pro uno quam pro pluribus mors oppetenda erit. Quid enim quæſo hic numerus faciet? An quia beneficium percipient plures? At ſupra indicavimus officium bene merendi de proximo ad tam duram conditionem non extendi, neque poſſe conſiſtere cum defenſione ſui. An quia cum Dei voluntas ſit, mundum plurimis incolis frequentem eſſe, convenit me potius

ſolum interire, quam meæ conſervationi nimium ſtudendo, infinitam hominum multitudinem internecioni dare? Sed mihi ex natura non innoteſcit, quod mundi incolas eſſe velit Deus: cum non raro ipſe Deus innumerabilem quantitatem per morbos peſtilentiales ad orcum mittat. Deinde cum Deus non tantum homines eſſe, ſed etiam bene eſſe velit, & in eum finem tot res ad hominis oblectamentum creaverit, pari ratione probabo, cujuſque officium eſſe, ut reliquis quam optime ſit, ſeſe ſuis privare. Denique reliqua argumenta quæ ſupra adduximus, huc quadrant. Ergo neceſſe non eſt, aliquem pro proximo, qualiſcunque etiam caſus ſeſe offerre poſſit, morti ſe exponere: & ideo opus illud heroicum inter charitatis opera communia, & quæ legibus naturalibus, quatenus earum originem ducimus ex lege de *conſervatione ſui*, impetrantur, recenſeri non debet: aut ex communi jam memorato fundamento legum naturalium deduci iſtius facti æquitas. Tunc enim neceſſitas ſæpius incumberet homini, in proximi gratiam vitæ uſuram ſibi auferre: quemadmodum communia charitatis opera neceſſaria ſunt: & quando ea exerendi occaſio ſeſe offert, non poteſt homo ſine prævaricatione iis abſtinere. Sed eſt opus quod fit ſecundum Dei beneplacitum, & cujus æquitas ex præmii promiſſione manat: tunc enim promovet egregiè finem, in quem Deus hominem creavit, ſcil. per virtutum exercitium ad immortalitatem contendere.

Hactenus occupati fuimus in illuſtranda illa lege fundamentali: quæ eſt *conſervatio ſui*; oſtendentes quomodo ille naturalis impetus & inſtinctus, & quem nemo à ſe avellere poteſt, nos ducat in cognitionem legum naturalium, quatenus adminiſtræ ſunt conſervationis noſtri, nunc [illegible] tranſeundi ad enumer[illegible] , nunc ſterum dicenda erunt.

Cum aſſerimus unicuique in ſtatu primævo jus competere in hoc univerſum: ſemper exceptos volumus homines ipſos, quod hic accuratè notandum eſt. Deus enim hominem homini non ſubjecit; quemadmodum reliquas creaturas humano generi ſubdidit. Cum enim omnium hominum eadem ſit conditio, & ex conditione humana, homini jus naſcatur in creaturas irrationales: nullus alii ſervus naſcitur, neque cuiquam jus competere poteſt in proximum, quod in reliquas creaturas: alioquin Deus ſimul voluiſſet hominem eſſe ſervum & dominum. Si dicas, Deus quidem naturâ hominem alterum alterius ſervum non fecit; permiſit tamen ut ſervum faceret, & ſubigeret, quemadmodum feras ſubigit. Rectè
quidem: licet mihi proximum ſubigere
imo occidere, ſi rebus meis conducat
ſicut quotidie magiſtratus facit: ſed fit
plane alio jure, quam quo feras
reliqua animantia ſubigo. Hom
naturalem libertatem, imo ipſos to
non quia directè in illos jus habem
quia jus habemus noſtris utendi
fendendi: quorum uſus, ſi m
diatur à proximo, licet imp
illud removere, eodem mod
ad liberiorem ſuorum uſum
mentum ponit. Dum enim
meo, nemini facio injuria
damno afficio proximum
raliter ille mihi ſubject
mihi fas eſt meis uti ea
damnum ad proximu
per accidens in mor
alio jure dominium i
ceo: eas enim non
dimento mihi uſus r
ſtinctarum liber ſi
directum dominii

ſecutionem adhiberi non poſſit. [...] tem paucis axiomatis rem totam comprehendi poſſe putó: *Quicquid ſuâ naturâ malum eſt, ejus prohibitio extremæ neceſſitatis eſt: neque major aliqua neceſſitas, durante hoc mundi ordine & regimine evenire poteſt, cui prior cedere debeat.* Talia ſunt omnia illa peccata, quæ legibus naturalibus prohibentur: nulla itaque incumbere poteſt neceſſitas, quare mihi liceat Deum abnegare, & profiteri eum mundi creatorem non eſſe, mundum non regere, juſtitiam non exercere, &c. neque etiam tam dura conditio ingruere poteſt, ut liceat committere peccata contra dignitatem naturalem hominis, aut decorum naturale. Pari ratione nunquam licebit homini vitæ finem accelerare, non ſperata inde inſigni aliqua utilitate: cum enim hæc omnia imperentur lege naturali, impoſſibile eſt ut eorum perpetratio culpâ vacet, propter rationes ſupra traditas.

Atque ex his jam liquet, quid juris Magiſtratui in hujuſmodi rebus concedere debeamus: ſed quia hæc quæſtio ſemper magnopere agitata fuit, & inſignem uſum in rebus humanis habet, operæ pretium erit, aliquantulum his immorari. Præmitto nos hic ſermonem habituros de Magiſtratu jus Majeſtatis habente: *neque refert ſive penes unam perſonam ſit, ſive penes unum collegium, quod in ferendis legibus ſingularem perſonam repræſentat: ſive etiam jus Majeſtatis diviſum ſit. Nam id dividi poſſe, & inter plures partiri crediderim, quia non prout diviſum inter diverſas perſonas, illud jus efficaciam ſuam exerit: ſed quatenus in unanimi diverſarum partium conſenſu, in uno collegio, ſocietate, aut perſona hærere creditur: & ubique multitudinis libertas, etiam in ſtatu democratico, in quo populus viritim ſuffragia fert, tanta eſt, quantam eam eſſe voluit is, penes quem jus majeſtatis eſt, ſive ſit perſona una, ſive aliquod collegium ex pluribus compoſitum, ſive potior multitudinis pars, quæ minori, numero ſuffra-*

ſuffragiorum vincens, legem imponit. Tali itaque perſonæ, aut collegio, aut potiori multitudinis parti, ea omnia in populum jura detrahimus, quæ populus ci ceſſiſſe neceſſe non habuit, aut non potuit, quod eodem redit, ſicut res ex ſequentibus manifeſta fiet. Rurſus eidem perſonæ aut collegio, aut multitudini, omnem illam poteſtatem tribuimus, quæ priora jura non tollit. *Primum* ad priora referimus cultum naturalem, in primis ſuis principiis adhuc ſubſiſtentem, qui omnium hominum menti tam alte inſcriptus eſt, ut nunquam tanta feritas hominum animos invadere poſſit, quin ſemper maximæ partis plebis animum numinis reverentia obnoxium teneat. Nam ſi forte pauci reperiantur, qui aut numen omne tollant, aut prudentiam & mundi gubernationem ei detrahant, quæ poſterior ſententia cum priori de impietatis gradu contendit, non impedit eorum paucitas, quin cultus naturalis in ſuis principiis conſideratus, & non difficili conjectura inveſtigandus, maneat lex fundamentalis regni. Non fit enim veriſimile multitudinem hic voluiſſe cedere pauciſſimis, aut regem eligere voluiſſe, qui ea in re diſſentiret: multo minus ei liberum eſſe voluiſſe cultum omnem tollere. Numerus autem articulorum fidei, quoad cultum naturalem, ſic inveſtigari poterit. Qui dicit Deum eſſe, eumque mundum regere providentia, is ſimul credat neceſſe eſt, Deum ſcire intimas hominum cogitationes, & corda ſcrutari, nihil eorum quæ in terris fiunt ipſum fugere, judicium eum aliquando exerciturum, atque adeo poſt hanc vitam, & gaudio atque dolori locum eſſe, cum in terra merita ſupplicia, aut præmia pro factis non irrogentur. Deum itaque ſuſque deque non habere, quo pacto homines vitam inſtituant: ſupplicationes itaque Deo offerendas, quibus nobis numen propiti[illegible]lamus, & mala commerita decli-

probrum aut contemptum cedere poteſt. Externo ergo cultu non carendum, quo coram hominibus debitam reverentiam ipſi teſtemur: in eo cultu externo nihil committendum, aut ſtatuendum quod aut per ſe, aut ex conſuetudine gentis, in qua ille cultus celebratur, aliquid obſcœni, indecori, &c. aut ſimile quippiam denotet. Atque hoc ordine multa alia dogmata colligi poſſent, quæ cum primis principiis tam arctum nexum habent, & quorum cognitio, ut ita dicam, nobiſcum nata eſt: de quibus pro beneplacito ſuo aliquid ſtatuendi nunquam conceſſam exiſtimo Principi libertatem.

De peccatis quæ contra naturam fieri dicuntur, idem dicendum exiſtimo. De iis autem peccatis quæ cum proximi injuria committuntur, tale judicium ferendum eſt: quæcunque talia ſunt, ut ad eo-
rum perpetrationem, ſi impunitè dimi
tantur, aut ex lege & authoritate Ma
ſtratus talium peccatorum licentia pro
getur, neceſſario ſequatur ſocietatis
tio, & reditus ad ſtatum primævum
rum veniam indulgere, aut debita
tia & ſtudio iis non ire obviam N
tus ſine ſummo ſcelere non pote
de multitudini jus naſcitur exue
pem abſolutum imperio: nam
calamitates evitandi ſtudium
nem induxerit ad conſtitue
pem: abſurdum eſſet do
ea in re Magiſtratui quidv
tentiam conceſſiſſe. Qu
equum conducit ad ite
præſumitur petiiſſe,
ciendum non plane ſit
conditionis nulla fact
mente ſanus & integ
iiſſe cum alio, ille
ctione ſibi aſſequen
contractui cauſam
Si populus regem
[illegible]ini ſeſe ſubj

...um reipublicæ ...eſt metuendum ...venturum regem, ... aut edicto publico ..., ...impunitatem polliceri: ...n ſtatus ſubverſionem ...eque legitur in ullis an-...ppiam ab ullo rege facti-...recte aſſeritur, in quavis ...mperio obnoxia jus maje-...re autem majeſtatis, ſum-...neri: eumque non teneri ...m factorum ulli præter De-... & utcunque imperium exer-...s legibus ſubditos premat, ...e injuriam non fieri: non ma-...evo injuſte imperat, qui ſub ...ente eum habet: aut pater, cum ...ii paterna ſua poteſtate abutitur, ...n ad ſervorum conditionem depri-..., licet hæc ſine impietate ſæpe non ...t.: ſed de his poſtea. Quæ autem, ſi ...pune permittantur, aut ab ipſo rege ...tiantur, ſtatum reipublicæ ilico ſubvertunt, ...ſunt hujuſmodi. Nolle jus dicere populo, neque per ſe, neque per magiſtratum ſubalternum: ſed cuivis quidvis agendi licentiam & impunitatem concedere; atque hinc bonorum privatorum direptionis, adulteriorum, ſtuprorum, cædium, injuriarum veniam indulgere: & quæcunque ſunt ejuſmodi, ut ad ea evitanda multitudo in unam ſocietatem & unum imperium conſpiraverit. Nam ut homines ſupra recenſita incommoda à ſe amoliri poſſent, ſocietate inita, & imperio alicui collato, id conjuncta vi effectum dare voluerunt, cum ſinguli impares erant.

Quantum autem ad ipſam religionem Chriſtianam, de ea parum aliter differendum eſt: cum videndum qualis illa religio fuerit, cum imperium formaretur: ... ſaltem in quales articulos omnes ſubditi conſenſerint, cum religio Chriſtiana gentium ... populo annunciaretur. In illis articulis, ſive veris ſive falſis, ... populo aut Princip... ... licet; ita ut legibus pœn...



munitis, populum in fidem aliquorum articulorum adigere poſſint, *qui* ab avita religione recedunt in fundamentalibus: neque populi maxima pars, novam aliquam religionem amplectens, principem aut reliquam multitudinem cogere poteſt aut debet, ad illius cultus publicam profeſſionem concedendam, quæ nupera ac recens civium animos afflavit: cum novum de religione formatum à ſubditis judicium, reliquis fraudi eſſe non debeat. Non magis quam ſi maxima multitudinis pars, præſenti regimine minus læta, novam regiminis formam, reliqua multitudine aut rege non conſentiente, introducere jure poteſt: nam ſemel regi collatum imperium, nulli amplius obnoxium eſt; niſi regi. At cum populus ſub uno imperio coaluit, mutua fuit pactio inita, nihil amplius agendi privato judicio. Neque refert, quantus ille ſit numerus qui novam regiminis formam affectat, aut quales illæ perſonæ: quia in fundando & ſtabiliendo imperio omnes erant ejuſdem ordinis, & loci, nemo alteri ſubjectus: neque multitudo paucis legem præſcribere jure poterat: ideo etiam in fundato jam imperio, aliter ſingulorum jura conſideranda non ſunt in diſſolvendo imperio, quam erant in conſtituendo. Si quis itaque ad novam religionem & ſacra tranſeat, licet ea veriſſima, non abutitur rex, aut id collegium penes quod jus majeſtatis eſt, imperio ſuo, ſi talem cultum prohibeat, & pœnis ejus profeſſores coërceat, ſi judicet ita expedire incolumitati regni ſui: & Rex perſuaſus ſit ea ſacra quæ colit, legitima, & ex Dei præſcripto inſtituta eſſe. Eadem enim hic ratio militat, quæ in cultu naturali regi aut ſubditis novandi libertatem ſuſtulit. Deinde cum cuivis palam ſit, rem iniquiſſimam eſſe, ſi quis ... proximum a concepta ſententia deſiſtere debere, quia ... multitudine ſuffragio vincitur: damnanda enim eſſet Reformatorum religio, qui à Pontificiis multitudine vincuntur. Nemini etiam dubium eſſe

eſſe poteſt, ex quorundam hominum nova ſententia, regem, aut reliquam multitudinem, deſiſtere non debere à priori regiminis forma, aut priſtina fide.

Quæ autem à prioribus natura recedunt, & ita regimini magiſtratus ſubjecta ſunt, ut eorum adminiſtratio Regi abſolute permiſſa non ſit: & ita, atque in tantum Regis abſoluta poteſtas ſit imminuta, duplicis ſunt generis: vel quædam manifeſtam tyrannidem præ ſe ferunt, alia hac nota carent, & cum æquitate conſiſtere poſſunt; licet non raro ab ea recedant. Priorum reſpectu ſubditis judicium adhuc liberum relictum eſt, ut ſine violatione majeſtatis imperii, & peccati crimine, de iis dicere liceat ea impie, tyrannice, & contra boni regis officium fieri: neque illud judicium apud ſe premere neceſſe eſt: ſed per Magiſtratum rege inferiorem, ipſum regem de officio commonefacere poteſt, querelas ea de re apud ipſum inſtituere, ſuppliciter orare, obteſtari, ne imperio abuti velit. Quod ſi fruſtra omnibus tentatis, rex libidini ſuæ indulgens, ſe à tyrannico imperio non temperet, à ſubditis in ordinem cogi poteſt vi & armis: & ſi ad æquas conditiones, & pactiones ſe demittere nolit, imperio & poteſtate regem extorrem facere poſſunt: quia talis Rex pactis conſtrictus eſt; & iis tenetur æque ac cives. Quæ autem apertam tyrannidem ſpirant, & eam undique produnt, hujuſmodi ferme ſunt: ſi princeps populi opes tributis & vectigalibus exhauriat, nulla urgente neceſſitate, in multorum vitam ſæviat injuſte: ſi matronarum pudicitiam violet: ſi virgines vitiet: ſi civitatum jura, & privilegia citra rationem ullam, aut citra ſummam neceſſitatem tollat: ſi bonos & probatos dignitatibus prohibeat, aut collatis exuat: ſi perditos, corruptos, & omni vitiorum genere famoſos, ampliſſimis muneribus & divitiis augeat. Hæc [illegible] ſunt, ut nemo

cium ſuum de regis factis interponant, & quavis ratione regis licentiam coërcere ſtudeant. Loquimur autem de rege aut magiſtratu, qui libero multitudinis arbitrio ad dignitatem regiam provectus eſt, & eidem multitudini, propagatam etiam ad ultimos nepotes regiam dignitatem acceptam ferre debet: aut qui quondam armis aut alio jure regnum quidem acquiſivit, ſed poſtea à ſubditis coactus eſt, ſub conditione & certis legibus regnum adminiſtrare. De aliis regibus, qui armis ſibi regnum pararunt, aut qui jure paterno in poſteros imperium exercent, rectè aſſeritur eos nemini obnoxiè regere, & iis licere quicquid lubet: neque ſubditis à tali principe ulla poteſt fieri injuria, adeoque nulla æquitas ſubeſſe poteſt rebellioni talium ſubditorum; non magis quam filio
jus eſt, defugiendi authoritatem pater
nam, aut ſervo fas propter duram ſerv
tutem domino necem intentare. Talil
enim regibus omne id largiendum
quod ſubditis & debellatis populis n
ſe non habuerint cedere. At nulli d
eſt, quin imperium tale abſolutiſ
quale cernitur in poteſtate pater
herili, conſiſtere poſſit cum ju
Neque quicquam impedit, ſi r
inauguratione, aut aliis in ca
ditis ex clementia & benignit
pacto aliquid promittat, q
perium ejus ſupremum &
ſit dicendum: cum talis r
nam contrahentis ſuſtinea
aut talibus verbis jubet,
nia æqua, & bona à ſe
largitur tantum, ut
poſſit, quando lube
non amplius exped
ducem aliquem ad
poſtea ad gradum p
ſi id rebus ſuis cond
dixerim de privileg
familiis, aut urbib

...eos cog... ...ult, quia id ſuis
...non jure uti non...
...non conducit; & quia putat ſtabili-
ſuum imperium ...ore, ſi non metu ſed
beneficiis ſubditorum animos inflammet
ad ſubeunda pericula pro communi ſalute.
Et ideo Rex qui ... rerum ſuarum ſatagit,
non niſi in caſu extremæ neceſſitatis; &
cujus ... omnibus ſubditis conſtare po-
teſt, conceſſas immunitates populo eri-
piet: ne cum iterum intentiſſimo populi
ſtudio opus habeat, fruſtra ejus opem ex-
tra ordinem imploret: & ideo populus non
detractabit ... Principi plus quam vulgarem
operam præſtare præmio & immunitati-
bus al... ...lectus, quamvis in Regis poteſtate
...nes ſubditos & civitates eodem jure
...re: quia Rex, qui ſibi conſulit, non
...le utetur ſummo illo jure, & ſpem ci-
...um eludens, eos fruſtra habebit. Ma-
net itaque (ut ad inſtitutum revertar) hoc
fixum & inconcuſſum, Regis abſoluti jus
non imminui, etiamſi promiſſis ſe populo
obſtringat; & immunitates familiis, aut
civitatibus largiatur. Nam næ ille parum
ſuarum rerum gnarus rex eſſet, qui tam
care redimeret quorundam civium of-
ficia, ad quæ jam ante tenebantur, &
ad quæ cogere potuiſſet, ſi libido adfuiſ-
ſet. Quis pater aut dominus, filio aut ſervo
aliquas libertates propter fidelem præſti-
tam operam concedens, exiſtimet ſe eoſ-
dem ad abjecta officia adhibere non poſſe,
ſi ita ex re ſua eſſe æſtimaverit? Imo in
imperiis minus abſolutis id locum non ha-
bet: nam ſi Magiſtratus ſupremus qualiſ-
cunque, mercede milites & duces ſibi
ſubditos ad bellum parans, ſtipendia ta-
men dicto tempore non ſolvat, putat ſe
non inique agere, ſi tumultuantes & ſigna
ſua deſerentes milites ſuppliciis in gyrum
obedientiæ cogat: multo magis ſine metu
infamiæ conceſſas immunitates revocat.
Magiſtratum autem in puniendis militibus
inique agere liquet, quia in caſu ne-
ceſſitatis ... ducis & militum (præſer-

...m eorum qui ſuæ ſunt ditionis) ſine mer-
cedis pollicitatione uti poterant: poſteri-
or autem contractus priorem non ſubver-
tit. Debent itaque tunc duces & milites
cogitare ſummam neceſſitatem adeſſe,
quare Magiſtratus promiſſa ſtipendia ſol-
vere non poteſt: hæc ſi applicentur privi-
legiis & immunitatibus, res in manifeſto
erit.

Et hæc quidem dicta ſufficiant de Rege
abſolutiſſimo; & qui tribuendo civibus &
ſubditis multas immunitates & privilegia,
non deſcendit ad pactionem cum ſubditis:
nam quando ſupremus magiſtratus ea ſub-
ditis largitur, quæ majeſtatem & jus ſupre-
mum minuunt, ſupremus & abſolutus eſſe
deſinit: multi tamen exiſtimant idem juris
competere regibus libero populi ſuffragio
ad regnum electis, & promotis: exiſtimant
enim cum regni natura conſiſtere non poſ-
ſe, ſubalterno Magiſtratui, aut populo,
poſt collatam regnandi potentiam perſonæ
vel collegio, concedi jus judicandi de
Principis factis. Sed mihi plane aliter ſtat
ſententia. Quare enim populus conceſſiſſet
regi, quod ei largiri neceſſe non fuit?
Quæ quæſo fuit neceſſitas de iis judicandi
ſibi licentiam interdicere, quæ vel igna-
riſſimus quiſque judicare poteſt tendere
tantum poſſe ad populi calamitatem, &
miſerias augendas? Scio quoſdam exiſti-
mare, à ſubditis certo ſciri non poſſe, an
talia crimina à rege non fiant, quia exiſti-
mat ſe aliter dignitatem & imperium tueri
non poſſe: & cum multa ſint regni arcana,
quæ populum latent, quæque prima fron-
te iniqua videntur, poſtea tamen re intel-
lecta ab ea calumnia liberantur, populi
officium eſſe arbitrantur, adeo ſacram regis
perſonam habere, ut omne judicium de
regis iniquitate ex animo expectorare de-
beant. Sed eodem jure non liceret privato
judicare de proximi vitiis, eumque ad ſa-
nam mentem reducere ...honitis, atque ex-
hortationibus: ſi ſcil. ... dilapidator bono-
rum ſuorum ſit, ſi po... ...tor: quia ſcil. nos
latet an aliqua neceſſ... ...us ſumma non in-
cum-

cumbat ea agendi, quæ in tali caſu excuſationem merentur. Sed ſumma omnium reſponſionum eſt: ex forma Regiminis patere, noluiſſe populum omnia ad ſalutem Societatis ſpectantia uni Regis arbitrio permittere, ſed illorum partem ad curam & adminiſtrationem ſuam revocaſſe: ita ut populi interſit Regis majeſtatem eouſque non creſcere, ut ſupra leges eſſe putetur.

Pergimus jam ad alia, quæ à Magiſtratu fieri, aut imperari ſolent, & ſunt ejus generis, ut licet nonnunquam evenire poſſit cum iniquitate ea conjuncta eſſe, attamen abſtruſiora ſunt, quam ut cuivis judicio ea pateant. De iis itaque quæ hujuſmodi ſunt, duplex tantum officium privatis reliquum eſt: vel ad inveſtigationem rei ſitne æqua nec ne non procedere; ſed judicio charitatis æſtimare ea juſtè à Magiſtratu imperari. Sic à privato non requiritur inveſtigare in cauſam belli ſitne ea juſta an ſecus: neque neceſſe eſt carnificem inſtruere de juſtitia & æquitate ſupplicii quo reus afficitur, aut apparitorem de æquitate ſententiæ in civem latæ: neque reliquos miniſtros de ſingulorum factorum æquitate cognoſcere: quemadmodum in religione Chriſtiana multa implicite creduntur. Vel ſi ſubditus ad cognitionem de facti aut legis juſtitia atque injuſtitia animum adjungit: vel ſi evitare non poteſt; quin judicio ſuo factum approbet, vel deteſtetur: debet id judicium tantum eſſe theoreticum, & in praxim non deduci: (ne periculoſa imitatio exempli prodatur) neque obedientiam Magiſtratui denegare: aut aliis perſuadere ne obediant.

At, inquies, ergo faciet ſubditus aliquid contra conſcientiam; quod tamen ubique improbatur. Sed negatur cum ſemper contra conſcientiam ſuam agere, qui eorum miniſter eſt, quæ inique fieri putat: neque peccato alterius inquin...

periturum, peccati immunis eſt. Quoties in conſeſſu, Magiſtratus deliberat de re aliqua, de qua decretorie aliquid fieri ſtatuit, prout maximæ ſuffragiorum parti placuerit: reliqui qui opinione à cæteris diverſi fuere, tenentur ſua ope, induſtria, authoritate etiam rem effectam dare, quam privato judicio iniquam eſſe credunt. Artifices qui aliis elocarunt operam ſuam, in omnibus illi parere debent, cui laborem ſuum addixere; licet ſciant multa in damnum imperantis eventura. Apoſtolus Paulus cum hortatur fideles, ut unum idemque inter ſe ſentire velint, de ſe non multum præſumere, ſeſe ſupra fratres judicio non efferre; quid aliud imperat, quam in rebus, de quibus incidit controverſia, ſeſe commodos præbere, & aliorum judicio aliquid concedere; atque tacito conſenſu iis opinionibus, & doctrinis authoritatem conciliare, à quibus tamen privato judicio diſſentiebant? Alioqui Apoſtolus ad id fideles exhortatus eſſet quod præſtare ipſis erat impoſſibile: nulli hoc datum eſt, ut ſententiam m... poſſit, quoties lubet.

Deinde ſi cuivis privato, poſt... tum jus regnandi, liceat adhuc... judicio: ergo judicium ſuum M... judicio non ſubjecit. Si dicas, ... rebus, quæ ſpectant reipublic... & arcana regni: ſed quid ſi ... topere valeret prudentia, u... arcana penetrare poſſit, at... multa inique à Magiſtratu... nebitur ad obedientiam... ejus erit privatos, pro... iis debet, monere ne... ſtratui operam ſuam... Revera hæc omnia e... ſententia dicenda eru... regimen Magiſtratui... revera in... pene...

[illegible] tum, quia [illegible] licet reſiſtere; ſed exhortantur tantum [illegible] ad patientiam: ſed quid ſi Magiſtratus [illegible] indigeat operâ ſubditorum; quid ſi eorum [illegible] pecunia, v. gr. in parando exercitu ad bellum, quod à plebe contra fas & æquum ſuſcipi exiſtimatur: quomodo talis opinio ſubditorum mentibus concepta, non inſigniter labefactabit potentiam Magiſtratus? Et in talibus certe non velle obedire, eſt reſiſtere: jubet v. gr. Magiſtratus populum arma ſumere; hortatur alius, cui minus bellum probatur, ab armis abſtinendum eſſe, & ſine conſcientiæ læſione ad ea properari non poſſe [illegible] valeat [illegible], certe ſi is gratia apud plebem inſig[illegible], plus reſiſtit Magiſtratui, quam ſi [illegible]em armatam civium manum contra [illegible]publicam in aciem producat. Itaque [illegible]i videtur nihil iniquius excogitari poſ[illegible], quam illorum hominum petulantiam, [illegible] ſi quid à Magiſtratu committatur, quod ſuo judicio minus probatur, ſtatim eum probris inceſſunt, & omni occaſione eorum facta traducunt: quod nec privato licere arbitror, etiamſi geſta Magiſtratus cum manifeſta iniquitate conjuncta ſunt: fieri enim non poteſt, quin ea ratione ſacra regum, & Magiſtratus majeſtas vileſcat apud plebem. Quomodo enim multitudo illam perſonam, aut illud collegium in æſtimatione habebit, debitaque proſequetur benevolentia, quod quavis occaſione tamquam iniquiſſimum traducitur, ut minus officio ſuo ſatisfaciens? Nunquam enim homo in imperare ſibi poterit, ut talibus propitium habeat animum, qui turpia committunt. Neque ego credide[illegible] tunc tantum majeſtatem imperantium [illegible], cum probris & calumniis pe[illegible], ſed etiam cum peccati tantum ar[illegible] cum multis, vel ſi in ſecreto id [illegible] non fiat: plane quemadmodum ſi [illegible] perſona patris temeratur, ſi filius [illegible], vel publice cenſura no[illegible] cum aſperitate increpet, [illegible] ea excipiat.

[illegible] axioma eſto: *Quicquid ſ[illegible]tura malum eſt, ita ut nunquam bonum fieri poſſit: illud per accidens ſequi poteſt ad uſum aut defenſionem mei juris extra peccati labem; neque ideo teneor temperare ab uſu juris mei.* Per accidens autem aliquod peccatum ſequi dicitur ad alium actum liberum, cum ad uſum rei, ad quam jus habeo, ſequitur aliquis effectus, ad quem producendum, extra ullum uſum rei, jus non haberem. Cauſa autem per ſe in moralibus eſt, quicquid cauſalitate vera, & reali fluente in effectum, ad aliquid producendum aptum eſt, etiam extra uſum rei, ad quam jus habemus. Quicunque autem poſteriori modo peccati actum committit, is ſemper peccat; qui autem priori modo aliquid perpetrat, quod, ſi extra tales circumſtantias commiſſum foret, graviſſimum peccatum eſſet, ille citra peccati labem talem effectum evenire ſinit. Rem exemplis illuſtrabimus. Qui ad ſupplicium capitale ducitur, licet incedat, ad locum ſupplicii ſeſe conferat, ſcalas conſcendat, aut genua flectat, ſi capite mulctandus ſit, ſuæ necis cauſa non exiſtit, quia nihil eorum quæ agit producit effectum illum, qui mortem poſt ſe trahit: ſic qui ſæpius potando, vitam ſuam brevioris ævi reddunt, homicidæ ſui ipſorum dicendi non ſunt, neque illi qui multis laboribus vitam atterunt; aut tales artes exercent, quæ vires & facultates vitales admodum labefactant: neque qui in vitæ periculum ſeſe conjicit: quia illi omnes nihil eorum agunt, quæ mortem immediate poſt ſe trahunt: ſed ab alterius hominis voluntate reliqui effectus fluunt & dependent: & nullus actus ab iis committitur, qui adhuc alium non requirat, per liberam voluntatem (quod notari velim) eliciendum, qui mortis cauſa futurus eſt: & tunc tantum illud axioma, quod eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa effecti, locum habet in moralibus.

Rurſus cui crimen [illegible] inventatur, is tenetur [illegible] de caſu in [illegible] vitæ ſuæ deſertor jure

jure eſſe non poteſt) ea omnia producere quæ ſuam innocentiam arguere poſſunt, quia ſi ea ſupprimeret, ejus ſilentium eſſet cauſa vera moralis & per ſe, quare judex mortis ſententiam pronunciaret: & illa ſententia lata, cauſa mortis. Moraliter enim hæc ita connexa ſunt, ut primum ſilentium per cauſalitatem moralem ſuam efficaciam etiam extendat ad mortem. Sic neque licet gladium in viſcera adigere, neque venenum potare, quia veneni aſſumptio talem poſt ſe trahit effectum, qui cauſalitate vera mortem producturus eſt, & quem effectum novo voluntatis actu impedire non poſſum: ſic neque licebit de ſcalis ſeſe præcipitem dare, poſito ſcil. interfectionem ſui ipſius illicitam eſſe: neque denique quicquam agere quod poſt ſe trahet vel mortem immediate, vel talem effectum, qui neceſſario mortem (nullo novo voluntatis actu interveniente) inferet. Neque hic cauſæ moralis naturam immutat, ſi forte primo mortem tuam non intenderis, ſed hoſtis; modo conſtiterit tuum interitum à proximi nece ſeparari non potuiſſe: cum illa intentio cauſæ moralis naturam non tollat.

Et cum ad tuendam ſanitatem, & corporis integritatem jus habeam, quicquid ſequetur actionem ſua natura ſubordinatam iſti conſervationi; & ad quam actionem ex lege *conſervationis ſui* jus habeo, & quæ actio per cauſam veram moralem efficacem producendi effectum conſervationi appoſitum, illud citra peccati labem ſequi ad meam actionem permitto. Quare licebit medicata potione uti ad recuperandam collapſam ſanitatem, licet ſciam ſecuturam alienationem mentis & ebrietatem: & licebit admittere clyſteris infuſionem; licet conſtet eam ſecuturam ſeminis effuſionem. Sic licebit proximum innocentem occidere, ſi ad uſum juris mei, ejus mors ſequatur per accidens in moralibus: quod addo: nam l[illegible]et cauſa phyſicâ per ſe mors proximi e[illegible], [illegible] ideo in moralib[illegible]

Ex ſupra poſitis axiomatis pariter liquet, quare habitus morales, quos vulgo malos vocamus, revera peccata non ſint, nec pœna digni, ſi in ſe conſiderantur: quia nulla cauſalitate morali effectum malum moraliter attingunt; quamdiu ſcil. manet diſpoſitio aut habitus, & ſi virtuti impedimentum ponat, id facit per actum, quem homo voluntate elicit, quæ voluntas tunc eſt cauſa vitii moralis: voluntatis autem cauſam aliam moralem ſuperiorem dare velle, eſt voluntatis naturam tollere, & actum elicitum, actum imperatum facere, & habitui actualem operandi efficaciam attribuere ſine operatione: operatur enim tantum per voluntatem, & ante elicitum actum voluntatis, nihil morale operari poterat: cum actus moralitas à voluntate proficiſcatur. Quando autem anima operatur per voluntatem male, tunc deſinit actu eſſe habitus. Ut plane appare[illegible] illam efficaciam, qua habitus mali diſp[illegible] nunt animam ad male agendum, longe [illegible] verſam eſſe ab ea, qua v. gr. verba ob[illegible] na & ſermo impudicus animis audien[illegible] inſtillant libidinem: cum ille ſermo [illegible] dicus operetur ante voluntatem eju[illegible] eum audit, licet effectus non ſe[illegible] quatur: ſicut ictus in incude mall[illegible] motus vocatur; licet incudem non comminuat.

Quod autem malos habitu[illegible] odiſſe, atque eos deteſtari [illegible] republica quam longiſſimè a[illegible] eſt propter habitus in ſe con[illegible] *primò*, propter actus mal[illegible] mo illum habitum comp[illegible] infirmitates tam animæ [illegible] odiſſe ſolemus in iis, [illegible] contraxerunt: quæ ſi ul[illegible] nos in commiſerationem [illegible] propter actus, in quos [illegible] habitibus imbuti ſolen[illegible] merito cum talibus n[illegible] [illegible] nolimus, à quibus

verſa ſunt. Sed ... mentum novum deducimus, habitus ma... prout denotant diſpoſitionem in anima ... & abſque actibus ſuis conſideratos, ... los malitia morali non eſſe, hoc eſt pœnâ dignos. Quicquid enim ſolemus me... uere, odiſſe, prohibere ne fiat, & mo... dis omnibus impedire ne erumpat; illud ... malum nondum eſt: ſed malum fit, ... ſi impetum ejus ſiſtamus. Qui enim ... tuit ſibi à malo, ille cum illo malo nondum conflIigit, & ſi nondum confligat, nondum noxam infert: ſi noxam non infert, mali propriè dicti naturam nondum induit; licet ita vocitetur propter naturalem ordinem, & diſpoſitionem, quam habet ad nocendum.

... tamen, inquies, illa mala diſpoſitio in anima eſt morbus animæ, quemadmodum intemperies aut mala conformatio morbus eſt corporis: licet ſæpe actualiter functiones naturales hominis non impediat, quia membro illo ad tempus non utitur: attamen ſi uti velit, neceſſariò actiones imminutas aut depravatas exeret.

Reſpondeo. Certe negari non poteſt malos habitus morales eâ ratione morbos eſſe animæ, & malum quippiam quod ineſſe non debebat: ſed ſtrictiſſimè loquendo malum morale non ſunt, quod pœnâ vindicari poteſt: non magis quam quilibet alius morbus voluntate contractus. Quam abſurdum eſſet, illi pœnam intendere, qui crus fractum habet, cum jam propter liberum actum voluntatis, quo illud malum ſibi creavit, pœnas dedit! Solemus tamen dicere iſtum hominem pœnâ dignum eſſe, qui crus læſum habet: quia voluntariè illam impotentiam ſibi conciliavit: ſed eo loquendi modo indicamus hominem non pœnâ dignum eſſe, quia crus læſum habet; ſed quia cauſa læſionis exiſtit. Et ſic pari ratione dicimus habitus malos, qui voluntariè contracti ſunt: & in ordine ad actum peccaminoſum, ... ſunt, malos eos vocamus, ... homo propter h...

pœnâ dignus; quia voluntariè contracti ſunt. Secundò, meritò propter eos habitus excluditur à gratia Dei, ſicut facinoroſus propter malos ſuos habitus è republica ejicitur: & illud odium, iſtas pravas diſpoſitiones, prout ſunt habitus, pro objecto habet: cum ordine tamen ad actus, quos apti nati ſunt producere. Et his ita expoſitis, non video quid in ea ſententia culpandum ſit, quæ docet habitus malos in ſe conſideratos pœnâ dignos, & ideo propriè loquendo malum morale, non eſſe cenſendos. Quemadmodum neque ſtrictiſſimè loquendo boni habitus & diſpoſitiones, quibus anima ornatur, virtutis nomine non poſſunt venire; ſed actus illi, quibus iſti habitus acquiruntur, iſtud nomen merentur.

At, inquies, vult Deus nos iſtis habitibus bonis imbutos eſſe, & malis vacuos: ergo illis carere, his autem abundare peccatum eſt. Reſpondemus, non quia bonis deſtituti ſumus, malis autem imbuti, ideo prævaricatores in Dei legem ſumus; ſed quia cauſa ſumus quare iis qualitatibus induti non ſimus, quas in nobis adeſſe vult. Quod inde liquet, quia Deus alioquin à nobis poſtularet, quod impoſſibile homini eſt præſtare: loquor de impoſſibilitate phyſica. Longe enim vires hominis ſuperat, ſtatim animam bonis habitibus decorare, & malis exonerare: non minus quam eſt impoſſibile in phyſicis homini manu cœlum tangere, aut mundum loco movere: habitus enim boni non niſi crebris actionibus acquiruntur, & pravi contrariis actionibus ſæpius repetitis expelluntur. Tale autem impoſſibile per legem ab homine efflagitare, ſapientis gubernatoris non eſt: quia id petitur ab homine, quod manifeſtam contradictionem implicat, qualem omne impoſſibile phyſicum implicare ſolet. Diſtinguere autem oportet inter id, quod impoſſibile vocatur modo phyſico, & id, quod tale no... in ... moralibus: poſterius nul... potentia ſuperans agendi efficacia...

efficaciam voluntatis, ſed tota impoſſibilitas ab ipſa voluntate oritur: prius ponit obſtaculum, quod ipſam voluntatem conſtringit, ne in actum erumpat. Poſteriori modo vocamus impoſſibile, v. gr. omnes homines velle conſpirare in unam mentem, ut aliquod mendacium in vulgus gratis ſpargant, aut omnes cives ejuſdem civitatis, velle ſibi violentas manus inferre. Eo fundamento innixi dicimus impoſſibile eſſe, quin verum ſit fuiſſe Julium Cæſarem, gentem Judaïcam, hodie bellum geri inter regem Galliarum & Hiſpaniarum, Chriſtum veniſſe in mundum, Apoſtolos Euangelium gentibus annuntiaſſe: denique hac infallibili certitudine innituntur multa argumenta ex ratione deprompta, quibus perſuadere ſtudemus incredulis authoritatem Scripturæ Sacræ: in his omnibus nemo talem contradictionem reperit, qualem eſſe dicimus, ſi quis dicat bis ter eſſe octo: attamen moraliter impoſſibile eſt quin illa ſint, & certiſſimæ ſint veritatis: nam ſi probabilitatem tantum in ſe continerent, nullus teneretur iis firmam, & certam fidem adhibere: at quis dixerit hominum ſingulorum officium non eſſe, argumentis quibus probamus Scripturæ authoritatem, fidem præbere?

Sic aſſerimus legiſlatorem non poſſe præſcribere ſuis legem, quam præſtare implicat contradictionem phyſicam: poteſt autem imperare obedientiam de iis, quæ impoſſibilitatem moralem continent: quia voluntatis libertati nihil contrarium imperat: tota enim difficultas parendi ex ipſa voluntate oritur. Sicut itaque nulli impoſſibile eſt mendacium gratis fingere: ergo toti multitudini impoſſibile non eſt: certum tamen eſt totam multitudinem id non facturam. Pari ratione cuivis liberum eſt veritatem dicere, ergo & toti civium multitudini: certiſſimum tamen eſt nunquam rempublicam tam beatam futuram, ut ſinguli cives à mendacio ſeſe temperaturi: attamen illa impoſſ[illegible] ſint

cato non excuſat. Sic legis adimpletionem dicimus eſſe impoſſibilem, nec tamen illam impoſſibilitatem voluntatis libertatem tollere ſtatuimus: tam enim homini ſingulari impoſſibile eſt in omnibus Dei voluntati obſequi, quàm multitudinem ab omni mendacio puram eſſe: tam autem homo à ſingulis actibus peccaminoſis ſibi cavere poteſt, quàm cives ſinguli à mendacio ſeſe intemeratos conſervare: quod tamen nunquam eventurum eſt. Quicunque autem aliam impoſſibilitatem imaginantur in adimpletione legis, etiam poſt lapſum, & quæ impoſſibilitatem phyſicam inferat: illi per proximam conſequentiam totum Dei cultum ſubvertunt. Quare etiam parum appoſitè nonnulli utuntur illâ ſimilitudine de debitore, qui ſolvendo non eſt, quem tamen creditor, jure meritoque ad debiti ſolutionem urget. Nam dum creditor ſibi ſatisfieri poſtulat, debitum non auget
neque exigendo à debitore pecuniam co
creditam, ſuſtinet creditor perſonam
ctoris, quæ per leges ad muneris exple
nem ſubditum hortatur & dirigit :
omnia locum habent in legibus, quæ
præſcribuntur, etiamſi totalem ob
tiam iis præſtare non poſſit ſubditus
quemadmodum creditor jure exp
poteſt debitori, ſe per illum dam
ti, ita jure Deus homini exprobr
malos : non poteſt tamen jure i
ut iis nos ſtatim exuamus: qua
jure imperet & ab hominibus p
ullo peccato ſe contaminent,
peccatum non manat ab habit
ceſſitate phyſica, ſed morali,
voluntatis actu intervenien
poſſum jure ab infirmo & æ
ilico integram ſanitatem ſibi
ſum tamen ei exprobrare
nem, ſi ejus cauſa extiterit
ab eo illa munera & officia
recuperandæ appoſita ſunt,
in re officium ſuum deſerat

aliquid contineat, … Eccleſiarum reformatarum profeſſioni … aut congrueret.

Tertium axioma eſto: *Illa peccata cæteris graviora eſſe, quæ nos maxime à fine removent, & in devia deducunt.* Juxta hanc regulam gravius peccatum eſt, negare Deum, quam quædam attributa: rurſus inter attributa quædam negationem, gravius is peccabit, qui … rectoratum, & gubernationem mundi Deo detrahit, quam is qui ejus omniſcientiam aut omnipræſentiam, &c. Deinde majori tenebitur ille peccato, qui Deum injuſtum aſſerit, quàm qui docet Deo aliquid evenire, quod ipſi parum ſit gratum … cum prius gubernationem per proximam conſequentiam ſubvertat, poſterius talia incommoda non comitentur. Pariter gravius is peccabit, qui ſodomia ſe polluit, quam qui ſcortatione: quemadmodum is majoris peccati ſe reum conſtituit, qui in innoxium caput iram & vindictam ſuam effundit, quàm qui fruſtra iraſcitur. Ebrietatem autem malitiâ exſuperat ſcortatio, cum in ipſo actu ſcortationis compleatur totum peccatum, & aliquid perpetratur contra hominis dignitatem: ebrietas autem frequentibus tantum actibus hominem occupat, neque ad ſingulos actus bibendi ebrietas ſequitur; ſicuti ad magnos hauſtus mors non ſequitur, licet ſi crebro continuentur, minutatim ipſum vitalem ſpiritum hauriant. Quod ſi quis tamen eo animo potu liberalius ſe invitat, ut rationem & mentem à ſtatu ſuo dejiciat, idque intendat: ille certe non minori peccato ſe aſtringit, quam qui ſcortatione ſeſe polluit.

Multo autem facilius judicium dirigi poterit in diſcriminanda peccatorum gravitate, quæ conſervationi vitæ ſunt oppoſita: gravius peccatum homicidium, quam furtum: quia majori calamitate affligit rempublicam homicidium, quam furtum: rurſus gravius peccatum in ſe conſiderata furtum, quam mendacium. Quæ peccata ejuſmodi ſunt, ut paribus incommodis mulctent ſocietatem, ea etiam in eodem gradu conſiſtunt malitiæ moralis. Actus autem, qui quidem jure naturali mali non ſunt, ſed propter circumſtantias tales fiunt; ſive à Magiſtratu prohibeantur, ſive privatorum judicio relicti ſint: actus illi tanto magis vel minus malitiæ moralis fiunt participes, prout actus *ſuâ naturâ* cauſalitate vera morali pacem ſocietatis & ejus incolumitatem lædunt. Addimus *ſua natura & cauſalitate vera morali*, quia ſunt peccata levia, quæ per accidens nonnunquam graviſſimas calamitates poſt ſe trahunt: ſunt graviſſima, quæ per accidens nullum damnum reipublicæ inferunt. Qui ſomno ſuperatus, & excubias pro exercitu agens, hoſtibus opportunitatem inſignis edendæ ſtragis ea ratione ſuppeditat, minus peccatum commiſit, quam is qui deſtinato conſilio cladem machinatur exercitui, licet effectu fruſtretur proditio: quatenus inquam vitii & peccati ratio æſtimatur ex damno, quo ſua natura genus humanum mactare aptum natum eſt.

Cognita peccatorum gravitate, diu latere non poteſt, quæ ſingulis ſit debita pœna: cum enim jus pœnæ ex iiſdem derivetur principiis, quibus leges naturales ſuam originem debent: prout legis naturalis alicujus obſervatio eſt neceſſaria, ita lex pœnalis, quæ eo tendit, ut legibus ſua conſtet authoritas & obſervantia, erit intendenda. Dicimus legem pœnalem, aut comminationem pœnæ, ſecundum eam regulam intendendam, aut relaxandam; non autem ſemper ipſam pœnam: in multis enim poſſum interminari pœnam jure, quam tamen exequi contra fas & æquum eſſet: & in multis comminatio pœnæ augetur, in quibus actualis pœnarum inflictio idem incrementum non admittit: ſi manſuetudinis & juſtitiæ leges Magiſtratus tranſcenſurus non ſit: nam ſæpe in quibus caſibus eſt neceſſitas ferendi legem cum comminatione pœnæ, in iis non eſt eadem nec efficacia exequendi illam com-

Digitized by Google

comminationem. Adeſt juſta ratio quare homicidium ſub capitali pœna prohibeatur; ſed ſæpe juſtior adeſt ratio, quare in homicidam capitalis pœna exerceri non poſſit: ſi ſcil. iſtius perſonæ mors poſt ſe trahet reipublicæ interitum: imo etiamſi ſæpe tale periculum non adſit, v. gr. ſi rex præter jus & æquum morti juſtum tradiderit, ejus factum capitali pœna dignum eſt: ad pœnæ executionem progredi tamen non licet: cum in eo conſiſtat potiſſimum regis majeſtas, ut ea ſcelera ſtatim in principe vindicare non liceat, quæ ſevera pœna expiantur in privatis: niſi quis putet tam æquum eſſe principem propter ſua peccata ſtatim in ordinem cogere, quemadmodum privati malitia ſtatim carcere & pœna coërcetur: at quomodo tunc etiam principibus iniquis ex divinæ legis præſcripto parendum eſt? Et ideo non poſſum non improbare eorum inſtitutum, qui ilico, ubi aliquid à Magiſtratu perpetratum putatur, quod ipſis videtur à jure & æquo deflectere, erga magiſtratum exardeſcunt ſtudio, & ita ſe comparant, quaſi ex ſyngrapha cum eo agere velint.

Præterea quam verum ſit Magiſtratui ſæpe jus eſſe ferendi legem cum pœnarum comminatione, cui tamen jus non eſt pœnæ executionem imperare: inde liquet, quod lex ſemper uſum ſuum habeat cum homines à malo & peccato deterrere ſtudet. Quotieſcunque itaque Magiſtratus aliquid noxæ metuit ex civium actione, talem jure prohibet, quia lex illa fructum & uſum ſuum habet. At ſæpe contingit vindictam iſtius noxæ, uſum & finem honeſtum non habere, ſi nulla inde reſultet ſocietati utilitas. Quando v. gr. fertur lex contra aliquod vitium, quod vix per infirmitatem humanam evitare licet, tali in caſu legis latio juſta eſt; fit enim ut hominibus per metum major prudentia inſeratur, & ſternitur ad actualem pœnæ inflictionem via, ſi ſæpius & frequentius in idem [...] incidant, & metus [...]

infirmitas in habitum tranſeat: per pœnæ autem inflictionem propter unicam tranſgreſſionem talis legis, nulla utilitas conciliatur. Quare cum de pœnis agitur, accurate diſtinguere oportet inter pœnam ipſam, & pœnæ executionem: nullum eſt dubium quin quemadmodum nihil prohiberi poteſt lege, quin ſimul pœna legi addi debeat, ſic omnibus peccatis debeatur pœna: & quemadmodum omnia peccata æquabiliter à recto non deflectunt, ſic etiam ſingulis peccatis pro diverſitate graduum malitiæ, conſtituit Deus & judex diverſos pœnarum gradus: non poteſt enim id, quod maximè evitatum volumus minori metu prohiberi: & id à quo animum minus alienum habemus, graviſſimi ſupplicii metu interdici: at in pœnæ executione alia ratio & via inſtituenda eſt. Sæpe is recte punitur, qui pœna dignus eſt: ſicut liquet ex exemplis ſupra adductis: & rurſus is gravi pœna punitur, qui intrinſece ea dignus non eſt. Cum enim jus præſcribendi leges pœnales, quas Magiſtratus jure permiſſivo naturali con-
dit, nitatur jure conſervationis ſui, co[...]
tingit ſæpius me jure aliquam legem pœn[...]
lem præſcribere, cujus tranſgreſſio ſu[...]
mum poſt ſe trahere poteſt incommodu[...]
cujus tamen is qui in legem prævarica[...]
totalis cauſa per ſe in moralibus non[...]
v. gr. quando peccatum aliquod in [...]
blica graſſari incipit, jure pœnæ [...]
duntur: ſæpe tamen is, qui tali [...]
rum difficultate peccat, cauſa non[...]
ſantis & dominantis peccati: [...]
peccatum ejus in tali temporis ci[...]
tia gravius non eſt, quam ſi ali[...]
ævo commiſſum fuiſſet: jure [...]
viori pœna affligitur. Nemo d[...]
tum in Anglia gravius eſſe p[...]
quam in Hollandia; licet illi[...]
frangatur, hic virgis cædatur.

Atque hæc conſideratio n[...]
quid ſentiendum ſit de illa ſent[...]

…t pœna non … juris naturalis,
…m peccatum aliquod … tatur contra jus
…urale commiſſum: … & homicidio &
…lterio capitale ſupp… licium deberi do-
…e. Hic enim diſtinguere oportet inter
…nam in ordine ad juſtitiam punitivam &
…uralem Dei, qua in die extremi judicii
…cuique eſt tri…uturus ſecundum opera
…de qua pœna hic non eſt diſſerendi lo-
…quia hoc conjunctum eſt cum illa ra-
…peccati, quæ deſumitur ex naturali
…ta natura peccati, quatenus juſtitiæ
…ſtitati Dei adverſa eſt, non à damno
…ficie ſocietatem humanam: oportet
…diſtinguere inter pœnam, qua pec-
…gna ſunt in ordine ad juſtitiam Dei
…lem, & inter eam qua digna ſunt,
…nus ſocietatem civilem lædunt: de-
…oportet adhuc diſtinguere inter hanc
…m & executionem iſtius pœnæ. Nul-
…dubium eſt, quin lege & æquitate
…ali, ſtante hoc ordine univerſi immu-
…, peccatis ſingulis pœna conſtitui
…teat, & graviſſimis graviſſimæ ap-
…æ vindictæ: ita ut neceſſario diverſi-
…pœnarum ſit ſtatuenda, quemadmo-
…m peccatorum diverſitas; propter ra-
…onem ſupra in medium allatam: quæ eſt
…hominibus in mundo degentibus conſtet
…ua ſecuritas & pax, deterrendo flagitio-
…ſos à malo pœnarum metu, & inflictione;
…& iis delictis ex illa juſtitia, quæ Socieſta-
…tes civiles tuetur, major debetur pœna,
quæ natura ſua comparata ſunt ad injicien-
dum majorem plagam Reipublicæ; ſive
illa plaga & peſtis metuenda ſit ab ipſo
peccato per ſe, ſive ab ira Dei excande-
ſcentis contra quædam peccata, quæ gra-
via in ſe, eadem tamen proportione Socie-
tatibus infeſta non ſunt: qualia inter alia
peccata illa ſunt, quæ contra hominis digni-
tatem, & contra pudorem naturalem com-
mittuntur.

Denique diſtinguere oportet inter pœ-
næ conſtitutionem, ejuſque executionem
quam Deus vult inter homines fieri: &
quam ipſa non æquitas naturalis tam in-

ter homines, quam apud Deum poſtulat ſingulis peccatis certam pœnam conſtitui, & gravioribus peccatis ſeveriorem pœnam, minoribus mitiorem: ſed antequam ad pœnæ conſtitutionem progrediatur judex, ſciat oportet quæ graviſſima ſint peccata, quæ minora: quæ propter circumſtantias graviter puniantur, quæ illa quæ propter naturæ ſuæ proprietatem talem pœnam flagitent: deinde quæ illa ſint peccata, quæ Deus à judice in hoc mundo puniri vult. Sed quia difficillima ſimul & utiliſſima eſt quæſtio, ſcil. quis ſit modus, ratio, & menſura pœnarum, quam Magiſtratus obſervare debet in vindicandis delictis, lubet non tantum hæc parce delibare, ſed ſtadium illud pene totum decurrere: atque ita palam facere quænam ad omnes quæſtiones, quæ in Ethica & moralibus diſciplinis tractantur, parari poſſint ex noſtris principiis præſidia. Præmittam itaque aliqua argumenta, quæ probare videntur omnem pœnarum inflictionem è republica Chriſtiana tollendam eſſe: deinde objectiones & dubia ſolvendo, quid de toto negotio ſtatuendum ſit aperiam.

Ea itaque ratione argumentari poſſet aliquis pro pœnarum ſublatione è republica Chriſtiana. Si Chriſtus jubet condonare proximo, & ei delicti gratiam facere, quo jure ergo vindicatur? Docet doctrina Euangelica vindictam judici Deo relinquendam, & cœleſti tribunali; quæ ergo lex imperat aut permittit, apud judices terrenos vindictam perſequi? Quo ergo jure erumpimus in bellum, aut trahimur ad arma, ut amoliamur contemptum, aut judex decernit pœnam in furem, etiam tunc poſtquam ejus, quod furto ſublatum erat, facta eſt copia? Quis privatus poteſt propter damnum acceptum deprecatorem culpæ, & peccatum ſuum confitentem, aliquâ pœna ulciſci? At quo jure id facit Magiſtratus, cujus poteſtas & authoritas precaria eſt, & à populo collata? Quomodo Populus Magiſtratui con-



Digitized by Google

conferre potuit, quo ipſe deſtituebatur ? Deinde jubemur animam ponere pro proximo : at quam longo intervallo diſtamus ab illa charitate, ſi etiam propter damnum fortunis noſtris illatum, capitale ſupplicium decernamus ? Fortuna, fama, vita ipſa, nihili homini Chriſtiano æſtimanda ſunt, propter ſummum illud præmium in cœlis repoſitum : at quam longo alio pretio æſtimamus hæc omnia, ſi judices tamquam criminum vindices conſtituamus, & carnifices alamus in necem & opprobrium proximi ? Denique fingamus fas eſſe vindictam publicam exercere, quis determinabit, qualis & quanta pœna ſingulis delictis ſit debita ? Eritne menſura conſtituenda pœnæ, ex damni, quo affligit crimen ſocietatem, magnitudine ? At quis ille eſt, qui nos docebit, in qua æſtimatione quiſque ſua habere debeat ? Prout enim temperamenti, educationis, & morum apud diverſas gentes eſt variatio, ſic diverſitatem graduum pœnarum introducet : avarus capitali ſupplicio vindicandum eſſe cenſebit furtum : liberalis, & qui fortunas ſuo æſtimat pretio, deprecabile peccatum eſſe aſſeret : nobilis ſui contemptum ſevere vindicandum eſſe judicabit, ignobilis impune tranſmittendum. Quidam exiſtimant moderamen inculpatæ tutelæ extendendum etiam ad uxorem, liberos, & parentes : alii morte expiandum peccatum exiſtimant, ſi quis in eorum defenſione, proximum interimat. Et prout quiſque pudicitiam uxoris ſuæ magni vel parvi æſtimat, ita adulterii pœnam intendendam, vel mitigandam arbitrabitur. Deinde eſtne Magiſtratui ita perſpectum quodnam damnum poſt ſe trahere appoſitum eſt unumquodque peccatum : quanta ſit hic judiciorum diverſitas, liquet ex variis pœnarum gradibus, iiſdem delictis apud diverſas gentes, vel apud eandem nationem diverſis temporibus conſtitutis. Et ne longe exempla petantur ; quondam ex conſtitutione Caroli [illegible] adulteri[illegible]

quod pecunia expiari poterat : nunc capitale eſſe contendunt. Habuit proculdubio imperator Carolus ſuas rationes, & noſtri ſuo ſeculo ſe ſuis deſtitutos non putant.

Quod ſi neque ab hoc gradu initium faciendum ſit in pœnarum diſtributione : ne ſcil. peccata, quæ Dei Majeſtatem, aut hominis naturalem dignitatem lædunt ſupplicio ſubtrahantur : ille certe non minoribus difficultatibus ſe circumventum videbit, qui aliam viam inire ſtatuit : nam quæ tunc regula ſecundum quam pœna moderanda ſupererit ? Quo jure pœnæ intenduntur, quando facinoroſorum hominum multitudo gliſcit ? Quo jure in furcam agitur is, qui ea ſubduxit furto, quæ murorum clauſtris ſervari non poſſunt ? Cur capitale ſupplicium decretum in militem, qui excubias agens pro exercitu, ſomno ſe opprimi patitur ? Et quis no-
ſtrum eſt, qui tantum ſibi perſuadebit f
ducia, ut decretoria ſententia conclud
quæ pœna ſingulis peccatis ſit debita, q
in cultum naturalem incurrunt ? Et c
multa ſint peccata, quæ contra natu
fieri dicuntur : quæ erit norma ſecu
quam gradus pœnarum diſtribuendi
Quare Sodomiticum tantum capita
liqua non ? Vel ſi omnia morte ex
ut quidam volunt, quo fundame
ſevera pœna innititur ? An Scrip
ctoritas hic in ſubſidium vocanda
vum Teſtamentum de pœnis ſ
litarum leges non ligant, niſi c
naturali depromptæ ſunt : er
aliud principium ipſa Scriptu
fugiet judex. Si jus naturale
teſcit ex conſenſu moratior
peccatis ſingulis ſuam aſſi
quis judicabit quæ ſunt illæ
ores ? Et ſupra efficaciſſi
probavimus, de æquitate
alicujus facti ex conſenſu ge
ſtatui nihil poſſe.

nitorem & acco[illegible] ipſius rei tractati-
onem, quam [illegible] [illegible] habemus:
quam ſic auſpicamur. [illegible] Deus homini
vitam largitus ſit, & [illegible] mundum intro-
duxerit omnium re[illegible]rum copia abundantem,
Deo ingratum eſſe [illegible] non poteſt ſi ſinguli eo
munere utantur, [illegible] recte & ex æquo tunc
etiam fecerint, [illegible] omnia illa impedimenta
amoliri nitant[illegible] ſine injuria proximi, quæ
illum uſum i[illegible] impediunt. Cum itaque cuivis
vitam, fam[illegible], fortunas, & omnia quo-
rum dominus eſt, tueri liceat: neque eo
jure excidere poſſe, niſi voluntate ſua,
qua dom[illegible]nium abdicavit: non poteſt ini-
quitas [illegible] malitia proximi illud jus defenſi-
onis [illegible] ſuorumque aut imminuere, aut
pro[illegible] ſus tollere. Si reſpondeatur; ex ne-
qu[illegible]tia proximi jus quidem meum non im-
m[illegible]inui, aut illi nova jura accreſcere: ſed
[illegible] unde nobis neceſſitatem impoſitam
utendi clementer noſtro jure, & charita-
tis ac clementiæ argumenta ubique depro-
menda eſſe: condonandam itaque pœnam
proximo, & eligendum potius, ut is ſuo
ſcelere nos in difficultates conjiciat, quàm
ille noſtra impietate pereat. Sed ſic qui
argumentantur, quàm parum illi intelli-
gunt charitatis officia: nam recte inde con-
ſiceretur, me plus debere proximo,
quàm ego mihi debeo: cum tamen is ex
Chriſti teſtimonio optatum charitatis gra-
dum attigerit, qui proximum diligit ſicut
ſe ipſum. Jubemur equidem ultimum ſpi-
ritum effundere pro proximo, hoc eſt,
is nos male fecerit, qui cousque commo-
dis proximi invigilat, ut etiam vitam ſu-
am pro eo impendere paratus ſit; non ta-
men in charitatis legem peccavit, qui ſuæ
vitæ impendio, proximi compendia redi-
mere nolit. Poſſet itaque etiam in certo
caſu privatus vitam ſuam impendere pro
proximo ſalute: ſicut ſuperius id conceſſi-
mus. Sed ſæpius charitatis intereſt, ſe-
veræ vindiciæ in ſcelera adornare: ſe-
[illegible] invitans ſecundam, ne
[illegible] facinoroſorum, & [illegible]
[illegible] reipublicæ [illegible]

ita cavendum ne ignoſcendo malis bonos
perditum eamus. Qui itaque ſuæ vitæ &
necis jus habet, non ideo & proximi do-
minus eſt. Condona pœnam proximo:
ſine eum in vitam & bona tua impune graſ-
ſari; ſed cave ne in aliorum damno & ruina
charitatis laudem eas quæſitum; imo cave
ne notam crudelitatis incurras: ut dum
uni parcere velis, multis noxius exiſtas.
Et ſi privatus ſuam vitam in nullo habet
pretio, quis te docuit eodem pretio habe-
re vitam uxoris & liberorum: præſertim
eorum, qui rationis uſum non habent, &
tuæ fidei commiſſi ſunt? Sed quam male
illi ſubducunt rationes ſuas, qui ſe adeo
ab omni vindicta alienos venditant, qui
tamen non deſinunt pecuniam aliis concre-
ditam, ſevere exigere: & ſi privatis ad-
monitionibus nihil obtinere poſſunt,
apud judicem jus ſuum perſequuntur?
Quare dum vitam impendere paratos ſe
dicunt pro fratre, ei ne debiti quidem gra-
tiam faciunt? Habent itaque ſinguli, ha-
bet Magiſtratus à ſingulis, jus infligendi
pœnam facinoroſis: de menſura pœnæ
peccatis adæquanda jam adhuc reſtat du-
bitatio: quam ita ſolvere pergimus.

Crimina quæ ad directionem Magiſtra-
tus pertinent, in tres claſſes diſpartiri poſ-
ſunt: vel enim cultum Dei ſpectant, vel
hominis dignitatem & naturam concer-
nunt, vel proximi jus violant: de poſte-
rioribus paucis primò abſolvam. Cum jus
pœnæ, quam propter violatum jus no-
ſtrum infligimus proximo, nitatur volun-
tate Dei, qua conceſſit ſingulis jus ſuum
defendere: neque alia ratione proximum
nobis ſubjectum eſſe voluit in pœnarum
exactione: nec permittit fruſtra nos affli-
gere eum, qui ſine noſtro damno commo-
dius atque facilius [illegible] agere poſſet.
Prout itaque damnum & noxa augetur vel
minuitur ex proximi delicto, ita pœna in-
tendenda vel relaxanda: à pœna enim uni-
& certiſſimum [illegible] præſidium petitur
[illegible] per proximi vo-
[illegible] prima origo
legum

legum, per quas ſocietas declarat quibus in rebus civium communio jus ſuum imminutum eſſe nolit, & legibus obnitenti pœnam denuntiat: neque attendit, quam grave ſua natura delictum ſit, ſed quale damnum reipublicæ inferre poſſit ſi committatur. Inde eſt, quod jure à Magiſtratu graviſſimè puniatur, qui levius peccavit, & ei pœna condonetur, qui diris cruciatibus dignus eſt: hinc pro diverſis rerum circumſtantiis, unum idemque delictum nunc ſeveriori pœna, nunc mitiori vindicatur.

Si inſtes: quomodo novit Magiſtratus in qua æſtimatione ſua quiſque habere debeat? At hic tanta difficultas non eſt, qualem ſibi multi imaginantur. *Primo:* hæc æſtimatio aliquam latitudinem habet, neque in puncto conſiſtit: nec Magiſtratus ſtatim peccat, ſi proximum in difficultates aliquantulo majores conjiciat, quam peccati demeritum poſtulare videtur: quemadmodum ſupra probavimus, eum ſemper non peccare, qui levibus quibuſdam difficultatibus ſeſe impedit, quominus ſibi ſuiſque proſpicere poteſt. Revocentur in memoriam, quæ in limine hujus tractatus hac de re diximus. *Secundo*: ſufficit ſi Magiſtratus attendat ad conſuetudinem & mores ſubditorum, quibus imperat: & juxta æſtimationem illam, qua quiſque ſua habet, quæ poſſidet, pœnas intendat, & mitiget: neque Magiſtratus intereſt inquirere, an populus juſto & æquo pretio ſua æſtimet: cum jus ad pœnam nitatur eo jure, quo quiſque ſua defendere poteſt: neque tenetur ſuum, de pretio ſuarum rerum, judicium, aliorum judicio ſubjicere: loquimur autem de judicio communi gentis totius & nationis, non privati cujuſdam, aut ſingularis perſonæ. Et hoc principio atque jure innititur ęquitas diverſarum legum apud diverſas gentes iiſdem delictis conſtitutarum: qui uſus invictum mihi ſuppeditat argumentum ad id, quod alibi docuimus, ſcil. judicium hominis ſingularis in ſtatu primævo, de

videt prorſus eandem rationem eſſe hominis ſingularis in ordine ad proximum in ſtatu primævo, quæ eſt ratio gentis ad gentem, poſt factam bonorum diviſionem. *Tertio:* ſunt non pauca crimina, quæ circa prima principia conſervationis ſui ita occupata ſunt, ut quemadmodum omnes in iſtæc principia conſentiunt, ſic de vindicandis criminibus, quæ iſtæc ſubvertunt, in unam mentem & animum facilè conſpirent. Qui enim v. gr. vitam ſuam ante omnia habet ex legis naturalis dictamine, utpote ad cujus conſervationem reliqua omnia deſtinantur, is etiam jure malit proximo vitæ uſuram auferre, quàm ſuam arbitrio inimici ſubjicere. Ergo cum omnibus eadem ſit mens, Magiſtratus rectè ex nomine ſocietatis homicidis capitalem pœnam denuntiat. Et ſi quis
recto judicio reputet, quæ incommoda le
gitimi thori violatio inferat, facile crud
litatis notam effugiet, qui adulterio ca
tale ſupplicium ſtatuit. Si autem M
ſtratus illa damna ex conſuetudine g
ſuæ minora æſtimet, juſtitiam non v
ſi minori ſupplicio iſti peccato obvia
quiſquis enim de ſuo jure remittit
proximo nullum inde accreſcat da
is nemini facit injuriam. Hoc a
telligendum de pœna v. gr. adult
ſtituta ex illa lege & fundamen
pœna peccatorum & ejuſdem p
dus æſtimatur ex damno, quo pe
ſe & ea cauſalitate, quæ ab ip
fluit, afficit Societatem: non
neglectum pietatis atque juſ
humanum genus malum i
revocetur à peccato.

De iis autem delictis, q
mediatè offendunt, aut c
dignitatem aut naturam c
alia ineunda eſt ratio; non
ni & noxæ quantitate menſu
menda eſt; ſed ex magnitud
peccati, etiamſi in nullas di

ævo ea proxi-
expedire judi-
qui Numen eſſe
regit, ſui officii
licentiam inhibere,
mum illud Numen
plane eodem jure quo pa-
imperio ſubſunt, caſtigant
cta. Facile autem deve-
Magiſtratus, in cognitio-
peccatorum circa cultum
, quem ſupra indicavimus:
a peccata punit circa cul-
Nemo citra inſignem maliti-
inam negligentiam, incurre-
reliqua autem, quæ difficilio-
uræ ſunt, condonat ſubditis:
prava conſuetudine gentis, vel
cepta opinione, quædam falſa pro
umantur, aut fundamentis proxi-
uæ ab iis longiſſime remota ſunt,
que officium eſt, patienter ea in ſe
ere mala, quæ Magiſtratus in ipſum
decernit, vel excedere ex provincia, &
territorio ejus. Utrumque ex ſuo imperio Magiſtratus facere poteſt: priora tamen peccata, quæ in Dei cultum incurrunt, ex jure & æquo punit, & merito ſubditis gravia ſupplicia eveniunt. Nam licet animo ſuo imperare non poſſint, ut aliter credant, *cum mentem tenebris & præjudiciis excoecatam habent*: in iſtas tenebras *non incidêre, niſi ſuo ſcelere*, aut improba atque *damnanda* ignavia Poſteriora peccata *Magiſtratus* ex imperio quidem punit, *non tamen ex* æquo, (*niſi reipublicæ plurimum interſit*) nam in talibus, aut aliquid *indulgendum* erat infirmitati proximi: aut Magiſtratus munus erat, diligenti inveſtigatione veritatem in religione eruere, & meliora ſuadentium monitis obſequentem ſeſe præbere.

Neque jam quenquam latere poteſt, quam viam *Magiſtratus* inſiſtere debeat in puniendis *peccatis*. quæ contra decorum committuntur. Cum enim iſtæc graviora *da ſint*, in quibus major eſt turpitudo; iis autem major inſit turpitudo, in quibus reverentia proximo debita maxime violatur, aut quæ hominis dignitatem, in qua eum Deus conſtituit, maxime deprimunt: Magiſtratus obſervata proportione, pro magnitudine turpitudinis pœnas intendit. Neque hic excipi poteſt, *Primo*: Magiſtratum ſæpe prout mores & conſuetudines obtinent, aliquam actionem cum turpitudine maxima conjunctam æſtimare, quæ ſæpe turpitudine tam gravi non laboret. *Secundo*: multos ſubditos poſſe æſtimare actionem aliquam probroſam non eſſe, quam tamen Magiſtratus admodum deteſtabilem reputat. Neminem enim clam eſt, quam difficili via perveniatur in cognitionem peccatorum eorum, quæ contra naturam fieri dicuntur, & quam varia ubique gentium extiterint ea de re judicia: cum tamen de homicidio, furto, adulterio, rapina, perjurio &c. unanimis apud omnes gentes conſenſus fuerit. Sed hæc magni ponderis non ſunt. In genere enim apud omnes gentes receptum eſt, omnem turpitudinem & impudentiam peccatum eſſe: diſcrepantia enim judiciorum tantum fuit de actibus ſingulatim conſideratis. Si itaque apud quaſdam gentes actus quoſdam cum turpitudine fieri æſtimatum eſt, non poſſunt non illi actus turpes eſſe: cum proximo eam reverentiam non exhibeas, quam ei deberi, unanimis populi conſenſus, inter quem degis, exiſtimat. Ergo homo privatus eam reverentiam proximo denegare non poteſt, quam ei tribuit tota ſocietas, atque exhibendam vult. Ex æquo ergo Magiſtratus illi pœnam denunciat, qui lege communi ſeſe eximere vult.

Si dicas, Magiſtratus fortaſſis majoris hominis & proximi dignitatem æſtimat, quam par eſt, ſed id non facile evenire poteſt: honos enim & turpitudo, tali in caſu unanimi & tacito conſenſu æſtimatur: quemadmodum à mercatoribus mercibus pretium imponitur. V. Gr. membris genitalibus denudatis in hominum conſpectu ince-

incedere citra neceſſitatem inter nos Belgas probroſum habetur: non quia ſic æſtimat Magiſtratus: ſed quia tota Belgarum multitudo ita reputat. Ergo in Magiſtratus poteſtate non eſt, iſtam turpitudinem imminuere, aut augere, cum ex conſuetudine gentis, iſtæc dependeant, quam pauci immutare non poſſunt. juxta itaque illam conſuetudinem introductam, pœnas intendit aut remittit. Quod ſi urgeas: & fortaſſe tota illa multitudo erravit in æſtimanda aliqua turpitudine, quæ actibus adjacet. Reſpondeo plebem in æſtimanda dignitate ſua, vel proximi degentis in eadem republica peccare non poſſe, ſi modo omnes conſentiant: qualem unanimem conſenſum hic dari præſupponimus. Eo enim honore quiſque dignus eſt, quo ab alio æſtimatur; modo talis ſit, qui Dei Majeſtatem non lædit. Si prætere a quædam dubia reſtent, quæ ſoluta non ſunt, earum ſolutionem diligens eorum quæ diximus, meditatio haud difficile ſuggeret. Ut itaque concludam: non eſt quod Magiſtratum ſollicitum teneat, qua pœna vindicare debeat peccata, quæ contra Deum, aut contra decorum naturale committuntur: quantum ad priora, examinet modo, quæ ejuſmodi ſunt, ut non ſine inſigni malitia in talem errorem homines incidere potuerint, eaque ſevere vindicet, vel morte, ſi tantopere Dei honorem imminuant, vel mitiori pœna, ſi Dei glori minus detrimentum patiatur. Peccata tem contra decorum naturale puniat, ut viderit plebem ex conſuetudine a abhorrere, vel ea inſignem naturalem pudentiam, aut dignitatis humana preſſionem conjuncta habere.

# F I N I S.

# DISPUTATIO DE FINITO & INFINITO,

*In qua defenditur ſententia Clariſſimi* CARTESII *de Motu, Spatio, & Corpore.*

Digitized by Google

10¼

1015

# PRÆFATIO ad LECTOREM.

*Benevole Lector,*

SI Theologorum, & Philoſophorum diſputationibus, forte juſto acrioribus, hæc quæſtio de Finito & Infinito nobilitata non eſſet, nunquam ad exactam hujus rei inveſtigationem me applicuiſſem. Nam ut dicam quod res eſt, in communi hominum vita, quæ generali hujus rei cognitione contenta eſſe poteſt, accuratiore inquiſitione iis relicta, qui ex abſtruſiorum rerum ſcientia voluptatem aut famam quærunt, hæ controverſiæ nullum aut ex[illegible] tra[illegible]quum uſum præſtant. In Theologia enim earum rerum cognitione ci[illegible]ccatum caret plebs, quæ non ſine plus quam vulgari induſtria, ſine lon go [illegible] ſtudio, aſſidua meditatione, frequenti exercitio acquiruntur: quibus va ca re [illegible] iis tantum datum eſt, quibus à negotioſa vita feriari licet, & in ſolitudi ne [illegible]m atque ſilentium ſeſe abdere: atque ita non impedito animo, non occupa ta opera rem introſpicere datum eſt. Et cum ferme omnes Theologicæ quæſtiones, ſi quis ultra generalia ſeſe proripiat, plurimum caliginis habeant: ſic præcipue denſiſſima nocte obducta ſunt illa arcana, quæ æternitatem atque Dei infinitam & admirandam naturam ſpectant, quæ hujus tractatus non exiguam partem faciunt. Facile itaque ejus cognitionis plebs expers habetur. Et illi qui ſupra vulgus ſapere contendunt in Theologicis, iis ſat eſſe debet, ſi pro fructu ſuorum laborum, eam voluptatem percipiant, quæ iis, qui litteris operam dant, propria eſt: nam plebis hic ſuffragia petere, & ex ea factionis ſuæ additamenta facere, ne id eſt cœcam obedientiam poſtulare. In Philoſophia licet multa ad examen vocentur, à quorum diſtincta cognitione plebs longe remota manet: cum tamen ad praxin vocantur, non exiguam inde meſſem colligit, quia ſine exacta cognitione iſtarum ſcientiarum & tamen fructum capere poteſt. Diſpar autem rerum Theologicarum, & carum, quæ hic tractantur quæſtionum ratio eſt: priores nemini proſunt niſi intelligantur: quicquid enim fit ſine fide peccatum eſt: & vanum eſt, adorare quod neſcimus; nam hoc ab omni [illegible] ulteriores in uſu[illegible]duci poſſun[illegible] quam ob

ob rem acri adeo ſtudio in certamen deſcenderint viri docti ſuper hac quæſtione; cum vix mali aut boni ſpeciem induere poſſit, qualiſcunque recipiatur ſententia: quæ memoro, & præmoneo ne quis putet me in partem contentionis illorum venire velle, & manum contra alios facere. Non eſt itaque quod putem me præclare de publico meriturum per hujus exigui tractatus editionem: aut quod velim in hiſce muſtaceis laureolam quærere: ſed ut paucorum curioſo ingenio, eos ad ſcrutationem ſublimiorum quæſtionum provehenti, ſatisfacerem: ſicuti cum hoc ſcriptum exararem, iſti honeſtæ libidini indulſi, explorare cupiens, quouſque ingenii mei infirmitas, ſuis tantum innixa præſidiis, contendere poſſet in obſcuriſſimis hiſce controverſiis. Alium ſcopum mihi non propoſuerim, etiam ſine ullis ambagibus, procul à partium ſtudio, vacuus à præjudiciis, has quæſtiones ad rationis trutinam appendi ta autem mea an ſucceſſu caruerint, judex de eo eſto lector veritatis ſtu integer adhuc ſuffragio, & qui infirmitatis ſuæ conſcius, ſæpius men vere didicit, errare ſe potuiſſe. Nam à Philoſophiæ tyrone, qui men loſophicis controverſiis exercitam non habet; & à veterano, qui ſ ta ſupra omnem errorem poſita putat, tantundem exſpecto: legitim ces eſſe non poſſunt, hujus acie mentis affectibus obnubilata, il inculto ingenio ad has quæſtiones aſſurgere non valente.

# DISPUTATIO DE FINITO & INFINITO,

## In qua defenditur ſententia Clariſſimi CARTESII, de Motu, Spatio, & Corpore.

*Q*uam difficilis ſit illa quæſtio de Finito & Infinito, inde liquet, quod nemo in hujus operæ ſuſceptione ſibi polliceri poſſit vo- ... ondentem exitum, niſi qui ſimul ... limas in tota Philoſophia quæſtiones, ... empore, de Motu, de Quanto, de ... rnitate, &c. perſpectas habeat. Qui autem eas perſpicuè explicare poteſt, cum non in re levi induſtriam ſuam exercuiſſe neminem latere poteſt. Quare etiam nos aliquid operæ pretium facturos arbitramur, ſi difficili huic materiæ aliquam lucem conferre noſtris lucubrationibus ſtudeamus.

CUm nomina, & voces inventæ & excogitatæ ſint ab hominibus, ad deſignandas res: videndum quibus rebus finiti aut infiniti vocabula adſcribere ſoleant: accurate autem attendenti liquebit, hominibus in uſu eſſe eas res finitas aut infinitas vocare, in quibus gradus & partes ſibi imaginari poſſunt. Quas res etiam in genere quantas vocare ſolent: cum quantum id ſit, quod in partes dividi poſſit: pars autem hic in latiore ſignificatione ſumitur: quatenus etiam comprehendit gradus ... & iis omni- ... putatur, quæ ... bus omnibus, quovis modo conſideratis, iſti termini attribui non poſſint: ut eſſentiis rerum, & relationibus. Sic v. gr. ſubſtantia, ut denotat rem per ſe exiſtentem, neque cuiquam inhærentem per modum accidentis, non dicitur finita aut infinita, magna vel parva, major vel minor: ſic neque ſpiritus, neque pater, aut dominus hujuſmodi nomina, quantitatem deſignantia, admittunt. Cujus ratio eſt, quod omnes rerum eſſentiæ & naturæ, à nobis comprehendantur ſub certa idea & exemplari, cum quo ſi conformitatem habeant, tunc in certa claſſe ponuntur: licet res ipſæ in ſe conſideratæ quantæ ſint, & in gradus, atque partes dividi poſſint, exceptis ſpiritualibus ſubſtantiis in natura ſua conſideratis; non in actionibus aut operationibus. In quacunque itaque re tales partes vel gradus deſignare non poſſumus, eæ res finitæ aut infinitæ dicendæ non ſunt. Pervenimus autem in cognitionem graduum & partium, quatuor, ni fallor, modis. Primò, quando res diſtinctas & ſeparatas videmus: eſtque quantitas diſcreta. Secundò, quando in re continua & extenſa partes deſignamus: eritque nobis quantitas continua. Tertiò, quando in re ... ſucceſſio- ... & tem- ... quæ agunt ... minorem ... potentia. In

In quacunque itaque re nihil horum quatuor ineſt, illa finita aut infinita dici non poteſt. His ita expoſitis, neminem jam fugere poteſt, quid finitum, quid infinitum in hiſce quatuor rebus dici debeat: illud enim in quantitate, quam lubuit vocare diſcretam, ut eam à quantitate continua, motu, ac tempore diſtinguerem, infinitum erit quando tot ſunt res diſtinctæ & ſeparatæ, ut earum nullus ſit finis aut numerus: id autem finitum, quando earum certus & determinatus eſt numerus.

Talem autem quantitatem indiſcretam dari implicat contradictionem manifeſtiſſimam. Si enim res ponamus productas à Deo, & jam actu atque realiter exiſtentes: aut dicendum, infinitam Dei potentiam exhauſtam eſſe, quod abſurdum: aut Deum adhuc potentem producendi res alias, quæ ſi prioribus productis addantur, fieri non poteſt, quin earum numerus additione novarum rerum augeatur: & per conſequens apparet earum quantitatem infinitam non fuiſſe. Deinde cum nemo inficias ire poſſit, quin rebus exiſtentibus, ſemper per imaginationem homo aliam, atque aliam addere poteſt: illa novæ rei acceſſio, ſemper augebit numerum præcedentem, qui ideo etiam infinitus fuiſſe non potuit. Pluribus argumentis rem manifeſtiſſimam velle probare, eſſent operoſæ nugæ.

Solet autem ſemper aliqua objectio formari à poſſibili creatione mundi ab æterno: ſcilicet ſi Deus mundum condidiſſet ab æterno, & in ſingulis momentis rem aliquam produxiſſet, ex infallibili conſequentia ſecuturum exiſtimant rerum infinitum numerum. Sed huic objectioni locum fecit ignorantia multorum, quos, quid ſit æternitas, fugit: ut ergo huic, & ſimilibus difficultatibus obviam iri poſſit, æternitatis naturam accuratius delineabimus. Æternum id vulgo vocatur, quod aliquo ſi[illegible]: & extremitate caret: attribuiturq[illegible] ſecundum ſuam dura-

plici ratione quædam æterna: alia quæ alterutra extremitatum carent, alia quæ utraque ſimul: illa rurſus duplicia ſunt, alia principio carere finguntur, non tamen fine; alia fine, principium tamen ſui eſſe poſſident. Hæc quamquam vere dicuntur, pauci tamen de natura æternitatis bene diſſeruere, voce durationis iis imponente: cum tam rebus, extra omnem ſucceſſionem conſideratis, durationem attribuere, quam iis, quarum permanentiam in
eſſe ſuo, tempore menſurabant: cu
tamen revera nulla duratio rei, in qu
aut nulla ſucceſſio eſt, aut quæ cum rel
one ad ſucceſſionem & motum non co
deratur, adſit. Duratio enim denotat q
titatem quandam: at in re in qua nul
ſucceſſio, aut cui nulla ſucceſſio cuj
que rei coëxiſtit, in ea etiam null
lis quantitas: quia in ea nullæ ſun
aut gradus, quantum ad con
& fixam illius rei exiſtentiam.
admodum itaque antequam mu
ſet creatus, Deus dici non po
*que* eſſe, quia nondum erat ubi
ubi denominatio loci, & ubic
tat rei alicujus exiſtentiam om
præſentem: at locus nondum
mundus nondum exiſteret:
corpore realiter non differt.
ne Deo ante mundum crea
nullum tunc motum aut ſu
rum fuiſſe, duratio adſcr
cum duratio rei ſit ejus e
extenſione conſiderata:
tiæ extenſio, ſi ita loqu
tari poteſt, ubi ſucceſſio
ceſſionem enim venim
durationis rei. Itaque
ditum Deus improprie
dicitur; neque fuit p
nec longa aut brevis du
citur mundum neque
dius creari potuiſſe; c
conditum tales tempo
fuerint. Præſupponim

...ſſe, & per conſequens ... ullum præceſ-
...iſſe tempus. ... ſiderata abſque
Æternitas itaque con... notat carentiam
ſucceſſione, tantum ... autem hic de æter-
principii, (loquimur ... gradus, aut ſucceſſi-
nitate à priori) neque ...
onem admittit..

Qui itaque dicit mundum ab æterno exiſtere potuiſſe, & inde probare conatur rerum infinitam quantitatem non involvere contradictionem; is nihil eorum confecit, quod efficere contendebat: nam poſito mundum ab æterno creari potuiſſe: non ſequitur Deum continua actione ſemper aliquid novi producere potuiſſe ſingulis momentis (quandoquidem momenta revera non ...ntur; cum id non magis ſit poſſibile Deo, quam corpus in omnes partes dividere, in quas propter ſui extenſionem diviſibile eſt: quod omnino contradictionem involvit: quamdiu enim manet corpus, tamdiu eſt extenſum; quamdiu autem aliquid eſt extenſum, non poteſt non partem extra partem habere. Aut ergo id quod ultimo diviſum eſt, non erit amplius corpus, de cujus tamen diviſione diſceptatio inſtituta eſt: aut ſi corporis naturam non exuerit, etiam ulterioris diviſionis capax erit. Corporis autem naturam in extenſione conſiſtere tam efficaciter probatum eſt, ut hactenus fruſtra operam ſuam impenderint, qui illam ſententiam ſubvertere conati ſunt.

*Eſt autem momenti* in tempore eadem ratio, quæ partis in corpore: tempus enim nihil aliud eſt quàm motus duratio; motus autem eſt continua corporis unius in ordine ad aliud corpus ſitus mutatio; ita ut motus revera aliam naturam non habeat, quàm talem, quæ omnibus relationibus competit, conſiſtitque in continuata quadam relationis ſitus mutatione. Merito enim ſitum & locum ad relationem referimus: *cum in reſpectu & relatione* ad aliud corpus, & ſitus in genere, & ejus diverſus in ſpecie, oriatur. Motus autem brevitas & diuturnitas, menſuratur per alium firmum, conſtantem, & nobis notum motum. Et prout aliquis motus, iſtius motus nobis cogniti paucioribus vel pluribus partibus coexiſtit, ita longior vel brevior dicitur: ſic aliorum motuum durationem menſuramus ad motum horologii, Solis: vel etiam ad motum quarundam noſtrarum actionum, ad quarum perpetrationem experientia edocti ſumus quod temporis intervallum requiratur. Ea ratione qui ſæpe iter aliquod confecit, novit poſt iter abſolutum, quantum temporis ei impenderit, etiamſi neque ad motum, neque ad horologii curſum animadvertat. Et qui ex ſomno expergiſcitur, licet ad nullam temporis ſucceſſionem attenderit, non raro ſomni diuturnitatem & noctis horam indicare novit; quia experientia notum habet, quam alterationem in corpore ſomnus longior aut brevior efficere ſoleat. Si tamen dicendum quod res eſt, totum id, quod vulgus de temporis duratione exiſtimat, eſt opus imaginationis; dicens aliquid longius aut brevius duraſſe; quatenus cogitatione tempus in plura aut pauciora momenta & partes dividit: illud tempus breve vocans; quod cum voluptate exegerint; illud longum, in quo cum tædio verſati ſunt.

Cum autem hic dixerimus de motu quædam, quæ multis peregrina & nova videbuntur; & ideo fortaſſis non facile fidem inventura ſunt apud lectorem: operæ pretium erit eam doctrinam clarius in luce ponere, in gratiam eorum, qui ingenia in hiſce rebus minus trita & exercitata habent. Cum omni dubitatione certius ſit motum in vacuo dari non poſſe: ſicut etiam poſtea invictis argumentis probaturi ſumus, quo lectorem remittimus, ſi ſuper ea re plenum aſſenſum ab animo ſuo impetrare non poſſit: ſequitur inde primo motus naturam talem eſſe, ut ſine aliis corporibus non poſſit eſſe. Deinde cum motus non ſit corpus ipſum, neque ſpiritus, erit neceſſario modus corporis; ſi modus corporis, realiter non differet ab ipſo.

ipſo corpore : ſed modaliter tantum. Modi autem corpori inſunt, eique attribuuntur propter relationem quam habent cum aliis corporibus : quæ relatio certè corpori intrinſeca non eſt : ſed ei attribuitur, ſicut jam diximus, propter varium reſpectum, quem habet unum corpus cum alio : propter cujus reſpectum variè à nobis concipitur, atque etiam varias, diverſaſque impreſſiones in nobis facit, & operationes exerit. Quid enim figura, v. gr. eſt aliud quam modus corporis ? Quid ille modus aliud, quam certus partium ſitus, ex quibus totum componitur ? Et ille ſitus partium, quid partibus ſingulis addit ? Nihil revera : quid enim, ſi priori corpori ſecundum addatur corpus per creationem, novi accedet priori corpori ? Nihil profecto : attamen neceſſario novam acquirit formam per creationem prioris, atque adeo modum : modus itaque ille non tam creatur, quam concreatur ; vel potius ad creationem corporis neceſſario ſequitur : & ita ens reale non poteſt vocari : daretur enim alioquin aliquod ens, quod creatorem Deum cauſam non haberet. Erit itaque etiam motus tale quid, quod à corpore realiter non diſtinguitur ; eidem tamen non adeſſe poteſt, niſi per certum reſpectum, quem cum aliis habet corporibus : reſpectus autem nihil aliud eſſe poteſt, quam continua illa mutatio ſitus unius corporis, cum ordine & reſpectu ad aliud corpus : quibuſcunque ergo corporibus accidit illa mutatio ſucceſſiva ſitus, illa moventur : & cum ſitus corporum ſit reſpectus, & relatio partium inter ſe, vere motus definitur quod ſit ſucceſſiva corporis ſitus mutatio.

Quicunque autem ſibi imaginantur aliquam potentiam, ferentem & moventem corpus, quæ ſit in natura, & pars naturæ, illi animo falſi ſunt, cum novum ens reale introduceretur, quod corpus non eſ- corporibus communicet : ſed illa potentia Deus ipſe eſt ; & hic eſt ille Dei concurſus cum creaturis : Deus movet, corpora prout affecta ſunt motum illum determinant, & hinc creaturæ & Deo effectus rerum in natura attribui debent. Deum autem eſſe illam cauſam moventem apodicticis argumentis probari poteſt : ſed iſtud jam moliri præter ſcopum foret. Et
ſic putamus probatum naturam motus in e
conſiſtere, quod jam ſæpius inculcav
mus. Unum tamen adhuc argumentu
lubet addere, quo conabor expector
ex hominum animis perverſam & præc
ceptam illam ſententiam, qua n
quam vim in corporibus motis imagin
præter illum reſpectum. Attendant
ſo ad motum ambulantis in navi, q
lerrimè velo & aqua vehitur in con
partem, ad quam ambulans tendit
non cum majori difficultate amb
in contrariam partem ferri, qua
plane quieſceret : at ſi hic vis alic
illam mutationem ſitus ſtatue
quæ navim impetu perpelleret
à qua ambulans recedit : proc
jori conatu opus eſſet, & inc
ret homo contendendo in pa
riam ei, ad quam navis vehi

Cum autem videamus res
& impetu objacentia ſibi
lere & comminuere, inde
tur vim aliquam, ab hac
nua & ſucceſſiva ſitus diſt
ipſe motus ſit, qui per
& effectus in anima,
aliis rebus, vis atque p
citetur. Non itaque v
natura : ſed vim illam
ſitus eſſe dicimus, qua
pſimus.

Si autem unus tantu
exiſteret, qui ſemel
poſtea excitaretur,

cedentis inter motum, ... ietem horum
trium motuum nulla esset ... atque adeo ne-
que una alterâ longior ... brevior, quia
ubi nullus motus inter... dit, isti motus
ſibi invicem immedia... ſuccedunt. Quid
enim eos à ſe invicem ... divideret quam tem-
pus? At ſi non ſit motus intermedius,
non poteſt eſſe tempus: & ſpatium illud,
quod inter duas act... iones intermiſſas aliquis
excogitare velit, ... ejuſdem eſſet naturæ cu-
jus eſt ſpatium ... imaginarium extra mun-
dum, vel quale ... fuit ante mundum cre-
atum, aut ... m fingitur à quibuſdam
eſſe poſſe int... corpora hujus univerſi:
in quo cum ... nullæ partes imaginari de-
beant, ſic ... tiam nulla extenſio, per quam
corpus à c... rpore ſeparari poſſit.

Sed ...
bere ...
ma ...
m ...

*...igreſſio de ſpatio imaginario.*

Quoniam hæc ſententia paucos ha-... ...idetur ſuffragatores; licet veriſſi-... & ex corporis & ſpatii natura, etiam ... llus proprietates nobis innoteſcunt, & ... quæ in poſterum dicenda ſunt magnam in-... e fœnerantur lucem: ex uſu erit argu-... mentatione ſolida noſtram ſententiam ſta-bilire. Cum ante mundum conditum nihil eſſet præter Deum, non potuit etiam ex-tenſio fuiſſe, aut ea alicui attribui: Deus enim cum ſpiritus ſit, ea caret. Spatium imaginarium quod vulgo fingitur, exten-ſionis capax non eſt. Plane enim nihil eſt, & ideo partes diverſas, ſpatia diſtincta, locorum differentias intellectus in eo con-cipere non poteſt, nec debet. Ergo ne-que id vere imaginari potuit, quod cor-pus, ſua extenſione, poſt ſui productio-nem, implere debebat: ſed corpus, cum creatur, ſimul creatur etiam ſpatium; quod itaque etiam à corpore non differt, alioquin ante creationem corporis, ſpa-tium fuiſſet: cujus rei abſurditatem jam ſupra in lucem protraximus.

Ponamus itaque Deum prius unum & ſingulare creaſſe corpus, illud non poteſt concipi habuiſſe aliquem ſitum in ordine ad ſpatium illud imaginarium: adeoque non potuit à Deo conſtitui in certo quo-dam loco iſtius ſpatii: ita ut ab alio lon-gius abfuerit, alii autem finitimum & conterminum extiterit: hæc enim in illo ſpatio imaginario nec ſunt, nec concipi debent. Fingamus jam Deum ſecundum corpus creaſſe, illud pariter iiſdem con-ditionibus affectum fuit, atque adeo per nullum ſpatium à corpore priori diſtare potuit: alioquin conſtituerentur in ſpatio partes, & loca diſtincta. Neceſſario ergo illud corpus poſterius productum, priori fuit continuum. Quod ſi itaque Deus mul-tiplicando ea ratione corpora, hoc uni-verſum compoſuiſſet & coagmentaſſet, nullum ſpatium vacuum dari potuiſſet.

Tranſeat jam ſermo à ſpatio illo imagi-nario ad ſpatium vacuum; ſed corporibus circumſcriptum: accuratius omnia explo-ranti, apparebit planè hoc cum illo com-munem naturam habere: ſi enim ſit ſpa-tium vacuum, non oportet in eo partes concipere, non ſupra aut infra, dextrum aut ſiniſtrum; non partes ſpatii intervallo diſtantes: ergo neque corpus in eo collocari poteſt, quod per ſpatii partes imaginarias à circumjacentibus corporibus ſeparetur: er-go per ſpatium vacuum corpora diſtingui ac ſeparari non poſſunt ab alio corpore: & per conſequens ſpatium vacuum dari con-tradictionem implicat: nam in quo nec partes ſunt, nec vero ratiocinio fingi per imaginationem debent, id tamen per par-tes ſui corpus à corpore realiter ſejunge-ret. Hinc etiam per conſequentiam educi-mus; ſi Deus corpus aliquod interme-dium aboleret, v. gr. id quod vaſis late-ribus clauſum continetur, fore eadem opera latera vaſis ſibi invicem contigua: nullis enim partibus intercedentibus, fieri non poteſt quin corpora ſe invicem proxi-mè contingant. Secundò hinc elicimus plures mundos creari non poſſe; quia licet in infinitum mundi moles augeri poſſit, nulla tamen corpora produci poſſunt, quæ cum corporibus aliis conjuncta non ſint: at-que

Digitized by Google

que ita novus corporum numerus, eorumque extenſio novum mundum non conſtitueret, ſed ſpatium ejus extenderet.

Sed cum hæc doctrina de vacuo propter præjudicia apud paucos fidem inveniat, & à pleriſque rejiciatur, qui ſeveriori ſtudio atque meditatione hanc controverſiam mente non agitarunt, rem paucis illuſtriorem reddere conabimur. Cum motus ex conſenſu omnium ſit modus corporis; modus autem omnis corpori adhæreat, atque hic modus aliter concipi non poſſit, niſi cum ordine ad ſpatium, quod corpus motum tranſit: illud ſpatium erit vel corpus, vel aliquid vacuum cui extenſionem attribuimus, & capiendi aliquod corpus potentiam. Sed quæro qua ratione ſpatio vacuo extenſionem attribuunt certam & determinatam. *Primo*, eritne id, quod plane nihil eſt, ſeipſum diſtinguens & limitans, certamque formam & menſuram ſibi attribuens? *Secundo*, eritne corpus certæ magnitudinis, quia certum ſpatium vacuum occupat? An potius ſpatium nobis imaginabimur certæ magnitudinis, quia corpus in eo, ut ita dicam, locari putamus certæ & determinatæ magnitudinis? Prius dicere, abſurdiſſimum eſt: cum illud ſpatium vacuum ex ſententia adverſariorum non ſit aliquid reale, quomodo modum realem dabit rei? Deinde ſequeretur corpus non eſſe magnum aut parvum per ſe, aut ſua extenſione, ſed extenſione ſpatii vacui, quod à corpore occupari fingimus. Deinde cum illud ſpatium fingamus tamquam aliquid extenſum continuum: ſi itaque aliquod corpus creetur à Deo, quare illud potius erit unius, v. gr. ulnæ, quam millenarum? Et hic mundus à Deo in hoc ſpatio vacuo creatus, quare triplo major non erit; quam eſt? Imo quare infinitus non erit: quemadmodum illud ſpatium infinitum eſt? Erit ergo corpus quod dabit ſpatio certam extenſionem: & illud ſpatium vocatur

tium per ſe extenſum non eſt: atque propterea nulla ratione extenſum dici poteſt. Deinde motus in illo ſpatio menſurari non poteſt; non magis, quam corpus in eo ſpatio menſurari poſſet, ſi mutuaretur certos ſuæ magnitudinis terminos à ſpatio, quod occupari ab eo fingunt adverſarii. Et indę concludimus, ſpatium ſine corpore,
aut motum in vacuo dari non poſſe: au
corpora per aliquod ſpatium vacuum d
ſtincta eſſe: non eſſet enim illa diſtantia d
terminabilis, niſi per corpus interjacen
propter rationes ſupra traditas: ergo
pus tantum per corpus interjacens ab
diſtinguitur: & corpore intermedio
lito inter duo corpora, tantum re
ſpatium, quantum illud corpus eſt
inter duo illa corpora de novo cr
arbitrium creatoris: quod ſuam l
nem non habet ab aliquo ſpatio;
cito creatoris, & propria ſua e
Et ſi corpus majus crearetur in
corpora, quam id, quod ante
bat: iſtæc duo corpora longi
cem quidem diſtarent; no
motum longius à ſe invicem
poſito ſcilic. nullum aliud
quia non occuparent alium l
cunque motus eſt, ibi etia
tio: & eadem ratione co
corpora abolito, illa du
vicem fiunt continua;
locus non interjacebat;
intermedii ablatione.

Sed ut ad æternitate
quet jam ex ſupradict
mode explicari poſſin
loſophorum, qui d
indiviſibilem in ſe c
in puncto, omnes te
hoc enim intelligen
exiſtentia, ante mun
nullus motus eſſet,
pus: atque ita tota i
dicam, Dei exiſten

terminabilem, comp ſive perfe-
ctam & ſimultaneam poſſ onem infinitæ
perfectionis; in quo eſſe fuiſſe & fore nul-
lo modo diſtinguuntur. Poſtquam autem
mundus eſt creatus: de Dei exiſtentia
dicere abſurdum eſt. Quid enim abſurdi-
us, quam docere Deum coëxiſtere rebus
non exiſtentibus? Cum coëxiſtentia ſit
terminus relativus, qui ſine ſuo correlato
nec eſſe, nec co ncipi poteſt. Quomodo
de Deo vere di ci poteſt eum coëxiſtere
diei craſtinæ, quæ nondum eſt? At, in-
quiunt, illud quod æternum eſt, com-
plectitur om ne tempus; ergo illi omne
tempus coë xiſtere debet. Sed non anim-
advertunt illud *complecti* impropriè attri-
bui durat ni rei, cum non ſit extenſio
corporea cui propriè tantum attribui po-
teſt co prehenſio, & amplexus alterius
rei ando ſcil. ſuis partibus tamquam in
ſinu i ludit aliam rem quantam, à ſe di-
ſtin m: res autem durans, ſi ſit perma-
ne , & ſimul omnia poſſideat, qualis
Deus, nullas partes durationis in ſe com-
plectitur: ſed aſſignantur tantum in ea
partes per relationem ad motum rei ſuc-
ceſſivæ, & eas partes motus complecti
dicitur, quibus coëxiſtit, & ſi res talis ſit
naturæ, ut omnibus partibus motus præ-
teriti coëxtiterit, & futuri coëxtitura ſit,
eas omnes partes complecti dicitur: eâ
ſc. ratione, qua illæ comprehenſibiles ſunt:
ſit autem id tantum ſucceſſivè.

At inſtabis, & inquies, ergo dabitur
*ſucceſſio in æternitate?* Sed adverſarii
rurſus admodum impropriè loquuntur de
æternitate: cum æternitati *ſucceſſionis* vo-
cabulum attribui non poſſit; æternitas
enim proprie ſic dicta, eſt id, quod prin-
cipio, & fine, & omni ſucceſſione ſub quo-
cunque genere conſiderata, caret: &
quod ideo omnia ſimul poſſidet. Rectè qui-
dem quæritur, an res quæ ab æterno fuit,
ſicut Deus, habeat eſſe ſucceſſivum, an
permanens? Deinde an ejus permanens
eſſe poſſit menſurari per res ſucceſſivas,
an debeat? Atque his difficultatib[us]

ulla hæſitatione reſponderi poteſt: Deum
ſc. habere eſſe permanens: ejus perma-
nentiam poſſe menſurari per res ſucceſſi-
vas: cum autem dicimus Dei exiſtentiam
menſurari poſſe rebus ſucceſſivis, non eſt
noſtrorum verborum ſenſus, Dei exiſten-
tiam permanentem, ita menſurari poſſe
per res ſucceſſivas, ut ejus exiſtentia ante
durationem rerum ſucceſſivarum non exti-
terit: ſed id ſolummodò intendimus,
tam poſſe in Dei exiſtentia per coëxiſten-
tiam ejus in ordine ad res ſucceſſivas, aſſi-
gnari partes, quam in aliis rebus perma-
nentibus: ſed ea ratione non tam exiſten-
tiæ Dei competit ſucceſſio, quam illis re-
bus ſucceſſivis, quibus Deus coëxiſtit, &
propter quas duratio illi attribuitur.

Quid quæſo imperfectionis poſt ſe tra-
hit, dicere Deum coëxiſtere certo motui
horologii, vel Solis, & ejus exiſtentiam
per motum Solis menſurari: ut dici poſſit
exiſtentia Dei non coëxiſtit motui Solis
futuro: quemadmodum v. gr. de lapide
adamante dicitur, cum nondum coëxiſte-
re motui eidem Solis, craſtinam diem
producturo: atque ita de Deo enunciare
hodie, Deus ad craſtinam diem nondum
duravit. Illa enim enunciatio nihil aliud
denotat, quam Deum hodie non coëxi-
ſtere diei craſtinæ: ſi enim tam craſtinæ
diei coëxiſtit, quam hodiernæ, craſtina
dies non erit craſtina: ſed præſens. Atque
ita aſſerimus exiſtentiam Dei menſurari
cæptam fuiſſe, cum tempus incæpit: &
numeratum iri quam diu tempus erit.
Quod autem impoſuit contrariæ ſententiæ
defenſoribus: primò id eſt, quod puta-
rent inde ſequi de Deo verè enunciari poſ-
ſe: Deus craſtina die incipiet eſſe, quem-
admodum motus Solis incipit eſſe, &
omnis motus futurus incipit, quando
præſens eſſe incipit. Cum tantum de omni
re permanente, futuritio, negat coëxi-
ſtentiam cum motu futuro, non autem
ipſam exiſtentiam fu declaret. opinio, de æter-
nitate
Secu

nitate Dei, quemadmodum Philoſophia nos docet ratiocinari de omnipræſentia Dei, qua Deus omnibus rebus præſens eſt ſine ſui diviſione, hoc eſt, non per partes: cum longè ſit diverſa ratio durationis Dei, & ejus ſpiritualis naturæ. Nam ideo non eſt per partes in locis pluribus, quia in Spiritu partes non ſunt: & ideo pars loci non poteſt reſpondere partibus Spiritus: fixa autem, & permanens Dei exiſtentia, etiamſi partes non habeat, hoc eſt, etiamſi non ſit ſucceſſiva, poteſt tamen rebus ſucceſſivis coëxiſtere. Et quemadmodum Deus non eſt præſens corpori creando, ſic Dei duratio non poteſt dici præſens tempori futuro: & quemadmodum Deus incipit fieri præſens rei de novo creatæ, ſic per ſuam durationem incipit coëxiſtere motui, qui nondum erat: & quemadmodum rectè de Deo enunciatur, ſi mundum hunc novorum corporum acceſſione augeret, eum pluribus corporibus, & majori ſpatio præſentem fore, quam erat ante, ſic per ſuam durationem ſingulis diebus longiori, atque longiori tempori coëxſtiturum. At quemadmodum ideo Deus dici non poteſt fieri major, ac major: quia talis enunciatio denotat aliquid, quod Deo eſt intrinſecum, & partes ei adſcribit: magnitudo enim & parvitas deſignat quantitatem: ſic Deus dici non poteſt diutius, atque diutius durare, quatenus duratio proprie denotat permanentiam rei cum lucta, & extenſionem quandam ſucceſſivam complectitur: ſic enim veriſſimum eſt: æternitatem non definiri, nec ullam ad tempus relationem habere. Si autem durationem rei permanentis nihil aliud eſſe velimus, quam coëxiſtentiam rei alicujus cum alia; ita ut relationem primò inferat: non video quare dici non poſſit Deum diutius duraſſe jam, quam ante mill[illegible] Illa verba enim nihil [illegible] quam

tui, quo adhuc circumagitur. Sed quia modus iſte loquendi *diutius durare*, vulgo tale quid non deſignat, phraſi hac, illi rei de qua loquimur parum accommodata, abſtinendum putamus. Et hæc dicta ſufficiant de longitudine & brevitate motus.

Celeritas autem motus rei corporeæ,
agnoſcitur ex ſpatio, quod res mota tran
ſit, & ex tempore, quo ille tranſitus fit
& id celerius moveri dicitur, quod min
temporis ſpatium impendit in tranſeun
ſpatio locali. Celeritas autem & tard
motus actionum talium, in quibus ſ
um locale non poteſt obſervari, c
ſunt v. gr. actiones animæ, illæ t
menſurantur ex temporis ſpatio,
illæ actiones fiunt, & dicuntur
vel brevius durare, item majori v
ri temporis intervallo intercede
invicem ſuccedere, prout temp
interea fluit brevius eſt vel longi
cuiquam mortalium conſtare p
lentè aut tardè operationes i
ſibi invicem ſucceſſerint, ſi nu
in univerſo exiſtentes, homi
Quod manifeſto apparet in i
impliciti, & motus non obſ
do expergiſcuntur, ſæpe l
rant in aſſignando tempo
dormivere. Quod etiam
qui tempus ludendo fal
illi ſuis exercitiis toto a
non obſervant motus al
illa exercitia: contra, qu
agunt, accurate obſe
motus, ſemper temp
eſt, extrahunt. Ut
traham in compendi
noſtra præſentem ſ
concipit: & ejus a
eatenus duratione
pore determinari
tum potentiam hab
relatione ad tempu

tractatu de finito & infinito [illegible] lucem impar-
tit. Cum omnis motus [illegible] & existimetur
cum ordine & relatione [illegible] ad ſpatium, ſive
corpus, quod tranſit: [illegible] omne corpus ſit
diviſibile in infinitum: videtur inde ſequi,
omne corpus motum, in minimis momen-
tis temporis pertranſire minimum ſpatium
loci; ita ut quodlibet temporis momen-
tum reſpondeat cui libet minimæ parti ſpa-
tii: atque adeo [illegible] omnes motus eſſe æque
celeres. Unu[illegible]quodque enim quod mo-
vetur in tempore, movetur & in ſpatio:
unumquodque [illegible] autem tempus habet ſibi
correſponde[illegible]ns corporis ſpatium, & tam
tempus qu[illegible]m ſpatium in minimas partes
dividi, & [illegible] in ſingulis momentis temporis
aliquod m[illegible]nimum ſpatium pertranſiri vide-
tur. Erg[illegible] cum tam in motu, quem vocamus
tardum [illegible] ſingulis momentis pars aliqua mi-
nima ſ[illegible]tii pertranſeatur, quam in motu,
quem [illegible] vocamus celerem: hinc evinci poſſe
vide[illegible]r, omnes motus debere eſſe æque ce-
ler[illegible] Hæc difficultas in cauſa fuit, quare qui-
d[illegible]m moras in motibus finxere: eumque mo-
[illegible]an exiſtimarunt celeriorem eſſe, qui mino-
[illegible]s & breviores haberet moras, eum tardio-
rem, qui pluribus & longioribus moris
interſiſtitur. Sed hæc difficultatis ſolutio
mihi parum videtur ſolida: cum motus in-
terciſus morâ, à quiete ad motum ſeipſum
concitare non poſſit; & pugnet cum ſimpli-
ciſſimo agendi Dei modo, novis & in-
terciſis concurſibus motum in corporibus
ciere: præterquam cum omnis motus ta-
lem requireret naturam, omnes moræ fo-
rent æque longæ & breves: ſupra enim
probavimus, omnes actiones intermiſſas, ſi
earum intermiſſio nullo alio corporis mo-
tu menſuretur, ſibi invicem ſucceſſuras
immediate, & intervallum temporis nul-
lum interceſſurum. Quare aliâ ratione mo-
lienda eſt ſolutio hujus difficultatis.

Difficultati autem occaſionem dedit
falſa hypotheſis, quaſi aut corpus aut mo-
tus in minimas particulas dividi poſſit, aut
tamquam minimæ à nobis concipi. Cum
enim motum menſuramus, in tempore ali-
quam quantitatem concipimus, & illum
motum celeriorem vocamus, qui in illa
quantitate certa temporis, à nobis con-
cepta, majus ſpatium tranſit: & ita qui-
dem primò quoad nos omnis motus æque
celer dici non poteſt. Quantum autem ad
ipſam rei veritatem, licet quodlibet cor-
pus, cum movetur per ſpatium, nun-
quam moveri poſſit, ſive tardè moveatur,
ſive celeriter, quin ſemper aliquod ſpa-
tium tranſeat, idque ſucceſſivè; atque
ita neceſſe ſit quodlibet corpus ſingulis
momentis, quocunque modo moveatur,
mutare ſuum ſitum, & relationem ad
aliud corpus & ſpatium, cujus reſpectu
moveri dicitur: & inde quidem ſequi,
tam id quod tardè movetur revera moveri,
quam id quod celeriter: non tamen mo-
tus ideo æque celeres vocandi ſunt. Quia
ſi ſolummodo ſub ea ratione conſideretur à
nobis motus: tunc nec longus nec brevis,
nec celer nec tardus dici poteſt: nam ita
conſideratus, eſt tantum pura & mera rela-
tio, aut corporis modus & proprietas, à qua
tunc abſtrahimus omnes partes, omnem-
que extenſionem. Quatenus autem conti-
nuatam illam ſitus mutationem, ſpatio
temporis metimur, ea ratione quanta eſt,
& per conſequens celer aut tarda: cum au-
tem aliquid menſurare volumus, aliquid
quantum & extenſum ſumimus, in quo
partes aſſignare poſſumus: & ita prout
illa mutatio ſitus in certo aliquo ſpatii, &
temporis quanto à menſurante aſſumpto,
durat longius vel brevius, ita motus cele-
rior aut tardior eſt: neque in ſpatio aut
motu aliæ partes fingendæ, quæ ſibi invi-
cem reſpondeant, & ſingulæ minimæ re-
putandæ, cum neque in ſpatio, neque in
tempore, aliæ partes ſint, quam quas
nos ipſi facimus certis quibuſdam ſignis,
in uno continuo extenſo partes conſtituen-
tes, quæ ante illa ſigna, quibus partem à
parte dividimus, non erant. Dicimus illas
partes in extenſione non fuiſſe: non quod
in extenſione non fuerit aliud & aliud, ſed
quod non [illegible] alius ante ope-

operationem noſtri intellectus; nec ullius ab alio ſeparatio: cum extenſio uniformis ſeipſam non diſtinguat. Sed hæc accuratius probabimus, quando agendum erit de quantitate continua, an illa in infinitas partes dividi poſſit, aut an eas actu in ſe complectatur.

Ut itaque revertamur ad objectionem ſupra motam de æternitate motus: ſcil. ſi Deus ab æterno creaſſet ſingulis momentis rem aliquam, tunc res numero infinitæ jam extitiſſent. Ad hanc objectionem reſpondemus: etiamſi fuiſſet poſſibile Deum ab æterno rem aliquam producere potuiſſe: non ſequeretur tamen res infinitas numero futuras fuiſſe: nam ponamus motum eſſe potuiſſe ab æterno: quid inde aliud ſecutum fuiſſet, quam Deum potuiſſe ad ſingulas corporis cujuſdam mutationes ſitus, creare rem aliquam: at quemadmodum corpus quia in infinitum eſt diviſibile, nunquam ultimò dividi poteſt: & per conſequens partes ſemper finitæ futuræ ſunt, ſic etiam illæ continuatæ ſitus mutationes, ad quarum ſingulas Deum rem novam creare potuiſſe præſupponimus, fuiſſent finitæ: & ita conſequenter res creatæ finito numero fuiſſent comprehenſæ. Et hæc objectio tam poſſet formari de horæ ſpatio; quam de æternitate: cum in illo etiam momenta in infinitum multiplicari poſſint, quemadmodum in minimo quanto materiali, partes.

Sed quorſum tendit ad argumenta ex falſa hypotheſi deducta tanto ſtudio reſpondere? Cum impoſſibile ſit, & contradictionem manifeſtiſſimam implicet, aliquid produci poſſe ab æterno: ſed quicquid ab alio fit, neceſſariò fiat in principio, ſicut Divino Spiritu ductus loquitur Moſes: quicquid enim fit, id fit in principio ſui, & tunc principium eſt, cum fit. Et ubicunque eſt actio, ibi etiam eſt principium; cum actio proprie dicta non poſſit eſſe ſine terminis: terminus autem in actione ſemper aliquid novi eſt, quod

principium habet: ergo ab æterno eſſe non potuit, quod actione producitur. Quod autem principium non habet, id neque fit, neque factum eſt: neque per actionem eſſe ſuum acquiſivit. Sic ubicunque eſt ſucceſſio, ibi etiam eſt prius, & poſterius: omne autem prius, reſpectu
poſterioris eſt terminus à quo; qui termi-
nus à quo, eo ipſo, quia eſt, principiu
eſt: itaque ſi in infinitum aſcendas,
infinitum habebis principium. Ita
quemadmodum implicat contradi-
nem, corpus in infinitum poſſe di
ſic implicat rem per actionem exi
& tamen non habere principium
omnis actio ſit principium, c
modum omne corpus eſt extenſum
non daretur principium in ſuc
niſi actio illud daret: plane qu
dum ideo datur extenſio & qua
tinua, quia datur corpus.

Quando autem Theologi ac
æternos aſſignant Deo: illi
mile habent in ſpecie cum ac
bus hactenus ſermo fuit i
actui per quem mundus c
cum per illos actus nihil al
quam tale quippiam in D
homines non niſi per act
prout ſunt extra potenti
ſed actu id acquirunt; i
tiale, quod nobis act
vocatur actus purus,
reale in Deo imagin
Deus neque acquiſi
quatenus per action
cujus actionis reſpe
quid acquiſiviſſe dic
ctu motus tantum al
futurum: ſed id D
Et hinc ſunt nati il
bus dicimus Deum
neraſſe Filium, &
modus loquendi e
ctu actionum Dei;
qui æternam Filii

nobis dici putant generat[illegible]em Filii ab æterno factum & complet[illegible] fuiſſe, & adhuc fieri: cum noſtri [illegible]heologi, eo loquendi modo, nihil [illegible]ud indicatum velint, quàm generation[illegible]em Patris activam, & Filii paſſivam, ta[illegible]e quid deſignare in eſſentia divina, quale in noſtris actionibus analogum exiſtit: [illegible] ſed quia in actionibus creaturarum eſt pr[illegible]teritum, & futurum; ideo actionem D[illegible]ei, in qua talis ordo obſervari non pote[illegible], perpetuam & continuò durantem actio[illegible]em exponunt, qualis quidem revera P[illegible]priè in natura non datur; accommodu[illegible] tamen eſt ille conceptus exprimendæ r[illegible]i illi in Deo, quam generationem vo[illegible]mus. De actionibus autem Dei, q[illegible]rum terminus & effectus eſt aliquid [illegible]xtra Deum, aliter differendum eſt[illegible]

Ne[illegible] ideo ſequitur generationem æternam [illegible] quæ Deo attribuitur, non eſſe genera[illegible]onem propriè dictam: & ideo De[illegible]atrem propriè non dicendum patrem, [illegible]eque Filium propriè filium: neque Per[illegible]onarum diſtinctionem inde eruendam; ſed pro diverſis reſpectibus unius ejuſdemque perſonæ divinæ, eam nunc Patrem, nunc Filium, nunc Spiritum Sanctum vocari: ſicut propter diverſa effecta uni Deo diverſa adſcribuntur attributa. Eadem enim ratione liceret inferre, Deum, neque propriè loquendo vivere, neque intelligere, neque velle, neque operari: cum Deus plane alio modo eas operationes exerat, quam homines. Cum tamen ſufficiat ut res aliqua propriè comprehendatur ſub genere, ſi genericus conceptus, quem formamus de rebus, illi competat; licet omnes circumſtantiæ, & modi agendi, qui conceptum genericum non ingrediuntur, non quadrent. Sic Deus & anima vivere dicuntur; licet longiſſima ſit differentia inter vivendi modos eorum omnium: ſed de hiſce fortaſſis fuſius, quam inſtituti ratio fert. Quare ad ea ſeſe rurſus convertat ſermo, à quibus nonnihil deflexit; [illegible] parte ante, ut vulgo loquuntur, nihil poteſt eſſe æternum; quod in ſucceſſione conſiſtit: vel per actionem alterius exiſtit. Poſſitne autem infinitus rerum numerus extare à parte poſt, id adhuc examinandum eſt. Cum enim animæ in æternum manſuræ ſint, videtur inde ſequi, earum cogitationum actus fore infinitos: ſi infiniti, ergo cum omnes illi actus cognoſcantur à Deo, illi actus ſaltem in eſſe cognito erunt infiniti, & ita dabitur aliquid infinitum numero. Hæc plauſibilia videntur, propius tamen intuenti evaneſcunt: cum enim res, quoad exiſtentiam realem, ſibi invicem in æternum ſint ſucceſſuræ, ita ut una ſit poſt aliam futura, & ita quidem ut nunquam aliqua ſit futura poſtrema: hinc ſequitur res actu quoad exiſtentiam non fore infinitas numero. Quantum autem ad eſſe cognitum earum rerum, cum ſit tantum actus intellectionis Dei ſimplex, ei ſub tali conceptu termini quantitatis attribui non poſſunt. Novit autem illas fore infinitas actiones, quemadmodum novit quantum in infinitum eſſe diviſibile: non ideo tamen dicendum Deum in materia actu cognoſcere partes infinitas: tunc enim rem cognoſceret, non qualis eſt, ſed qualis non eſt: eſſet enim illa materia diviſibilis in partes infinitas: & tamen ipſo actu finitas ejus partes omnes cognoſceret. Cognoſcit autem Deus in materia tot partes, quot ipſe cognoſcendo & formando facit. Eadem ratione Deus in continuo ſucceſſivo novit tot actiones, quot cognoſcere vult; ita tamen ut alias in infinitum ſucceſſuras noverit: ex quibus rurſus cognoſcendo, finitas eas quidem agnoſcit: ita tamen ut infinitæ aliæ ſubſecuturæ ſint: quemadmodum concipiendo partes in materia, actu quidem finitas ſemper eas cognoſcit; ita tamen ut infinitas alias eſſe norit.

Pergimus jam ad alia, quibus quantitatis finitæ aut infinitæ termini ex uſu & modo loquendi aptare conſuevimus: quæ omnia expedita erunt: per antecedentia enim

enim ad ſolutionem reliquarum difficultatum aditum nobis fecimus.

*De infinito continuo.*

Succedat itaque quantum materiale, quod & ſpatii nomine venit: ſive id ſit ens reale, & actuale; ſive fictitium & imaginarium. Quantum ad materiam, eam in infinitum extendi non poſſe, ita ut nullam ulteriorem extenſionem admittat, inde liquet; quod extenſionis materialis ratio talis ſit naturæ, ut termino includi neceſſe ſit: & utcunque aliquid extenſum eſt, nunquam extremam extenſionem acquiſivit. Earum enim rerum natura talis eſt, quod cuique eam intuenti apparet, ut ambitu certo & terminis non comprehendatur, intra quos conſiſtere debet: neque quicquam ex continuo augmento illis advenit, quod ulterius augmentum à ſe repellat: & ita abſurdum eſt, iis rebus tale augmentum aſſignare, ut jam ſibi ipſi impedimento ſint, quominus augeri ulterius poſſint. Quæ autem ſub præciſo aliquo exemplari & idea ſunt id, quod ſunt, & ita conſiderantur à nobis, atque in certa claſſe ponuntur, quia cum regulis & exemplaribus ſuis quadrant, quales ſunt rerum eſſentiæ & relationes: illæ incrementum qualecunque non admittunt.

Atque ita in genere concludimus nihil dari, de quo conceptus formatur, qui quantitatis propriè dictæ ultimum terminum admittit, quod actu infinitum eſt, aut eſſe poſſit. Unum tantum objici poteſt, ſcilic. Deum actu infinitum dici. Reſpondemus Deum optimum maximum ſub duplici reſpectu à nobis conſiderari poſſe, vel quatenus ejus eſſentiam ſimpliciter conſideramus: vel quatenus ejus attributa. Quantum ad eſſentialem Dei conceptum, in illo Deus neque finitus, neque infinitus vocari poteſt; non magis quam reliquæ rerum eſſentiæ, ſive eſſentiales conceptus: dum itaque nullus hominem, prout eum diſtinguit per conceptum ſpecificum ab aliis rebus, quantum, magnum, aut parvum vocaverit: ſic in conceptu eſſentiali, nemo Deum finitum aut infinitum rectè vocaverit: & id eſt quod in logicis dicitur, ſubſtantiam non admittere magis aut minus: quod tamen male ſubſtantiis, tanquam aliquid peculiare attribuitur: excluſis qualitatibus & quantitatibus, cum omnibus rebus eſſentialiter conſiderat[is] conveniat: unum enim quantum non [est] magis quantum quam aliud, quate[nus] quantitatis conceptus formalis eſt poſſ[e di]vidi in partes, cum minimum corpu[s] in ſuas partes dividi poſſit quam [maxi]mum.

Cum vulgo autem Deus infinitu[s dici]tur, cæteræ creaturæ finitæ, id [...] tunc Dei eſſentia conſideratur cu[m] ad quædam attributa, aut qualit[...] quantitatis terminos admittu[nt]. Theologi poſtquam Deum i[n] genere dixere, tunc ad ſing[ula] tranſeuntes, declarant Deu[m infini]tum dici, quia ejus attributa [...] vocantque Deum omnipot[entem, omni]ſcientem, æternum, &c. [...] tributa rurſus dupliciter [...] vel in ſe, vel in ordine ad [...] ſiderata, quanta non ſu[nt ...] finita, aut infinita dici [...] intellectus in ſe conſid[eratus] infinitus non dicitur [...] juſtitia, miſericordia, [...] ne autem ad aliud, D[...] infinita actu eſſe, qu[...] jecta ad quæ referun[tur ...] cumſcribi; ſed ad [...] per ſeſe extendere [...] lectus Dei infinitus [...] attributum intelle[...] liceat, tale eſt ut n[...] [...]ſint, aut imagin[...]

nihil dari actu infinitum, ne in Deo quidem: objecta enim attributorum Dei, finita ſemper erunt actu: ipſa autem attributa in ſe conſiderata quanta non ſunt. Quid de Dei duratione dicendum ſit, & quomodo illa quanta vel non quanta ſit, ſupra manifeſtum fecimus. Sic cuivis manifeſtum eſt neque omnipræſentiam Dei infinitam dicendam: ſed Dei præſentiam rebus omnibus præſentem eſſe quidem: at cum res creatæ finitæ, & ſpatium imaginarium in infinitum extenſum, nihil ſit, cujus reſpectu non eſt: omnipræſentia Dei infinita alicubi eſſe non poteſt. Pergimus jam ad id, quod quantum, in ordine ad tempore [illegible] vocamus: ſed & de eo Pauca dicenda reſtant: cum ea, quæ de motu ſupra diximus, omnes difficultates [illegible], quæ circa quantum in ordine ad motum & ſucceſſionem verſantur: pauca tamen addemus, quæ [illegible] rem rei elucidationem ſpectant. Quæritur itaque an non neceſſario ſequatur, cum ex continua ſucceſſione corporis moti per ſpatium quantum, corpus continuo tranſeat aliquam partem ſpatii, & ſemper quidem minimam, an non ideo inde ſequatur actu dari infinitas relationes corporis in ordine ad ſpatium [illegible] ſitus, atque adeo dari aliquid actu infinitum? quod tamen ſupra in genere negavimus. Sed dicimus talem actualem infinitatem inde non oriri: cum quantitatem in ſpatio, per quod corpus movetur, partes actu non ſint; ſed potentia tantum: id quod potentia eſt, revera actu non eſt: & quia in ſpatio, per quod corpus movetur, infinitæ partes actu non ſunt, ideo in corpore moto infinitæ tales ſitus mutationes fingere non oportet. Longe autem differunt, extenſionem ſive corpus eſſe diviſibile in partes infinitas, & partes infinitas in extenſione eſſe, cum poſterius partes actuales deſignet, prius potentiales: voco autem partes actuales, non [illegible] in corpore à ſe

imaginatione ſeparantur actu: reſpectu enim talis diviſionis, quæ fit per imaginationem, quantum etiam eſt in infinitum diviſibile. Cum autem quantum materiale continuum neutro horum modorum diviſibile ſit, partes etiam actu non habet; neque ex partibus actu conſtare dicitur: ſed dicitur unum continuum: & quotieſcunque illud continuum ex partibus conſtare aſſeritur: toties accedit diviſio quædam per imaginationem, quæ diviſio cauſa efficiens eſt partium illarum, quæ antea non erant: & cum talis diviſio in infinitum extendatur, infinitæ partes actu non ſunt: ſed in infinitum diviſibile eſt. Et certe cum Deus hoc univerſum produxit, non id ex partibus coagmentavit: ſed ſimulac ſemel omnem corpoream molem ex nihilo eduxit. Et cum pars à parte in toto diſtingui debeat, ſive revera, & notâ diſtinctiva in re exiſtente, aut notâ ab intellectu rei attributa, materia autem ſive extenſio ſe ipſam diſtinguere non poſſit: ergo producendo molem corpoream Deus, neceſſario ſimul partes non produxit; neque ante actualem operationem intellectus, Deus partes diſtinctas in integro reperit: ſed intelligendo eas format. Et hinc liquet, corpus ſive extenſionem non eſſe proprie id, quod ex partibus compoſitum eſt: cum multa ſint tota, quæ ex coagmentatione partium non conſtant: ſed corpus ſive extenſio eſt id, quod in partes dividi poteſt, dividendo autem fiunt partes; licet extenſio, ex qua fiunt, ante partes ſit. At quamvis in extenſione non ſint partes, eſt tamen in ea *aliud & aliud* ante extenſionis modificationem, aut operationem imaginationis: nam quamvis extenſio modificata ſive reipſa, ſive per imaginationem *modis affecta*, per ſuos modos nobis partes tantum inſinuat; quatenus modus ab alio modo differens, numerum, partes & individuorum pluralitatem importat; & quod ita revera ante illam modificationem in extenſione [illegible] tamen con-

cipere extenſionem ſine *alio* & *alio*: & eo ſenſu extenſio non eſt aliquid ſimplex & indiviſibile. Et quamvis modis non diſtinguatur, diſtinguitur tamen ſuâ naturâ, quia eſt aliquid extenſum; & ad poſitionem unius *aliud* non eſt neceſſe poni aliquid, quod etiam ad poſitionem alterius *aliud* ſequitur. Quod etiam illi, qui extenſionem per ſe diviſibilem negant, concedere neceſſe habent: quia extenſio tot diverſis affecta eſt modis, quot nunc in natura extant corpora, quæ illi non ſubſtantia à ſe invicem diſtincta arbitrantur, ſed tantum modis. Imo fundamentum diviſionis extenſionis in partes, eſt extenſio. Quomodo enim modi in extenſione partes ponerent, ſi ante illas partes, non eſſet in extenſione *aliud* & *aliud*: modus enim ab extenſione non differt; nec ſine illa extenſione concipi poteſt: & ita modus à modo diſtinctus, diſtinctionem, partes, & individua in extenſione nobis inſinuant: quod non præſtarent ſi non eſſet *aliud* & *aliud* in extenſione: nam alioquin modi ſe invicem penetrarent. Nec modus per ſe ſpatium occupat, neque extenſionem importat; ſed per extenſionem illa omnia præſtat. Voco autem illud *aliud* & *aliud* in extenſione, non partes: nam quoties in extenſione ſimplici, nullo adhuc affecta modo, partes mihi imaginor, ab extenſione tollo ſimplicitatem, uniformitatem, & *unitatem*. At in extenſione intelligo tantum *aliud* & *aliud*: quia quod extenſum eſt, uno puncto contineri non poteſt: & quia tunc in ea modos non fingo, aut imaginor, manet extenſio *unum individuum*.

Reſtat ut jam agamus de eo, quod finitum vel infinitum potentia & virtute dicitur: ſed antequam de eo ſermo inſtituatur, ex uſu erit pauca quædam præmittere de potentiæ natura. Potentia agendi (de eo enim diſquiritur) eſt vis illa, qua aliquid afficitur: eſtque vel in re materiali, vel teſt, vel in ordine ad ſpiritum. Potentia rei materialis in ordine ad aliud corpus, conſiſtit in eo, quod in alio corpore ex lege naturæ motum ciere, vel motum determinare poteſt: ita ut omnis potentia, & facultas in rebus ad motum corporeum, vel ad motus corporei modum revocari debeat. Quod facile inde liquet, quod nullos effectus in corporibus obſervare poſſumus, qui non oriantur ex mutatione loci, & ſitus partium corporis: at nul lum corpus ab alio corpore movetur, ni per corpus ejuſque motum, quia ſcil. n datur penetratio corporum: corpus aut ex loco moveri per corpus alterius co ris, nemo in dubium vocare poteſt. re quicquid corporeum eſt, e modo in corpus effectus & vires e debet.

Virtus rei materialis in ordine tum ea eſt, qua rem ſpiritualer mutatione afficere nata apta eſt. tem pacto hoc fiat, explicare eſ bile, & ſupra humani ingenii v modus ille agendi, ſecundum rationum rerum materialium non exeratur: ideo de iis inte ficio ſenſuum judicium ferre licet effectus operationis, ſi ratio ipſa, quæ ab effectu, eſt in fieri, non differt, a operationes nobis ſæpe no enim corporis in anima n jus occaſione anima cogi format. An autem dæm quid à corpore, incert fugiat, qualem nexum corpora intercedere vo

Virtus rei ſpiritual quem effectum produc ſive in ſpiritu: eſtque ſpiritibus finitis: virtu diverſis effectis, quæ ſæ ſunt, vel vocantur

& eam in ſpecie potentiam intelligunt Philoſophi & Theologi: cum de potentia Dei loquuntur. Hiſce ita præmiſſis, ad rem ipſam accedimus. Quæ hactenus de potentia diximus, ex opinione vulgi & communium Philoſophorum prolata ſunt: nam reipſa una tantum potentia datur, eſtque illa tantum in rebus ſpiritualibus, quæ ex voluntate operantur; & quatenus ex voluntate operantur: & ita ex ſe virtutem concitent, qua aliquid per modum veræ operationis fit: reliquæ potentiæ, quæ in corporibus eſſe putantur, ſunt paſſiones; ſive potentia ſubjectiva, qua corpora apta nata ſunt ad aliquid patiendum.

Poteſt itaque potentia qualiſcunque ſive corporis, ſive ſpiritus, duplici ratione dici quanta, finita, vel infinita: vel reſpectu effectorum, quæ produxit, aut producere poteſt; prout in iis, aut res diſtinctæ [illegible] gradus conſiderari poſſunt: vel [illegible] ipſa potentia partibus, vel gradibus conſtat. Ad effecta quod attinet, [illegible] effectorum reſpectu potentia dici poteſt finita vel infinita: extra dubitationem conſtitutum ſit oportet, nullam potentiam [illegible] infinitum effectorum numerum [illegible] dici poſſe, cum rationes ſupra [illegible] abundè huic rei fidem faciant. [illegible] in ſe conſiderata, prout eam quantitatem componi dicimus, nulla etiam [illegible] eſt: quia potentia rei corporalis [illegible] augetur, niſi per acceſſionem novarum [illegible] aut motus augmentum, aut [illegible] mutationem, &c. quarum re[illegible] in infinitum actu auctum eſſe [illegible].

Potentia autem Dei in ſe ſpectata, [illegible] ſimpliciſſima, quantitatis de[illegible]nem non admittit; neque alia [illegible] infinita dicitur, niſi in ordine ad [illegible] effecta, quæ producere poteſt. Solent tamen quidam Dei potentiam vocare infinitam, cum reſpectu & ordine quidem ad [illegible], non tamen conſiderando effectorum multitudinem: ſed eorum producendi modum & efficaciam, quæ tanta eſt: ut ſolummodo virtute Dei propria, produci poſſint quædam effecta; quæ virtus cum in Deo infinita vocetur, docent talia effecta requirere virtutem infinitam ad ſui productionem. Hunc autem loquendi modum ſatis eſſe improprium liquet, quod modus aut ratio agendi finita aut infinita dici non poteſt, quia in ſe quantitatis rationem & naturam non continet. Si in objecto eſſent aliqui reſiſtentiæ gradus, qui ſuperari non poſſint, niſi virium in infinitum intenſione, qualis reſiſtentia reperitur in effectis naturalibus, in quibus motus & quies locum ſibi vindicant: tunc producendi modus aut ratio quanta vocari poſſet. Cum autem agendi virtus, qua Deus aliquid producit, non intendatur, neque lucta & reſiſtentia in effectis in ordine ad potentiam Dei reperiatur: nulli amplius ambiguum eſſe poteſt, quin potentia Dei conſiderata in ſuo agendi modo, finita aut infinita dicenda non ſit. Si tamen eam potentiam & agendi vim, quæ propria eſt & incommunicabilis creaturæ, lubeat vocare infinitam, ſuper verbis cum nemine contentionis funem ducemus.

Quæ autem ſint illa effecta, quæ talem vim requirunt ut creatæ rei, vel quæ creari poſſit, vim tranſcendant, non facile determinaverim. Multi confundunt vim naturæ inſtitutæ, cum ea vi, quæ à Deo creaturis adhuc indi poteſt: deinde vim agendi conſuetam, cum ea, quæ creaturis ineſſe poſſet, niſi Deus earum agendi vim & efficaciam infringeret. Et hinc putant omnem effectum requirere vim infinitam, & creaturæ eſſe incommunicabilem, quæcunque requirit vim excedentem creaturam jam conſtitutam: eo fundamento innixi exiſtimant omnia miracula requirere vim infinitam: cum nullo argumento tamen adſtrui poſſit, vel talem vim jam in natura non eſſe, vel ſaltem creaturam novam creari non poſſe à Deo, quæ illam rem effectam det, quam nos vocamus miraculum: v. gr. quis ratione natu-

naturali mihi probabit, reſuſcitationem cadaveris effectum eſſe, qui poſtulet vim & efficaciam infinitam, & creaturæ incommunicabilem? Idem dixerim de cordis ſcrutatione, de montium tranſlatione de loco in locum, de curſu ſolis aut lunæ ſiſtendo.

Solent equidem quidam dicere, talem effectum ſibi requirere vim infinitam, qui infinitum intervallum habet inter ſe & cauſam, quale eſſe dicunt inter nihil & aliquid, & ideo creationem infinitæ virtutis eſſe docent: quod licet non negaverim, modo & rationi probationis non facile tamen aſſenſerim: cum nullum ſit intervallum inter aliquid & nihil: *nihil* enim terminus non eſt, aut extremum aliquid, non magis quàm vacuum reſpectu corporis. Ad probandum autem creaturæ vim creandi communicari non poſſe, utor hoc argumento. Creatio ponit productionem rei ex nihilo: at tantum perfectionis debet eſſe in cauſa, quantum eſt in effectu. At creatura neceſſario dependet à Deo tota: ergo independentia creaturæ communicari non poteſt. Cæterum non putamus id facile determinatu eſſe, quænam effecta talia ſint, quæ à creatura qualicunque produci non poſſint: cum enim Deus in infinitum augere poſſit creaturarum virtutem, ſicut & earum numerum: non liquet mihi, in quo effectu ſubſiſtendum ſit, qui dicendus ſit ſuperare vim creaturæ: quamvis hoc ſit veriſſimum, & luce meridiana clarius, quamlibet creaturam creatam aut creabilem, habere vim & potentiam limitatam. Et neſcio an quicquam abſurdius doceri poſſit, quàm omnipotentiam Dei creaturæ communicari poſſe: cum inde neceſſario ſequatur, aut Deum, qui cum ſua potentia una eademque res eſt, eſſentia & ſubſtantia converti in creaturam: aut omnipotentiam Dei, & per conſequens Deum multiplicari: quod manifeſtam contradictionem

Dei omnipotentiam ita conjungi poſſe cum quadam creatura, ut omnipotentia Divina exerens ſuam efficaciam conjuncta cum creatura, ejus effecta etiam creaturæ propter ſummam unionem tribui poſſint: nihil repugnamus. Idem dicendum eſt de omnipræſentia, aliiſque Dei attributis incommunicabilibus: quæ autem communicabilia vocantur, ideo tale nomen ſortiuntur, quia eorum analogum in creaturis reperitur, & effectus eorundem, cum effectis attributorum Dei communicabilium, conveniunt.

Sed dicat aliquis: ſi conſtare non po
ſit ad quæ effecta vis infinita requiratu
& Dei ſpecialis concurſus: ſecund
quam regulam inſtituetur examen m
culorum & præſtigiarum: & quibus
mentis adducti miraculis veris fidem
bebunt, & præſtigiis ac fraudibus e
detrahent? Sed quis docuit ex
præter conſuetum naturæ curſum
veram aut apparentem cauſam ſup
ram perpetratum, de miraculo a
miter ſtatuendum eſſe? Multa a
men vocanda ſunt, quæ fidem
adſtruant, qualia ſunt: ut fia
bandam & confirmandam aliq
tem, quam ſcire hominum i
ut ſit opus quod bonum præ
conciliat. Sapientiſſimus en
ludum & jocum virtutem
promet ad perpetranda mira
homines vileſcant: & no
pienti rectori id pervulgat
gratis hominum oculis obj
culiari actui regiminis
qualia ſunt miracula. D
debent fieri publice &
qui ad ea attendere velit,
miraculum, hoc eſt, c
vulgaris virtutis perpet
cum potiſſimum ordinat
randam fidem, vel conv
num incredulitatem, n

in ſubſidium à Deo adhibeantur: quare etiam in Sacris vocantur ſigna & teſtimonia. Tertio miracula vera non poſſunt adhiberi ad ſubvertendam veritatem, quæ antea miraculis confirmata fuit: alioquin Deus hominibus imponeret inevitabilem neceſſitatem hærendi in dubio & præcipiti: & primarius miraculorum finis, qui eſt fidei ingeneratio, aut contumaciæ convictio, periret. Quarto non debent miracula ejus eſſe naturæ, ut ſi iis fidem adhibere velimus, rationi, judicio, & ſenſuum teſtimonio repudium ſit mittendum: cum enim de miraculis per rationem & judicium judicandum ſit: ſi illa ratione & judicio, in credendo ipſo miraculo ſtandum non ſit, ſignum, ſcil. miraculum, erit non ſignum: & ratio atque hominis judicium non convincetur de veritate, tam miraculi, quam rei, quæ per miraculum fidem inventura erat apud homines: qui uſus rationis & judicii in tali miraculo falſo interdicitur. Si ad hanc normam opera non vulgata examinentur, facile diſtinguentur à præſtigiis & fraudibus hominum & dæmoniorum.

Poſſet jam huic tractatui finis imponi, cum omnia quæ examinanda propoſueramus, excuſſa ſint: ſed ut magis uſus hujus tractatus appareat, & ne videamur eſſe ex hoc hominum genere, qui in ſpinoſis quæſtionibus, quarum nullus ad humanum genus redit fructus, induſtriam ſuam exercent: lubet ex his principales quaſdam objectiones adverſariorum ſolvere, qui ex hiſce controverſiis male intellectis, graviſſimis erroribus Theologiam temerarunt. Contra omnipræſentiam Dei hæc argumenta, à ratione mutuata, proferre ſolent. Primò: eſſe infinitum Deum, & tamen eundem in minimo pulviſculo totum eſſe. Reſpondemus adverſarios parum accurate loqui de natura Spiritus: qui hujuſmodi totum Deo attribuunt, quod eſt extenſum: in quo eſt aliud & aliud; & quod in partes diviſibile eſt. Eſt itaque Deus omnibus rebus & locis præſens; ſed
non per extenſionem aut per partes, quia
illas non habet: ſed per eſſentiam ſpiritu-
alem, cui termini totius & partium, ex
quibus tale totum componitur, attribui
non poſſunt: propter rationes ſupra fuſius
deductas. Et ita manifeſtum eſt multum
intereſſe inter individuum extenſum, &
inter individuum ſpirituale: prius non eſt
proprie dictum individuum, poſterius
merito cenſetur eo numero. Deinde ex
his liquet diſtinguendum eſſe inter *indiviſi-*
*bile*; & inter *extenſum, quod non habet*
*partes*: non ſufficit, ut Deus alicui rei
præſens ſit indiviſibiliter, quia non habet
partes: & quaſi ita Deus poſſit extenſus
eſſe ſine imperfectione, quia extenſio in
ſe conſiderata *partes* non involvit; neque,
ut adverſarii ferunt, *imperfectionem*. Suffi-
cit enim ad arguendam imperfectionem in
extenſione, quod in ea ſit *aliud & aliud*:
& quod id improprie ſit *individuum*, quod
in uno *aliud* affici poſſit aliqua affectione,
à quâ abeſt in alio *aliud*: & clare & diſtin-
cte intelligere poſſum unum *aliud* in exten-
ſione poſſe deſtrui alio *aliud* manente. Si
autem adverſarii per præſentiam totalem
Dei, qua minimo pulviſculo totus præ-
ſens eſt, intelligant ejuſdem Dei excluſi-
onem ex aliis locis: tunc à veritate alie-
num eſt, Deum eſſe omnibus rebus præ-
ſentem: & tamen minimo pulviſculo tan-
tum præſentem eſſe, quia illi totus præ-
ſens eſt: longe enim differunt Deum indi-
viſe minimo pulviſculo præſentem eſſe:
& totam Dei extenſionem illo pulviſculo
circumſcribi. Adverſarii ſemper confun-
dunt præſentiam Dei, cum rebus quibus
præſens eſt: cum in illa partes non opor-
teat imaginari; in his autem omnino.

Ejuſdem farinæ & notæ eſt illud argu-
mentum: Deum eidem rei tunc ſimul
æqualem eſſe & inæqualem, quia in re mi-
nima & maxima totus exiſtit: cum con-
fundant Dei coëxiſtentiam cum rebus,
quæ reſpectu corporum jam pluribus exi-
ſtere dicitur, jam paucioribus, jam ma-
joribus, jam minoribus: ipſe autem De-
us

us æqualis aut inæqualis dici non poteſt, nec major, nec minor: vel ſi mundi extenſio augeretur. Deus enim tunc quidem pluribus rebus præſens futurus eſſet, & majori ſpatio coëxiſtens: ipſe tamen major non fieret: quia majus & minus partes & gradus denotat: inciperet equidem rebus præſens eſſe, quibus antea non erat: & ita latius ſeſe diffunderet Dei præſentia: at id Dei perfectioni non derogaret, neque conſtanti, & invariabili ejus naturæ, non magis, quàm cum per creationem mundi incæpit alicubi eſſe, & corporibus præſens: cum antea nullibi eſſet, hoc eſt, corporibus præſens non erat: corpus enim *ubi* conſtituit. Quia Dei præſentia in rebus non infert intrinſecam eſſentiæ divinæ extenſionem: eſt enim ſubſtantia ſpiritualis, quæ talem extenſionem non admittit: tranſiret enim in naturam corpoream: ſed denotat tantum rem creatam v. gr. & extenſam in Deo eſſe indiviſibili, & indiviſibiliter: quemadmodum res corporeæ & extenſæ, ab anima extenſæ comprehenduntur, & ideæ corporales rei in mente, partes non habente, exiſtunt. Quemadmodum itaque res intellecta quidem quanta, & extenſa dici poteſt: ipſa autem intellectio rei extenſæ, talem denominationem non admittit: neque major, aut minor vocatur; licet nunc majus corpus, nunc minus comprehendat: ita Dei eſſentia ſpiritualis ſeſe non diffundit; etiamſi pluribus corporibus præſens ſit. Quemadmodum neque anima rationalis ſeſe extendit latius, quando corpus in dies augetur, & inſtrumenta intellectus per conſequens majora fiant, quibus immediatè præſens eſſe debet: etiamſi neges animam eſſe præſentem omnibus corporis partibus: præſentia autem conſiſtit in eo, quod ab organis pati poteſt, & in ea agere: patitur autem non quemadmodum corpus à corpore patitur, ſecundum tactum corporeum: quod ſatis ex effectu, & ideis, quas anima for[illegible] Sic operatur in organa, & ſpiritus, non per motum corporis; ſed modo convenienti ſuæ naturæ, hoc eſt, voluntate: & in iis efficaciam ſuam exerere poteſt, quæ voluntati ſubjacent & ei parent: atque illam puto eſſe virtutem rerum ſpiritualium, quibus operantur. Quemadmodum vulgus exiſtimat corpora operari motu, figurâ, quiete &c: & ſicuti proprie loquendo corpora iis tantum rebus præſentia ſunt, quæ immediate contingunt: & per conſequens in quæ operari poſſunt: ſic res ſpirituales proprie loquendo iis tantum rebus præſentes ſunt, in quæ operari poſſunt per voluntatem: cum autem voluntas non ſit res extenſa, per extenſionem ſuæ naturæ res ſpirituales rebus corporeis præſentes eſſe non poſſunt. Et pe[r] conſequens Deus per diffuſionem, au[t] extenſionem novam ſuæ eſſentiæ, reb[us] de novo creatis præſens non eſt: quod er[at] probandum. Plura de ſpirituali natu[ra] differere non permittit humana in[fir]mitas.

Objiciunt itidem Deum ſecundum [no]ſtram doctrinam totum eſſe ſupra, & [infra] eandem rem: ſed adverſarii rurſus i[n hoc] argumento Dei eſſentiæ ſpirituali [attri]buunt terminos quantitatis, qui i[p]ſi [non] competunt: ſed rebus tantum, [quibus] præſens eſt. Deus enim nec part[es supe]riores, nec inferiores habet, n[ec ...]tus dici poteſt: hoc enim extenſ[is tan]tum convenit. Et quis dixerit in[tellectum] humanum cum concipit uno ac[tu sim]pliciſſimo & ſpirituali, corpus ex[tensum, in] quo hæ locorum differentiæ ſ[unt, esse] ſupra & infra illud corpus ſimul[?] cum per voluntatem corpus di[...] vet indiviſibiliter, tale quid m[...] afferet? Addunt ex noſtra ſent[entia] corpora etiam quam longiſſi[me distantia] intime tamen inter ſe unita e[sse] propter Dei ſimplicem & in[divisibilem] eſſentiam, quæ cum in minim[...] [illegible] illa corp[illegible] Dec[...]

tant, & indiviſibiliter conjuncta: quæ enim eidem ſecundum idem junguntur, ea inter ſe juncta ſunt. Sed rurſus confundunt indiviſibilem Dei eſſentiam cum ejus coëxiſtentia & præſentia: nam licet in minima re ſit tota, hoc eſt, non per partes; ejus tamen coëxiſtentia & præſentia re minima non terminatur & circumſcribitur. Plura argumenta colligere non lubet, cum omnia eadem methodo refutentur: & fruſtra ſit lectoris ingenium frequenti repetitione vexare. Quæ etiam cauſa eſt, quare ad ſolutionem argumentorum, quæ adverſarii in medium proferre ſolent contra doctrinam de æternitate Dei, prout in Eccleſiis noſtris docetur, nihil reſponſuri ſimus: mutatis enim mutandis, & quæ de ſimplici & ſpirituali Dei eſſentia & præſentia diximus in ordine ad corpora, applicatis Æternitati Dei indiviſibili: eadem facilitate argumenta adverſariorum ſubvertemus. Quare hic finem imponimus: ne longior oratio ipſum tractatum in tædium adducat.

FINIS.

# DEMONSTRATIO

*In qua oſtenditur neque* Doctrinam *de*

# QUIETE SOLIS

AC

# MOTU TERRÆ,

*Neque Principia Philoſophiæ* RENATI DES CARTES *Verbo Dei contraria eſſe.*

*Oppoſita Tractatui* J. DU BOIS, *Concionatoris Lugduni Batavorum, cui Titulus* Nuditas Philoſophiæ Carteſianæ detecta.

Digitized by Google

1037

# PRÆFATIO ad LECTOREM.

*Benevole ac Chriſtiane* Lector,

PAuci menſes elapſi ſunt, ex quo in gratiam amici linguæ Latinæ imperiti, conſcripſi ac publici juris feci tractatum, qui inſcribitur *Demonſtratio, ſententiam de quiete ſolis, ac motu terræ minime pugnare cum Sacris Literis.* Atque hanc quidem provinciam eo libentius ſuſcepi, quod præviderem, ſi in hujus controverſiæ diſcuſſione quid poſſem afferre, quod benevolo Lectori ſatisfaceret, futurum, ut hoc pacto tollerem, atque hominum animis eximerem, unum ex iis præjudiciis, quibus doctrina ac Philoſophia *Carteſi* maxime gravatur: quem ego Virum, uti & Scripta ejus cum aliis eruditis facio maximi. Certum eſt cauſas arcanorum naturæ, quæ circa globum terreſtrem ſeſe produnt; & quas nunquam ſatis laudatus Autor in Scriptis ſu nobis ob oculos poſuit, mutuari fundamentum ſuæ veritatis à motu ter Quin imo conſentientes habemus doctiſſimos hujus ævi ſcriptores, atten conſiderationem cauſarum naturalium, quæ ſe offerunt in cœlo ac terra, quaſi manu-ducere ad amplectendam *de motu terræ* ſententiam. Verum Pagina, quam ducem ſequi nos oportet, videbatur juxta opinionem mult huic ſententiæ adverſari; atque hinc judicarunt, reprobanda ac damna dogmata, quæ tam malo fundamento inniterentur. Hæc res jam dudu excitavit deſiderium perſcrutandi, atque attentius examinandi ea S loca, quæ afferuntur ad evertendam *de motu terræ* ſententiam; a collatione inter loquendi modos, quibus utitur Spiritus Sanctus i textibus, cum aliis Scripturæ locis, in quibus textus Græcus minit nit cum Hebraïco, (unde etiam omnes Theologi cenſuerunt, non c ſecundum literam accipienda; atque proinde ſingula verba non eſſ pro regula ac norma fidei) judicavi ea Scripturæ loca, quæ agerent *lis*, ſimilem etiam interpretationem ac reſponſum poſſe admittere: rum rerum conſideratio me impulit ad amplectendam de *motu terræ* am. Quare etiam exiſtimavi, non futurum, ut mihi [illegible] verteret

opportunitate temporis atque occaſionis) in lucem ederem. *Pitiſcus*, *Lansbergius* ambo Reformati Theologi doctrinam Copernicanorum amplexi ſunt; nec piguit hunc eorum opinionem ſcriptis ſuis defendere. Idem quoque factitarunt *Longomontanus*, *Mullerius*, *Phocilides*: ac tantum non omnes noſtri temporis Aſtronomi *Copernicum* ſectantur, atque *terræ motum* tuentur. Quin etiam nulla in Belgica noſtra eſt *Academia*, (ut in ſequentibus pluribus oſtendam) in qua non reperiantur Profeſſores aliquot, atque inter eos etiam Theologi, Carteſii veſtigiis inſiſtentes: unde facile colligas, quid illi de *motu terræ* ſentiant. Doctiſſimus Dominus *Wittichius* Sacroſanctæ Theologiæ, in Academia *Lugduno Batava* Profeſſor jam dudum edidit tractatum ad refutanda argumenta, quæ adducuntur ex Sacra Pagina ad evertendam *de motu terræ* ſententiam: & nihilominus expertus eſt tam propitiam erga ſe *Curatorum* voluntatem, & ei præteritis aliis provinciam Sacras Litteras publicè docendi demandaverint. Quocirca, quando munitus ſum auctoritate tot virorum publicis muneribus fungentium, qui honoraria merentes, ac ſubjecti legibus ſui *Collegii*, eo minori libertate gaudent, ac magis reſpicere debent collegii ſui rectores, non eſt, quod in malam partem à quoquam accipi poſſit, ſi ego privatus ab omni adminiſtratione publicorum munerum alienus, ac liber in libera republica, in qua huc uſque nullis legibus fuit imminuta libertas, hoc opus aggredior. Nihilominus tamen adverſarii mei acerbiſſimè me hoc nomine inſectantur, ac nomen meum proſcindunt; quam vero ob rem incertus ſum. An forte quod tractem quæſtionem Theologicam, cum Theologus non ſim? Certe Dominus *de Bois*, ac *Auctor brevium annotationum* oſtendunt, ſe illud ægerrimè ferre; putantque nefas eſſe me ullis quęſtionibus pręter *Philoſophicas* me ipſum immiſcere, & ęquum eſſe, me relinquere controverſias *Theologicas* ſuis doctoribus Theologis ventilandas, quibus illud negotii datum eſt, ac quibus annuum ſtipendium pro procuratione rerum divinarum, & pro examine ac deciſione talium quæſtionum perſolvitur; quorumque adeo ſententia cum *Philoſophis*; tum cæteris Eccleſiæ membris ſtandum ſit. Verum intelligant illi me talem in *Doctoribus* poteſtatem non agnoſcere, ſed putare me voluntatis divinæ, qua æquo jure ad cœleſtem cum illis hereditatem vocatus ſum, mihi interpretationem non minus competere quam illis; neque neceſſe eſſe, ut cortice & ſola ſcriptione & littera contentus, ſenſum ipſum (qui Sacræ Paginæ anima & medulla eſt) à doctoribus ſacro muneri conſecratis accipiam. Profecto ſi ita ſe res habet, quemadmodum adverſarii mei ſentiunt, vicerunt *Pontificii*, ac fruſtra à noſtris in ſtabilienda vera religione laboratum eſt.

Non inficior equidem conſultum eſſe, ut in arduis *quæſtionibus* doctores conſulamus, verum propterea eorum judicio non adſtringimur, quemadmodum ſcabini aut privati non ſequi tenentur *reſponſa* juris peritorum.

torum. Differunt enim aliquem conſulere, & obligari ad ſequendum ejus conſilium.

An vero ideo me inclementius exagitant adverſarii, quod in Sacra Scriptura interpretanda iis utar regulis, quibus ejus auctoritas frangatur, minuatur atque vileſcat? Verum ipſe Dominus *de Bois* fatetur paginâ vigeſima octava ſui tractatus, me in tractatus mei principio ea jacere fundamenta de auctoritate Verbi Divini, quibus nullus Reformatus contradicere poſſit. Si quid ergo à me erratum eſt, imprudentia erratum eſt, quod in examine hujus controverſiæ illis regulis non recte uſus ſim. Verum error hic cum veniam mereatur, iniquum eſt, adverſarios mihi propterea tam proterve inſultare, ac famam meam tam petulanter conculcare. Hinc etiam non crediderim animum Domini *de Bois*, atque *Auctoris brevium annotationum* hoc nomine erga me adeo exarſiſſe. Hæc ſola itaque cauſa ſupereſt, quæ eos mihi infenſos reddidit: nimirum, quod *Carteſium* in ſcriptis meis celebrem, ac opera ejus faciam maximi, affirmando, doctrinam ipſius longe lateque in omnibus noſtris Academiis tenere atque vigere: ac fruſtrari malevolos quoſvis adverſariorum conatus. Hiſce ſolis & quidem obiter de *Carteſio* dictis, tetigi ulcus Domini *de Bois*, eique bilem commovi: atque hinc factum eſt, ut quæcumque promovendo ſuo ſcopo, quo laceraret famam & ęſtimationem *Carteſii*, & alios ab eo celebrando deterreret, inſervirent, anxie conquiſiverit: non magnam ducens conſcientiæ ſuæ rationem, dummodo malam notam inureret doctrinæ Carteſii; & ejus ſectatores raperet in odium iis omnibus, quæ animus vindictæ cupid ſuppeditaret. Quin etiam id egit, ut me mendacii convinceret, quod dix ſem doctrinam *Carteſii* in omnibus Academiis receptam fuiſſe. Hac in re operę pepercit, ac librum ſuum calumniis atque fabellis implevit, quibus *tesium*, ejuſque ſectatores ita notare conatus eſt, ut in odium ac oculo norum incurrerent. Cęterum multa in *Carteſio* arguit, quæ in hoc tract felluntur. Jam autem palam faciam, an falſis, aut nimiis laudibus C ejuſque Philoſophiam extulerim. Dominus *de Bois* non ignorat, in *Lugduno-Batava* fere omnes *Philoſophiæ* ſtudioſos *Carteſii* doctrinam a atque ibidem non tantum pleroſque *Profeſſores* dogmatibus *Carteſii* fave etiam Dominum *Heydanum* Theologiæ *Profeſſorem*, *Herebortium*, *Ve de Ray*, *Philoſophiam* profitentes, doctrinam Carteſii, quantum id m tio patitur, defendere ac propagare. In Academia *Groeningana* nc plerique Profeſſores *Carteſii* ſectatores ſummo favore proſequuntur Celeberrimus *Mareſius Theologiæ*, ac Dominus *Tobias Andreæ Philoſop* guæ Gręcæ Profeſſor doctrinam *Carteſii* ſcriptis publicis tuentur. In *Harderwicenſi* haud [illegible] vir doctus Philoſophiæ Profeſſor cr

ſeſſore quodam ejus Academiæ ſuper eadem contentiones exercuit.

*Trajecti ad Rhenum* Dominus *Regius Medicinæ Profeſſor* fundamenta ſua phyſica inſcripſit *Principi Frederico Henrico*, ac aperte fatetur in dedicationis ſuę principio ſe in multis veſtigiis nobiliſſimi Viri, cui neminem ſecundum novit, inſiſtere: ita quoque *fundamenta ſua Medica* eidem doctrinæ innixa dedicavit atque obtulit Nobiliſſimis ſenatoribus Curiæ Trajectinæ, ſeu Academiæ curatoribus, quibus illud opus gratiſſimum accidit, ac qui id ipſum teſtati ſunt honorifico munere, quo eundem Virum affecerunt. Ex his libris lectiones ſuas publicas habet doctiſſimus *Regius*. Dominus *Joannes de Bruin* Philoſophiæ Profeſſor aliquoties Scripta quædam Carteſii publice explicuit: neque obſtitit Curatorum auctoritas ſtudio hujus viri. In illuſtri ſchola apud *Nicomagos* partes Theologiam publice docendi demandatæ ſunt Domino *Wittichio*, de quo Dominus *de Bois* teſtatur, ipſum ſtudioſiſſimum *Carteſii* ſectatorem eſſe. In Academia, quæ eſt Duisburgi, civitate ditionis Electoris Brandenburgii, Dominus *Claubergius* Philoſophiæ Profeſſor doctrinam *Carteſii* ſumma cum laude docet, eamque indies ſcriptis ſuis illuſtrat atque commendat. In illuſtri Schola, quæ eſt *Francofurti ad Oderam*, Civitate itidem Brandenburgica, doctrinam *Carteſii* Scriptis ac publicis diſputationibus defendit Dominus *Joannes Placentius* ordinarius Matheſeos Profeſſor. Ac, cum eſſent, qui ipſi hoc nomine negotium faceſſerent, in tutelam eum recepit ſereniſſimus Elector, edixitque, ne quis viri conatus impediret; uti illud patet ex tractatu quodam, qui ſub titulo *Renati Carteſii triumphantis* editus, ac eidem Principi inſcriptus eſt. Quænam incrementa capiat doctrina *Carteſii* in regionibus remotioribus, mihi non ita notum eſt. Verum eam ubique maximo in pretio eſſe, argumento eſt, quod ubique locorum Scripta *Carteſii* avide conquirantur, ac quamvis ſublata jam gratia novitatis, nihil de pretio ſuo amiſerint. Aliquoties *Carteſii* opera typis excuſa fuerunt, ac jam denuo prælo ſubjiciuntur Trajecti ad Rhenum apud *Joannem à Waesbergen*, conſcio Domino Voetio: quin etiam ii, qui hunc virum conſanguinitate contingunt, id egiſſent, ut opera ejus quam accuratiſſima lucem aſpicerent, niſi negotia impediviſſent; unde quaſi in tranſitu notare licet, Scripta *Carteſii* nulla dogmata heretica continere, quando tales viri eorum editioni obſtetricantur. Compertum quoque habeo in *Gallia* Scripta *Carteſii* longe maximi fieri, quod ipſum multi doctorum in eo regno, qui fere *Carteſii* fundamentis quoque innituntur, libri ſatis teſtantur. In Academia *Lovanienſi* itidem receptam eſſe Philoſophiam Carteſii, ac doctrinam ejus ipſis probari, palam eſt ex theſibus ibidem publicè ventilatis; ſed obvelatam terminis & loquendi modis ac vocibus, ex Ariſtotelica Philoſophia petitis, ad declinandam invidiam. Illud auſim aſſerere, nullos celebres hoc tempore reperiri Philoſophos, qui non tantum abeant ab Ariſtotelica Philoſophia,

phia, pro qua tanto ſtudio contenditur, quantum Carteſiana ab eadem recedit. Teſtantur hoc Scripta *Gaſſendi*, *Merſenni*, *Digbæi*, aliorumque. Atque hinc patet, Philoſophiam Ariſtotelicam, quæ tot malis artibus defenditur, doctis non amplius probari. Quod autem *Carteſius* quam plurimos ſibi habeat infenſos, id ex eo eſt, quod ferre non potuerint *Carteſii* nomen cum tanto diſpendio ſuæ famæ eniteſcere: & propterea in *Carteſianos* invecti fuerint, antequam doctrinam eorum noviſſent, & diu ante illud tempus, quo primum editi ſunt illi libri, ex quibus materiam calumniis quæſiverunt, quibus ſectatores *Carteſii* proſequuti ſunt. Loquor *de Meditationibus de prima Philoſophia.* Notum eſt neminem ex Profeſſoribus eam partem Philoſophiæ *Carteſii* tum temporis *Trajecti* profeſſum, quando ejus ſectatores duriſſima adverſariorum odia experti ſunt. Fuit itaque primum privata tantum contentio; verum ut plerumque fieri ſolet, quo ex voto adverſariorum res melius ſuccederet, quam plurimos in partes ſuas pertrahere, & additamenta ſuæ factionis habere, conati ſunt, admixta hiſce controverſiis ad concitandam plebem, religionis cauſa. Ac ne unquam intermoriatur hæc contentio, diſcipulis ſuis inculcant, liberisque inter hereditaria bona relinquunt odium, quo *Carteſianos* inſectantur. Allegantibus vero ad conflandam *Carteſianæ* Philoſophiæ invidiam varia Academiarum decreta, quibus Philoſophia Carteſii quaſi proſcribitur, ipſa allegatio debet cedere in perniciem ſuæ cauſæ. Nam in omnibus Academiis ac Scholis, Illuſtribus, (ſola Herbornenſi excepta) in quibus hujuſmodi decreta condita fuerunt, *Carteſiana Philoſophia* nihilominus docet[ur]. Quin etiam poſt decreta hæc multi viri docti, qui Carteſiani audiverant, [ad] Profeſſoratus dignitatem in Academiis evecti ſunt. Sufficiat nobis exemp[lum] Academiæ *Lugduno-Batavæ*, in qua poſt promulgata talia edicta, Profeſſores [cre]ati ſunt Dominus *Heydanus*, atque *de Raei*. *Trajecti* lectiones ac diſputa[tiones] habentur, quales inſtitui ſolebant ante leges adverſus Carteſianos i[n]ciem latas. In *Academia Hardérwicenſi* Profeſſoratus dignitas collat[a] Carteſianum, poſtquam eadem voto & ſtudio *Carteſianam* Philoſophiam [...]verat: quæ argumento ſunt, hæc non ita rigide obſervari, uti [...] Quod ſi ad arguendam doctrinæ alicujus perniciem ſatis ſit, quod [...] eam extirpandam latæ ſint, idem argumentum tunc recte adverſus [...]tos torqueas. Nulla enim in *Europa* civitas eſt, in qua non condit[a ...]cta adverſus religionem noſtram: quemadmodum autem ridiculu[m ...] Pontificium quemdam ad damnandam aut inſimulandam erroris doctr[inam no]ſtram adducere ſæva & crudelia edicta adverſus noſtros promulgata: [...]que non minus abſurdus, & dignus cui illudatur, Dominus *de* [...] hiſce Academiarum decretis utitur tanquam argumentis ad maculam [...] *Carteſianæ* inurendam. Nec mirum cuiquam [illegible]bet, doctrinam [...]

m, aut diu tenebris obrutam, in ortu ſuo non ſtatim quam plurimos ſectatores, ac fautores reperire, qui eam adverſus adverſariorum inſultus defendant. Quin etiam perſuaſum habeo, in multis Academiis non odium adverſus Carteſianos, verum Curatorum prudentiam eos impuliſſe ad promulgationem talium edictorum, ne doctrinæ novitas, quæ ſemper hominibus, ac inprimis juventuti abblandiri ſolet, nondum expenſa, nimium incrementi caperet, ac ut ſimul periculum facerent, an gratia novitatis detrita, ſua dignitate ſeipſam poſſet tueri. Nam decreta condere de arcendis in perpetuum novis dogmatibus, quid aliud eſſet, quam exprobrare huic ac ſequentibus ſeculis ſuam in producendis ingeniis degenerem ſterilitatem. Huc accedit, quod ſententia *Academiæ Harderwicenſis* damnaverit decreta *Academiæ Trajectinæ*. Senatus enim illius Academiæ teſtatur, doctrinam *Carteſii* in phyſicis maxima ex parte improbandam non eſſe, damnata ſola ejus *Metaphyſica*. Illud autem palam eſt, neminem ex Profeſſoribus tum temporis, cum inviſa decreta in *Philoſophiam Carteſii* conſtituta ſunt, *Metaphyſicam Carteſii* Trajecti è Cathedra docuiſſe. Illud vero ægerrime *Voetius*, & qui ejus ſectam ſequebantur, ferebant, impugnari formas ſubſtantiales, ac doceri, multas res naturales per figuram, motum ac quietem ſolummodo operari. Atque hinc factum eſt, ut Profeſſor *Voetius Carteſianorum Philoſophiam* artem magicam dixerit, quæ per Characteres ac figuras ſimiles operationes poſſet edere: quæ æque inſulſa ſunt, ac ſi quis artis magicæ accuſaretur, qui diceret, globum facilius poſſe circumagi, & magis volubilem eſſe, quam ſtipitem quadratam, hac addita ratione, quod nimirum figura globi rotunda, ſtipitis quadrata ſit. Sed ut tandem finiam: ſi ad damnandam in perpetuum doctrinam aliquam ſufficiat, quod, nova ſtatim non fuerit admiſſa, eodem jure reprobanda eſſet ſententia de *Circulatione ſanguinis* in corporibus animalium. Quas non impugnationes hæc ſententia experta eſt: quas non contumelias paſſus eſt Profeſſor, qui primus eam theſibus ac corollariis defendit. Libellis famoſis in vulgum ſparſis ipſi exprobratum eſt, ei caput circumagi, ad inſtar molæ Jutphaſienſis. Quidam etiam Theologi, inter quos agmen ducebat Profeſſor *Voetius*, in damnando admodum præcipites, ſua auctoritate eos juvabant, qui profeſſorem ob hanc diſputationem calumniis inſequebantur: atque eo tandem provervię proceſſum eſt, ut per totam civitatem nomen Profeſſoris calumniis ac feſcenninis verſibus proſcinderetur. Non dicam amplius, ut parcatur famæ quorundam, ac ne veteres diſſenſiones denuo ſuſcitentur, quarum accuratiſſima cognitione imbutus, ſi res exigeret, oſtenderem, me non tamquam hoſpitem in urbe patria vixiſſe. Hæc ſententia de *circulatione ſanguinis* tunc temporis nova, atque abſurda habita, jam ubique recepta eſt. Quorſum ergo per ſpeciem novitatis doctrinam alicujus ſuſpectam reddere, aut iis turbas ac diſſenſiones in Academiis ortas,

ortas imputare, qui uſi libertate ipſis cum divinis tum patriis legibus conceſſa, opiniones ſuas proponunt, atque eaſdem contra injuſtas adverſariorum impugnationes defendunt. Se ipſum adverſus inſulſas adverſariorum rationes ac falſas accuſationes defendere, jam ex opinione multorum in crimen vocatur: ac qnidam rebus ſecundis, impunitate, atque adulatione eo inſaniæ proceſſerunt, ut ſimiles ſint *Fimbriæ* Romano, qui *Scævolam*, cui inſidias ſtruxerat, in jus vocavit, quod is corpore inclinato ſe ſubſtraxiſſet ictui, ac ſe transfodi paſſus non fuiſſet. Ita quoque, quis turbarum in platea excitatarum reus peragi poſſet, qui graſſatoribus reſiſteret. In hoc proœmio aliquanto latius excucurri, quo pulverem ex oculis eorum exuerem, quorum animi præjudiciis occupati ſunt ex lectione fabellarum, quæ occurrunt in tractatu Domini *de Bois*, ac quibus in eo eſt, ut Carteſii ſectatores plebi rationis experte ſuſpectos reddat: res ipſa ex verbo Dei, ac ſana ratione determinanda in ipſo tractatu ad examen vocabitur.

D

# DEMONSTRATIO QUIETEM SOLIS, AC MOTUM TERRÆ

## *minimè pugnare cum Verbo Dei.*

NON ſtatui ego hoc ſcripto quietem ſolis ac motum terræ ex Sacra Pagina aſſerere: puto enim illud ex Sacris Literis demonſtrari non poſſe; neque in animum induxi meam ſuper hac controverſia ſententiam argumentis adſtruere: multo minus id agere, ut eam aliis commendem: verum propoſitum mihi ſolummodo eſt, oſtendere, ſententiam terræ motum adſtruentium, non pugnare cum Sacris Literis; atque idcirco ejus ſententiæ propugnatores immerito accuſari, quod nulla Sacrarum Literarum reverentia ducti, textus claros debilitando & infirmando impiis anſam præbeant de omnibus, quæ Sacra tradit Pagina, dubitandi, & detortæ interpretationis, quæſitique effugii beneficio negandi, quæ ſententiæ adverſantur. Fateor equidem, ſi ad illa Scripturæ loca, quæ ad aſſerendam terræ quietem adducuntur, reſponderi non poſſit, quam torquendo textum, eique inferendo vim, eos motus terræ defenſores à tali peccato abſolvi non poſſe. Verum illud temere de proximo ſuo ſentire impium exiſtimo: præſertim de illis, qui eandem religionem nobiſcum profitentur, ac communem Reformatorum de auctoritate Sacræ Scripturæ ſententiam amplectuntur.

Huc uſque unicuique in Reformata Eccleſia liberum fuit de hac controverſia ſentire, quod videretur; ac quod ſentiret, eloqui. Fatendum eſt Papatum, damnaviſſe ſententiam motum terræ adſtruentium: verum & idem Papatus abhinc ſeculis aliquot ante repertum novum orbem, hereſeos damnavit ſententiam *Antipodes* ſtatuentium, id eſt, aſſerentium Americam habitari. Ab hac moderatione & æquitate quidam jam recedunt, ac alium vocis ſonum adhibent, in fratres de motu terræ ſententiam amplexos & lingua & calamo invecti, non aliter, quam ſi in craſſo ac pernicioſo errore verſarentur. Quin etiam iis in locis, in quibus hujuſmodi doctores factione ſua ſuperiores ſunt, & ita mutuæ tolerantiæ neceſſitate liberati, honoris ſui jacturam faceret, qui illud publice doceret. Inter hos tamen reperias, qui olim nec vultu aut intuitu læſerint eos, qui theſibus publicis ſententiam de quiete ſolis defendebant, habueruntque eos in numero familiarium. Nunc alia initur ratio. Tantæ autem mutationis cauſa eſt, quod animadvertant, doctrinam doctiſſimi atque acutiſſimi *Carteſii*, cui multa retro ſecula parem in profunda *Matheſeos* ac *Phyſices* cognitione non habuerunt, perruptis tenebris in omnibus Academiis ac Scholis doceri. Id inopinantibus & non exſpectantibus illis accidit, quando putaverant, ſolem hunc orientem nube obtrecta to-

ctatorum adeo hominum judicio & ſtudio ſubducere, ut radios ſuos haud late poſſet diffundere.

Hac cum non ſucceſſit, alia aggrediuntur via. Magna *Carteſianæ Philoſophiæ* pars nititur motu terræ. Hoc fundamento ſublato totum ædificium corruit, tamquam ſubductis tecta columnis: atque illud rationibus è natura petitis ſubverti non poſſe ipſi adverſarii non ignorant. Quid conſilii? Vocanda in præſidium huic rei eſt cauſa Dei atque Eccleſiæ, docendumque, hanc ſententiam perſpicuis Sacræ Paginæ textibus adverſari, quos negare impium ſit, ac quibus negatis Sacræ Scripturæ auctoritas, atque adeo Chriſtiana religio in diſcrimen veniat. Atque hæc quidem è Cathedra, ex imo petito, & excitandis affectibus apto ſermone docentur, tanquam de virtute ac religione actum foret.

Hiſce malis artibus duo commoda ſe putant conſecutos. Primum, quod hoc pacto populum, ac per populum Magiſtratum ſibi concilient, qui plebem ſolet reſpicere, ac imprudentiæ eſſe judicat, ſtudiis populi directo adverſari, atque contra torrentem brachia extendere. Hos fautores nacti quibuſvis muneribus arcent *Carteſii* ſectatores, atque ita fit, ut juventus hac Philoſophia imbui non poſſit; & ſcio, eouſque hanc rem urgeri, ut quibuſdam in locis *Carteſianæ Philoſophiæ* faventi munus publicum ab omni docendi profeſſione alienum denegetur. Ad arcendos concionatores doctos ac probos, ſparſum in vulgus, eos Philoſophiam Carteſianam amplecti: atque hæc techna ex voto ipſis ſucceſſit; adeo fædè adverſariorum ſententiam apud ſimpliciores maledictis inſectantur. Secundum: hoc commento quæſtionem hanc fecerunt Theologicam, cujus examen & judicium ad ſolos Theologos putant pertinere, aut ſaltem in ea explicanda Theologis plurimum tribuendum. Ac quando putant, pro ſua ſtare ſententia maximam Theologorum partem, quibus ſolis interpretatio Sacrarum Literarum (ex ipſorum judicio) competit; nihili vero faciendum Philoſophorum judicium, utpote qui in Theologorum claſſe non ſint, perſuadent ſibi, ſe hac via ſcopum, ſibi propoſitum, ad quem huc uſque nec quicquam collimarunt, aſſequuturos, atque huic ſententiæ tantam invidiam conflaturos, ut omnes eam amplexi abominandæ hereſeos inſimulentur: & ita videntur inſtituere ſuas rationes & conſilia, ut, facti ſui voti compotes, & in Claſſibus & Synodis ſuffragiis vincentes, Symbolo Apoſtolorum inſerturi ſint, tamquam decimum tertium articulum: *credo terræ quietem & ſolis motum.*

Huc pertinet, quod omnia verba ac opiniones *Carteſii* pervertant, ac maligne interpretentur, adſcribentes ei, quæ nunquam cogitavit, imo quorum contrarium expreſſe docuit. Qui Carteſianos Atheos, Semi-chriſtianos, libertinos, ac impios appellat, hic ſtrenuus veritatis propugnator habetur. Atque in iis locis, in
quibus hujuſmodi homines rerum potiun
tur, id agunt, ut ipſis hoc nomine etia
gratiæ habeantur, rigide, ſi juſtitia vi
ret, puniendis; quando refricant vulne
quibus diu in ſcandalum Eccleſiæ hu
que cruentis jam cicatrix fuerat obd
atque hiſce calumniis præſtantiſſime
jus noſtræ regionis Theologos l
Hæc jam ampla Eccleſiaſticam
plinam exercendi materia fuiſſet i
bus ea ſemper in ore ac ſermone e

Ego vero obſtrictum me puto
ut hoc pravum incæptum ſine ſu
tur, nec eat in exemplum; qu
næ libertati, quæ hiſce machi
mum diſcrimen adducitur,
atque oſtendam, me gratar
*Carteſii* memoriam circumfer
impellit cauſa ad controverſi
gico ſermone, ut præjudi
religioni ſua ventila
ta ... oſto

[illegible] ſubjiciantur, qui [illegible]los ordini ſuo ad-[illegible] facien[illegible], omnia ſibi arro-[illegible]gnominia inſultant. [illegible]gredior.

[illegible] levolas [illegible] ſententia adverſus ma- calumnias [illegible]ntur obtrectationes ac Sacræ Scriptu[illegible] auctoritas, conſideranda eſt dumque, q[illegible]uſque verba, expenden- mens & ſen[illegible] eorumque quæ regul[illegible]ſtia obligent, ac proinde quouſque [illegible]ten[illegible] ſervanda ſit in eruendo ſenſu, hærend[illegible]x mente Dei verbis κτ̃ ῥητὸν ad-[illegible]m ſit.

Om[illegible]ibus & ſingulis Sacræ Scripturæ libris [illegible] eorum partibus juxta canonem à Refo[illegible]matis receptum, divinam atque id- [illegible] æqualem auctoritatem tribuendam cir[illegible]emus; verum non literas ſeu verba, [illegible]ſenſum eorum pro Sacra Scriptura ha-[illegible]endum, ne ſibi hic illic Sacræ Literæ contradicere videantur. Nam ſi ſola verborum, non ſenſûs habenda ſit ratio, affirmare de Deo, ipſum *Spiritum* eſſe, ac ipſi *manus pedeſque* tribuere, contradictionem involvit: Scriptura tamen ſi ad verba ſolum attendas, utrumque docet. Porro quandoquidem ipſi Reformati fatentur, nullum doctorem in explicandis Sacris Literis ab erroribus eſſe immunem, cavendum nobis eſt, ne temere impietatis atque hereſeos ſententiam proximi damnantes eum acerbius inſectemur, niſi Pontificiis haberi velimus non diſſimiles, qui hominum animis imperando, eam ſibi poteſtatem arrogant.

Conceſſo autem, *verborum ſenſum* pro *verbo Dei* eſſe habendum, temporum, locorum, perſonarum, aliarumque circumſtantiarum habenda eſt ratio, ex quibus ceu *ſignis indubitatis* verborum ſenſus colligitur. Ubi vero verba clara ſunt, neque circumſtantiæ, modi aut formulæ loquendi primigeniam & propriam verborum ſignificationem repudiant, verbis inhærendum eſt, nec conſiderandum, an illud, quod Deus nos verbo ſuo docere voluit, à nobis *diſtincte pleneque* intelligatur; uti neque deflectendum à prima verborum ſignificatione, quod res propoſita captum ſuperet. Nuſquam enim aut Sacra Scriptura, aut ſana ratio tradunt, defectum intellectus noſtri *juſtam eſſe cauſam*, cur à *prima* verborum *ſignificatione* recedendum ſit; quin imo Sacræ Literæ non uno in loco contrarium docent, *Rom.* 4:19. *Luc.* 1. 18. 37.

Docetque *ratio*, per nullis limitibus circumſcriptam fidem adhibitam Deo ejusque verbo, ejus gloriam maximo celebrari. Diſtinguendum nihilominus eſt inter ea, quæ captum noſtrum ſuperant, & inter verba Sacræ Scripturæ, quæ contradictionem involvunt. Nemo enim, niſi omni rationi renuntiaverit, duo ſe invicem deſtruentia admiſerit. Quam plurima myſteria in Sacro Codice occurrunt, quæ ingenio non penetramus, 1. *Cor.* 13:12. Neque ea intellectus noſtri *imbecillitas* cauſa eſſe debet, cur à *verbis recedamus*; ſed ſufficere debet, quo norma fidei noſtræ habeantur, quod clare ac diſtincte *certi* quid ſignificent, licet rem ſignificatam captu noſtro non aſſequamur, atque ita clare & evidenter eam non intelligamus: ſufficit nos clare & evidenter intelligere quod Scriptura hoc vel illud docet: & quod illius illum conceptum formamus, quem textus clarè & perſpicuè intellectus nobis inſinuat. Atque ita verum eſt ſemper, quicquid *clare ac diſtincte* percipitur, pro *veritate* habendum eſſe: idque non ſolum ratione verborum docentium, aut rei, quæ traditur, verum etiam reſpectu utriuſque. Quando autem Sacra Pagina, habita ſola verborum diverſorum textuum ratione, contraria tradit, ratione decidendum eſt, quo in loco verba impropriè ſint accipienda. Hujus rei exemplum ſuperius allegavimus; nimirum quando Sacræ Literæ Deum Spiritum dicentes, ei quoque manus adſcribunt.

Verum intelligendum hoc de iis contradictionibus, quæ *in verbis*, ac *ſenſu* eorum ſecundum *propriam* ſignificationem ex-

explicato reperiuntur, non quas luxuriantis ingenii temeritate nobis ipſis formamus, Sacræ Scripturæ Myſteria ultra revelationem indagando, atque inædificando obſcuræ huic cognitioni, (ut ſolent pleraque arcana fidei obſcurius proponi 1 *Cor.* 13: 10.) multa alia, quæ inde deduci poſſe arbitrantur. Satius foret ex hac obſcura ac confuſa cognitione ſe non extollere, quam altiori indagine implicari & involvi mille perplexis controverſiis, quæ ex utriuſque partis conſenſu humanum, intellectum ſuperant. Verum omnium maxime abſurdum eſt, hujuſmodi explicationes proximo obtrudere, qui judicat, eas aut ſibi ipſis, aut Sacræ Paginæ adverſari. Quin potius ſufficiat nobis profeſſio fidei, verborum ſenſum juxta *primigeniam* ſignificationem exprimentis, rejectis iis, quæ captum humanum ſuperantia, methodo vulgo non intellecta inde deducuntur.

Sed ut ad rem revertamur. Quando verborum Sacræ Paginæ ſenſus perſpicuus eſt, ſubſiſtendum, nec diſputandum cum Deo. 2 *Reg.* 17:3. Si itaque textus curſum ſolis, ac terræ quietem adſtruentes clari ſunt, nulla habenda eſt ratio eorum, quæ ab ingenio humano excogitantur. Quando autem Spiritus Sanctus verbis Sacræ Scripturæ non ſemper ita utitur, ut ex ſolis *verbis* Sacrarum Literarum *ſenſum* percipi velit, ſed ut, (quod frequens eſt inter homines) etiam ſubinde humanæ menti ſenſum verborum ex aliis ſignis eruendum relinquat, videndum an circumſtantiæ, ac modi loquendi in iis textibus, qui de ſolis motu loquuntur, uſurpati imtant. Et an dici non poſſit, non eſſe eam mentem Spiritus Sancti in iis locis, (quæ ſecundum litteralem ſenſum intellecta innuunt ſolem movere & terram quieſcere) *dogma tradere, docere, affirmare* vel *negare.* Quid per hæc verba intelligamus, in ſequentibus explicabitur. Nos affirmamus, alii negant. Judicium vero ſit penes lectorem.

Antequam vero ulterius progrediamur, præmonendus eſt lector, non eſſe exiſtimandum, quoties *mens* ac *ſenſus* Sacræ Scripturæ ex *nudis* verbis percipi non poteſt, Spiritum Sanctum idcirco aliquid *incerti*, aut aliquid *veritati contrarium* docere; neque dicendum propterea, textus eos non eſſe habendos pro *regula ac norma veritatis*: abſit. Nam verba nude ac ſimpliciter conſiderata, non ſunt proprie ipſa Spiritus Sancti verba, niſi omnes ſimul circumſtantiæ expendantur: non magis, quam nudus textus habendus eſt pro verbis Spiritus Sancti. *Circumſtantiæ*, ac loquendi modi, non minus, quam ipſa verba ſignificando inſerviunt, imo textus *partem* conſtituunt. Ac qui circumſtantiam aliquam tollit, aut negat, non minus peccat, quam qui verbum ex allegato textu omittit, ac qui negat verbum aliquod, de quo diſceptatur, authenticum eſſe, atque adeo ad Sacram Scripturam non pertinere. Cum itaque modus loquendi, uſus, & figura ſermonis ad circumſtantias quoque ſint referenda, tan tundem ea in interpretandis textibus, a ipſa verba valere debent; & quemadm dum verba non ſunt latius extendend quam linguæ ab hominibus inſtitutæ *ra ac proprietas* patitur, ita quoque e quendi modis ac formulis ſignificat menda eſt.

Quare nos (ſalvo tamen meliori j non facile concederemus illum reſ di modum: nimirum Sacram Sc aliquando *non ſecundum veritate ſed ſecundum erroneam vulgi opinio* niſi hæc verba accipiantur ex n mini *Wittichii* explicantis ea in de *ſtylo Sacræ Scripturæ*; Scri pe *non teſtari*, *nec docere iis in* rebus naturalibus loquuntur *tiendum de earum attributis* pacto evaneſcat triumphus contra *Wittichium*. Verum ſitum redeamus: Sacram Scripturæ lon

[illegible] plicitèr conſiderata [illegible] quod vulgi opinioni [illegible] teſtari, [illegible] vero, aſſerere verba [illegible] gus hominum [illegible] ſtantiis expenſa docere, quod veritati ſi[illegible] ve negare id, quod vulgus ſoleat ſentire, non conſentaneum. Quando Sacræ Literæ [illegible] brutis animantibus, ingenium, prude[illegible] ſpectatione [illegible] tiam, cognitionem, ſpem, exſpectationemque tribuunt, dicendum eſt, verba j[illegible] ca propriam ſignificationem, omiſſis circumſtantiis, accepta, beſtiis aliqui[illegible] adſcribere, quod vulgus non exacte omnia examinans ob operationum [illegible] ſtia[illegible] um atque hominum ſimilitudinem aut b[illegible] proprium putat, aut ſaltem non [illegible] brutа hominibus intereſſe, ut externas quaſdam brutorum atque hominum actiones ſibi haud diſſimiles iiſdem nominibus non liceat exprimere: quæ nomina proprie ſumpta aliquid hominibus tantum proprium, & à brutis maxime alienum denotant, qualia ſunt *ingenium*, *ratio*, *prudentia*, *ſpes*, *deſiderium*, quæ omnia in bruta non cadunt, quando hæc proprie animæ rationalis attributa atque operationes ſunt. Quemadmodum enim bruta Deum non noverunt, ita quoque dici non poſſunt in Deo ſperare, ac credere: alioquin dicendum foret, Monachi conciones brutis animantibus Evangelium prædicantis ſtoliditatis argui non poſſe. Hujuſmodi loquendi modum Spiritus Sanctus non raro uſurpat, accommodando ſe quoad loquendi modos, captui vulgi, non tamen *docendo* aliquid, quod opinioni vulgi conveniat, & à veritate tamen abeſt. Quare dicendum eſt, hujuſmodi loquendi modum una cum ſuis *circumſtantiis* expenſum non *docere*, *affirmare*, aut *negare* rem, uti revera ſeſe habet: non magis quam propoſitum ſit vulgo, per hunc loquendi modum ipſam rei naturam *docere* atque *explicare*. Verum verba cum *ſuis* circumſtantiis *explicata* non niſi *externas* quaſdam *operationes* & *affectus*, non conſiderata cauſa interna, ſignificant, atque *affirmatio* aut *negatio* ſolas operationes externas concernit, licet verba nuda, ac à circumſtantiis ſuis ſeparata, operationem ſive *effectum* à *certa cauſa* ſive proprietate rei productum denotent; atque ita quidem verba ſola conſiderata videntur aliquid docere, quod *cauſam* ſpectet: circumſtantiis tamen ſuis veſtita prudentem lectorem nihil aliud docet, quam rem, quæ quatenus in ſenſus incurrens, & mentem ita everberans & afficiens, communem & generalem in nobis excitat ideam.

Verba Sacræ Paginæ una cum ſuis circumſtantiis expenſa quoties de brutorum *exſpectatione*, *deſiderio* ac *ſpe* loquuntur, non niſi *eventum* ac *ſequelam* indicant, quæ *famem* ac ſitim brutorum non aliter quam hominum ſolet comitari, qui malorum ſuorum non ignari revera in ſpem atque deſiderium liberationis eriguntur. Id brutis cum hominibus neutiquam commune eſt, quia bruta animantia ratione carent, atque idcirco operationes eorum, ut in hominibus, à ratione non producuntur, cujus intuitu hujuſmodi nominibus hæ operationes appellantur: & vis inferenda eſſet Sacris Literis, ſi verbis arcte adhærentes diceremus, eas brutis utrumque tribuere, cum ex circumſtantiis pateat, Sacras Literas circa effectum ſolum aliquid *docere*, ſive *affirmare*; nimirum quod Deus brutis famelicis victum ſua providentia ſuppeditat, quemadmodum hominibus in ſe *ſperantibus* ac *credentibus* alimenta ſubminiſtrat. Atque has *externas operationes docere* & *affirmare* intendit Spiritus Sanctus: verum de *interno motu*, qui ſpem & deſiderium efficit, Scriptura ibi nihil docet; ſed rem illam indeciſam relinquit, licet forte alio in loco latius ſe ſuper ea explicet. Et ſenſus jam traditus, illis verbis tributus ſatis vindicat Spiritum Sanctum conſentanea & cohærentia loqui; & ſatisfacere ſcopo propter quem ejuſmodi verba adhibet.

Quando autem ſtatuitur Sacram Scripturam loqui ſolummodo de *externo effectu*,

*ctu*, de *ſpe* vero & *deſiderio* brutorum nihil affirmare, controverti hinc ſolet inter doctos, quamvis ex *ſpe* & *deſiderio*, quæ brutis tribuuntur, *ſpes* proprie dicta elici non poſſit, an non ſaltem ex improprio dicendi modo concludi poſſit, Sacram Paginam per verba *ſpei* atque *exſpectationis* brutis ſenſum adſcribere. Hanc quidem controverſiam nos non decidemus, ſed ad eam terminandam ſolum notabimus, non eſſe attendendum ad verba *ſpei* atque *exſpectationis*, ſed ex circumſtantiis textus eſſe ſtatuendum, quid intendat Spiritus Sanctus *affirmare* vel *negare*.

Quando rebus inanimatis, puta cœlo ac terræ adſcribuntur *ſpes*, *exſpectatio*, *horror*, extra controverſiam eſt, non eſſe mentem Spiritus Sancti docere, inanimata vel *ſperare* proprie vel *ſentire*, quod poſtremum minus eſt quam ſperare. Hujus interpretationis ratio eſt, quod res illas anima carere *clarum* ac *perſpicuum* ſit: atque idcirco iis hujuſmodi operationes adſcribi non poſſint, quæ *animam ſenſitivam* arguant; & ita Deus hominibus liberum dijudicandi permittit arbitrium, quousque improprii loquendi modi extendendi ſint, ſic ut textus ſcopo ſatisfiat. Cum ergo etiam controvertitur, an anima brutis tribuenda ſit, ex his, & ejuſmodi Scripturæ locis ſolidæ probationes peti non poſſunt, niſi ea interpretatio ex textus ſcopo, & non ex *ſolis* verbis neceſſario deducatur. Improprius enim loquendi modus eo uſque extendi putatur, quouſque textus verba κατὰ ῥητὸν explicata nihil *veri* ſignificant. Hinc prout quiſque rem veram aut falſam putat, improprium loquendi modum aut magis aut minus extendit.

Quando autem in hac re totius controverſiæ momentum ſitum eſt, non pigebit nos per ſimilitudinem eam aliquanto latius explicare. Si quis ſtatueret, ...

ſe *attrahere* eo, quod verbo *attrahendi* utatur. Injuſtius vero mendacii, violatæque conſcientiæ inſimularetur, qui verbo *attrahendi* in prædictis circumſtantiis uſus nihilominus credere diceretur nebulas mediante ſole in aëra attolli, non aliter quam ex olla igni ſuppoſita ſolent aſcendere, aut pulvis pede calcatus attollitur; quod certe *attrahendo* non fit. Quin etiam captarentur verba viri, ex iis ſi concluderetur, docere eum de *attractione*, non quod ſuæ *opinioni*, ſed quod vulgi *ſententiæ* eſſet conforme.

Rebus enim una cum ſuis circumſtantiis expenſis facile quis cognoſcet, iis duo doceri atque *affirmari*. Primum, *aëra æſtat*...
*pluribus quam hyeme nebulis eſſe oppletum*...
ſecundum, illud fieri *ſolis interventu*...
*attractione* vero proprie dicta nihil *aff*...
*tur* vel *negatur*, quin imo de ea ...
*affirmari* vel *negari* poteſt, ſcilice...
id faciat per *operationem propriam*...
tantum *affirmari* poteſt, fieri illu...
*aliter ſeſe habeat reſpectu terræ æ*...
*hyeme*, atque idcirco hoc fi...
ventu. Longe aliter loquen...
ex circumſtantiis pateret, ...
*cauſa* & quomodo nebul...
ſolis interventu aſcenda...
verbis de ſolis *attractio*...
talia verba uſurpantem...
ſolem id facere cauſa...
ne, quam proprie a...
qui vero ita loqui...
men ex *animi ſen*...
de Spiritu Sanct...

Huic non di...
quo terra *arid*...
co *imbibere* d...
ret, id *imbib*...
vitrum *imbibi*...
Similiter ſi v...

…quam arbor terra circumdata nutrimen- te attrahere poteſt. … homo hinc concludat, … mentem aut animo vim in- … mutaſſe, aut docere, … veritate ſed cum opinione … Ex circumſtantiis con- … ationem aut negationem doctoris … um eſſe, cor obduratum ex Sa- … eris ſalutare nutrimentum haud poſſe percipere, quam arbor terræ … aſperæ inſita ex tali ſolo nutri- … um capere poteſt; quomodo vero … mentum ad arborem deferatur, de nihil docetur aut affirmatur. Quando au- … m Propheta populis inſolitam ſiccitatem annuntiaturus his verbis utitur, *ſol nullas amplius nebulas è terra attrahit*, adderetque Spiritus Sanctus ad *rei hiſtoriam*, neque ſol *ſex menſes continuos nebulas attraxit*, an inde concludi poſſet, ſolem humores attrahere: non putem equidem: imo an inde ſequeretur, ſolem nebulas in aëra vi & efficacia cauſæ efficientis attollere; cum ex circumſtantiis appareat, eam ſolam eſſe Sacræ Scripturæ mentem, docere, *ſex menſes continuos nullos humores in aëre appariiſſe*. Præterea cum Sacra Scriptura dicit, *Cant.* 8 1. *Si mihi frater eſſes ſugens mammas matris meæ. Joel* 2. *Colligite parvulos & mammas ſugentes*: an hinc Sacra Pagina dici poſſet naturæ vim quamdam *attrahendi* ſive *ſugendi* tribuere? Nihil minus, licet verbum *ſugendi* in textu ſit expreſſus, ac Sacra Pagina verbum *ſugendi* ſemper in tali occaſione uſurpans, nuſquam doceat, hæc *attrahendo* aut *ſugendo* non fieri; non magis quam ex Sacris Literis ſoli curſum tribuentibus quis colligeret, Sacram Scripturam ſolis curſum docere. Porro quia ad bene clareque videndum oculi vertendi, torquendi, atque intendendi ſunt, putant homines, ex oculis lucem quandam ac radios, ſive vim quandam immitti objecto viſus noſtri: hæc enim ſunt loquendi modi, hæc oculorum; oculorum obſcuritas; non id aſſequitur oculorum acies; proſpicere. Cum igitur homines ſive Sacra Pagina hujuſmodi loquendi modos uſurpant, *Deut.* 16:19. 2 *Reg.* 12:11. *Job* 39:32. *Matth.* 16:22. an ea cauſa eſt, cur ex Sacris Literis concludatur objecta à nobis videri per lucis aut radiorum emiſſionem; cum revera oculi lucem ac rerum formas extrinſecus adinſtar ſpeculi recipiant: ac res eodem modo ſeſe habeat cum inverſione atque intentione oculorum, quemadmodum cum ſpeculo objectis quibusdam recipiendis obverſo.

Præterquam quod ſana ratio hæc doceat, ita etiam plurima Scripturæ loca, *ne mendaciorum argui poſſit*, hanc interpretationem neceſſario exigunt. Operæ pretium erit, quædam id genus loca ex Sacra Pagina allegare, quæ argumento ſint noſtras locorum Scripturæ de curſu ſolis ac terræ quiete loquentium interpretationes Sacræ Paginæ eſſe conſentaneas, non vero eſſe cerebri noſtri commenta, quibus fictam doctrinam defendamus. *Exod. cap.* 3. legimus, Deum ſe eo tempore primum Iſraëlitis manifeſtaſſe ſub nomine *Jehovæ*, quæ vox Belgice vertitur *Dominus* majuſculis literis. Patet quoque ex textus ipſius circumſtantiis, illud verbum apud Hebræos ante id tempus non in uſu fuiſſe; quin hoc ſaltem certum eſt, Iſraëlitas ante illud tempus Deum ſuum nunquam nomine *Domini* appellaſſe, *Exod.* 6: 3. Nihilominus vero Moſes in Hiſtoriæ ſuæ narratione referens Patriarcharum preces, eos introducit Deum orantes atque alloquentes nomine *Jehovæ*, ſive *Domini*, *Gen.* 15:2. *Domine quid mibi daturus*. Ac *cap.* 32:9. *ô Deus Patris mei Abrahami*, *ac patris mei Iſaci, ô Domine, qui mibi dixiſti, revertaris in terram tuam*, atque ad cognatos tuos. item *Cap.* 28:28. Aliisque pluribus locis. Verum notatu imprimis dignus eſt Sacræ Scripturæ locus *Gen.* 22:14, ubi Moſes refert Abrahamum locum appellaſſe *Dominus providebit*.

Virum Dei vera retuliſſe certum eſt, & conſtat tamen, nomen *Jehovæ* non niſi poſt annos aliquam-multos cognitum fuiſſe; cum referat nihilominus tanquam *Hiſtoriam*, Abrahamum ei loco nomen impoſuiſſe, *Jehova providebit*. Difficultas hæc aliter expediri non poteſt, quam dicendo, Moſem ſolummodo narrare, Patriarchas prædicta occaſione preces ad *verum Deum* fudiſſe, *ejusque nomine* inſigniviſſe locum, nihil tamen *affirmando* de nomine *Jehovæ*, verum uſurpando illud ſolum in narratione Hiſtoriæ ſuæ, quia *verus Deus* eo tempore hoc nomine appellabatur. Id genus plurima Scripturæ loca in ſequentibus recenſebuntur, ubi argumento magis inſervient. Notandum tamen, antequam ulterius progrediamur, ad præoccupandam objectioni ſolutionem, non affirmare nos, quamvis non improbabili nitatur ratione, *Nomen Jehovæ ante miſſum liberatorem Moſem, Judæis ignotum fuiſſe*, verum illud tantum dicimus, ipſos Deum patris ſui Abrahami, Iſaci, ac Jacobi eo nomine non appellaſſe. Ad hunc modum dici poteſt, Nomina *Baal*, *Dagon*, *Aſtharoth*, &c. apud gentiles cognita fuiſſe, antequam Deos illos agnoviſſent. Nec ignoramus quoque, interpretes nonnullos verba *Exod. 16:2. Sub nomine Jehovæ Iſraelitis non innotui*, ita explicare: *Olim ipſis ſolum cognitus fui ſub Nomine Dei omnipotentis; qui promiſſa mea, auxilium opemque ferendi præſtare poſſem: verum jam me ipſis alio modo manifeſtabo, promiſſa mea reipſa ſolvendo; atque oſtendendo, me verum eſſe Jehovam, quo me talem in poſterum agnoſcant, ſcientes me vere eſſe Jehovam illum, qui tali nomine jam pridem appellatus fui.*

Verum *primo*, quorſum tam longe petita interpretatio, cum Sacra Scriptura expreſſis verbis dicat, Iſraëlitas Deum ſub nomine *Jehovæ* non cognoviſſe, cum omnis difficultas verbis [illegible] acceptis [illegible] dicendo, [illegible]

preſſum eſt, ejus per anticipationem meminiſſe: quales loquendi modi cum non pauci in Sacris Literis occurrant, pleraque interpretes hanc explicationem ſequuntur. Inſpiciatur inter alios Dominus *Diodatus*, vir in Sacris Literis interpretandis ingenii perſpicaciſſimi. *Secundo*, in textu controverſo claris verbis expreſſum eſt, Deum eo nomine appellari voluiſſe, quod eos, nempe Iſraëlitas, quos huc uſque ſpe liberationis aluerat; jam revera eſſet liberaturus. Quemadmodum igitur Deus ipſos necdum in libertatem vindicaverat, ita nomen *Jehovæ præſenti liberationi conveniens* uſurpare noluit. *Tertio*, ſi ſemper verbis adhærendum ſit, cur ab[...] deflectunt, qui interpretationem noſtra[...] rejiciunt, cum noſmet ipſi à verbis [...] recedamus, atque iis etiam adhæ[...] nihil abſurdi ſtatuatur; dicendo, M[...] in textibus, in quibus nomen Je[...] currit, loqui ſecundum morem S[...] teris atque hominibus uſurpatu[...] rellatione Hiſtoriæ non ad ver[...] rei ipſius ſubſtantiam quam [...] deſcribendam attenditur. [...] Teſtamento in Novo textu[...] allegantur tanquam Dei [...] ipſa multum differunt à T[...] *Actor.* 17: 43. *Hebr.* 10[...] *propter ingrediens mund[...] & oblationem noluiſti* [...] *mibi.* In textu vero [...] dicitur *perforaſti m*[...] ſi verbis ſtandum [...] Chriſto dicitur, [...] vero ſenſus text[...] ratio habetur, [...] bent, ad confir[...] atque hæc qui[...] textuum conci[...]

Non abs r[...] Scripturæ lo[...] objiciuntur ad[...]

... propriè
quod talem mo-
propriè locum mutat.
respectu alterius corporis ... mutare
suum mutat: ſic ut mo-
concipiendus ſit, quam
quieſcentis, cujus intuitu
locum mutare. Quodcum-
us locum ſuum mutat, non
reſpectu corporis, quod una
moto movetur, atque ita ſta-
& locum intuitu corporis moti
ſic ut unum idemque corpus re-
... moveatur & quieſcat. Atque in
nihil plus reconditioris ſcientiæ, quam
... idemque homo ſimul ſuperius & in-
ferius eſſe dicatur: inferius reſpectu tabu-
lati, ſuperius reſpectu cellæ. Et quemad-
modum quies nihil aliud eſt, quam reten-
tio loci ac ſtatus *reſpectu corporis moti*, ita
motus nihil aliud eſt, quam *mutatio loci re-
ſpectu corporis quieſcentis*: atque ita qui-
dem hiſce tribus, *motui* nempe, *quieti*,
*ac ſupra & infra eſſe*, quod de eadem per-
ſona dicitur, tantundem realitatis ineſſe
ponemus. Non loquor jam de vi motrice,
verum de ipſo motu, qui nihil aliud eſt,
quam loci (ut ita dicam) ſucceſſiva muta-
tio. Quantum itaque mutationis corpus
recipit, quia tranſitu alterius corporis
novam ad illud relationem, novumque
ſitum accipit, tantundem etiam mutatio-
nis recipit corpus, quod movetur: aliud
dicendum eſt de cauſa loci ac ſtatus mu-
tationem efficiente. Corporum ergo mo-
tus non eſt ſubſtantia, verum modus,
qualitas, ſive accidens corporum; atque
ita etiam ſe habet cum ejus vi atque ope-
ratione, quæ revera tantum paſſio eſt,
& quæ diſtinguenda eſt à vi atque ...
tione Divina, quæ in omnibus ...
ficienter, ac quæ vis ipſe ...

... flumine navigans, move-
tur cum omnibus ſuis partibus, ac merci-
bus *reſpectu terræ*, cujus intuitu locum
mutat, *quando terra firma atque immo-
bilis habetur*: eandem enim relationem
ad corpora circumjacentia, quæ ejus lo-
cum efficiunt, retinet. Et ſive orbis terra-
rum circumagatur, ſive non, certiſſimum
tamen eſt, reſpectu navis terram non move-
ri; porro quamvis navis cum omnibus ſuis
partibus, ac mercibus reſpectu terrę move-
tur, quævis tamen ejus partes reſpectu mu-
tuæ firmitatis & adhæſionis, qua junctæ
ſunt, ac merces prioris loci, quem ſem-
per cum navi retinent, intuitu, non mo-
ventur. Illud veriſſimum eſſe ex eo patet,
quod quis è navi, quæ ſecundo flumine
impellitur, in terram proſiliendo facile ſe
ipſum lædat, quia ipſo in terram delato,
nimis cito ſiſtitur motus, qui ipſi cum
nave erat communis: verum in ipſa navi,
qua vehitur, de loco in locum ſaliendo
illud periculum non incurrit, cum, prius-
quam ſaliat, navis intuitu non moveatur,
atque idcirco non aliter conſiderandus ſit,
quam terræ firmæ inſiliens.

Inſuper præmonendi ſumus, quoti-
eſcumque terra circumagi dicitur, non
intelligendum per illud, orbem ad inſtar
rotæ circumvolvi, cujus *ſuperficies* ſive
*extremum planum* aëra findat; verum illud
ita accipiendum, nimirum: terram cum
maxima aëris parte, qua circumdata eſt,
ſimul moveri, ſic ut orbis terræ, *reſpectu
aëris*, *revera quieſcat*, quemadmodum
merces navis, qua vehuntur, intuitu *qui-
eſcunt*, & non moventur. Sic trabs ſecundo
flumine deorſum lata reſpectu aquæ, qua
impellitur, non movetur; ita etiam vitel-
lus reſpectu albuminis, licet ſimul locum
mutet cum eo, non movetur. Ex quibus
omnibus ... ſitis ſequitur, omnia
Scrip...

1 *Sam.* 2: 28. non aſſerere *terram reſpectu ſolis quieſcere*. Verum hæc Scripturæ loca propoſito non inſerviunt, niſi ex circumſtantiis appareat eas docere, *terram ſolis intuitu immotam eſſe*. Quamvis enim, (ſicuti ſupra oſtenſum eſt) *terra reſpectu ſolis movetur, ita firma atque immota dici poteſt reſpectu corporum, quibuscum firmum ac ſtabilem locum obtinet*. Clavus navi infixus firmus eſt, quamvis ipſa navis naviget, poteſtque ille clavus reſpectu quietis moveri: atque prodigii inſtar foret, ſi merces gravioris ponderis in navi absque ope cauſarum naturalium loco moverentur, quamvis eæ *reſpectu terræ* una cum navi jam ante moverentur. Cum igitur Sacra Scriptura dicit: *Terra fundata eſt, non vacillabit. Terram fundamentis firmis inædificavit, nunquam neque in æternum vacillabit. Terra manet in æternum*, *Pſal.* 39: 1. & 104: 5. *Eccleſ.* 1: 4. non pugnant hi textus cum ſententia noſtra, quando noſmet ipſi terram firmis ac ſtabilibus fundamentis niti, & fixis ſuis radicibus hærere, quamvis medio aëre pendeat, credimus, non minus, quam vaſtiſſimi Europæi montes.

His ita præmiſſis examen auſpicamur locorum Scripturæ, quæ vulgo ſtabiliendæ de ſolis curſu, ac terræ quiete ſententiæ inter primos adduci ſolent; omiſſis iis, qui de quiete terræ, absque *ulla ad ſolis curſum relatione*, tantum loquuntur, quando illa Sacræ Paginæ loca ſententiæ noſtræ non adverſantur: cum nos etiam ſtatuamus, terram quieſcere atque immotam eſſe, adinſtar arborum, quæ in inſula mari innatanti radices egerunt. Licet Anglia ac Scotia mari innatarent, nihilominus verum eſſet, turres in iis firmas atque immotas eſſe.

Præcipua igitur Scripturæ loca ſunt, *Pſalm.* 19:6. *Deus Tabernaculum poſuit ſolis, qui quaſi ſponſus prodit ex ſuo*

*Pſalm.* 104: 19. *Lunam ſtatorum temporum*
*cauſa fecit ſolemque peritum occaſus ſui. Eccl.*
1: 4. 5. *Progenies una occidit, altera ori-*
*tur, ſed terra firma ſtat in æternum. Ori-*
*tur quoque & occidit ſol, anhelatque ad lo-*
*cum ortus ſui, verſus auſtrum tendit, atque*
*ſeptentrionem. Job.* 9: 6. 7. *Terram ex*
*ſede ſua convellit concuſſis ejus columnis, eo*
*jubente non oritur phœbus, ſidera obſig-*
*nat. Matth.* 5: 45. *Ut ſitis filii Patris*
*veſtri, qui eſt in cœlis; facit enim, ut*
*ſol ſuus exoriatur ſuper malos ac bonos,*
*& pluit ſuper juſtos & injuſtos. Jeſaj.*
38: 7. *Atque hoc tibi ſignum erit à Je-*
*hova, facturum eum eſſe, quod promiſit*
*en ego retraham umbram ſolari, quæ deſ-*
*dit in Achazi ſolario, in ſole retro*
*gradus: eſtque regreſſus ſol decem gr-*
*quos gradus deſcenderat.* 2 *Reg.*
*Joſ.* 10: 12. *Et Joſua Jehovam*
*eſt, quo die Jehova Amoræos Iſra-*
*dit, præſentibus Iſraëlitis*
*vit: ſol apud Gabaonem reſt-*
*vallem Ajalonem. Tunc ſol*
*ſtetit, ſtetitque ſol in medi-*
*ravit occumbere ſpatio cir-*
*diei.*

Primo quidem ad e
*Pſalm.* 19: 6. quo
ad alterum ejuſden
erit. Adverſarii
in textu jam all
deſumptos loque
verbis adhær
cum ſol poſ
*fectus*, hil
*vis viribu*
cumque
ſe maj
bus m
tem
dit:

...ſtabilire intendat ... ...orio ſive *cubiculo* pro... ...e idcirco ſponſo aſſi... ...m loquendi modum di... ...que Propheta, ſolem ...torio ſive *cubiculo egredi*: ... figuratus loquendi modus ... eſt, quia *didicimus*, ac ...ur, ...*abemus*, ſolem nunquam quieſ... ...o minus in *tentorio*, ſive *cubi*... ...pernoctare, aut vires ejus reſi... ...æc noſtra cognitio, quæ ut certa & ...ab omnibus agnoſcitur, neque ſco... ...itus Sancti in citato loco loquentis ...atur, *figuratæ* locutionis fundamen... ...eſt, quæ non ſolum in verbo *tentorii*, ... *cubiculi*, (quo nomine *latibulum* ali... ...od intelligimus) conſiſtat, verum eti... ...m ad quævis alia loca, in quibus ſol *noctu commorari* dicitur, extendatur. Verba tamen ſecundum literam accepta ſoli locum nocturnæ ejus quieti deſtinatum tribuunt: quare nos in vocabulo *tentorii*, ſive *cubiculi* figuratum loquendi modum agnoſcimus. Similem quoque loquendi modum reperimus in verbis *egreſſus* ac *finis cœlorum*: quando conſtat rei aſſidue in loco aperto circumrotatæ fines adſcribi non poſſe. Verum hæc de ſole improprie ita dicuntur, quia ſingulis diebus è *latibulo*, & *loco ſecreto* prodire nobis videtur, in quo omnis inter eum, & ſponſum ſimilitudo conſiſtit. Ita quoque nulli *fines* dantur in re rotunda; verum Propheta cœli *fines* vocat eas partes, unde ſolem videmus orientem, ac occidentem è conſpectu noſtro amittimus, & oculorum intuitum effugit. *Tentorium* ſive *cubiculum* ea cœli *pars* eſt, in qua no... [illegible].

Quæri hic jam denuo poteſt, quouſque Propheta per verba prædicta de rebus naturalibus quid doceat, ſive affirmet? Cum autem reſpondetur, Pſalmiſtam per hæc verba nihil [illegible] docere, quam ſolem vero [illegible] diebus, ad lucem, calorem, [illegible] nobis impertienda, mane nobis exhiberi, quæritur iterum, unde pateat, per loquendi modos, ut ſunt *viam percurrere*, *egreſſus*, *circuitus*, neceſſario intelligendum eſſe, ſolem revera *moveri*, terram vero *quieſcere*, ac cur improprius loquendi modus non etiam eo uſque extendi poſſit, ut verbo *currendi*, quatenus *motum* ſignificat, itidem loquendi modus improprius contineri dicatur; Prophetamque per prædictum loquendi modum non *docere* aliquid ac *affirmare*, ſeu δογματίζειν de curſu ſolis. Ad hanc quæſtionem aliter reſponderi non poteſt, quam dicendo, homines jam pridem doctrina de curſu ſolis fuiſſe imbutos, atque idcirco putandum non eſſe, *loquendi modum* eo uſque extendi, ut prædicta verba *ſolis curſum* non dicantur arguere.

Hoc ſaltem certum eſt, ex textus circumſtantiis abunde conſtare, Prophetam id ſolum agere, ut *egregia Dei opera ac Dei ſapientiam & bonitatem erga nos nobis ob oculos ponat*, quæ in eo conſiſtunt, quod *ſol calore*, *luce*, *ac influentia ſua nobis* multas utilitates impertiat. Quod ſi quis dicat, mentem Prophetæ quoque eſſe, *docere* quomodo hæc à ſole fiant; ac ipſum in textu allegato, in explicandis cauſis naturalibus altius provectum, hunc effectum ſolis curſui tribuendo, is eam Prophetæ mentem eſſe probare debet, atque oſtendere ſcopo Prophetæ noſtra interpretatione non fieri ſatis. Omnes enim pariter fatentur, in textu prædicto, verbis ſtandum non eſſe. Quid ergo eſt, cur quædam verba litteraliter accipiantur, quædam non? *Primo*, quia experientia nos aliud docet, quam verba textus ſecundum literam explicata videntur docere; & tamen ſimul Prophetæ ſermoni conſtat ſuus rationalis ſenſus. *Secundo*, quia forma ac modus loquendi hominibus uſurpatus, dictat, verba textus, quantum ad doctrinam eorum attinet, non eſſe latius extendenda, quam inter homines extendi ſolent: quomodo hæc fiant, ex ſupra commemoratis exemplis patet, ipſeque

ſeque lector hæc inter ſe conferat.

Nos igitur dicimus Prophetam ita de curſu ſolis loqui, quemadmodum de ejus *tentorio*, ſive *cubiculo*, *quiete ac novis viribus* loquitur: atque hac ſimilitudine uti, quia homines atque pecudes noctu in latebras & abdita loca ſeſe ſolent recipere; ac ſomno refecti ad negotia, quærendumque victum mane reverti. Sol noctu è conſpectu noſtro recedens, ac mane ſe nobis denuo exhibens ad terram radiis ac calore ſuo (quod ſine motus ejus interventu fieri haud poſſe videtur) illuſtrandam maximam cum hominibus ſimilitudinem habet. Quia autem ſol noctu non conſpicitur, ac mane majori forma majorique ſpecie oculis noſtris apparet, idcirco Propheta ei *tentorium*, *cubiculum*, *quietem*, *ac novas vires tribuit*: quia ſol ſucceſſive terram calefacit, quod non niſi *motu aliquo interveniente* fieri poteſt; idcirco dicit eum periodum abſolvere, verum de neutro aliquid docet, aut (ut ita dicam) *dogmatizat*.

At objiciat aliquis, quemadmodum Propheta de ſole affirmat, eum noctu oculis noſtris ſubductum mane ſe denuo oſtendere; & ſicuti omnia hæc circa ſolem, atque in ipſo *ſole fiunt*, ſequi hinc, *motum ipſum in ſole* ſeſe exerere, aut nihil ex iis, quorum Propheta in Pſalmis meminit, concedendum. Verum reſpondemus, non negare nos ſolem ex oculis noſtris ſublatum mane denuo prodire, verum hunc effectum *operationi cuidam ab ipſo ſole profectæ* non tribuendum eſſe aſſerimus.

Nuſquam Sacra Pagina hoc docet: præſertim non hoc loco; verum ſolummodo *affirmat*, ac certi aliquid circa effectum ſtatuit, nimirum, ſolem jam occultari, jam denuo conſpici; atque ita concedi ſolet, aliquid fieri circa [illegible]; verum

*radicis*, ac nullus dubito, quin ea textui huic applicando, ſit ſibi abunde ſatisfacturus.

Verum inquit Dominus de Bois, convenientia quædam ſtatuenda eſt inter ſolem ac ſponſum, ita quidem ut comparatio inſtituatur inter lectum ſponſi ornatum & ſolis ſplendorem; quemadmodum igitur ſponſus ornatu, ita etiam ſol ſplendore inſignis eſt. Quod ſi quis producta longius ſimilitudine inferat, ut *curſori*, ita & ſoli *curſum* tribuendum eſſe, eundemque ei
non minus quam ſplendorem competere
ex eo ſequeretur, ei non minus quam h
roi lætitiam tribuendam, & ſolem e
culo ſuo quoque prodire ac currere
minus, quam aut ſponſus prodeat
aut heros currat; atqui is labore
bus curſum ſuum conficit, eo
etiam ſol. Et ſicuti is ad met
poſitam uſque decurrit, e
ſol ad curſus propoſiti fin
dicendus eſſet. Quis hæc

Nos cumuli vice, a
nudius declarandam
*Pſalm.* 105: 28. inqu
*tenebras emittere*. Q
figuratus loquend
ſit, & quænam
rebus naturalib
elici poſſint?
nebras intelle
*emittendi*,
drat in ra
mandatu
hendit
credu
ita d
exp
quic

ſive antecedente de ...nione. Secundo, ſer... æque ſanum & ſcopo ...umſtantiis textus æque ...tra iſtarum ſententia...tarum admittatur. Qui ..., tenebras non minus quam reale eſſe, cum ratione ne... , quod veluti fundamentum explicationi ſubſternitur, di... figuratum loquendi modum eo non extendere, ſic ut *emittere ali...* ſignificet, quam per privationem efficere, ut tenebræ ſint, quando ...ræ, cum realitatis aliquid contine..., de loco in locum moveri poſſunt. ...d quidem certe conſtat hujus vel illius ...præconceptam opinionem (dummodo is in verbis maneat ſenſus, ut homini & per...ſonæ ex ratione loquenti, nihil, rationis aut ſenſus communis detrahatur) cauſam vel rationem eſſe poſſe non tam *diverſæ interpretationis*, quia ad ſingulorum verborum ſignificationem non attenditur; quam libertatis in Philoſophando in omnibus, quæ tenebras ſpectant; quando illa libertas non frangit aut imminuit auctoritatem Scripturæ, & *doctrinæ* Spiritus Sancti de tenebris non adverſetur. Judicoque, præ-dicto Scripturæ loco vim inferri, ſi ex eo quis concludat, tenebras aliquid eſſe *reale*, quia Propheta voce *emittendi* utitur, quemadmodum ex circumſtantiis apertum eſt, nihil aliud docuiſ, quam Deum *effeciſſe* ut tenebræ eſſent. Ad hujus & ſimilium Scripturæ locorum interpretationem nihil quidem amplius addemus. Quid vero ad hæc *Dominus de Bois*? Primo quidem lu-dibrio me excipit, dicitque, docere me, tenebras nihil eſſe, cum apertis contra ver-bis aſſeram, tenebras non minus *reale eſſe* quid, quam lucem; ex quo certe apparet, hoc ab ipſo confictum, ut cauſæ inſervi-at: quale mendaciorum genus eodem can-dore *hoc Carteſium* ejuſque ſequaces pro ... habere. Ego quidem certe ... hoc, quidquid eſt mendacii, condono, imputoque cauſæ, quam defendit zelo, qui eum tranſverſum rapit. Secundo, quæ eum ratio impulit, ut me, quamvis aſſeruiſſem tenebras *nihil eſſe*, tam inſulſe rideret. An non hæc ſententia conformis foret genio veteris Philoſophiæ, quam propugnat, & ex qua tantum utilitatis ſibi peperit hucuſque humanum genus? An non is, qui eo modo vetera ridet, atque nova oppugnat, jure meritoque cenſendus eſt de omnibus *dubitare*?

Verum *Dominus de Bois* reperiſſe ſe putat, quo modo textus ſecundum literam, citraque ullum figuratum loquendi modum commode explicari poſſit, aſſerendo nimirum, tenebras eſſe *ipſum corpus opacum*. Verum hæc explicatio arguit ipſum *Dominum de Bois*, tenebris obſeſſum. Hactenus ego quidem certe credidi, corpus impediens, ne aliud corpus *lucidum* luce ſua me perfundat, cauſam eſſe *tenebrarum* in oculis meis: atque ita quidem tenebras *revera* eſſe in oculis meis, quamvis corpus opacum oculos non intraret, ita ut *Dominus de Bois*, cui trabs eſt in oculis, laboret, ut feſtucam alterius oculis eximat. Si tenebræ ſunt opacum corpus, quidni & vitrum, quod certe conſtat, craſſius eſſe aëre, quem Deus Ægypto immittebat.

Ad textus *Eſaj.* 38. & *Joſ.* 10. de *ſolſtitio retrogradatione* ſolis, uti quoque de ſolſtitio loquentes paucula annotabimus. Ex circumſtantiis textus *Eſaj.* 38. ſatis quidem apparet, Sophetam tantum *affirmare & docere*, Prodigium atque miraculum in eo conſiſtere, quod idem illud, quod in ſolario umbram efficiebat, umbram quoque efficeret in ſigno 10. gradibus à ſigno, quod ante umbra notaverat, ordine retrogrado diſtante: quod quoniam effectum eſt per ſolem, qui corpus ſolidum illuminando umbram efficit, atque eo modo umbra à ſole dependet, & ſine eo eſſe nequit, dicit Scriptura, ſolem retroiviſſe; quia hæc circa umbram mutatio fit per relationem, & locum ſolis, & quæ eſt inter ſtatum producentis in ſolario corporis umbram Acha-

Achazi. Cum tamen non ſit mens Spiritus Sancti, hanc ſtatus mutationem ſoli adſcribere, non magis, quam *docere*, per umbræ retrogradationem *unam eandemque umbram* decem gradibus *retro-iviſſe*: quod certe quidem conſtat, nunquam fieri, cum certum eſt, *umbram* quidem *locum non mutare*, ſed lucidi corporis loci vel ſtatus *mutatione* ſemper novam umbram produci. Et tamen dicit Scriptura diſertis verbis, *umbram retro-iviſſe*: ex quibus abſurde concludas, miraculum præcipue conſtitiſſe in eo, quod Deus effecerit, ut *una eademque umbra iret retro.* Quæ ergo ratio ex hoc textu inferendi, *docere* Spiritum Sanctum, ſolem retro-iviſſe. Eſtne quod textus illud dicat expreſſe? Verum & idem textus idem prædicat de umbra, quin imo affirmat, ſolem retro iviſſe decem gradibus, nempe in gradibus *ſolarii Achazi*, quos deſcenderat: cum conſtet tamen non ſolis corpus, ſed ejusdem lucem & umbram circumacta in *ſolario Achazi*. An fortaſſe ideo, quod umbra retro-ire nequeat? Verum cur tua *ſententia* ex contemplatione naturæ, aut magiſtri inſtitutione in te nata, mihi norma erit interpretandæ Sacræ Paginæ? Si dixiſſet Scriptura, quod in ſolario *Achazi* umbram efficiebat, 10. gradibus retro-iviſſe, verbis certe adhærendum eſſet; & quidem merito, quia nulla ratio dari poſſet, quare à verborum proprietate recedendum, & ad figuratum loquendi modum confugiendum eſſet. Verum illud cum dicatur de umbra, recte urgemus, non eſſe captanda verba, quod umbra locum mutare non poſſit. Ita quoque textus dicit, ſolem 10. gradibus retro iviſſe in gradibus ſcilicet, per quos deſcenderat: & quia conſtat, ſolem in ſolario non [illegible] -gi, per

prodigium contigerit circa corpus ſolis. Nos vero affirmamus, Sacras Literas hic de ſole loqui, quia per ejus interventum *umbra in gradibus retrogreſſa ſit.* Si vero objiciatur, Scripturam diſertis verbis affirmare, *ſolem retro-iviſſe*, regeram ego, idem quoque illam de umbra, quæ retrogradi non poteſt, aſſerere; uti quoque *ſolem in gradibus ſolarii Achazi deſcendiſſe.* Quod tamen *Dominus de Bois* literaliter ſumptum fatetur verum non eſſe, cum magnitudo ſolaris corporis non permittat, illud in ſolario circumagi. Verum addit, *apage in rebus ſeriis ejuſmodi ſubtilitate* [...] *& ignominia notentur, qui ex eo conclud*[...] *quod facit auctor noſter, verbis textu*[...] *hærendum non eſſe.*

Sed *Domine de Bois*, ſapiunt mag[...] ſæviunt minus. Ego vero à te pe[...] coque, ne iraſcaris; parum [...] vir, commovet tua bilis, [...] præpoſterus accendit. An [...] Sanctus in textu hoc apert[...] *umbram*, quam *ſolem retro*[...] nam in eo, quæſo te, [...] ignoravit utique Spiritu[...] per os Prophetarum, [...] retrogredi, & dicit [...] ſam, quæ vero ta[...] *de Bois*, ut ſiniſtri[...] gravetque interp[...] bus, eam expli[...] am. 1 Sam. 11: [...] *turos cras*, [...] *tur ſolem in* [...] *de corpore* [...] *tum de ej*[...] *percant o*[...] *amantes* [...] *tute ſolis* [...]

... quod ſine mutatio-
... inter ſtatum & lo-
... poris umbram effici-
... teſt. Ita quoque dici-
... aca nube, qua veluti
... odeuntem, & prata ra-
... entem, atque ita mino-
... quæ reſpectu majoris habet
... mbræ, paulatim diſpellentem,
... pius accedere: & quando rur-
... ibus condit, dicimus umbram
... ropinquare. Cur ergo abſurdum
... tuere, Prophetam in hoc textu
... s retrogradationem nihil aliud in-
... re, quam in ſolario Achazi umbram
... ormatam *decem gradibus retro*? id-
... miraculoſa mutatione relationis in-
... ſolem ejuſque radios, & Achazi ſola-
... ium.

Supereſt jam, ut loquamur de hiſtoria, quæ extat *Joſuæ Cap.* 10: 13. *Reſta ſol in Gibeone & luna in valle Ajalonis, & reſtiterunt ſol & luna &c. Sol vero reſtitit in medio aëris, neque maturavit occaſum per integrum diem.* Quis non agnoſcat in hoc textu, figuratum loquendi modum: ac primo quidem in verbis, quibus ſol & luna reſtare dicuntur in Gibeone ac valle Ajalonis. Certe enim nunquam *putavit* Joſua, futurum, ut hæc duo lumina è cœlo deſcenderent; nec enim ea capiebat Gibeon & vallis Ajalonis, quando Gibeon reſpectu magnitudinis ſolis ad inſtar puncti eſt. Quando ergo Joſua dixit, ſolem & lunam reſtitura in iis locis, non aliud voluit ſignificare, quam futurum, ut ſol eodem modo radiis ſuis illa loca illuſtraret; atque ita nulla relationis mutatio inter ſolis radios & prædicta loca interveniret: jubet itaque ſolem eandem relationem ad illa loca retinere: atque ita verborum Joſuæ ſenſus eſt, ut lumen ſolis atque lunæ ſupra terram in cœlo maneat. Quemadmodum vero mos eſt hominibus loquendi de ſole, luna, eorumque curſu, ſicut nos loquimur de ...

*ſuctione*, habita ratione nebularum, *nutrimenti, ac lactis*, ita etiam Joſua ſolem ac lunam alloquutus jubet ea *curſum ſuum ſiſtere*. Atque ex hoc loquendi modo non magis ſequitur Joſuam, ſive Spiritum Sanctum per os Joſuæ loquentem, idcirco *ſtatuere, docere, ſive teſtari*, ſolem *currere*, quam Spiritum Sanctum naturæ *ſuctionem* tribuere, quando loquitur de infantibus ſugentibus, aut nos ſoli vim attractricem adſcribere, eo quod verbum *attrahendi* uſurpemus. Ubi igitur Sacra Scriptura dicit, *terram pluviam imbibere*, *Hebr.* 6: 7. *ac radices aquam ſive nutrimentum bibere*, *Ezech.* 31: 14. 16. nemo ex eo inferat, Sacram Scripturam iis verbis docere, terram ſive radicem aquam bibere ſive ſugere. Similiter cum Spiritus Sanctus juxta prædictum loquendi modum diceret: *arbor hæc, quæ juxta aquam plantata ramos late diffudit, imbibendo ac ſugendo multam aquam, nec bibat, nec ſugat amplius aquam: verum radicitus exareſcat.* An non poſſunt illa verba, nullam tamen vim inferendo textui, intelligi, Spiritum Sanctum tantummodo docere, nullum nutrimentum ad radicem delatum iri? Et tamen Spiritus Sanctus arborem alloqueretur, non magis ſugendo idoneam, quam arida terra ſit imbibendæ aquæ. Imbecille igitur argumentum eſt Domini *de Bois* ex verbis prædictis inferentis *reſtitiſſe corpus illud, quod Joſua eſt alloquutus*, cum de eo tota ſit controverſia; nec majorem rationem habet, dicere, corpus, quod Joſua alloquebatur, revera reſtitiſſe, quam alios textus, quibus figuratum loquendi modum tribuimus, ſecundum literam interpretari, non ob aliam rationem, quam quia diſertis *verbis* in textu certæ proprietates rei adſcribuntur; nam tunc à ſenſu literali nunquam foret recedendum: neque [illegible] circumſtantiæ cauſæ [illegible] rerum proprietate [illegible]

Quod porrò dicitur Joſuam ſoli & lunæ imperaſſe, ut *reſtarent*, lunam vero revera reſtitiſſe, atque idcirco etiam reſtitiſſe ſolem, exigui eſt momenti. Joſua juſſit lumen ſolis atque lunæ eo, quo dictum eſt, modo reſtare ſine mutatione, atque ideo *ſolem* & *lunam* alloquitur: quod ſi Dominus *de Bois* ex uno eodemque verbo in uno textu duabus rebus applicato inferre velit, verbum illud idem de utraque re & ſignificare & *docere*, non difficile fuerit ex Sacra Pagina abſurdiſſima aſſerere. *Pſalm* 119:36. habetur, *inclina cor meum ad teſtimonium tuum, & non ad avaritiam*; ex quo ſequitur, ſi verba textus captes, Deum eodem modo & bonum & malum operari. 1 *Sam.* 12: 19. *Ideo populus Deum valde metuebat & Samuelem*: an ergo populus Deum & Samuelem metuit eodem timore? *Pſal.*121: 6. *Sol te interdiu non uret, nec noctu Luna*: an ergo urit luna ſicuti ſol? *Exod.* 7: 11: 22. *cap.* 8: 7. *Et præſtigiatores Ægyptiaci idem faciebant ſuis incantationibus.* Quid ergo! An & illi incantatores miracula patrabant? *Pſalm.* 114: 16. *In mari obambulant naves & Leviathan.* An ergo Leviathan navigat ad inſtar navis? *Ezech.* 28: 2. *Tu, cum homo ſis, itane cor tuum componis, ac ſi Deus eſſes.* Habet ne ergo Deus cor ſicuti homo? *Exod.* 14: 31. *Crediditque populus in Dominum & Moſem ſervum ejus*: quid! an ergo eodem modo populus credidit in Moſem & in Deum? *Pſalm* 44: 4. *Non brachium eorum, ſed dextera tua iis largita eſt ſalutem*: an ergo eodem modo dextra tribuitur Deo, quo bracchium homini? Non foret difficile mille ejuſmodi loquendi modos adducere. Quando ergo dicitur *Matth.* 5: 45. *Patrem noſtrum cœleſtem facere oriri ſolem ſuum ſuper malos & bonos, & pluere ſupra juſtos & injuſtos*, verba ea non ſignificant neceſſario, Deum æque vere & proprie facere oriri ſolem, quam faciat pluere; ſed tantum, Deum, Solis luce tam vere perfundere juſtos & in[juſtos], quam faciat ſupra utroſque d[illegible]

beneficiis, quæ malis juxta ac bonis impertiuntur: præcipue talia, quæ homini per ſolem obtingunt: quæ beneficia cum eadem ſint, ſive ea homini obveniant per motum terræ vel ſolis patet ex circumſtantiis, Chriſto propoſitum non fuiſſe, per verbum *oriri* docere, quid de vero ſolis *ortu*, & proinde ejus motu ſentiendum ſit; non magis, quam in mille figuratis loquutionibus verbis adhærendum eſt, quarum locutionum ſatis magnum numerum recenſebimus.

Ita neque ſequitur quia *Eccleſ.* 5: 6
mentio fit de vera mutatione, & mul
rum rerum motu corporali, puta de
fluviorum, vento & aëris vaporibu
cuti & de *ortu* & *progreſſu* ſolis, v
in eundem accipienda eſſe ſenſum
admodum in aliis textus verſibu
empli gratia dicitur, ventum
*reverti*. Quæ enim nos cogit
textus de *progreſſu* & *redit*
intelligere, cum tot ſupra
raverimus, in quibus in
unum idemque verbum
ficationes: & aliquan
lum aliquando Diabo
ſicuti in miraculo N
incantatorum Ægy
ipſam Sacram P
unum idemque
verſis accipien
nunquam fac
*ortu* ſolis, r
verba ſolu
*modum* att
quid ille
ter eos
tandæ
Domi
ſerit,
*ratione*
*uſitata*
*verbis*
homin
[illegible]

[...]ſe in ſe conſidera-
[...]monis ſenſum, ſed
[...]s locorum & perſo-
[...]atia, quamvis aliquis
[...], abſurdum non eſſe,
[...]trarium docere, *ſolem*
*[...]ſum trahere*, capta-
[...]n non effugeret, qui ex
[...]n aſſereret *plures vapores*
*[...]e æſtivo quam hyberno*,
*[...]es vapores attrahat quam*
[...]deret, talem docere, ſo-
*[...]pores attrahere.* Nihil enim
[...]s, quam homini ceu dicta
[...] quæ ne cogitavit quidem, &
[...]ri, quando ipſa locutio & ora-
[...]cumſtantiæ verbi ſignificationem
[...]ant. Quis enim non videat, ita lo-
[...]nem nihil quidquam *affirmare* vel *ne-*
[...]s de attractione ſolis, nec eum voce
*[...]attractionis* in eum finem uti? Et quis
[...]potius non intelligat, in explicanda voce
*[...]attractionis*, rationem habendam eſſe lo-
cutionis omnibus gentibus uſurpatæ, quæ
per illum loquendi modum in illis circum-
ſtantiis prolatum, & quæ innuunt ſermo-
nem in eo non verſari, utrum ſol vapo-
res *ad ſe trahat*, ſed utrum plures vapo-
res in aëre hyeme quam æſtate ſint, ni-
hil aliud volunt, quam ſolem efficere,
ut æſtate aër vaporibus abundet magis
quam hyeme.

Ad hæc reſpondentibus in proclivi fo-
re, omnia negare, & aſſerere, Spiritui
Sancto propoſitum non eſſe, verbis quan-
tumvis apertis quidquam *docere* & *dogma-*
*tizare*; atque ita ex verbis nihil concludi
poſſe, regerimus, illud non minus adver-
ſariis, quam nobis poſſe objici, cum nec
illi ſemper præciſe verbis adhæreant. Quod
vero addunt, nunquam ſe à verbis rece-
dere, niſi ipſa imperante ratione, idem
[...] nos dicimus. Si autem dicunt nos Scri-
pturam obtorto collo trahere in ſen-
[ten]tiam noſtram, idem & de illis dici po-
[te]ſt: utuntur enim eadem qua nos via in
Scripturæ interpretatione, & lis tantum
eſt ſuper ſingularibus quibuſdam textibus.
Sed ut dicamus, quod res eſt, addimus,
tales ſemper eſſe textus circumſtantias, ut
ab eo, quod præcipue intendit *docere* &
*dogmatizare* in textu Spiritus Sanctus, rece-
di non poſſit, quin ſtatim appareat veri-
tatem ut oportet, indaganti, textui vim
inferri. Qui dicit Abrahamum loco indi-
diſſe nomen *Jehova providebit*, clare do-
cet, Abrahamum eum locum nomine *Je-*
*hova providebit*, inſigniviſſe: qui dicit ta-
les fuiſſe tenebras, ut potuerint *palpari*,
*Exod.* 10: 22. docet is quidem certe *mag-*
*nas tenebras fuiſſe*. Qui dicit, ſemen ter-
ræ injectum fructus ferre non poſſe, niſi
primum *moriatur*, 1 *Cor.* 15: 36. is do-
cet, ſemen fructus proferre non poſſe, niſi
prius *magnas mutationes ſubierit*: qui dicit,
ſe alias eccleſias *ſpoliaſſe*, ab iis ſtipendium
accipiendo, 2 *Corinth.* 11: 8. is utique fa-
tetur, ſe ab eccleſia aliquid *accepiſſe* ad
vitam ſuſtentandam. Qui affirmat, ſe fa-
cturum aliquid, *quod neque factum eſt un-*
*quam, nec poſthac fiet*, *Ezech.* 5: 9. is
certe docet, facturum ſe aliquid, quod
non fit *quotidie*. Qui dicit ſe ab *utero matris*
*confiſum* Deo, *Pſalm* 71: 6. affirmat equi-
dem, ſe à *longo tempore*, & antequam vir
inter viros eſſet, *fiduciam* in Deo collo-
caſſe. Qui docet in aſcenſione Chriſti ad
cœlos duos *viros* Apoſtolis adſtitiſſe *indu-*
*tos veſtitu albo*, *Actor.* 1: 10 affirmat certe, il-
los virorum *ſpeciem* præ ſe tuliſſe. Quando
dicitur *Gen.* 18: 8. *tres viros* Abrahamo
præſente cibum *cepiſſe*, certum quidem eſt,
ibidem doceri, *viros* illos ingeſtum in os
cibum ore non *ejeciſſe*. Qui dicit vectores,
qui una cum Paulo erant in navi, *Actor.*
27: 37. ad diem *uſque decimum tertium non*
*comediſſe*, docet ad minimum ipſos ad
illud uſque tempus *parce* cibum ſumpſiſſe.
Qui dicit, *Deum* populum Hieroſoly-
mitanum *decepiſſe*, *Jerem.* 4: 10. is do-
cet, aliquid inſoliti populo Iſraelis à Deo
immiſſum, vel Deum inceptum, & va-
nam populi ſpem *fruſtratum*. Qui *tanquam*
hiſtoriam narrat, Nautis viſam terram *ſibi*
*appro-*

*appropinquare*, *Actor.* 27:27. ejus quidem certe mens fuit affirmare, viſos ſibi nautas *ad terram propius acceſſiſſe*. Qui dicit, ſolem *curriculum decurrere*, ejuſque *ortum* eſſe à cœli finibus, & periodum abſolvere alteros cœli fines attingendo, *Pſalm.* 19. *docet* is, ſolem non ſemper unum, eundemque locum colluſtrare, aut reſpectu terræ partium, eundem ſtatum ſive ſitum obtinere. Qui dicit ſolem ortus ſui *non ignarum*, *Pſam.* 104: 19. docet, ſolem ex ordine immutabili quotidie ſupra terram conſpici. Qui dicit, ſolem *oriri & occidere*, ad locum ſuum *anhelare*, progredi verſus *Auſtrum*, & *Septentrionem*, *Eccleſ.* 1:45. docet is, cum ſole ejuſque *quotidiana apparitione*, & abſentia nocturna, uti & cum obverſione ejus corporis, nunc hanc, nunc illam telluris partem colluſtrantis comparatum eſſe, ſicuti cum omnibus rebus temporaneis, quæ mutationem patiuntur, veluti in circulo, in quo præterita ad idem punctum redeunt; idcirco vanitatis & dementiæ eſſe, ſpem ſuam in tam fluxis collocare, cum firma concipi non poſſit, ex talium rerum inconſtantia, & quotidianis vicibus.

Qui dicit, Deum facere, exoriri ſolem ſuum ſupra malos ac bonos, Matth. 5:45. is ad minimum docet, Deum improbos non privare beneficio, quod ſol apparens interdiu adfert; atque ita quidem omnibus Scripturæ locis ſenſus certus ac conſtans tribui poteſt, quamvis non concedatur, Spiritum Sanctum *omnibus textus verbis aliquid docere*, *affirmare*, *vel negare*: quin ipſe lector benevolus ſatis perſpicit, hanc interpretationem claram eſſe in ipſo textu, verum quæ porro verbis nimium adhærendo inde petitur, obſcuram, atque idcirco incertam eſſe, ...

terit, eo labore amico ſuo relicto, ac tam difficilis ipſi fuit quatuor paginarum tractatus refutatio, ut eum laborem cum ſocio dividendum, eumque in ſocietatem operis vocandum putaverit. Progrediamur jam ad examinanda ea, quæ Auctor brevium *annotationum*, paſtor (ut ferunt) Hagienſis, refutandis meis argumentis ad prædicta Sacræ Scripturæ loca reſpondet, omittentes ea, de quibus adeo late in præcedentibus actum, ut etiam inſervire & accommodari poſſint enervandis argumentis, quæ idem auctor poſt Dominum de Bois protulit: atque ideo quidem ſilentio tranſibimus nomen *Jehovæ*, de quo abunde in ſuperioribus actum. Aſſerit que

prædictus auctor, tenebras Ægyp-
*palpari* potuiſſe, eo quod Sacra Sc-
verbo *palpandi* utatur, atque à
cedendum non ſit, nec diſp-
Dei *miraculis*, ſed iis, ſicuti
teris traduntur, plena fides
nihil enim certi nos de natu-
poſſe judicare, *Job* 38: 19
eos operam perdere, q
cogitationum, qui a
ſunt, ope, excipiunt
quæ tenebras pal-
Quid! an ergo nul
minibus uſurpatu
ptus eſt, quo i
Sacris Literis
modo ſingula
nificationem
doceant! N
vo Teſtam
Teſtame
propria
ſe con
Veter

...ea verſio, quoad ...tum ſatis clare ſen... exprimeret, relictis ...bis, quæ aliud quid ...us verba ſignificarent, neque damnantes, aut ... Hebraico textu defle... o ſive docendo, Spiritum ...i Teſtamento ea fuiſſe lo... ...orum textus Græcus meminit, tamen in Veteri Teſtamento ...ntio.

...o Apoſtoli uſi ſunt vocibus ceu à ...bo petitis, quibus tamen non in...nt *docere ſive teſtari*, Deum ita lo...m fuiſſe, cur etiam Spiritus Sanctus ...ac loquendi modos ab hominibus ...u uſurpare non poſſet, quæ in ſe con...erata, puta de rebus naturalibus, non ...agis ſignificent, quo modo Deus con...ituerit rerum naturam, quam Spiritus Sanctus in textu Hebraico ea fuerit loquu...tus, quæ Apoſtoli ex Græco citant, abſque intentione tamen verbis illis aliquid *docendi, teſtandi*, ſive *dogmatizandi*. Conſuetudo apud Judæos Græcum textum introduxerat, quamvis is complecteretur aliquid, quod *nec Dei verbo, nec veritati conſonum eſſet*. Apoſtoli tamen eadem verba uſurpant; utuntur ergo verbis veritatem non exprimentibus. Quocirca dicendum eſt, aut Apoſtolos vera loquutos non fuiſſe, vel non intendiſſe iis verbis *aliquid docere*, ſive *dogmatizare*. Verum ipſos, ſalvo eorum pretio, iis tantummodo uſos, quatenus ſcopo inſervirent.

Similiter conſuetudine recepti ſunt loquendi modi, quibus permittitur vocabulorum uſus, quæ in ſe conſiderata *falſa* complectuntur. Sed quorum in iis loquendi formulis nulla ratio habetur, quibusque nihil docetur aut *affirmatur*, verum quæ cum aliis verbis conjuncta orationem, quæ ſcopo inſerviat, efficiunt. Ovum ovo ...magis ſimile, quam reſponſum no...rum Theologorum reſponſ...

ſiano profertur, *pro abominanda hereſi; violatione auctoritatis Sacræ Scripturæ, ac artibus diabolicis habetur.*

Dicit igitur Sacra Scriptura, tenebras *palpari* potuiſſe, ſed eodem modo, quo dixit in eodem loco, *neminem per tres integros dies è loco ſuo ſurrexiſſe*. Quid! An ergo nemo in Ægypto per tres dies ſeſe loco moviſſet? Verum hi loquendi modi ac formulæ ſunt. Ita quoque dicitur, mendacium adeo craſſum eſſe, ut *palpari* poſſit; cœli injurias in cauſa fuiſſe, cur totum diem domi *ſederimus*. Porro ſi verbis præciſe adhærendum eſt, ii quoque, qui docent tenebras *privationem lucis* atque adeo *nihil* eſſe, quod Ariſtotelicæ Philoſophiæ ſectatores faciunt, eodem, cujus nos inſimulant, crimine tenentur, quando aliquid ſtatuunt ac docent, cujus contrarium Sacra Scriptura claris atque expreſſis verbis doceat. Docet enim ex opinione Auctoris *brevium annotationum*, tenebras *corpus eſſe*, *quod palpari ac tangi poſſit*: quod de nihilo dici non poteſt. Si à verbis recedendum non ſit, dici poſſunt incantatores Ægyptiaci eadem, quæ Moſes ac Aäron, miracula patraſſe. Clare enim Sacra Scriptura dicit, idem etiam feciſſe præſtigiatores Ægypti, Exod. 7: 11. 22. ac Cap. 8: 7. Habetur animam omnis carnis *ſanguinem eſſe*, Levit. 7: 24. dic ergo animam animantium ipſum *ſanguinem* eſſe. *Judic.* 20: 16. dicitur, *horum lapidum è funda projectorum ictu adeo erant certi, ut ne latum quidem pilum aberrarent*: dic ergo, omnes milites miracula patrare potuiſſe. Fieri enim non poteſt, ut quis arte ac continua exercitatione cum ſibi habitum comparet.

Verum ut ulterius progrediamur, concedo equidem, de miraculis non diſputandum, neque ea quoque neganda eſſe eo, quod methodus, qua patrantur, captum ſuperet ... illicitum non eſſe diſ... ...um conſiſtat; ...

eſſe temere ac citra neceſſitatem ad miraculum confugiendum, quando prodigium, aut opus aliquod extraordinarium cauſæ naturali poteſt adſcribi; atque hoc quidem modo de Dei miraculis diſputare inſipium non eſt. *Job* 38:19. non exprimitur, naturam tenebrarum à nobis cognoſci non poſſe, verum locum earum nobis ignotum eſſe. Longe aliud quoque eſt dicere, naturam tenebrarum percipi non poſſe, aliud, non poſſe ſciri, an corpus ſint, quod *palpari* poſſit. Quisquis conſiderat, quomodo tenebræ oriantur, aut naſcantur ac diſpellantur, ignorat, fieri non poſſe, ut tenebræ ſint ipſum illud ſpiſſum ac craſſum corpus, præſuppoſito, quod ſciat, unum corpus aliud penetrare non poſſe.

Ad Scripturæ loca, quæ dicunt, ſemen terræ injectum mori, reſpondet *Auctor brevium annotationum, &c. Semen revera mori*, ac novam formam induere. Mihi quidem videtur Scriptor hic ingenio adeo infeliciter nato, ut vivens ſe mortuum credat. An mori dici poteſt illud, quod in ſe complectens fontem atque originem vitæ animantium ac plantarum, ipſas plantas ac beſtias format, ac ſubſtantiam & nutrimentum aſſumendo, tandem in perfectum animal, aut plantam excreſcit? Verum quidem eſt, craſſum illud corpus, quod vim ſeminis, aut ut rectius dicam, ipſum ſemen continet, in generatione, mutationem ſubire; verum ipſa ſeminis vis, *in quo ejus vita conſiſtit*, ne mutatur quidem, tantum abeſt, ut moriatur: ſed cauſa eſt omnium operationum, quæ in generatione ſeſe exerunt. Atque ob arctiſſimam conjunctionem, quæ intercedit inter eum, qui ſemen producit, ipſum ſemen, & illum, qui ex ſemine naſcitur, poſteri pro una eademque perſona habentur cum eo, à quo originem ſuam trahunt, *Gen.* 48:21. *En ego morior, ſed Deus tecum erit, ac reducet te, id eſt poſteros tuos in terram patrum veſtrorum.*

Porro ex mente *Annotatoris*, mortuum atque adeo ſterile ſemen quod ex
cit, & quod fructus nequeat produc
vivit, quod autem operationem ipſi a Deo
attributam, quæ divinarum operationum
perfectiſſima eſt, cujusque vi ipſum ſe-
men incrementum capit, ex voto
læ peragit, mortuum dicitur, licet p
bus tunc ſignis ejus vita probetur,
antea. Qui hujuſmodi abſurditatibus
ſæ iniquæ patrocinantur, u ſe adv
quibusvis modis deridendos propinant.

Huc accedit, quod illa Annotatoris re-
ſponſio in ipſam Sacram Paginam
gat, claris atque expreſſis verbis
tem, *ſemen, quod in terram bonam*
*bat, exortum fuiſſe, creviſſe, ac*
*edidiſſe*, Matth. 13:9. Poteſtne
quod mortuum imo non amplius
ri, creſcere, ac fructus ferre
tur Eſaj. 17:8. Ita Sacra Pa
*bum regenerationis noſtræ ſe*
1 Pet. 1:23. Luc. 8:11.
teſt abſurdius, quam Dei
mori ac ſuffocari, quan
res producit: imo hu
craſſo errori viam ſter
ſtum ex ſemine Davi
ſe, neque eſſe eum
rum. Quoties en
um atque adeo
producitur,
corporis mo
quam cum
quam aut
pore ena
corrupt
riatur,
Scripti
*quand*
*mentia*
Si cra
fuiſſe
modi
rum
conn
tem
tum

...riculus error æqui bonique ..., non ſecus, ac ſi in eo ver... [Ec]cleſiæ ſalus. Ezechiel 5: 9. Atque ego quidem deſignabo in... quod nunquam feci, neque etiam in... facturus ſum, propter abominanda peccata; quocirca patres comedent ...s in medio veſtrum. Conſtat autem, eſſe hic rationem habendam minarum [con]ditionalium, (quæ Annotatoris ſententia ...) verum conſiderandum, an poſt illud tempus nunquam acciderit, ut patres liberos ſuos comederint. Ego equidem idem etiam poſtea eveniſſe credo, ac verba ſecundum literam non eſſe accipienda. Plura huic textui non addam, quando alibi de hujuſmodi loquendi modo ac forma mentio fit.

Cum Sacra Scriptura dicit, *Davidem jam ab utero Matris in Deum confiſum eſſe*, reſpondet annotator, non eſſe, *cur his verbis figuratum loquendi modum tribuamus*, *Johannem enim Baptiſtam in ipſo matris utero jam in Deum confiſum*. Ubinam illud de Johanne Baptiſta exſtat? Luc. 1:41. habetur, *Puerulum nempe Johannem ſubſiliiſſe in utero Eliſabeth e matris ejus, cum ea ſalutationem Mariæ audiviſſet*: nulla autem fit mentio de *deſiderando* aut *confidendo*. Quid! An non fieri divinitus potuit miraculo quodam ut infans quamvis rationis uſu carens in utero matris præter conſuetum morem ſeſe moverit? De Chriſto Sacra Scriptura teſtatur, ipſum *in ſapientia, magnitudine ac gratia profeciſſe apud Deum ac homines*: atque hanc quidem opinionem nos contra Pontificios defendimus: ſi itaque Chriſtus in utero Mariæ ingenio non magis præditus fuit, quam infantes ſolent eſſe, cur Johanni Baptiſtæ idem ante nativitatem adſcribatur. Eſtne quia *Lucæ cap.* 1:15. dicitur, Johannem *Spiritu Sancto impletum iri etiam à ventre matris ſuæ*. Aliud autem eſt in & [illegible] utero matris regene... [illegible] impletum eſſe, ...

Ad ea, quæ de verbis Sacræ Scripturæ, *angelis corpus ac* ciborum uſum tribuentibus dixi, reſpondet idem *Auctor*, Sacram Paginam docere, Angelos *Spiritus* non homines eſſe, atque idcirco edere non poſſe. Verum primo conſtat, Sacras Literas hominibus non ſimul cum omnibus ſuis partibus innotuiſſe, verum nunc hanc nunc illam partem conſcriptam, & ideo quidem abſurdum non eſſe ſtatuere, cum ex Sacra Scriptura nunc edoceri & informari poſſumus, quædam verba ſecundum literam non eſſe accipienda, ea verba tempore illo, quo fuerunt prolata, & litteris conſignata non potuiſſe lucem mutuari ex aliis textibus, qui poſtmodum demum in hominum manus pervenerunt, atque hæc quidem ratio ex mente Scriptoris noſtri, non eſt ſufficiens, cur verbis adhæreamus: Textus vero *Gen.* 18:8. talis eſt, & Scripturæ loca docentia angelos Spiritus eſſe, multo poſt tempore conſcripta ſunt: non peccavit igitur Dei populus, (quamdiu per alios textus non erudiretur) credendo angelos corpora habere; & textum *Gen.* 18:8. interpretando ſecundum literam. Quid! An ergo Deus aliquid uno tempore præcepit de angelis credendum, quod alio tempore vetuit; & an poteſt Deus imperare hominibus ut pro vero habeant, quod falſum eſt? Advortat quæſo lector, quorſum hæc tendant.

Deinde non quæritur, an non alii dentur textus, qui nos doceant, non eſſe verba ſecundum literam accipienda, ſed id tantum, an is, qui ita loquitur, verba talia non uſurpet abſque intentione talibus verbis aliquid *docendi* vel *dogmatizandi*. Verba quidem certe eadem manent. Si vero Spiritui Sancto propoſitum ſit, verbis, quibus utitur, de angelis loquens, aliquid docere de eorum *corpore & manducatione*, utique repugnantia docet, quod certe nefas ſit de Spiritu Sancto exiſtimare: ſi vero Spiritus Sanctus ... tendit per ea verba ...

Sanctum verba uſurpare, quibus nihil do-ces vel *dogmatizat*, quæque proinde, qua talia pro norma fidei habenda non ſunt: quia non verba ſed verborum ſenſus dictant quid credendum: & ſenſus non ſolum petendus à voce aliqua, ſed etiam à circumſtantiis textus; quæ circumſtantiæ non minus ſignificant quam ipſa vox.

Adduxeram quoque Scripturæ locum, in quo dicitur, Pauli in itinere comites uſque ad diem decimam tertiam cibum non ſumpſiſſe, addideramque, eum locum juxta literam interpretandum non eſſe. Brevium annotationum Auctor nullos alios locos allegare potuit, quibus oſtendat non eſſe illa verba ſumenda ſecundum literam. Dicit tantum nulla hic opus eſſe *locutione figurata*. Cur vero? Nihil enim comedere inquit, *proprie* ſignificat, ad prandium vel cœnam ſumendam non accumbere, & proinde non negari, eos bibiſſe & aſſumpſiſſe cibum. An non hæc febricitantis deliria ſunt: nihil comedere ſignificat *proprie*, citraque figuram comedendi gratia menſæ non accumbere, non prohibent autem illa verba, quo minus nihil comedentes cibo tamen veſcantur, potumque ſumant, modo ne prandium vel cœna in aliquod horas protrahantur: nihilominus concedit mihi, cœnas modicas non eſſe cœnas figuratas. Parum ergo comederunt, ſignificatque igitur *nihil comedere, parce cibum ſumere*: atque idem nos docemus. Ex quo quidem certè ſequitur, verbis non eſſe ſemper præciſe adhærendum.

Textum in quo dicitur, *Deum Iſraëlem decepiſſe*, eodem modo interpretatur quo interpretatus eſt locum de angelorum manducatione; & nos quidem reſponſione noſtra putamus ſatisfeciſſe, ideoque nihil præterea addemus. Dixeramus, Scripturam aſſerere, non eſſe *ſolem ortus ſui ignarum*, verum non eſſe verbum illud *ignarus* captandum, neque litteræ inhærendum. Auctor *brevium Annotationum* hic

*rum eſſe analogice* eſſe interpretandam, putatque adeo, Analogicam interpretationem impropriam ſive tropicam non eſſe. *Impreſſiones naturales, quas Deus formis*, ait, *ſubſtantialibus creaturarum rationis expertium indit*, (vide quantam Bonus vir formarum ſuarum curam gerit) cæca imago ſunt hu-*mani intellectus*: id vero vult, quamvis ſol ortum & occaſum ſuum ignoret, cum tamen ſecundum naturæ ordinem oriatur & occidat, de eo citra figuram aſſeri & doceri poſſe, ortum eum & occaſum ſuum noviſſe: id eſt, *oriri & occidere eum cum judicio & conſcientia*. Id enim vox ſcire proprie denotat.
Fas ergo erit ex ſententia Adverſarii, de la-
pide, aliiſque concretis & inertibus co[…]
ribus docere illa proprie dictam ſcie[…]
habere. Poteſtne vero ſobrius ita de[…]

Ita negat quoque, quando dicit[…]
*anhelare*, improprie id accipien[…]
vultque tamen, per anhelitum[…]
aliud innui, quam eum celer[…]
adinſtar hominis præ nimi[…]
lantis. Quid ergo! eſtne […]
celeriter? Atqui fieri p[…]
in ſede quietus anhelet: […]
quod ne reſpirat quide[…]
ræ pretium, nec eſt […]
umphet miles hic g[…]
citer ſe geſſit, tan[…]
Spiritu vel anhel[…]
pelleret, aut t[…]
eſt inquit, q[…]
idem intelli[…]
*tatem* oſtend[…]
erim vel […]
Conciona[…]
*occidendi* […]
nibus huj[…]
ratum eſ[…]
occidit, […]
viciſſitud[…]
tur, ita […]

Libet […]

... refert, nautis poſt tolera... quatuordecim dierum tem... terram viſam propius ad ipſos ac... c textum adduxeram, ad ar..., Spiritum Sanctum omnibus verbis non ſemper docere, teſtari, dogmatizare: quando abſurdum eſſet e, nautas adeo inſaniviſſe, ut ter... ibi, non vero navem terræ appropin... crederent. Ad hæc reſpondet, non viſum fuiſſe nautis, ſed terram ſe revera mare extendiſſe, in quo navigabant. Verum hoc non quæritur, ſed illud, an revera nautis viſa fuerit terra appropinquare. Nox inquit, proſpectum impediebat; verum ex certis ſignis colligebant, ſe prope terram delatos. Quorſum hujuſmodi reſponſio, an non æque noctu atque interdiu ſcire poſſunt, qui mare navigant, ac fluctibus agitantur, quando ſe ad terram propius ſentiunt accedere, non terram ipſis, ſed ipſos cum navi terræ appropinquare. De illis qui navi, inquit, vehuntur, non minus citra figuram dici poteſt, terram illis, quam illos terræ obviare. At in textu nulla fit mentio de obviando, ſed de *appropinquando*; poteſtne terra æque ac navis *appropinquare*? Promontoria ſine figura ac tropo in mare dicuntur excurrere; ac cum navis in ſcopulum defertur, non minus dici poteſt ſcopulus navem, quam ipſa navis ſcopulum tangere. Verum quorſum hæc? Textus non loquitur de *contactu*, ſed de *appropinquatione*: quid vero aliud eſt appropinquare, quam mutatione loci ac ſtatus ad aliud propius accedere: quid? An perinde abſque figura dici poteſt, terram navi, quam navem etiam terræ appropinquare? Poſſuntne etiam citra figuram promontoria in mare dici excurrere, quod in mare promineant, quemadmodum eques equo vectus currere ac fugere dicitur? Hæc nimium futilia, ac temere prolata ſunt, quam ut pro ſolido reſponſo haberi poſſint: quin ipſe Scriptor his argumentis parum fidens, inquit, in omnem caſum textum nihil amplius dicere, quam nautas ſibi *perſuaſiſſe*, terram ad ipſos propius accedere: quod ſi re ipſa non appropinquaverit, errorem hunc nautarum judicio potius, quam ipſi textui adſcribendum: atque hæc mea quoque ſententia eſt, nimirum, non terram ad nautas revera propius delatam, verum nautas ita *exiſtimaſſe*. Ex verbis ſecundum literam ſumptis, ac præſuppoſito, Spiritum Sanctum omnibus textus verbis docere ac dogmatizare, ſequitur nautas adeo inſaniviſſe, ut terram revera appropinquare putaverint. Quid? An ergo Apoſtolus Paulus, ac reliqui itineris ejus comites ſeſe commiſerint vehendos *nautis tam ſtolidis*, ut revera crediderint, cum propius ad terram eſſent delati, navem non moveri, ſed terram propius ad ipſos accedere. Quod ſi, inquit Scriptor, ita ſeſe res habet, ut nautæ illud reipſa crediderint, error hic imputandus eſt *textui* eo, quod dicat, nautis ita viſum fuiſſe, cum tamen revera non ita videretur. An non igitur præſtat dicere, nautis revera ita viſum, quam ſtatuere Spiritum Sanctum vera loquutum non fuiſſe. Ad quæ quidem ego reſpondeo, non eſſe, cur ideo *erroris textus arguatur*, non magis, quam ego erroris redargui poſſem, dicendo nautis terram viſam propius ad ipſos accedere, cum conſtet me voce appropinquandi nihil atteſtari, quod ad veram appropinquationem ſpectat, ſed me tantum uſum locutione figurata, ſecundum quam ſtatis temporibus ac circumſtantiis nihil aliud ſignificatur, quam nos ad terram propius *accedere*. Atque hunc quidem loquendi modum, uti & verba, ab hominibus mutuatur Spiritus Sanctus; quocirca etiam interpretandus eſt ex conſuetudine hominum: atque hæc quoque ratio eſt, cur verba literaliter accipienda non ſint, non *vero pugna cum aliis textibus*, *aut rei impoſſibilitas*, quæ in hoc textu quidem non reperiuntur. Ἀδύνατον quidem non eſt, nautas derepente in eam inſaniam delapſos, ut putaverint inverſa rerum natura, non navem amplius ad terram, ſed terram ad

 na-

navem propius accedere: neque tamen quiſquam rationis compos verba hujus textus ſecundum literam accipiet, ſed noſtram interpretationem ob ſupradictas rationes amplectetur: atque idcirco corruit ſententia adverſariorum ſtatuentium, verbis adhærendum eſſe tamdiu, quamdiu nulla *pugna*, vel *contrarientes ſibi invicem textus* nos ab iis non cogant recedere.

Viſum fuit deciſioni objectionum hujus auctoris diutius immorari, magis in alius gratiam, quam quod eum tanta cura dignum judicarem. Haud facile crediderim, in tota Belgica reperiri hominem magis ſtolide glorioſum, magisque ingenio & judicio deſtitutum; neque unquam eam maculam inuſturus ſum Batavico nomini, ut eum pro Batavo habeam: neque difficile eſt, ex *jactationibus ac nimio ejus tinnitu* colligere, qua regione ſit oriundus; verum quo munere fungatur, non facile dixerim. Quando conſidero eum tot Scripturæ loca allegare, eademque tractare tam perfunctorie, adducor, ut eum Lutherianum concionatorem credam, qui judicii acrimoniæ, nec ſubtilitatis rationem habent. Ubi vero me converto ad craſſos ejus in Theologia errores, deprehendo conjecturam me fefelliſſe. Cum vero nobis tota Biblia tanquam *fidei noſtræ profeſſionem* ſive *Catechiſmum* proponit, oſtendit ſe *ſectatorem Borelii*. Ubi vero nos ad Biblia *notis* adſtringit, *Pontificius* eſt: quando vero docet, *ſemen mori*, *Anabaptiſta* eſt, ac proinde etiam docet, Chriſtum naturam ſive eſſentiam ſuam non habere ex virgine Maria. Cum autem tradit, realem ſive modalem differentiam eſſe inter Deum, ac *Dei voluntatem*, *intellectum*, *ac operationem*, quatenus in Deo ſunt, tunc ſe diſcipulum *Vorſtii* probat: ubi vero negat, Deum ullam Sacræ Scripturæ locorum explicationem humanæ rationi

Cum dicit ſatis eſſe, credere,
ac animam hominis ſubſtantias eſſe
non multum differt a Sadducæis, qui
*rituales ſubſtantias* dari negabant. Ac
quit Scriptor noſter, ſufficere, ſi de
ma atque angelis credamus, eas
*ſubſtantias* eſſe: & illud quidem de
di poſſe, quamvis non concedatur, eas
*Spiritus*, ac Spirituales ſubſtantias eſſe.
Ubi vero craſſos hujuſmodi errores
hendo, non impetro à me, ut eum pro
doctore habeam. Quare eum pro
re habeam potius, qui Scripto hoc al-
jus gratiam captaverit. Quod ſi parum
piat ad veteres errores evitandos, cer-
quidem hereſiarcha nunquam futurus eſt.
Si virum noviſſem, meritorum ipſius
onem haberem, oſtenderemque te i
me unicuique honorem debitum tri
Nunc vero, ſi parum pro meritis
ſo egerim, habet, quod ſibi
cum ſub ignoto nomine aggreſſ
qui ipſum non magis, quam
*de Bois* unquam læſerim. Plu
tionem *brevium annotationum*
quando reliqua hujus ſcri
pertinent, ac auctor vix
nullum inſuper aliud argu
ctatu meo impugnandu
ego argumenta mea pr
lo honeſtos quoſvis a
ctores. Finxit ergo
oppugnaret, atq
ſæviret; hoc pa
phum, ſed ingl

Hoc ſcripto
partibus addict
Dominus *de Bo*
ſtam habeant
*dum valde eſſe*,
*artes ad enervan*
*que auctoritatem*
hoc modo Soc

E nus, non oſtendant, argu- ducta ex iisdem peti poſſe, n eadem docere, ſicuti jam mplis probavimus, ita ut, Sacram Scripturam om- atur, verbis non *docere*, ſive *dog-* us verbis non docere, ſive dog- nihilominus firmum comple- , nihilominus firmum ſane ra- rgumentum, quod *nemo* negaverit. Verum ocum faciens Dominum *de Bois* tam mis dedecet in Carteſianos invehi, quando be in Carteſianos efficit, ut in ipſum tra ſe pronunciando efficit, *Rom.* 2: 1. 2. drent dicta Apoſtoli, *quisquis Quapropter inexcuſabilis es ô homo, damnas alium damnas, nam hoc ipſo quo damnas te ipſum condemnas: eadem enim facis tu, qui alium damnas*: atque hoc ipſum verum eſſe palam jam arguam.

Dominus *de Bois* publici juris fecit tractatum Belgicum, qui inſcribitur *veteris Temporis Theſaurus &c*: in quo pagina 54. tractat *quæſtionem*, quomodo verba Moſis, *Geneſ.* 11: 54. ac *Geneſ.* 12: 4. conciliandа ſint cum verbis *Actor.* 7: 4. ubi claris verbis dicitur, *Abrahamum* ex Harane egreſſum adveniſſe in terram *Canaan* poſt mortem patris: cum tamen ex allegatis *Geneſeos* textibus appareat, ipſum mortuo demum patre *Teracho*, *Harane* relicto veniſſe in terram *Canaam*; atque inter hoſce quidem textus cum manifeſta eſſet pugna, cui textui adhærendum eſſet, quærebatur, Dominus *de Bois* ſequitur textus *Geneſeos*, arguitque *Abrahamum*, vivente patre *Teracho* ex *Harane* deceſſiſſe. *Stephanus* vero, *Actor* 7: 4. inquit illum poſt mortem patris *Terachi* inde exiviſſe. Audite quomodo Dominus *de Bois* reſpondeat ad textum *Actor.* 7: 4. Utar ipſius viri verbis.

*Quod autem ad Stephani verba, eamque difficultatem attinet, ad ea bifariam reſponditur. Primò, Stephanum ſecundum communem Judæorum opinionem fuiſſe loquutum: ſecundo, in textu Bibliorum Samaritanorum dici Terachum mortem obiiſſe, anno ætatis centeſimo quadrageſimo quinto: quod prorſus convenit cum Stephani verbis. Hiſce reſponſis inter ſe collatis primum magis commendari videtur, magisque conveniens textui. Nam in eodem* Act. *capite* 7. *perſpicuo argumento probatur, cum juxta Judæorum opinionem fuiſſe loquutum. Verſu enim* 14. *inquit Jacobum in Ægyptum veniſſe cum* 75 *hominibus, cum non niſi* 70 *itineris habuerit comites*, teſte Moſe *Geneſ. cap.* 46: 27. *Deut.* 10: 22. *Comprehenſis etiam inter eos Joſepho, ejuſque duobus filiis*: additque porro, *non eſt ergo abſurdum dicere Stephanum iis circumſtantiis utentem ex opinione Judæorum fuiſſe loquutum. Ducebatur quidem Spiritu Sancto, ſic ut in ipſa doctrina non erraverit; verum hiſce non repugnat dicere, ipſum aut perfecta circumſtantiarum ſingularium hiſtoriarum cognitione non fuiſſe imbutum, aut ad eos non ita attendiſſe.* Hic non ſemel jam occurrunt verba, *Stephanum ſecundum communem Judæorum opinionem fuiſſe loquutum*; quo ego loquendi modo licet ſollicite in Tractatu meo abſtinuerim ob ſupradictas rationes, non inficior tamen, eum cum reſponſo meo conciliari poſſe, ſi quidem hiſce verbis nimirum *Stephanum ex opinione Judæorum fuiſſe loquutum*, intelligamus, Spiritum Sanctum iis verbis nihil *docere*, *teſtari*, *dogmatizare*, *affirmare*, ſive *negare*, quemadmodum etiam Doctiſſimus *Wittichius* ſuper iiſdem ſeſe explicat, à quo quidem Viro neutiquam diſſentimus.

Verum Dominus *de Bois* cum nuſquam ſe ita explicet, fateri debet ex hujuſmodi reſpondendi modo ſequi, Spiritum Sanctum aliquid loquutum fuiſſe, *docuiſſe* ac *dogmatizaſſe*, quod à veritate alienum eſſet. Rejicit enim diſtinctionem, quam facio inter aliquid ſimpliciter *dicere*, & inter aliquid *docere ac dogmatizare*: ſtatuitque Spiritum S. omnibus, quibus utitur, verbis ſemper *docere ac dogmatizare*. Docuit ergo Spiritus Sanctus per os *Stephani* purum mendacium, affirmavitque, quod à veritate abhorreret. An non ſatius foret, dicere, Spiritum Sanctum non intendiſſe docere

iis

teſtari, ſive dogmatizare iis verbis: verum eadem tantum uſurpaſſe, ut in ſervirent declarationi ejus, quodpræcipue intendebat, nulla habita ratione, an *eadem verba verum an falſum complecterentur*. Idque juxta loquendi modum hominibus uſurpatum, cujus alibi latius meminimus.

Omitto jam rude ac craſſum illud reſponſum Domini *de Bois*, nulli docto Theologo probandum, nimirum, *Stephanum, quamvis Spiritu Sancto ductus loqueretur, doceretque hiſtoriam, nihilominus perfecta circumſtantiarum iſtius hiſtoriæ cognitione non fuiſſe imbutum, aut ad eas non attendiſſe.* Si jam lubitum eſſet mihi hoc nomine tecum contendere atque rixari, haud difficile eſſet probatu, crudo hujuſmodi reſponſo auctoritatem Sacræ Scripturæ convelli. Quomodo enim quis *impulſu Spiritus Sancti loquutus erraverit*? Atque hi probi illi viri ſunt, qui nos hoc nomine tam impudenter perſtringunt. Horum partibus ſe adjungit porro homo vanus. Is *annotationes* elucubrat, *eaſque publici juris facit ad opprimendam enaſcentem amaritudinis radicem contra Sacrarum Literarum auctoritatem.* In tractatu vero ipſo ſe Pontificium oſtendit, ſtatuens Sacram Scripturam, quatenus notis interpretum noſtrorum illuſtrata aliquid docet, omnibus Reformatæ Eccleſiæ membris in Belgica noſtra pro norma fidei eſſe habendam, ac unumquemque obſtrictum eſſe ad eandem amplectendam, *quod à vocatis doctoribus, Eccleſiæque miniſtris juſſu ſupremi magiſtratus examinata, probata ac conceſſa ſit.*

An non hæc genuina Pontificiorum ſententia eſt, docentium, *Dei verbum, non aliter à ſingulis Chriſtianis habendum pro regula fidei, quam ſecundum interpretationem Pontificis Maximi vel Concilii.* Taceo jam, *brevium Annotationum auctorem* Chriſtiano Magiſtratui tantam in rebus fidem ſpectantibus poteſtatem tribuere, quantam ſibi in rebus publicum regimen con-[...]tibus non arrogaturos, ſat ſcio.

legibus civilibus alligent. Quod ſi [...]
adhærendum eſt, multo magis [...]
Eccleſiæ: & ſi ego culpandus [...]
in textibus quibusdam interpretandis [...]
dam ab opinione auctorum meorum, [...]
modo illi pietatem in concionando [...]
tentur, qui tranſgreſſi leges Eccleſiæ [...]
pria auctoritate feſtorum celebrationem
damnant. Abunde ſcilicet cautum eſt Ec-
cleſiæ puritati, auctoritatique Sacra[...]
Literarum hujuſmodi propugnatoribus.
Hi ſunt veri *Petri*, quibus ceu ſolidiſſ[...]
petræ Eccleſiam Dei tuto inædifica[...]
quique adeo ſibi de controverſiis fide[...]
dicium arrogant, ſtatuentes, ei ce[...]
tentiæ in Eccleſia Dei ſtandum eſ[...]
ſpiciatur Dominus *de Bois* pa[...]
idque, quia *Mal.* 2:7. exſtat, *la*[...]
*dotis ſcientiam cuſtodient, atque ex*[...]
*lex petetur; eſt enim angelus Do*[...]
*tuum.* Verum oblitum eſt D[...]
*Bois* additum verſu nono, *ideo* [...]
*ac indignum reddidi coram omni*[...]
*vias meas non ſervas, ſed per*[...]
*in lege.* Ex quibus verbis [...]
aliis textibus *Eſaj.* 28:7. [...]
19:16. ac 21:5. 2 *Chron.* [...]
iſſet diſcere, ſacerdotes [...]
conſtitutos eſſe tanqua[...]
cos, ſicut eorum ſupe[...]
cia, quantum ad exte[...]
*mandata* ſervanda e[...]
Reipublicæ Iſraëli[...]
ac regimini ſubjec[...]
etiamnum hodie [...]
ſententiis, qua[...]
eſt. Fortaſſe hi [...]
ut ſe tanquam ju[...]
re, ac bonis e[...]
ſe in curiam ing[...]
ſtituitur compar[...]
ctorum Novi F[...]
cerdotibus ac L[...]

Nullum Ec[...]
brum *Antiſtitu*[...]

...s inſerviunt; & eum in fi-
...es omnia membra tanquam
...gant. Quod vero ad articulos
...s fidei noſtræ attinet, eos ne-
...tenetur recipere, *quod à docto-*
*...Eccleſiæ inſtar legis vel mandati præ-*
...ur, verum cuique privatum ſuum
...um, quatenus illud verbo Dei niti
...it, non vero quatenus ab Eccleſia aut
...quoquam prolatum eſt, *lex* eſt, quæ
...m ad certam aliquam confeſſionem,
...deique articulos amplectendos obligat.
Quos quando recipit, eatenus Eccleſiæ
eoſdem profitenti ſubjicitur: cum vero
conſtet, tales articulos non admitti ex
mandato & auctoritate Eccleſiæ, vel ul-
lius hominis, ſequitur, nullam quoque
Eccleſiam vel condendorum, vel augen-
dorum, diminuendorumque articulorum
habere poteſtatem, & auctoritatem eos ve-
luti leges & mandata ſub contumaciæ pœ-
na membris proponendi; cujus quidem
nulla alia ratio eſt, quam quod nemo tene-
atur alterius, ſed ſuo unius judicio articu-
lum fidei recipere, quo recepto admiſſo-
que ſe Eccleſiæ eandem fidei profeſſio-
nem tenenti adjungit; ejuſdemque legibus
ad ordinem tuendum latis atque diſciplinæ
ſe ſubjicit.

Eodem fundamento nititur, quod di-
cimus, non licere Eccleſiæ Antiſtitibus
damnare articulum fidei, vel actionem ei-
dem ſuperſtructam, tanquam non feren-
da in Eccleſia, quæ antea in ea *tolerata*
ſint, ac de qua unusquiſque ſenſerit, ac
loquutus fuerit, obſervaveritque, prout
ipſi veritati maxime conſentaneum vide-
retur, eo, quod contra illa, ab Eccle-
ſia, cujus membrum erat, ſententia lata
non eſſet, ac proinde ipſe etiam nulli pœ-
næ eſſet obooxius, quando nihil aliud
crederet, nec aliter vitam inſtitueret,
quam dignum Eccleſiæ membrum deceat.
Exempli gratia, opinio exiſtimantium,
Remonſtrantium circa 5. notos articulos
errorem in religionis fundamenta non im-
pingere, atque idcirco ... in Ec-
cleſia ferendos eſſe, hucusque tolerata
fuit. Non poteſt ergo Eccleſia pro ea,
quam in privata membra habet, poteſta-
te, *novam legem*, tanquam mandatum
ſervandam condere, conditamque Eccle-
ſiæ præſcribere, qua caveatur, à tali judi-
cio recedendum eſſe, ac perſtringendos,
& quibusvis contumeliis afficiendos, qui
in eo perſeverant. Et quamvis una atque
altera Eccleſia, ſive ejus anteceſſores eam
opinionem ſive actionem ea nixam pro re
majoris momenti habentes decernerent de
ea *articulum fidei* condere, ac ſuper ea
uniuscujusque ſententiam rogare, quo
ejus ſectatores à communione removeren-
tur, dicendum tamen eſt, hujusmodi an-
teceſſores ac doctores majorem, quam
ipſis competat, ſibi poteſtatem aſſumere.
Quod enim ad fidei articulos, & ſuper
privatis controverſiis judicium attinet,
quando extra confeſſionem fidei ſunt, ac
per claras & perſpicuas controverſias eo
referri nequeunt, *nullis bominum mandatis
alicui obtrudi poſſunt*: & quemadmodum
nemo privatus, antequam profeſſionem
fuerit amplexus, cenſuræ Eccleſiæ ſub-
jacet, atque ab ea mandata, ne quidem
ea quæ ordinem ſpectant, recipere tene-
tur, ita quoque doctorum poteſtati, quan-
tum ad novam controverſiarum fidei deci-
ſionem ſubditus non eſt. Omnis enim Ec-
cleſiæ in ſingula membra poteſtas pro fun-
damento habet liberam ac ſpontaneam
ſubmiſſionem, ac confeſſionem fidei,
quibus ſeſe legibus Eccleſiæ ſponte ſubji-
ciunt. Et ſicuti inter Reformatos conſtat,
*nulli Eccleſiæ aut bomini legum condenda-
rum, quæ conſcientiam obligent, poteſtatem
competere*, (quo in errore Pontificii ver-
ſantur) ſic quoque nemo alteri, aut col-
legio ita ſeſe poteſt ſubjicere, ut conſcien-
tiam ſuam legibus eorum alliget. Non po-
teſt ergo collegium aliquod eam quoque
poteſtatem ſibi aſſumere. Et certe in ...
arrogantiæ, ambitionis, ac ...
hæreditatem Domini ...
quod quid...

feſſione fidei comprehenſæ non ſunt, ac ſæpe in receptas ſententias incurrunt, aut non niſi Philoſophicam quæſtionem, aut alicujus Scripturæ loci explicationem concernunt, quæ nihil cum primario fidei articulo commune habeant, tanto zelo atque ardore in Eccleſia propugnant; atque in hiſce controverſiis à ſe diſſentientes ſuſpectos habent, ac pro viliſſimis Eccleſiæ membris reputant & indignos, quibus ulla munera committantur, quin imo habent eos pro Eccleſiæ hoſtibus atque inimicis, totius Eccleſiæ utilitatem atque ædificationem ex privatis ſuis opinionibus, ac paucorum in Eccleſia dominantium commodis metientes.

Verum ut redeamus ad propoſitum: nos equidem judicamus, eos, qui tantam Eccleſiæ Reformatæ poteſtatem tribuunt, Papatum re ipſa denuo introducere, cogendo homines ad amplectenda dogmata ab aliis præſcripta. Si enim fides mea non nitatur mandato, & præſcripto Eccleſiæ: ſed omnis Eccleſiæ in me poteſtas nata ſit à libera ſubjectione, non pecco, quod novorum articulorum deciſioni me non accommodem, de quibus Eccleſia nihil certi antea ſtatuerat, aut qui quamvis deciſi, tolerati tamen fuerunt. Si vero Eccleſiæ membrum eſſe nequeo, niſi illam deciſionem quia ab Eccleſia profecta & conſtituta eſt, receperim, nititur fides mea auctoritate hominum, quæ quidem genuina Pontificiorum ſententia eſt.

Apparet jam denuo, hoſce duos ſcriptores, quorum alter nos pagina 10. *Doctorum judicio*, alter *Bibliorum notis* adſtringit, Pontificiorum doctrinam denuo revocare in uſum inter Reformatos, ac *Chriſtianam libertatem* funditus evertere. Denus, noſtram de motu terræ opinionem cum maximæ partis doctorum Refor-

mo, à vobis perſtringi? Quid, interceditne inter me & Eccleſiam aliqua obligatio, quæ me jubeat, in hac re vobiſcum ſentire. Eſtne confeſſionis Reformatæ Eccleſiæ articulus? An non integrum eſt, in interpretandis quibuſdam textibus à pleriſque doctoribus, ac verbi Divini miniſtris diſſentire? An ſpectat hæc ſententia aliquo modo fidei articulum fundamentalem? Vel an exſtat alicubi, in explicatione verbi Divini turbam ſequendum eſſe?

An non omnes pari jure verbi Divini he-
redes ſumus, eodemque illud legen
ſuper eo meditandi, ac fidei regulas
inde formandi jure gaudemus? Vel
per fide ſoli doctores conſulendi ſu
lud vix audent dicere, verum ple
ctores ita ſentire ſe, re ipſa
In eos enim, qui in controver
dam ſecum non conſentiunt,
pugnaciter aggrediuntur, eo
gunt tanquam reos abomina
non ſecus, ac ſi tota Ecc
Atque me quidem non fa
dicere, argumento eſt
quas non turbas ac m
quia Scripturæ locis
loquuntur, illud reſp
mus, quod ad evi
numeris aliis Scri
aptari debet:
unum atque al
tiliſſimi atque
um annotatio
dum noſtru
dendum ſt
ctus profer
mine Dav
vero, qui
hebant, à
ut digni eſ
dentes,

verum cum ejus copiæ in an-
ntcoactæ, ſatius eſſe judicavit,
ac convicia in me ingerere, at-
amare, ô diræ: ô quis ad talia non
jeat; potuitne diabolus pejores artes
are? Atque hæc quidem de his di-
ufficiant. Supereſt jam ut horum uſum
ceamus.

Patet nunc quoque, quouſque Sacræ
cripturæ auctoritas in phyſicis ac huma-
nis ſcientiis ſeſe extendat. Quoties claris
ac perſpicuis verbis rem aliquam *docet*,
eidem, licet captum noſtrum ſuperanti fi-
des habenda eſt. Verum attendendum im-
primis, quando Spiritus Sanctus in Sacris
Literis *doceat* ac *dogmatizet*: ac deinde
quibus id verbis fiat, & quouſque eadem
Spiritus Sanctus extendat. De primo in
præcedentibus actum eſt: de ſecundo
quædam obiter notabimus, quæ ad Phi-
loſophicas controverſias à Theologicis
diſcernendas ſcitu neceſſaria ſunt. Quando
Sacra Scriptura aliquid docet uſurpando
humanarum artium ac ſcientiarum vocabu-
la, neque tamen aliis textibus ac circum-
ſtantiis clarius ſe explicat, quomodo ver-
ba ea accipienda ſint, ſic ut de vocabulo-
rum artis ſignificatione, inter doctos con-
troverteatur; & qualis, antequam plenam
verbis ſignificationem tribuamus, fides
exigatur, Philoſophica hæc controverſia
eſt, ac opinionum diverſitas circa res,
quarum ratio atque intellectus abſque ope,
ac Sacrarum Literarum auctoritate ju-
dex eſt.

Exempli gratia, Scriptura nos docet,
Deum ſolum perfecte beatum eſſe. *Beati-
tudo* autem apud omnes ſignificat perfe-
ctum ac ſummum gaudium, quod nullo
unquam cruciatu nec tædio turbetur: con-
trarium docentium ſententia Dei verbo
repugnat. Quando vero inter doctos diſ-
ceptatum eſt, num *actualis* Dei *voluntas*,
ex qua *æterna* ipſius *decreta* profluunt,
quandam mutationem Deo adferat, & an
ea qualiſcumque mutatio ſummam Dei
beatitudinem ac perfectionem imminuat
vel augeat, (poſito id Deum in verbo ul-
terius non declaraſſe) Philoſophica hæc
controverſia eſt.

Scriptura quoque docens animam hu-
manam eſſe Spiritum, non ulterius expli-
cando vocem Spiritus, nil amplius nec
dicit, nec docet de anima, quam eam eſ-
ſe incorpoream, aut ſaltem non eſſe tum
materiatum corpus, quod tangi manibus,
aut oculorum acie conſpici poteſt: ſed
Philoſophis diſceptandum relinquit, in quo
propria natura rei incorporeæ conſiſtat;
& certe iniquum eſt, doctorum ſuper ea
re ſententiam ulterius limitibus circum-
ſcribere, & eam tanquam periculoſam
traducere, ſimulac huic vel illi Theologo
minus placuerit, quantumvis quidquid
Scriptura de anima dicit, recipiatur, ſci-
licet, eam eſſe incorpoream, quamvis
adhuc indeciſum maneat, an illud, quod
*ſubſtantia* neque tamen corpus eſt, con-
ſiſtat in *cogitatione*, id eſt, *voluntate* &
*intellectu*, in eo ſimili Divinæ naturæ,
cujus eſſentia conſiſtit in actu; ita ut
actus ipſa ſit eſſentia, ad cujus imaginem
creata eſt humana anima. Quando etenim
Theologi docent, Dei eſſentiam in actu
conſiſtere, non ſolum ſentiunt, Deum
eſſe ſimplicem, neque ex ullis partibus
aut qualitatibus compoſitum, verum &
Dei *actualem voluntatem & intellectum* ipſi-
us conſtituere eſſentiam, cum ſecundum
ſanam doctrinam non diſtinguendum ſit
inter Dei voluntatem & voluntatem actu-
alem, quatenus actum deſignat, & quod ita
*actus* dicatur eſſe *ſubſtantia*. Hæc cum de
Deo ſtatuere abſurdum non ſit, quomo-
do vero ſententia idem animæ adſcriben-
tium abſurda videri poteſt? Cum anima
tali perfectione gaudeat juxta menſuram,
cujus capaces ſunt creaturæ, id eſt, fini-
tam, quæ perfectio in Deo terminis
caret: præterquam quod intellectui
quoque repugnet, animæ eſſentiam in
alio, quam in *cogitatione*, vel *voluntate*
& *intellectu* conſiſtere poſſe: quo cum ac-
cedit, animæ mortem atque ejuſdem in-

teritum unum idemque eſſe: nulla ſenten-
tia pro animæ immortalitate validiora ar-
gumenta ſuppeditat, nec ulla quoque for-
tius oppugnat opinionem ſomnum & mor-
tem animæ aſſerentium. Quis enim conci-
pere poteſt vitam animæ ſine *voluntate* at-
que *intellectu*: & quemadmodum hæc vel
talis figura in corpore nihil aliud eſt, quam
ipſum corpus ita vel ſic formatum; ita
quoque hæc vel illa cogitatio nihil aliud
eſt, quam ipſa anima cogitans, id eſt,
hac vel illa cogitatione, ut ita dicam, mo-
dificata. Si vero hæc vel illa cogitatio non
eſſet ipſa anima cogitans, poſſet cogitatio
ab anima ſeparari, & ipſa tamen in eſſen-
tia perſeverare, ſicuti motus ſeparari poſ-
ſet à corpore. Poſſet quoque anima exi-
ſtere & vivere ſine actuali voluntate, &
cogitatione, qui pernicioſus error eſt;
& ita quoque ſpiritus daretur deſtitutus
ratione, contra omnium Philoſophorum
ſententiam. Τὸ *velle* quoque & *intelligere*
profluerent ab eſſentia, voluntate atque
intellectu carente. Τὸ *velle* atque *intelligere*
non forent operationes ſpirituales: nam ſi
natura ſpiritus non in eo, ſed in alio con-
ſiſtit, ſpiritualis animæ eſſentia, & per
conſequens ejus actiones ſpirituales ex na-
tura voluntatis atque intellectus argui non
poſſunt; quæ ſententia atheiſmo viam
ſternit. Huc accedit, intellectum diſtin-
guentem inter *corpus & Spiritum* aliud dif-
ferentiæ ſignum excogitare non poſſe,
quam quod ſpiritus *cogitet*, corpus vero
*cogitationis* ſit expers; quod tamen ſecus
eſſet, ſi natura ſpiritus non conſiſteret in
cogitando. Quæ enim nos impellit ratio,
ut ſpiritui voluntatem atque intellectum
tribuamus, ſi natura Spiritus in eo non
conſiſtit. Ἀκατάληπτον quoque eſt, quomo-
do illud vel hoc *velle* vel *intelligere*, ex alio
formari poſſit, & eſſentiam ſuam habere,
quam ex *voluntate*, & *intellectu*: quemadmo-
dum hoc vel illud corpus formari nequit
niſi ex corpore, & hic vel ille motus non ni-
ſi ex motu. Cur vero putamus, abſurdum
... ſi dicamus ſubſtantiam conſiſtere in

actione vel actu, cum omnes actiones
eſſentiam habeant. De Deo quin illud ve-
rum ſit nemo dubitat; idem conſtat de
motu, quo corpora moventur. Cum enim
Deus motus cauſa ſit ac Dei operatio ſit
ipſe Deus, ſequitur motum, quo cor-
pora moventur, aut potius cauſam, cur
corpus locum mutet, ſubſtantiam eſſe.
Motus vero qui in corpore eſt, non actio
eſt, ſed paſſio. Jam nihil supereſt, quam
actio animæ, quam probavimus ſubſtantia-
lem eſſe, ſuntque per conſequens omnes
*actiones ſubſtantiæ*.

Quod vero ad hæc reſpondetur τὸ cogi-
tare eſſe operari, atque cogitationem eſ...
aliquid, quod operanti accidat; ac...
proinde illud quod cogitat, & cogita...
nem non poſſe eſſe unum idemque, ...
gui momenti eſt. Nam primo, o...
Theologi concedunt, quod cogita...
cogitationem in Deo eſſe unum ide...
ex quo ſequitur, idem poſſe affi...
anima, cui idem attributum co...
poteſt ſecundum gradum perfe...
cujus naturæ capaces ſunt.

Ad hæc cum expenditur, ...
rem novam producere vel cre...
ſe, ſcilicet nullum corpus n...
que ſpiritum novum, vel vi...
pora non ſint; ſed eas tan...
corporibus novas figuras, ...
tum: & in ſpiritibus à c...
tantum excitare novas ...
que ita omne, quod n...
corpore vel Spiritu n...
bus non differre niſi ...
concludendum eſt, T...
gis ab anima differre, ...
ra à corpore, quæ ip...
quemadmodum corpu...
gura, ita & anima ſi...
ſicuti contradictione...
formare ſine corpore ...
corpus unum idemqu...
non poteſt, ...it cogit...
ex τὸ cog... non ...

Quid enim operatio & actio ...eſt, quam adjunctum vel accidens ...nadmodum dicit Dominus *de* ... quod operatur. Nos vero addi... dens vel adjunctum rei nihil aliud ...m rem ipſam certo modo conſtitu... l formatam, cum certum ſit modum ...mam in omnibus partibus ſuis conſi... tam nihil aliud eſſe, quam eam rem ...n, cujus modus & accidens eſt. Atque eo fit, quod figuræ, accidentia, & modi ...i ab ipſa re ne quidem per omnipotentiam Divinam ſeparari poſſint: quomodo enim res ipſa à re ſeparari poteſt. Quod ſi ſecundum ſententiam Domini *de Bois* accidens aliud foret quam illud, cujus accidens vel adjunctum eſt, nullum argumentum dari poſſet, quare Deus hæc à ſe-invicem ſeparare non poſſet, cum unum idemque non ſint; & nihil ſit clarius, quam illud, quod alterius rei natura non continetur, ab ea à Deo poſſe ſeparari; produntque adeo talia aſſerentes Pontificiis cauſam Reformationis in dogmate Transſubſtantiationis: ita ut illa ſententia, qua tuemur cogitationem non magis ſeparari poſſe à mente, quam omnis figura poteſt à corpore ſeparari, & quam Dominus de Bois pagina 50. abſurditatis damnat, mihi tam clara ac perſpicua videatur, ut meo quidem judicio nihil in tota Philoſophia rationum naturalium ope clarius probari poſſit.

Et certe propria quidem nos experientia docet, hanc vel illam cogitationem ita fundari in operatione animæ, per quam producitur, ut illi animæ operationi ne quidem ad momentum ſuperſtes ſit: argumento hanc vel illam cogitationem non magis ab anima cogitante differre, quam cætera omnia, quæ tali modo à ſe-invicem dependent, quæ quidem unum idemque ſunt cum re, à qua pendere dicuntur, & ideo modaliter tantum diſtinguuntur. Figura crucis dependet à lignis ejus figuram poſitione conſtituentibus; atque ea quidem poſitio nihil aliud eſt, quam ligna ipſa ita poſita. Ex quo apparet, abſurdum non eſſe, per omnipotentiam Divinam figuram crucis à lignis certo modo poſitis ſeparari non poſſe, vel crucem exiſtere non poſſe ſine lignis. Cum igitur certum ſit, cogitationes ab anima dependere eodem modo, quo figura crucis dependet à ligno: concludendum eſt, cogitationes non magis differre ab anima, quam formæ & figuræ à corporibus, quæ cum ipſa corpora ſint, ſequitur cogitationes eſſe ipſam animam cogitantem.

Vix quoque reſponſum meretur, quod nonnulli objiciunt, animam æque concipi poſſe ſine actuali cogitatione, quam arborem ſine fructu: ſcimus enim arborem quidem ſemper non ferre fructus, nos vero nunquam eſſe ſine cogitationibus. Hoc vel illud cogitare arbitrii eſt, omnino vero non cogitare, non eſt poſitum in poteſtate noſtra: faciat quiſque periculum, an cogitationes ſuſpendere poſſet? Secundo etiamſi arbor nullos fructus ferat, per alia ſigna vitam ſuam prodit; verum anima ſi non cogitat, ex nullis prorſus indiciis dignoſci poteſt, eam non dormire, vel non eſſe mortuam, quæ mihi quidem eadem ſunt.

Cum vero τὸ cogitare in *genere* in poteſtate noſtra ſitum non ſit, quæ nos ratio cogit credere, noſtram nocte dormientium animam in cogitando ceſſare, quamvis vigilantes ejus non recordemur: quod vero quædam ſomnia vigilantibus recurrant, alia non item, non ſequitur ex eo, nos non ſomniaſſe, eo quod ſomniorum nulla imago vigilantium animum ſubeat. Anima quidem certe nunquam operandi potentia deſtituitur, cum etiam operari ſoleat citra voluntatem & conſcientiam noſtram, ex quo ſequitur, eam ſemper operationes exercere, quando potentia operandi non caret; quæ cum illam nunquam deſtituat, certum eſt eam quoque ſemper operari. Ex eo, quod ſomno reficimur, non ſequitur, animam à cogitando quieviſſe, non magis quam concludi poteſt, animam dormiviſſe, cum corpus quieſceret.

Ex quo non difficile eſt intelligere, nullam reſponſo Domini *de Bois* inter *cogitandi potentiam & cogitationem actualem* diſtinguentis vim ineſſe. Id enim primum tantundem eſt, ac ſi quis diceret, non ſemper calidum eſſe ſolem, ſed ſemper poſſe incaleſcere. Quod autem Adverſarii dicunt actiones ſingulares cogitationes ſive actus ſecundi cogitativi, non eſſe tales modos ſubſtantialis cogitationis, quemadmodum figuræ ſunt modi corporis, ſed quemadmodum motus eſt modus corporis, qui motus abeſſe & adeſſe poteſt à corpore, id plane abſonum eſt: quia niſi hæc & illa cogitatio ſit modus cogitationis ſubſtantialis, quemadmodum figura eſt modus corporis, tunc *potentia* cogitandi ne quidem erit de eſſentia animæ: nam corpus nihil commune habet cum motu, quaſi ab ejus natura motus manaret, aut corpus non poſſet concipi ſine motu: & corpus eſt tantum in potentia paſſiva ad motum: quæ potentia nullam poſitivam aut realem qualitatem in corpore ponit. Et quemadmodum corpus poteſt moveri, ita poteſt quieſcere. Porro ſic retorqueo adverſariorum argumentum: quemadmodum motus arguit ſubſtantiam corpoream, cujus natura eſt extenſio; ita cogitatio arguit ſubſtantiam cogitantem, cujus natura eſt cogitatio. Deinde quando anima non cogitat actualiter, an tum non dormit? Et ſi quidem per ſomnum animæ quid aliud intelligant, quam eam nihil ſcire, cognoſcere, intelligere, vel velle, quæ omnia ſub cogitatione comprehendimus, certum eſt, aſſerentes, animam poſſe, atque adeo ſæpe exiſtere ſine actuali cogitatione, ſententiam animæ ſomnum tribuentium admittere.

Hinc quoque patet, quam recte reſpondeat Dominus *de Bois* pagina 52. ex eo ſciri poſſe *velle & cogitare* actiones eſſe *ſpirituales*, quod ex anima, quæ *Spiritus* eſt, proveniant. Nam primo, quom...

*Spiritum* eſſe, quando probare ...
*velle & intelligere* continere in ſe ...
tiam ſpiritualem, quemadmodum figura
continet corpus: quod utique negat Do-
minus de Bois. Merito igitur regeri poſſe,
*velle & intelligere* ex alia re quam ſpiritu pro-
venire poſſe, quia à ſpiritu realiter diſtin-
guuntur; atque ita velle & intelligere non
eſſe attributa ſpiritualia, & per conſequens
animam noſtram non eſſe ſpiritum: cum
τὸ *cogitare* ex ſententia adverſariorum non
comprehendat *naturam* Spiritus. Quomo-
do probabitur formam & figuram eſſe pro-
prietatem corporis, ſi ea figura non ſit
ipſum corpus, & modaliter tantum à cor-
pore diſtinctum; ſed habeat eſſentia...
eo diſtinctam? Non enim procedit ...
mentum, quia ubicumque figuram ...
mus, videmus, eam ſemper corp...
ſe, ergo figura ſemper corpori ine...
quia non alias figuras noſcimus, ...
ſint in corpore, male ex eo infert...
as figuras in rerum natura dari, ...
vera ſit adverſariorum ſententia ...
figuram ipſum corpus eſſe hoc ...
do figuratum. Judicet ex eo l...
ter rationem dixerimus, ſente...
tium, naturam Spiritus non ...
gitando, & per conſequen...
bus voluntatis & intellect...
poſſe, animam eſſe Spiri...
Atheiſmum ducere: ...
tentia eſſentia animæ ...
poſſit, ſed contra c...
nem provenire ab ...
& interitui obnoxiu...
Nam ſi hæc aut illa ...
dus actus ſubſtantial...
tandi potentia & fa...
à cogitatione actual...
di cogitationem ha...
cogitandi procedere ...
quam potentiam cog...
illam rem in homine ...
ſecund...

E communio; imo
ulla eſt & natura ſunt di-
ferunt, produci non poteſt:
ab alio producere, quodlibet fieri à
et ſtatuere, Spiritum quam Spi-
m corpus Spiritum corpus: aut cor-
producere corpus: modificationes
ntum, eorumque modificationes oriri poſſe. Quid
qua ſubſtantia oriri poſſe. Quid
angelis, adeoque de Deo dice-
ex operationibus nobiliſſimis,
ſunt velle & intelligere, concludi
ollit, aliunde quam à Spiritu, &
ia incorruptibili produci non poſſe.
ndo vero ſtatuitur, τὸ cogitare eſſe
m animam cogitantem, & cogitatio-
non comprehendere in ſe, quod cuiquam
pori tribui poſſit; verum ejus naturam
omni eo, in quo natura corporis conſi-
ut, eſſe diverſam, colligitur inde argu-
mentis invictis, animam non eſſe corpus,
vel quicquid aliud corruptioni obnoxium.

Huic quæſtioni diſcutiendæ diutius im-
morati ſumus, quod nuper hæc ſententia,
quamvis & vera, & in explicandis diver-
ſis Theologicis magni momenti contro-
verſiis eximii uſus, numerata ſit inter opi-
niones periculoſas, quæ à ſcholis & aca-
demiis debeant exulare; licet eam multi
Profeſſores Theologiæ in Reformatis
Academiis propugnent. Quod certe argu-
mento eſſe poteſt, quanti ducant Eccle-
ſiæ quietem, qui fratribus tam facile ma-
culam inurunt. Sed ad propoſitum re-
vertimur.

Ita Scriptura dicit, Chriſtum concla-
ve, ubi Apoſtoli erant, intraſſe januis
jam clauſis, *Johan.* 20:26. non docens di-
ſtincte, an Chriſto intrante janua maneret
clauſa, vel an tantum clauſa eſſet, cum
ad eam accederet, & an non miraculo
aperiretur Chriſto locum faciens. Con-
troverſia, an corpus aliud corpus poſſit
penetrare, quamvis ei locus non cedatur,
quæſtio eſt Philoſophica. Quæ quidem
diſputationes, prout ex iis deduci poſ-
ſunt conſequentiæ, quæ in religione plu-
rimum aut parum momenti habent, par-
vi aut magni faciendæ ſunt. Fieri enim po-
teſt, ut controverſia ſoli rationi decidenda
fundamentalis ſit, id eſt non ſolum illa,
quæ per revelationem in verbo Dei do-
centur, fundamentalia ſunt, verum eti-
am ea poſſunt eſſe fundamentalia, de qui-
bus ſana ratio absque ope verbi Divini nos
erudire poteſt: ſic ut Dominus *de Bois*
peſſime mea verba detorqueat, eiſque ita
inviſum atque odioſum aptet ſenſum,
quaſi ego docerem, rationi ſummum ſu-
per rebus fidei judicium competere. Illud
tamen firmum manet, nullas controver-
ſias, in quibus intellectus humanus in ſe
conſideratus, non malis paſſionibus in
tranſverſum actus, verum à falſo, juſtum
ab injuſto difficulter poteſt diſcernere,
fundamentales eſſe; alioquin dicendum
foret, cœlum ſolos doctos atque acutiſſi-
mi ingenii viros manere.

Ex his, quæ jam diſſeruimus, mani-
feſto apparet, quantum ratio in interpre-
tandis textibus valeat; & quando Deus
textuum quorundam explicationem in to-
tum, vel pro parte, permittat hominum
opinionibus, quas unusquisque pro captu
atque intellectu ſuo de rebus concipit:
non quod ab hominum opinione veritas
dependeat: ſed quia Sacra Scriptura
nihil de aliqua re naturali definiens, judi-
cium de illa re naturali hominis intelligen-
tiæ ſubjicitur. Hoc fundamento nititur,
quouſque improprius ac aliunde deſumptus
loquendi modus extendendus ſit. Exem-
pli gratia, cum Sacra Scriptura dicit, bo-
vem atque aſinum præſepe domini ſui *no-
viſſe*, quæritur, quouſque verbo *noſcendi*
figuratus ac improprius loquendi modus
tribuendus ſit; & per conſequentiam,
quomodo ejuſmodi Scripturæ locus eate-
nus interpretandus ſit. Nos equidem dici-
mus, Deum illud permittere opinioni,
quam unuſquiſque de cognitione atque in-
tellectu brutorum ſibi formare poteſt;
verum bene eſſe attendendum, ut unuſ-
quiſque ratione recte utatur. Qui docent,
beſtias ratione uti, quamvis non æque ut
homi-

homines, illi quidem in voce *Noſcendi* figuratam locutionem non agnoſcunt. Qui docent, eas ſenſum & quantum ad ſenſum ſcientiam quandam à *cogitatione* ſeparatam habere, ii exiſtimant, improprium loquendi modum *noſcendi* verbo contineri, quod proprie ſignificat, aliquid agnoſcere, *qua tale*, quam actionem nos *cogitationem* appellamus. Qui ſtatuunt beſtias nequidem ſentire, illi improprium ac aliunde deſumptum loquendi modum latius adhuc extendunt. Regula autem harum omnium interpretationum nititur Philoſophica ac naturali naturæ animantium cognitione, cujus diſquiſitionem Deus ingenio ac intellectui humano commiſit: verum præcipuus *ſcopus*, quem Spiritus Sanctus his verbis intendit, ex ipſo textu, ejuſque circumſtantiis petendus eſt; eſtque Theologica hæc diſputatio. Hoc quidem reſponſum prædictis Sacræ Scripturæ textibus accommodando non dubito, quin benevolus lector ſibi ſit facturus ſatis, aut ſaltem earum lectione id aſſecuturus, ut diſcat æquiore animo eſſe erga proximum, quem dogmata Sacræ Scripturæ haud conſona putat amplexum. Atque ita quidem ipſemet ſcopum mihi propoſitum aſſequar, nimirum, ut ſententias ſuas, inviolata atque intacta religione, & politia proponere unicuique liberum futurum ſit. Nequicquam pro libertate adeo allaboratum eſt, fruſtra per tot exantlatos labores è graviſſimis perſequutionibus fæliciter emerſum, tantique cruciatus proſpere ſuperati; necquicquam jugum magnatum hujus mundi excuſſum atque contractum eſt, ſi etiamnum hodie calumniæ, contumeliæ, odia, convitia, ac perſequutiones paucorum toleranda ſunt, qui per ſimulationem zeli atque religionis intolerabile imperium affectant, ac nihil aliud agunt, quam ut omnia hominum genera ac collegia jugo ſuo ſubmittant, volentes dogmata atque opiniones ſuas in Eccleſia ac politia tanquam [illegible]

tiis ac commodis non ſunt addicti, que non dubitant proximum [illegible] craſſorum errorum inſimulare, quorum præſentem (quod tamen charitas atque officium proximo debitum exigit) [illegible] non auderent. Verum calumniari malunt, quam exactiori veritatis indagine de mendacio convicti gaudio carere, quod charitate vacui ipſorum animi è calumniis atque conviciis capiunt.

Hiſce verbis, priori meo tractatui inſertis, (& quemadmodum pariis in qua ulcus hæret, facilis eſt offenſio & læſio) ſeſe notari ac tangi putat Dominus de Bo[is]. Quicquid ſit, ſive in ſe, ſive in alio[s] dein Spiritu agitatos hæc dici exiſti[mat], parum aberrat à ſcopo ejus divinatio[...] que enim terrarum reperiuntur ſtoli[...] tæ, ingenia vana atque arroganti[...] opiniones ſuas, ad inſtar legum, [...] anorum conſcientiis ſervandas [...] bunt, & quæ plebis ſimplicitat[...] ſe tanquam minores pontifices [...] ſuperſtitione captos animos ex [...] circumagunt. Verum lector [...] horum omnium veritate judi[...] nus *de Bois Carteſianos* in tra[...] tanquam homines aut hære[...] tanquam prodigia ac monſt[...] pingit. Inquit enim, do[...] talem eſſe, qualem eam [...] additque ſe hucuſqu[e ...] *num* noviſſe, qui vel [...] giſtri doctrina receſſ[...] res habet, quidni [...] Eccleſiaſticam diſc[...] exercetis, qui pro[...] runt. Sunt enim in [...] ſiæ, ac gloriantur e[...] erroribus liberati do[...] ſint. Nemo autem [...] opprimendam Philo[...] ſunt, facile credide[...] bus, macul[...] iis inur[...] ſe [...]

E homines ſimpliciores,
c hom parere parati eſſent, in
rum parere adſciviſſe. Quid
m ſenatum ſicuti cum hæreticis
um iis, ob cauſam, quam quia
on aliam ob cauſam, legitimo aliquo collegio
os coram legitimo ipſos inſimulatis, non poſ-
quorum ipſos Hoc nomine gloriantur
onvincere. nihilque optant aliud,
ores Carteſii, ad defenſionem ſui ad-
nut quandoque ad defenſionem frænum &
ſi calumniis ac conviciis omni tempore parati
moram injiciant, fidei ſuæ edendam. Ve-
d profeſſionem abſurditatem ſuperat,
rum quod omnem & ad aperiendam fi-
cum ad declarandam Carteſiani, ſe in ea
dem ſuam ſeſe offerunt adverſarii; neque abſti-
conquieſcere dicunt maledicentia, ac calumniis,
nent tamen proximus luminibus ipſorum
præſertim ſi ac futurum ſperent, ut per ca-
officiat, ac contemptum proximi commo-
lumnias ac velificentur. Alii autem vitæ in
dis ſuis magis probatæ, affectibus φιλαυ-
ſpeciem ac odii erga proximum oculos ſibi
τίας ac odii omnibuſque, quæ agunt,
ipſis effodiunt, bonam conſcientiam prætexunt,
zelum ac bonam libellis, quos vocant, famoſis,
quamvis in libellis, nominatim perſtringant. Hæc
proximum nominatim redundant, atque hoc no-
cum in auctores redundant, pro merito ex-
mine itidem ab adverſariis impietatem in
cipiuntur, exclamant, & incrementum ca-
Eccleſia Dei gliſcere & incrementum ca-
pere, nec expectandum eſſe, ut Deus un-
quam regioni aut Eccleſiæ benedicat,
quamdiu piorum hujuſmodi virorum ze-
lus ac conatus inhibentur, permittiturque
in primos aggreſſores, quique vix calumni-
andi finem faciunt, dici, quod res eſt.
Quid ni liceat hæc appellare calumniandi
licentiam, quæ originem ſuam trahens
à non ferenda ſuperbia, quæque neminem
in rebus fidem ſpectantibus à ſe diſſentire
patiatur. Si quis in doctrina purus ac ſin-
cerus non ſit, vocate eum, verum nemi-
nem inauditum condemnate, ſed eum ad
defenſionem prius admittite. Ne inurite
cuiquam inſcio maculam, neque ei in inte-
grum reſtitui deſideranti defenſionem de-
negate, quaſi (quod abſurdiſſimum eſt)
non teneamini ullius rei rationem reddere.
Quomodo enim quis ex errore ſuo emer-
gat, niſi prius erroris arguatur convinca-
turque. Quod ſi quis in omnibus nulla ta-
men ratione reddita, ſibi fidem haberi
velit, is miracula patret, ac nos quidem
habebimus ipſum pro Propheta, ac An-
gelo Dei, qui *nulli errori obnoxius, ac tan-
quam* Dei *legatus ejus nomine ac juſſu prædi-
cat, quicquid præſcribit.* Verum nos qui-
dem, quamdiu nulla miracula eduntur,
talem in homine poteſtatem non agnoſci-
mus; neque cujuſquam zelus, aut do-
ctrina quantumvis à conſcientiæ dictamine
non diſſentiens, pro norma fidei nobis ha-
bentur, ne hominis poteſtati atque imperio
ſubdamus. Fixum immotumque ſedet
animo, quod Apoſtolus 2 Cor. 7:23. di-
cit. *Nimis caro empti eſtis, ne fiatis ſervi
hominum.*

---

## Pars Secunda.

### *In qua demonſtratur, fundamenta ac ordinem, quibus Carteſius in Philoſophia ſua utitur, non adverſari Sacra Scriptura.*

OMnes, qui Deum noverunt, & religionem profitentur, pro indubitato habent Dei voluntatem tam credendorum, quam faciendorum normam eſſe. Apud omnes Chriſtianos in confeſſo eſt, verum Deum ſuam circa religionem voluntatem (per quam intelligimus omnium officiorum, quibus homo Deo & propter Deum proximo obſtringitur) hominibus manifeſtaſſe, & verbo ſuo proprie ita dicto, & rebus creatis, inter quas res creatas locum occupat homo, qui anima rationali eſt præditus, per quam animæ facultatem intelligere, & indagare poteſt juſtum & injuſtum, bonum & malum,

…ſus teſtimonio (adhibita de-
…entia) ſcriptum judicamus;
…uxorem proximi, hanc vero no-
…uam ſenſus externi nobis demon-
…cum enim Deus verax ſit, fieri
…eſt, quin verum ſit, quod per ex-
…s ſenſus, ita, uti par eſt, conſtitu-
…ercipitur: quæ veritas quidem certe
…fundamento non nititur, quam quod
…us *neminem fallere poſſit*. Quod ſi homi-
…s ſenſibus externis bene utentes tamen
…allerentur, dicendum eſſet, tales ab ipſo
…Deo ſeduci ac decipi. Quomodo vero
Deus mundum regere, bonos præmio
donare, malos pœna afficere poſſet, ſi
externi ſenſus in diſcernendo quod meum
& alterius eſt, nos poſſent fallere.

Quod ſi vero aliquis fundamentum hoc
non reputans pro tali principio, quod
probationem non aliunde ſed *ex ſe* habet,
ulterius vellet inquirere, quo nitatur,
Deum neminem fallere poſſe, propterea
non negaret, *Deum veracem eſſe*, vel *nemi-
nem decipere poſſe*, ſed nihil aliud ejuſmodi
indagator propoſitum ſibi haberet, quam
ſcientiam ſuam profundioribus & immotis
fundamentis ſuperſtruere, quo veritatem ab
omnibus objectionibus, Diaboli & homi-
num perverſorum malis artibus, & Sophiſ-
matis, melius vindicaret. Atque ita quidem
indagant Theologi, cur *impoſſibile ſit*, *Deum
vel peccare vel injuſta agere poſſe*.

*Deum eſſe*, nonnullis tam manifeſta ve-
ritas eſt, ut homini æquo & Chriſtiano
non magis fas ſit, rogare, cur illud ve-
rum ſit, quam liceat inquirere, cur
*numerus ternarius triplicatus novem confici-
at*, & cur *totum majus ſit ſua parte*. Alii
vero, quamvis notio de Deo *clara &
indubitata* ipſis *veritas* ſit; ita ut in
dubitatione de Deo crimen eſſe putent,
exiſtimant tamen, nec cum ratione nec
prudentia Chriſtiana pugnare, quando ad
afferendam eam veritatem *altiora & firmio-
ra fundamenta* conquiruntur, quibus præ-
dicta veritas nitatur, & cum tales perſcru-
tatores indagandis ſolidioribus fundamen-
tis intenti, de prima nihil concludunt,
ſolent dicere, *ſe de rebus omnibus prioribus
interea dubitare*. Non quod revera dubi-
tent, vel nullam argumentorum verita-
tem illam adſtruentium ſoliditatem agnoſ-
cant, ſed ut ad *primam & immotam verita-
tem*, qua prior, & cujus proinde nec alia
ratio dari poſſit, aſcendant. Quæ ut bene
percipiantur, diſtinguendum eſt, inter
illud, quod quidem *infallibiliter & certo
verum ſit*, ſed cujus contrarium tamen nul-
lam *pugnam* vel *contradictionem* involvit;
& inter illud, *quod ita certe*, & *infallibili-
ter verum eſt*, ut implicet *contrarium verum
eſſe poſſe*. Exemplis ſententiam noſtram
ulterius declarabimus. Cum *centum mille
teſtes* fidei non ſuſpectæ, ſed omni excep-
tione majores nulla neceſſitudine ſibi jun-
cti, nec lucrum captantes aut ſperantes
ea re, de qua teſtimonium perhibent, te-
ſtantur ſe rem, quæ facile ſe in oculos in-
gerit, vidiſſe, talium teſtimonium ha-
bendum eſt pro indubitata & certa verita-
te. Exempli gratia teſtimonium eorum,
qui perhibent, Galliarum regem cum re-
ge Hiſpaniæ bellum gerere, quamvis nul-
los unquam hoſtiles actiones conſpexerim,
tam verum & certum mihi eſt, ut exiſti-
mem fieri non poſſe, ut de eo aliquis du-
bitet. Verum tamen eſt, *contradictionem*
nullam implicare, poſſe tot homines in
mendacium conſpirare.

*Aliquid non eſſe, & tamen operari, ope-
rari & non eſſe, in aliquem vel Donationis
vel venditionis titulo alicujus rei dominium
transferre, & nihilominus aſſerere, rei dona-
tæ vel venditæ dominium manere penes vendi-
torem vel donatorem*, non tantum falſum
eſt, & contrarium ejus certum atque in-
dubitatum, ſed involvit ea enunciatio ma-
nifeſtam contradictionem moralem. Hanc
quidem rem ſua claritate ſatis conſpicuam
ulterius non illuſtrabo.

Primam certitudinem appellamus *certi-
tudinem moralem*, idque non omnino abſ-
que ratione; non probo tamen commu-
nem Philoſophorum ſententiam per certi-
tudi-

tudinem, quæ moralis dicitur talium tantum rerum firmitatem & certitudinem denotantium, *quæ teſtimonio aliorum nituntur*: ita quidem ut firmitas & certitudo talis rei fundata ſit in teſtium probitate, à qua quidem mutuatur appellationem *moralis certitudinis*, cum veritas & certitudo ejus rei nitatur teſtium moribus, id eſt eorundem virtute & probitate: licet & multæ ali e res certæ ſint, eodem certitudinis genere, ſcilicet quarum contrarium contradictionem non involvit, ac pro talibus haberi debeant, quales ſunt quas ipſi ſenſibus puta auditu vel viſu uſurpamus. Quamvis enim tales res certæ ſint, non tamen ita comparatum eſt cum certitudine, quæ teſtium externorum teſtimonio nititur, ut contradictionem implicet aſſerere, plane impoſſibile non eſſe, ut eorum teſtimonium falſum ſit. Eatenus ergo externorum ſenſuum teſtimonium cum *morali certitudine* convenit, proindeque teſtimonium illud ſub eo certitudinis genere comprehenditur.

Secundum, quod de *morali* certitudine notandum duximus, illud eſt, quod multi exiſtimant eam certitudinem non ſufficere formando tali de re judicio, quod ſecuritatem præſtet, non alio nixi fundamento, quam quod abſolute impoſſibile non ſit, *contrarium* verum eſſe: quæ ſententia quidem meo judicio à veritate multum aberrat, cum cuivis ratione prædito immotum veritatis argumentum eſſe debeat, cujus contrarium in ſani hominis mentem ne venire quidem poteſt; & quam rem propterea nemo negaverit, niſi perverſo judicio & mala voluntate inductus, de quo homine dici poteſt, eum utpote proprio judicio convictum conſcientiæ vim inferre; cum eas intellectui noſtro impreſſerit Deus notas, quarum vi & efficacia impellimur, niſi volentes ad ipſam lucem cæcutiamus, ad prædictam certitudinem ceu certam & ſolidam amplectendam. velimus, quam quæ ejus naturæ ſint, ut *contrarium* implicet contradictionem: idque arbitremur quia exiſtimamus argumenta moralis certitudinis tantum gignendæ opinioni eſſe idonea, ſtatuendum tunc quoque erit, nihil recipiendum eſſe, niſi quod *ſummum certitudinis gradum* attingat; quæ certe ſententia totam plane Scripturam evertit. Teſtimonium viſus ſecundum vulgatam paræmiam certitudine teſtimonium auditus ſuperat. Reprehenditur nihilominus Thomas, quod Apoſtolorum teſtimonio non crederet, ſed ipſum Chriſtum cuperet videre, *Joh.* 20:25. Firma proinde & certa veritas inerat Apoſtolorum teſtimonio, cui quidem Thomam oportebat acquieſcere: majus tamen & certius eſt reſurrectionis Chriſti argumentum, quando ipſemet clavorum notas & cicatrices conſpicis, & quando licet in eaſdem uti quoque in apertum Chriſti latus digitos manumque inſerere. Ita Chriſtus dicit *Luc.* 11:32. *Inſurrecturo*
*Ninivitas in judicio, in iſtud genus, atq*
*illud condemnaturos, quod ſeſe convertiſſ*
*per prædicationem Jonæ, cum tamen ad*
*hic Jona major.*

Neceſſe ergo eſt, ut adfuerint fi
invicta argumenta, quibus induc
*vitæ* verbis *Jonæ* fidem adhibueri
ra tamen argumenta ſuppeteb
homines inducerent ad am
Chriſti doctrinam. Teſtimo
Apoſtoli perhibebant de vita
ne, & doctrina Chriſti, ta
argumentum, ut de eo nen
potuerit dubitare: quando
nam & teſtimonium *mira*
*bant*, fatendum eſt, firmi
teſtimonium. Apoſtolis fi
bere propter ſolum teſtimon
næ, quam prædicabant,
*peccatum erat incredulitatis*,
Cujus peccati rei quoque
poſtulantes

[illegible] tate doctrinæ efficacius perſua- [illegible] 2:4. Atque hæc quidem oc- [illegible] titudinis moralis dicta ſunto.

Altera [illegible] certitudo, cujus contrarium [illegible] am & *impoſſibilitatem* involvit, [illegible] tica vocatur, quia omnes in Ma- [illegible] monſtrationes eam certitudinem [illegible] ut rei, quæ probatur, *contrari-* [illegible] ntradictionem implicet; ita qui- [illegible] ut argumentum iſtius generis ad- [illegible] ndum ſit, vel delabendum ad maxi- [illegible] abſurditates, quales ſunt, *partem eſſe majorem, æqualia ſi æqualibus demas,* [illegible] *alia non remanere*, & quæ ſimilia ſunt Matheſi principia.

*Carteſius* arbitratus id ſibi negotii da- [illegible] m, ut in aſſerenda divinitate, veritatis [illegible] tiam pertinaciſſimos convinceret, atque omnem præcluderet elabendi viam, argumentum eruere conatus eſt, quod ad inſtar Mathematicæ certitudinis in aſſenſum cogeret, quotquot *ipſi rationi* bellum non indixiſſent. Atque ita rejecit omnia argumentorum genera, quæ vel tantum eſſent *moralis* certitudinis (ea voce ſumpta in ampla ſignificatione, cujus ſuperius meminimus) vel quæ perſuadendi vim haberent tam obſcuram, ut quamvis fortaſſe vera humano ingenio eſſe impervia, tamque difficilia, ut ex iis elici non poſſet clara & diſtincta *Mathematica demonſtratio*, cujus contrarium foret impoſſibile.

Et quia placuit *Carteſio*, in Demonſtratione ſua inſiſtere *Mathematicorum* methodum, quibus in more eſt dubitare de eo, & pro non probato, adeoque pro non vero habere, quod Mathematica demonſtratione nondum aſſertum eſt, ita omnia alia argumenta probandæ animarum immortalitatis, & adſtruendæ divinitati inſervientia, de quorum veritate (utpote cujus contrarium non implicaret contradictionem) abſque pertinaciæ nota ulterius [illegible] poterat, improbavit, tamquam [illegible] comparata & accommodata ad [illegible] Mathematica, quam ſibi propoſuerat, demonſtratione, non aliter conſiderari potuerint illa argumenta, quam incerta & nihil habentia de genio argumentorum, quæ Mathematica dicuntur, quibus ſolis in ea materia uti in animum induxerat: cum certum eſſet nullum argumentum niſi *ejus* certitudinis, illa argumentandi methodo, ceu indubitatæ concluſionis *medium* intervenire poſſe. Non quod propterea damnaret alia argumenta, quæ ad aſſerendum numen in uſu ſunt, *vel de iis revera dubitaret*, ſed quod vellet vel ſuum pretium relinquere, vel ea extollere ad Mathematicam demonſtrationem, quemadmodum ſua argumentandi methodo *ſenſuum externorum teſtimonium* eo evexit, uſurpans in Mathematica ſua demonſtrandi methodo argumenta inde petita, ceu Mathematicas demonſtrationes, aſſerto prius probatoque, Deum eſſe, cumque neminem *fallere poſſe*, quique, cum ſit ſenſuum auctor & conditor permittere non poſſit hominem iis bene utentem nihilominus decipi, cum ea deceptio haberet Deum auctorem, quem antea argumentis Mathematicæ certitudinis probaverat mentiri nec fallere poſſe: ita quidem, ut nihil abſurdius ſit, quam *Carteſio* exprobrare, dubitaſſe eum de ſenſuum teſtimonio. Fateor equidem, ipſum ſenſuum teſtimonium ſuum non antea admittere, tanquam veritatem Mathematicam, quam probaverit, Deum eſſe, eumque, utpote perfectum & Sanctum per ſenſus neminem fallere poſſe. Et inveſtigans talem Deum argumentis Mathematicæ certitudinis interea ſuſpendit & inhibet aſſenſum de externorum ſenſuum teſtimonio, quia eorum teſtimonium in ſua argumentandi methodo ei argumenti & Mathematicæ certitudinis loco ante eſſe non potuit, quam adſtruxerit Deum per [illegible] nos ſenſus neminem fallere poſſe, [illegible] permittere ut fallatur. Sed iniquum eſt [illegible] ex loquendi modo in Mathematica [illegible] argumentandi methodo, quæ omnia certa [illegible] rejicit, quæ non ſunt



Digitized by Google

108 5

[illegible]entum invenerit, quo reper-
[illegible] quæri poſſit, cur illud verum
[illegible]rogari, cur *bis ter ſex* conſi-
[illegible]*ſum majus ſit ſua parte.* An ve-
[illegible]us tam firma in hac materia re-
[illegible]gumenta, alia quæſtio eſt.
[illegible]i ergo judicii vel pertinaciæ argu-
[illegible] eſt, quod Dominus *de Bois* pagi-
[illegible]t, *Carteſium* argumentum à crea-
[illegible]c ordine in natura conſpicuo de-
[illegible]m, & Spiritui Sancto, *Rom.* 1:20.
[illegible]erendam divinitatem uſurpatum,
[illegible]firmum damnare: verum quidem
[illegible]cum illud tanquam in ſua argumen-
[illegible]i methodo nullius uſus, licet alioquin
[illegible]ſeſe validum, præterire, ſed id tantum
[illegible], ut omiſſis ejuſmodi argumentis,
[illegible]orum tamen momentum non elevat, ad
[illegible]alem ſeſe *fundamentalem veritatem* evehat,
[illegible] cujus rationem homini ſano inveſtigare ul-
terius non liceat. Verum aliud argumen-
tum Carteſius rejicit tanquam obſcurum,
deſumptum ſcilicet ab *impoſſibilitate pro-
greſſionis cauſarum in infinitum, quæ impoſ-
ſibilitas nos manu ducat ad cauſam pri-
mam ſcilicet Deum:* & hoc argumentum
confundit Dominus *de Bois* pagina 14.
cum eo, cujus mentio fit *Rom* 1.20. Ubi
dicitur, *inviſibilia ejus inde à creatione
mundi ex creaturis intelligi & perſpici, ſcili-
cet æternam ejus potentiam & divinitatem:*
in quo errat Dominus *de Bois.* Argumen-
tum enim, quod nititur impoſſibilitate,
temporis ſucceſſionis, & motus ab æter-
no, quodque dictat, ſemper aſcendendo
tandem perveniendum ad illud, quod
principio caret, ſcilicet Deum, non
damnat Carteſius tanquam falſum, (inde
[illegible] ſed argumentum illud vi-
ſum eſt ipſi obſcurum, perplexum, & in
[illegible] ingenio pervium, & in
[illegible] humanus intelle-
[illegible] fere cæcutit; quod
[illegible] millesimo quidem teſte
[illegible] Argumentum vero Apo-
[illegible] nititur, quod cum Meditationibus ſuis

tam inſignis pulchritudo, vis, ordo, &
cætera in natura conſpiciantur, quæ om-
nium prorſus hominum & creaturarum poten-
tiam & intellectum ſuperant, neceſſe ſit, da-
ri *Sapientem, potentem eſſentiam,* omnium
creatorem. Duciturque homo ſponte ſua
citraque ullam ratiocinationem ad ejus-
modi concluſionem, quia experientia
magiſtra ſcimus, omnem etiam minimo-
rum ordinem intellectus & ſcientiæ eſſe ef-
fectum & teſtem. Hoc argumentum *in ſe-
ſe validum* eſt, & intellectui noſtro tam
clarum, & eam vim exerens in homi-
num conſcientiam, ut tam impoſſibile
ſit, iſti argumento aſſenſum non præbere,
quam *citra animi pertinaciam negare,* inſi-
gne ædificium nullum architectum habere.
Et hoc argumentum eſt uſurpatum Apo-
ſtolo, *Rom.* 1:20. Jobo cap. 12:7. 8. 9. Et
Prophetæ Davidi, *Pſalm.* 19:2. Atque
hoc quidem certe nunquam obſcurum di-
xit *Carteſius,* ſed tantum ulterius inquire-
re voluit, quo veritas ejus argumenti nite-
retur, primum examinans, quo pacto
ſciamus & *perſuaſi* eſſe poſſimus talem or-
dinem eſſe, & an non decipiamur per ex-
ternos ſenſus, & quænam res nos ejus
certos reddat; omittens itaque illud ar-
gumentum, conatur ad *primam veritatem*
aſcendere, præcipueque demonſtrare vo-
luit, quod quamvis totum mundi opifici-
um tam inſigne & magnificum ſit, homo
tamen ſola creaturarum contemplatione
non poſſit pervenire ad ideam Dei, affe-
rens, Deum homini illam ideam imme-
diate indidiſſe, cum creatura nihil habeat,
quod divinitati ſimile ſit. Et hæc quidem
tam laudata eſt Carteſii induſtria, cujus
nomine Dominus *de Bois* una cum ſuis do-
ctiſſimum Philoſophum tam contumelioſe
exagitat ac vexat. [illegible] ſententia fuerit de
Quæ vero [illegible] [illegible]atis ad probandum
Deum eſſe, quid [illegible] cenſerit de externo-
rum ſenſuum teſt[illegible]io, ex hiſce verbis
cognoſci poteſt [illegible] Epiſtola Dedicatoria
Meditationibus ſuis [illegible] præmiſſa ait: *præterea*
*quo-*

Digitized by Google

*quoniam ſcio pleroſque impios non aliam ob cauſam nolle credere, Deum & mentem humanam à corpore diſtingui, quam quia dicunt, hæc duo à nemine hactenus potuiſſe demonſtrari: etſi nullo modo iis aſſentiar: ſed contra rationes fere omnes, quæ pro his quæſtionibus à magnis viris allatæ ſunt, cum ſatis intelliguntur, vim demonſtrationis habere putem, vixque ullas dari poſſe mihi perſuadeam, quæ non prius ab aliquibus aliis fuerint inventæ: nihil tamen utilius in Philoſophia præſtari poſſe exiſtimo, quam ſi ſemel omnium optimæ ſtudioſe quærantur, tamque accurate & perſpicue exponantur, ut conſtet in poſterum eas demonſtrationes eſſe.* Non negat igitur *Carteſius* vim argumentorum, quibus antehac docti uſi ſunt homini convincendo, Deum eſſe; & proinde non ſunt excuſandi *Athei*, qui ante *Carteſii* argumentum in eam impietatem prolapſi ſunt, cum fateatur, argumenta communia, ad aſſerendam Divinitatem fere omnia *vim demonſtrandi* habere: ita nec revera dubitavit de divinitate *Carteſius*, ut argumentum inveniret, quod in *Matheſi* uſum haberet. Habent enim & alia argumenta ſuam *firmitatem & veritatem*, quæ proinde non rejicit aut eliminat ex argumentorum numero; ſed præterit tantum: verum noluit uti argumentorum genere, quibus cum nulla Mathematicæ demonſtrationis vis ineſſet, in ſua methodo demonſtrandi Mathematica nullius uſus eſſe poterant.

Audi nunc porro, quid ſenſerit de dubitatione rerum verarum; quæ quidem de dubitatione ſententia malevolis ludibrio fuit. Object: & reſponſ: ſept: *dixi ſub finem meditationis nos poſſe de iis omnibus, quæ nunquam adhuc ſatis perſpeximus, dubitare, ob validas & meditatas rationes: quia nempe ibi tantum agebatur, de ſumma illa dubitatione, quam ſæpe Metaphyſicam, Hyperbolicam, atque ad uſum vitæ nullo modo transferendam*

*poteſt, pro ſatis valida ratione ſumi debet. Hic vero vir amicus, & candidus proponit in exemplum eorum, de quibus dixi dubitari ob validas rationes: an ſit terra: an habeam corpus, & ſimilia, ut nempe ſui lectores, qui de hac Metaphyſica dubitatione nihil ſcient, ipſam ad uſum vitæ referentes, me non ſanæ mentis eſſe arbitrentur.* Apparet igitur ex ſcriptis *Carteſii*, ipſum nec in dubium vocaſſe, vel rejeciſſe externorum ſenſuum teſtimonium, verum ea tantum argumenta repudiaſſe, quæ non ſunt primæ veritatis, quorumque contrarium non involvat contradictionem, idque non aliam ob cauſam, quam quod nullius uſus eſſent in argumentandi methodo, qua ordine geometrico proceditur. Et ſicuti, (quemadmodum ſupra diximus) Geometriæ ſolent negare ea, de quibus cum ratione poſſunt dubitare, cum in ea ſcientia *pro juſta dubitandi ratione habeatur, quando res aſſerenda probari nequit argumento, cujus contrarium pugnam non involvit*; ita Carteſius ad Mathematicorum inſtar quibus ejuſmodi probationis ſolus de… ctus in Matheſi ad omnia neganda ſuff… in indaganda, eruendaque Mathem… demonſtratione totus occupatus, … tus eſt *Methodum* Geometricam, … *omnino, de quo merito dubitari pot…* arbitratus merito dubitari poſſ… quod non ita eſſet aſſertum pro… ut contrarium eſſet impoſſi… de quo homo mentis & rat… ulterius rogare non poſſet … verum. Atque hanc quidem … *Carteſius* vocat *Hyperbolicam* … *cam*, utpote quæ nec in v… nec in officiis hominis erga … ximum locum habeat; pro… pterea, eam *referri in vitæ c…* meritoque conqueritur de … tem ejus pervertendo, cu… introducunt, tanquam ho… impotentem …

…tia nititur igitur convenien-…n aſſerimus, cum immotis …ndamentis veritatis, juſti vel … Quæ quidem ſunt vel prima …a omnis veritatis & certitudinis …turæ fonte hauſta, vel ad illa …oxime accedentia. Nonnulla …pimus. Exempli gratia funda-…ti & injuſti ſunt *Deum eſſe, eum-…um regere, probos præmio donare, …na afficere, ideoque hominem poſt … hujus vitæ ſpatium, in nihilum …igi. Deum eum eſſe bonum, ſapien-…ſtum, æternum, & omnipotentem; & poſſe malum avertere, bonumque …re: eum omnes omnium hominum acti-…ſe & intelligere: velle eum ab homini-…i, timeri, coli, inquam, tanquam …boni largitorem; nolle eum quempiam …m pro tali haberi. Pacem, quantum fie-…poteſt, cum proximo eſſe quærendam, co-…ndamque: fidem datam eſſe liberandam, & ſolvenda promiſſa: nefas eſſe proximum mendaciis & fallaciis circumvenire: non li-…cere ingratis eſſe, nec incommodis; contra oportere nos benignos eſſe, & proximo opem ferre; & omnia prævenire; quæ proximi animæ vel corpori nocitura ſint: partem ejus intelligentem, & corpus eſſe conſervanda, niſi legitima & major ratio id impedierit: intemperantiam, ebrietatem, peccatum eſſe, atque itidem peccare, qui ſponte ſua, nullaque cogente neceſſitate in periculum conjiciunt, ſibique volentes ſine ratione accerſunt paupertatem, contemptum, & contumeliam; ideoque & omnes geſtus, verba, & actiones in eum ſtatum ducentia hominem dedecere.*

Regulæ veritatis & falſitatis exempli gratia ſunt: *fieri non poſſe, ut res eadem ſimul ſit & non ſit: non entis nullas eſſe proprietates vel affectiones; quod proprietates habet, neceſſario quoque eſſe: exiſtere id, quod cogitat, vult & intelligit: verum eſſe illud, quod videtur, tangitur & auditur, &c. Hominem ſuæ actionis eſſe …cum, pro vero habendum eſſe de quo …is & veri teſtes fide digni teſtimonium* perhibent. Unuſquiſque mecum fatebitur, hæc quidem omnia fundamenta vera eſſe, ſed de uno magis poſſe quam de altero, cum ratione quæri, cur vera ſint; & non omnia & ſingula eam in ſe certitudinem habere, quæ requiritur in argumento, quod in Matheſi uſum habeat. Quin imo ego judico ferme omnes has veritates à prima, eaque fundamentali veritate, quæ Deus eſt, promanare, arbitrorque de omnibus more Geometrarum *dubitari* poſſe, donec primam eam veritatem, ceu reliquarum fontem & originem repererim. Verum hæc quidem de *dubitatione* dicta ſufficiant.

Sed Notandum nunc eſt, omnia hæc fundamenta, quantumvis in ſeſe & extra ullum ſive hominum, ſive angelorum, qui illa intelligant, intellectum certa & immota, nullum tamen hominibus uſum præſtare, niſi tanquam *regulam fundamentalem* admittamus, nihil ceu firmum & certum admittendum eſſe, niſi quod ab intellectu *clare & diſtincte* percipitur. Ideoque nullum hominem citra temeritatem tantopere verbo Dei prohibitam, poſſe de rei veritate vel falſitate, juſtitia vel injuſtitia, aliquid concludere, niſi veritatem *clare & diſtincte* percipiat. Quæ enim nos cogit ratio prædicta fundamenta, ceu immota recipere, quam quod veritas, quæ iis fundamentis ineſt, *clare* percipiatur? Quod ſi res ſeſe aliter haberet, non poſſet diſtingui inter *opinari & ſcire*: inter *opinionem, & firmam & certam ſcientiam.* Quin imo in nullis prorſus rebus, adeoque ne in fidei quidem negotio, homines ullam aliam certitudinem habere poſſent, cum nullum aliud veritatis τεκμήριον dari poſſit, quam clara hæc & *diſtincta* perceptio, cujus ope homo certus eſſe poteſt, an firmo fundamento, an vero inſtabili arenæ ſuperſtructum ſit fidei ſuæ ædificium: quamvis enim in natura, quam in Dei verbo multa occurrant humano ingenio impervia, & profunda [illegible] tamen eſt, ſublimia & profunda [illegible] myſteriis in Dei verbo reve-

revelata fide amplectenda non eſſe, niſi clare & diſtincte intelligatur, verba Spiritus Sancti nos *talia myſteria* docere. Quamdiu ergo rem non *clare* & *diſtincte* intelligimus, temeritatis eſt de ea judicium ferre; quando vero eam *clare* & *diſtincte* cognoſcimus, à Deo jubemur illam fide recipere. Antequam finiamus, ad informandum lectorem notandum eſt, non exiſtimare nos, ea ſolum clare, diſtincte, ac perſpicue cognoſci, quæ Mathematicam quamdam certitudinem continent: verum etiam de innumeris aliis dici poſſe, ea *diſtincte* percipi, ita ut regula cognoſcendi, an quid *clare* ac *diſtincte* à nobis percipiatur, non ſit *Mathematica demonſtratio*; verum quicquid *certis* ac *firmis fundamentis* nititur, quorum maximum ac fortaſſis omnium, quibus naturalis religio ſuperſtruitur, numerum ſuperius recenſuimus.

Quamvis autem ea, quæ de clara ac perſpicua ſcientia diſſeruimus, ita vera ſint, ut meo quidem judicio nihil certius doceri poſſit, improbat tamen atque rejicit ea Dominus *de Bois* cum ſuis pag. 17. Oſtenditque ſe ex eorum numero, qui neſciant, quid dicant aut affirment. Putat enim, *Carteſium* inde argumentari velle, *quicquid ille clare ac diſtincte perſpicit, illud etiam ab aliis clare ac diſtincte eſſe intelligendum*. Cum tamen *Carteſius* hujusmodi fundamenta jaciendo nihil aliud intendat, quam ſibi ipſi regulam præſcribere, ad cujus normam cogitationes ſuas dirigat, atque examinet, & in innumeris aliis rebus ingenio ſuo obviis verum à falſo, certum ab incerto diſcernat.

Verum imprimis patitur ſe Dominus *de Bois* ab affectibus ſuis tranſverſum agi, ac vulnerando proximo intentus pectus ictibus denudat, & exponit. Demus *Carteſium* ita ar...

tandi modum rejiciamus? Imo neque, *dicet Atheus, ſe non clare ac diſtincte cogitationibus ſuis percipere Deum eſſe: atque eo totum argumentum ſubverti ac corruere putat.*

Reſpondeo; quando Carteſius ex c... & diſtincta cognitione concludit, ſe ... am Dei habere, atque porro ex eo c... git neceſſe eſſe, ut ſit ille Deus, ... ideam in ſe habet, tanquam fund... tum præſupponit, eam quidem ideam ... ipſo tam diſtinctam & claram eſſe, quam ſint omnia principia & primæ artium ... ſcientiarum regulæ. Argumentatur ... *Carteſius* eodem modo, quo ſolent omnes Theologi, qui argumenta pe... ex lege cordibus inſcripta, atque ex no... onibus communibus. Præterquam q... omnia principia non aliter probe... quam dicendo, eum, qui intellectu p... tus eſt, eorum veritatem clare ac di... cognoſcere. Et quando uſque ad p... principium aſcendimus, ejus quide... nulla alia ratio dari poteſt, quam c... tas iſtius principii ſe omnium ... clare exhibeat: ita quidem ut rat... prima fundamenta recipimu... ſit quam *clara* ac *diſtincta* c... per prius principium demo... Quando igitur *Carteſium* ſt... nem Dei principium eſſ... tus eſt alio modo, qua... verſus omnia principia...

Antequam progre... dus eſt lector, quan... quam affirmamus, ... modi *diſtinctionem* &... re, de qua hucusqu... tamen nequaquam i... in vita communi de r... onibus *judicium* fera...

…us latum oraculi vice ſit, vel …habeatur pro fidei morumque … pro eo tantum, quod termi- …eſtionibus idoneum ſit, quod- …ionem & æquitatem proxime ac- …ddita confeſſione ingenua, judi- … imbecillitatem, errandi ſorti …cere: quæ certe confeſſio nun- …ri poteſt ab eo, qui profitetur, …oluntatem annuntiare, & ceu …gatum ejuſque nomine loqui. Sed … eſt, ut illi, qui hoc venditant, …e, qua tales, de rebus fidem vel … ſpectantibus pronunciant, eamque …itatem tamquam legem à Deo profe- …am inculcant, hominumque conſcienti- …n eà aſtringant, bona conſcientia poſſint …firmare, impoſſibile eſſe, ut in ferendo judicio, & annuncianda veritate, quam profitentur, errent: quod certe de omnibus, quæ ſupra recenſuimus, fundamentis, & fidei articulis dici poteſt. Ita fas eſt mihi dicere, impoſſibile eſſe, ut verum non ſit, quod ſenſibus deprehendo; atque adeo habendum eſſe ſenſuum teſtimonium pro teſtimonio Dei, jubentis credere, quæ ſenſibus uſurpamus. Aſſerenti vero, ſe Dei nomine & juſſu aliquid annunciare, dicendum eſt cum Propheta Jeremia, Cap. 26:15. *Revera Dominus me miſit ad te, ut hæc tibi eloquerer.* Quadrantque in eos, quod habetur Job. 3:34. *Qui à Deo miſſus eſt, verba Dei loquitur.* Id certe nullus doctor errori obnoxius [illegible]

la adhuc alia argumenta adducemus. Si docere, quod aliquis judicat verum eſſe, ſufficiat, ut pro annunciatore Dei voluntatis, & legato Dei habeatur, ita quidem, ut non tantum non fugiat (quod lubenter Adverſariis damus) ſententiam ſuam tanquam veram proponere, ſed etiam eam proferre ceu infallibiliter veram, ſequeretur, duos doctores in Eccleſia toleratos, & de doctrina quapiam diverſas ſententias propugnantes, habendos eſſe pro Dei legatis, qui Dei juſſu de una eademque re contraria annunciant. Sequeretur quoque, doctorem omnes fidei articulos, quos veros credit, æque certo cognoſcere; quo enim pacto ſe tanquam Dei legatum geret, affirmabitque, ſe ejus nomine veritatem annunciare, qui in ea aliquam adhuc obſcuritatem deprehendit. Quando vero unum alio certius cognoſcitur, neceſſe eſt ut illud, quod minus clare ac diſtincte intelligitur, cognoſcatur tanquam aliqua adhuc obſcuritate involutum; neque vero negari poteſt, quin nonnulli in religione articuli ſint aliis clariores, Heb. 6:1.2. 2 Pet. 3:15. 1 Cor. 3:1. Fatendumque eſt, circa obſcuros lapſum eſſe faciliorem. Quomodo autem is, qui ſe erroris non immunem agnoſcit, ſe Dei verbum ceu ejus legatum annunciare. Tertio, cum confiteri in ratiocinatione, atque in rebus longi conſequentiarum ſerie probandis, non facilius errare poſſe, quam in illis … veritates fundamentales pro… accedunt, nequit doctor dicere, ſe in quibus errori obnoxius eſt, … voluntatem Dei annunciare, id, quod prædicat, tan… Dei recipere. Cœlo enim peritura ſunt, firmius eſt … quod utpote incorruptum …rationis ſemen durat in æter… cum concedant Apoſtoli Eccleſia doctrinas & opinio… velintque Spiritum … ſubjici, 1 Corinth. … 1 Timoth. 5:20.21. prohi-

Prohibeant porro in Eccleſia diſputari de veritatibus fundamentalibus, quæ *certo* cognoſci poſſunt, *Apoc.* 2:20. 2 *Joh.* 10. *Tit.* 3:10. Sequitur, nullos doctores venditare ſe poſſe pro verbi & voluntatis Dei præconibus, ea auctoritate præditis, ut eorum doctrina legis divinæ vim habeat, quàm in rebus, in quibus errare non poſſint, quales ſunt ea fidei dogmata, de quibus diſputari vetant Apoſtoli, atque in quibus locus non eſt prophetandi libertati. In omnibus vero dogmatibus, de quibus pronunciare non audent, impoſſibile eſſe, ut in iis errent, valet Prophetandi libertas, & talium dogmatum reſpectu arrogare ſibi nequeunt auctoritatem legatorum Dei, angelorum, & præconum voluntatis Dei: nam qui tali auctoritate loquitur ad populum, illi plebs obedire tenetur; ejuſque verbis eam fidem adhibere, quam debemus illi, qui ut legatus Regis ad nos miſſus Regis nomine quædam poſtulata proponit. Neque vero tollitur difficultas, diſtinguendo inter τὸ errare poſſe, & errare revera: neque enim nos dicimus, errare eum, qui errare poteſt, ſed id tantum, neminem dicere poſſe ſe nomine Dei loqui in talibus fidei quæſtionibus, de quibus tam doctoribus, quam ſingulis Chriſtianis fatendum eſt, ſe in ferenda pronunciandaque ſuper talibus ſententia errare poſſe. Cujus ratio eſt, quod poſſibile non ſit, Dei verbum veritatem infallibilem non continere: qui igitur veritatem certam non annunciat, utique non eſt divinæ voluntatis præco. Iniquum igitur eſt, ſtomachari concionatores, quando non itur in ipſorum ſententiam, quodque magiſtrorum inſtar & more jubentium Eccleſiam alloquantur, reprehendant, & condemnent: quin imo & ſolatia denegent pro lubitu, hiſce omnia prætexentes Dei juſſum & mandatum: nulla quidem cum conſtet, injuſte illos legatorum titulo ſuperbire, qui nihil aliud docent, quam quod prævio diligenti examine putant verum eſſe, confeſſi, nihilominus fieri poſſe, ut errent. Quomodo enim, quæſo te, arrogare is ſibi poteſt auctoritatem legati Dei, & ſibi tribuere, quod Dei nomine verba faciat; quemadmodum ſolent illi, quos non pudet è ſuggeſtu & pro concione dicere, *Audite, quid Spiritus dicat Eccleſiæ*: qui fateri debet, fieri poſſe, ut mentem & voluntatem Domini non recte ſit aſſequutus; quique proinde in iis, quæ annunciat, non ſit *infallibilis*, quique de iis tanta certitudine loqui non poteſt, quam de regulis fundamentalibus, quarum ſat magnum numerum ſupra recenſuimus, de quibus citra jactantiam dici poteſt, fieri non poſſe, ut in judicio ſuper iis lato erremus.

Optandum ſane foret, [illegible] hæc, quæ diximus, ita uti par eſt, expend[illegible] à fervidis ingeniis, quibus ſolenne eſt ſententias ſuas ceu Dei verbum Eccleſiæ [illegible] proximum damnare, & omnes Th[illegible] gicas quæſtiones, quantumvis ſub[illegible] & captum ſuperantes referre in nu[illegible] articulorum fundamentalium, E[illegible] ſuas ex iſtius judicii præſcripto, t[illegible] Dei nomine colligentes, exclude[illegible] ceu indignos, Sanctorum comm[illegible] & Sacramentorum participation[illegible] quot in ſublimibus iſtis non hab[illegible] & plane conſentientes: ex qu[illegible] dorum numero viſus eſt mihi *Bois*, cum vel ad [illegible] ipſa moder[illegible] *tis*, *Chriſtianæ libertatis* v[illegible] quacumque materia, etiam no[illegible] ca occurrentia, totus contrem[illegible] reatque. Et obſtupeſcit *brevium* [illegible] *num Auctor*, quod aſſeram meo, æquum eſſe [illegible] ſcuris Scripturæ [illegible] *animo* [illegible] lata [illegible]

… praxin Eccleſiæ, cu-
… quinque notos arti-
… damentales, nec funda-
… circa illos articulos erro-
… que in illa ſocietate non mi-
… reperiri, quam inter nos :
… annotationum Auctorem de-
… rnatumque reddiderit ſocietas,
… pere ſuccenſet.
… igitur eloquar, quod ſentio, ſen-
… mea eſt, eum, qui in articulo fun-
… ntali non erret, fidemque veram ſuam pro-
… vitæ ſanctimonia, Sanctorum Dei Eccle-
… membrum eſſe, Sacramentorum commu-
… ne, & Sacramentorum uſu dignum,
… coque nulli prorſus in Eccleſia Dei de-
… poſſe gratiæ divinæ ſignacula, niſi
… idem quoque à divina gratia excluſus ſit.
Quid enim? … *approbavemus, quos non de-*
… Dominus? … probabimusne Sacrum
Lavacrum, & communionis Dominicæ uſum, qui-
bus Deus … denegat? Age dic, &
ſi potes proba… Remonſtrantium
in quinque articulis … fundamentalem,
& proinde omnes in ea profeſſione viventes
*morientesque ob iſtos errores damnari.*

Hæc quidem non illubenter ſilentio
præteriiſſem, … *placuiſſet* Domino de
Bois, & brevi… *Auctori* af-
fectibus plus … hunc de
moderatione … alieno loco & tem-
pore tracta… aliam ob cauſam,
quam ut … Eccleſiæ reformatæ
… quos etiam qui-
… Domini *de Bois*, ala-
… notam inureret.
Sed … ad inſtitutum revertamur, apparet
igitur … iniquum eſſe, criminari doctrinam
… tium, id nobis veluti à Deo impe-
… credendum eſſe, quod *intellectus*
… intelligit. Si enim illa, quæ ſenſibus
… omnis deprehendimus, credenda ſunt,
… que credendum eſt, quod intellectu
… re intelligimus: cum *ſentire*, & *vide-*
… re, tum demum certitudinem producant,
… quando intellectu clare percipimus, nos
externis ſenſibus aliquid videre. Atque ita

quidem prior certitudo hac poſtrema nititur, ſcilicet externorum ſenſuum certitudo clarâ & diſtinctâ perceptione nos aliquid tangere & videre. Neque propterea ſequitur, quod quidam objiciunt, falſum eſſe, quod non clare intelligimus: ſed id; ſuſpendendum tum eſſe judicium. *Clara & diſtincta* perceptio norma quidem nobis eſt, ſecundum quam judicia noſtra dirigenda ſint; ſed animi impotentia vel imbecillitas, & obſcura in intellectu cognitio regula non ſunt, quæ nos jubeant concludere, falſum eſſe quod non clare intelligimus; aut etiam alteri debere obſcurum eſſe quod mihi eſt obſcurum, aut me fugit. Quando è longinquo aliquid cernimus dubitantes, an illud, quod videmus homo vel arbor ſit, ratio nos docet, judicium præcipitandum non eſſe: obſcura tamen illa viſio ratio non eſt, quæ nos impellat ad aſſerendum, illud quod videmus, nec hominem nec arborem eſſe.

Quod quidam objiciunt, multos *putantes* ſe clare aliquid videre tamen decipi, exigui momenti eſt; illud enim tantundem eſt, ac ſi dicerem, neminem de ſtatu ſuo certum eſſe poſſe, nec poſſe eum ſcire an princeps vel mendicus ſit; propterea quod fatui, quibus læſa imaginatio eſt, ſibi reges & Principes videantur, cum tamen nihil minus ſint: quando tamen aliquis intelligit ſe principem eſſe, nititur certe ea ſcientia eo, quod is clare & diſtincte intellectu ſuo deprehendat, omnia vera veri principis ſigna: atque propterea quidem credit ſe principem eſſe, quod id *clare ac diſtincte* intelligat.

Ex hiſce nunc apparet, quam abſurdum ſit, damnare prudentiam ceu injuſtam & Sacræ Paginæ adverſam, quam commendant Carteſiani, cum vetant quicquam admittere in rebus, quæ imbecillem humanum intellectum non ſuperant, quod non *clare* & *diſtincte* intelligitur. Quomodo vero vitio nobis verti poteſt, quod prudentiam neceſſariam adhibeamus, ne fallamur, quando illa cura uſui eſſe poteſt,

&

& quando utilitas, quam adfert ea prudentia, abunde penſat curam & laborem, quem ponimus in eo, ne decipiamur: oſtendimus enim ſupra, docere *Carteſianos*, eam prudentiam in omnibus rebus nec utilem, nec neceſſariam, eſſe. Stultitiæ certe foret & non prudentiæ argumentum, quod exemplum allegat Dominus *de Bois*; dubitantem *de ſoliditate fundamentorum novi ædificii propterea id diruere*. Sed prudentiæ foret, novam navem uſque ad carinam deſtruere potius, quando externa integræ navis forma latens vitium occultando nos millies decepiſſet, quam ſe ſuaque navi, quæ aquam haurit, committere, atque ita & vitam & fortunas evidentiſſimo periculo exponere. Virulenta igitur ironia eſt id, quod Dominus *de Bois* pagina 18. de novo ædificio profert. Illud rogo tantum, ut meminerit æquus lector, quando de hac quæſtione diſceptamus, aliorum argumentorum vim nos quidem non negare, nec inficiari nos, vera eſſe ſua naturâ, & afferendo probandoque quod intendimus, idonea; etiamſi nobis clara & perſpicua non appareant: ſed nihil aliud nos velle, quam non agnoſcendo plane argumentorum illorum vim, veritatem altius eſſe indagandam: quibus autem argumentis ſufficiens vis ineſt, eam oportet agnoſcere; & tamen licet curam ſuſcipere acquirendi adhuc cognitionem firmiorem; præſertim ſi argumentorum copia intellectum perficiat. Hic ex parte defecit Thomas, *Joan.*20:25. quando per incredulitatem in dubium vocabat tot virorum proborum teſtimonium, quod in ſe conſideratum & verum erat, & omnem continebat *certitudinem*, quæ Thomam poterat ſecurum reddere. Gideon contra ſecundum miraculum poſcebat, non quod dubitaret per incredulitatem de certitudine prioris, *Judic.*6:27. ſed ut oſtenderet, quantopere confideret Deo, ſumpta libertate, jam dicta fiducia nixa, à Deo ſecundum miraculum petendi. Sed quorſum hiſce diutius immorari? Cum res clara & in confeſſo ſit apud omnes Theologos, quibus diſtinctio, inter miraculi petitionem, quæ incredulitati originem debet, & inter eam, quæ ex fide & debita erga Deum & ejus veritatem reverentia profluit, cognita ſit. Quam veritatem quando Carteſiani propugnant, hæreſeos damnantur.

Patet nunc quoque, quam injuſte traducatur ſententia docentium, in hominis poteſtate poſitum eſſe, ne erret. Si enim *clara & diſtincta cognitio* veritatis [illegible] ſit, & non poſſim ignorare, an rem clare diſtincteque intelligam, quod facile omnes concedunt, qui quidem fatentur, hominem de re quapiam certum eſſe poſſe, poſſum utique ſcire, an rem clare & diſtincte intelligam; & ſecundum eam cognitionem judicium ferre: quod ſuſpendere poſſum, quando adhuc aliquam in re obſcuritatem deprehendo: ſed [illegible] tamen accipienda eſt hæc ſententia [illegible] quam ſi ejus propugnatores aſſererent, [illegible] rorem evitari poſſe, citra Divinam [illegible] auxilium: ſed id tantum, Deum [illegible] humanæ indidiſſe facultatem, [illegible] re poſſet, an erret, nec ne [illegible] & cu[illegible] perfuſa intelligeret, erro[illegible]is no[illegible] cauſam eſſe, quam judicium [illegible] tum. Quæ certe quidem præcipita[illegible] defectui vel voluntatis vel intelle[illegible] buenda eſt, ſed tantum errantium [illegible] & imprudentiæ: quemadmod[illegible] dum vitio tribui poteſt, quod [illegible] tius in popinam [illegible] in [illegible] Quando igitur d[illegible]cimus, [illegible] *ſemper* poſſe ab errore cavere [illegible] tantum, nullam impotentia[illegible] impedimento eſſe, quo min[illegible] *diſtinctam* cognitionem ab [illegible] guamus; ſed opinio & mens no[illegible] hominem ſemper ad illam *clara*[illegible] *ctam* cognitionem animum adv[illegible] tequam judicium fert. [illegible] ſcire [illegible] nos poſſe, [illegible] telli[illegible] [illegible]amus [illegible]

[illegible] eo ſequi, nunquam nos [illegible] niſi [illegible] & diu[illegible] cognita judica- [illegible]cundo affirmamus, ſi[illegible] clar[e] & di- [illegible]æ cognitionis tam certa eſſe, ut poſſi- [illegible]e non ſit, iis nos falli poſſe, ſed quando [illegible]cimus, nos nobis ab errore poſſe cave- [illegible]e, non putamus, eam eſſe intellectus [illegible] noſtri vim, quæ omnia quantumvis pro- [illegible]unda & obſcura aſſequi poſſit; ſed id tan- [illegible]um, in omnibus prorſus ſcientiis tam ſu- [illegible]limibus, quam minus al[t]is, quemad- [illegible]modum & in omnibus rebus, ſive divi- [illegible]us, ſive naturalibus claram & diſtinctam cognitionem ab obſcura diſcerni poſſe. Non magis igitur huc ſpectat controverſia de libero arbitrio & divina gratia, quam [illegible], aſſerentibus, hominem ſibi à peccato cavere poſſe, volentem delin- quere, & ſi voluiſſet, fieri potuiſſe, ut in aliquod peccatum non incideret, im- plicare ſe autem [illegible] poſitioni, ſeque iſtoc loquendi [illegible] in neceſſitatem [illegible] liberum [illegible]. Iniquum ergo eſt, eo, quo dix[illegible], modo de natura- libus animæ viribus differentem ceu liberi arbitrii [illegible] & divinæ gratiæ hoſtem [illegible] & iniquum eſt, ex eo, quemadmodum [illegible] nos nobis ab errore cavere [illegible] dicitur, in noſtra poteſtate eſſe, ne erre[illegible] colligere, ita loquen- tem liberum [illegible] & de ſe affirmare [illegible] arbitrium propugnare, & de [illegible] quod cavere ſibi poſſit, ne [illegible] cipiatur. [illegible] nulla prorſus, [illegible] ratione, id eſt, [illegible] pagina 19. ex Dominus de Bois [illegible] Carteſius dicit de [illegible] in libris ſuis [illegible] de liberi ar- [illegible] in voluntatem noſtram, [illegible] noſtri [illegible]: nos per noſtram voluntatem noſtra- rum cogitationum Dominos eſſe, [illegible] eſſe eum propugnatorem. [illegible]ſius ibi loquitur de naturalibus volun- tatis noſtræ viribus; nec certe aliter po- [illegible], vel debet loqui is, qui ſibi propo- [illegible], voluntatis noſtræ naturam & proprie- tates. An non verum eſt, neminem vo- luntatem noſtram cogere poſſe, id, quod *volumus*, vel *nolumus*, id nos *velle*, vel *nolle* volentes; ac proinde neminem vo- luntatis noſtræ dominum eſſe, ſed id, quod volumus, nos velle, quia ita libet & placitum eſt nobis: idcirco nos ob ma- lum vituperium, & ob bonum laudem me- reri? An non verum quoque eſt, ex *do- minii* & *imperii*, quod voluntas habet in cogitationes, & actiones noſtras, conſi- deratione argumenta profluere, quibus nos & proximum excitamus, ut adverſus peccata & affectus, utpote quos volunta- te noſtra ſubigere poſſimus, fortiter de- pugnemus. Verum aliud eſt aſſerere, *ſa- tis validum eſſe à natura liberum arbitrium ad peccatum ſuperandum*, quod certe Pelagia- num eſt, & nuſquam à *Carteſio* docetur. Si fas ſit eo modo alicujus verba interpre- tari, iiſque talem accommodare ſenſum, nemo quidem iſtius hęreſeos crimine ab- ſolvi poterit, cum extra eam controverſi- am in alia materia verſantibus, ſatis fre- quens ſit iis verbis & loquutionibus uti, quæ Pelagianiſmum ſapiunt. Quin & Sa- cra Scriptura ſecundum iſtam interpretati- onem iſtius hæreſeos damnanda foret, quando dicit, *Judæos feciſſe quod animis illorum improbis placitum eſſet*, *Jerem.* 7:23. *Eum, qui in verbis non labitur, per- fectum eſſe*, Potentemque *totum corpus cöercere*. Quando virginibus *poteſtatem in propriam voluntatem* habentibus conſulit ne nubant. Mille ejuſmodi Scripturæ lo- ci, qui videntur homini abſolutum in voluntatem *imperium* tribuere, poſſent afferri.

Hinc quoque patet, quid *Carteſius* ſen- ſerit de libertate & de voluntatis ἀδιαφο- ρίᾳ. Ex *Jeſuitarum* ſententia repugnat vo- luntatis libertati, voluntatem hominis per Divinam gratiam ad bonum tam efficaci- ter flecti, ut eodem tempore facultas non maneret malum volendi. Atque hæc qui- dem eſt, [illegible] quam in ſcholis vocant liberta- tem, & voluntatis *indifferentiam*.

Tantum abeſt, *Carteſium* hac in parte *Jeſuitarum* doctrinam propugnare, ut de nullo

nullo religionis dogmate, cujus controverſiis ſeſe utpote Philoſophum agens non libenter immiſcet, ſententiam ſuam clarius explicet, apertis verbis docens, quod quo majori lumine perfuſus eſt intellectus, quoque ad majorem perfectionem homo pervenit, eo evidentius eſſe, *indifferentiam* illam ad voluntatis libertatem non requiri; adeoque nunquam minus *indifferentiam* ad bonum vel malum locum habere, quam cum homo ad ſummum perfectionis gradum evectus eſt. Idcirco in Deo illam *indifferentiam* non dari, quia fieri non poteſt, ut erret, vel rei veritatem & bonitatem non intelligat; ideoque Deum in malo nunquam boni ſpeciem videre, & proinde non magis tali ſpecie poſſe abripi, & voluntate ſua in malum ferri, quam nos *poſſimus velle* id, in quo non niſi malum deprehendimus. Et idcirco, cum aliquando ſtatum perfectionis obtinebimus, nunquam nos peccatum ſub boni ſpecie fallet. Nec vim habebit nos ſeducendi, adeoque bonum operabimur ſine ulla repugnantia & propenſione ad malum. Ante lapſum afficere nos potuit bonum & malum, ideoque Adamus per peccatum ſeductus eſt, & illius illecebris ſuccubuit: poſt lapſum vero tantum peccatum nobis allubeſcit, ejuſque dulcedine tantum afficimur. In cœlo autem tantum nobis bonum placebit, & in ſui amorem voluntatem rapiet. Certum tamen eſt, quicquid in omni vitæ ſtatu agimus, id nos agere volentes: me quod attinet, nunquam ſe mihi probavit *Jeſuitarum*, eorumdemque aſſeclarum ſententia; id vero ego ajo, aſſeroque in laudem *Carteſii*, nullius unquam Philoſophi argumentum, mihi tam ſolide de ea veritate perſuaſiſſe, & nihil me in ea ſententia tantopere confirmaſſe, quam quod ab eo proponitur in quarta meditatione. Libet ipſa *Carteſii* verba huic tractatui inſerere, ex quibus mani-

*Bois*, qui auſus eſt nonnulla verba Carteſii in libro ſuo pag. 18. citare, ex quibus conatus eſt probare, Carteſium Pelagianiſmo favere. Quæ quidem verba proxime ſequuntur alia, quæ orthodoxam *Carteſii* ſententiam nobis abunde declarant, ſed quæ Dominus de Bois, quia calumniandi animo non ſatisfaciebant, ſilentio præterit. *Sola eſt voluntas, ſive libertas arbitrii, quam tantam in me experior, ut nullius majoris ideam apprehendam, adeo ut illa præcipue ſit, ratione cujus imaginem quamdam, & ſimilitudinem Dei me referre intelligo: nam quamvis major abſque comparatione in Deo, quam in me ſit tum ratione cognitionis & potentiæ, quæ illi adjunctæ ſunt, redduntque ipſam magis firmam atque efficacem, tum ratione objecti, quoniam ad plura ſe extendit; non tamen in ſe formaliter & præciſe ſpectata, major videtur, quia tantum in eo conſiſtit, quod idem vel facere, vel non facere* (hoc eſt affirmare *vel negare, proſequi* vel fugere) *vel potius in eo tantum, quod* ad id *quod nobis ab intellectu proponitur, affirmandum vel negandum; ſive proſequendum vel* fugien*dum ita feramur, ut nulla vi externa* *determinari ſentiamus.*

Huc uſque Dominus de Bois [...] teſii tranſtulit, poſuitque in [...] pagina 18. per malitiam om[...] xime ſubſequentia, ex quo ju[...] æquus lector, qua fide v[...] ter, & quam imprudent[...] Chriſtiani, qui ſola do[...] ctoritate de doctrina al[...] formati deinde ſententi[...] autem ſunt Carteſii verba [...] *eſt, me in utramque parte[...] ſim liber, ſed contra, quo[...] propendeo, ſive quia ratio[...] ea evidenter intelli[...] cogitationi[...] illam*

[illegible] unam partem magis [illegible] lit, eſt infimus gradus [illegible] in ea perfectionem, ſed [illegible] itione defectum; nam ſi ſive ne- [illegible] teſtatur; ſemper, [illegible] num ſit, clare viderem, num- [illegible] od eſſet judicandum vel eligen- [illegible] em; atque ita, quamvis plane li- [illegible] am tamen indifferens eſſe poſſem. [illegible] at aliquis, Carteſium aſſerere, [illegible] uidem nobis libertatis & indifferen- [illegible] træ conſcios eſſe, ut nihil ſit, quod [illegible] s & diſtinctius intelligamus; ita eſt, [illegible] quiſque apud ſe experiatur an non poſ- [illegible] velle, quidquid vult, & quidem contra- [illegible] ium ejus, quod antea voluit, cum nemo [illegible] voluntatis ſuæ deprehendat aliquod impedimentum, quo minus poſſit velle, quidquid vult. Quod vero homo animalis bonum non velit, ſed ſemper malum, non oritur certe ex ullo impedimento, voluntatem ad malum determinante, aut obſtaculum ponente, [illegible] voluntatis libertas minuitur aut conſtringitur, ſed ex voluntaria hominis malitia, malum bono præferentis, atque ita voluntarie ſe ad unum oppoſitorum determinantis. Quod ſi id libere faciat abſque ullo alio impedimento, quam propriæ voluntatis ipſum ad unum determinantis, evidens eſt, ipſum ad unum determinatum fuiſſe, antequam per actum [illegible] ſe ipſum determinaret; [illegible] cum ante [illegible] quo diximus, [illegible] αὐτεξουσίας. [illegible] ſtatu libertatis & indifferentia Car- [illegible] libertas & Orthodoxis Philoſophis [illegible] omnibus quam neminem [illegible] nihil aliud ſit, impediri, quo minus [illegible] voluntatem quod ſpectat, [illegible] quod vult. Me, Divinæ gratiæ & miſericordiæ [illegible] ego in laudem [illegible] à natura tam eſſe depravatos, ut nemini citra Divinæ gratiæ auxilium naſci poſſint ullæ bonæ cogitationes: ideoque noſtrum bonum velle & perficere. Deum auctorem habere, neminemque converti, quam Dei gratia, idque juxta æternum ejus decretum, quo gratia in ſalvandis operatur.

Ex his judicare quoque poteſt lector, quæ mens ſit *Carteſio*, quando [illegible], ſe voluntatem ſuam, vel ejus libertatem tantam in ſe deprehendere, ut *nullam ideam alicujus majoris concipiat*: hac in parte ſuam voluntatem voluntati Dei parem eſſe; adeoque Dei voluntatem ſua majorem non videri, idque ob nullam aliam rationem, quam quod nec Dei voluntas, nec ſua *externa potentia determinentur*; quodque in eo tantum conſiſtat voluntas, *quod ita impellamur ad affirmandum vel negandum, ampleEtendum vel fugiendum, quod nobis ab intellectu noſtro proponitur, ut ad id nulla vi externa determinemur.* Quid? An non hæc verba manifeſtam veritatem continent? Si enim intrinſeca voluntatis natura in eo conſiſtat, ut ſponte noſtra velimus, liberi ab omnibus cauſis determinantibus, quæ impedimento nobis eſſe poſſunt, ne libere in & à nobis excitemus operationem voluntatis, & ne velimus, quod volumus. Quæ quidem *voluntas* ſi in nobis ſit, manifeſtum eſt, *ea quidem in parte* Divinam voluntatem noſtræ ſimilem eſſe. Quid? Poteſtne quiſquam de intrinſeca voluntatis natura aliud quid concipere, quam hanc, ut ita dicam, indeterminationem, modo ſuperius tradito explicatam? Et confeſſo, in Deo quoque voluntatem eſſe, in eo tertio voluntas divina & humana ſibi ſimiles ſunt, quod liberæ ſint ab omnibus determinationibus & cauſis externis, quæ impedimento eſſe poſſent, ne volentes velint, atque in ſe excitent operationes, quas Velle appellamus: neque ulterius tendit *Carteſius.* Ita dici poteſt, in τὸ *eſſe*, Deo nos eſſe ſimiles, quatenus eſſe ſignificat veram eſſentiam habere. Ita quoque ſcientia noſtra ſcientiæ divinæ ſimilis eſt, quatenus ſcire ſignificat intelligere, quamvis noſtra ſcientia, & quoad ſciendi modum, & quoad ejus latitudinem, diſſimilis ſit, quæ in *Deo* infinita eſt.

V v v v

Quod

Quod vero ſpectat alias divinæ voluntatis perfectiones, ex infinita ejus natura profluentes, de iis non aliter loquitur *Carteſius*, quam noſtri Theologi. Audi illum Meditat. 4. pag. 54. & 55. *Nam quamvis major abſque comparatione in Deo, quam in me ſit, tum ratione cognitionis & potentiæ, quæ illi adjunctæ ſunt, redduntque ipſam magis firmam atque efficacem, tum ratione objecti, quia ad plura ſeſe extendit.* Statuit igitur, ratione illarum perfectionum, ſuam voluntatem Divinæ ſimilem eſſe.

Quid autem *Carteſius* ſentiat de libertate, quam in ſcholis libertatem *indifferentiæ* vocant, de eo ſuperius abunde egimus. Quod vero ſpectat efficacem operationem Dei circa humanam voluntatem, atque ejuſdem à Deo dependentiam, tam ratione æternorum decretorum Dei, quam ejuſdem actualis efficacis operationis, de iis eum loquentem audite Princ. Philoſ. parte prima, pag. 11. *Sed quia jam Deum agnoſcentes, tam immenſam in eo poteſtatem eſſe percipimus, ut nefas eſſe putemus exiſtimare, aliquid unquam à nobis fieri poſſe, quod non ante ab ipſo fuerit præordinatum; facile poſſumus nos ipſos magnis difficultatibus intricare, ſi hanc Dei præordinationem, cum arbitrii noſtri libertate conciliare, atque utramque ſimul comprehendere conemur.*

*Illis vero nos expediemus, ſi recordemur mentem noſtram eſſe finitam: Dei autem potentiam, per quam non tantum omnia, quæ ſunt aut eſſe poſſunt, ab æterno præſcivit, ſed etiam voluit ac præordinavit eſſe infinitam: ideoque hanc quidem à nobis ſatis attingi, ut clare & diſtinctè percipiamus, ipſam in Deo eſſe: non autem ſatis comprehendi ut videamus, quo pacto liberas hominum actiones indeterminatas relinquat: libertatis autem & indifferentiæ, quæ in nobis eſt, non ita conſcios eſſe, ut nihil ſit, quod evidentius & perfectius comprehendamus. Abſ[illegible] enim eſſet, pr[illegible] quod non [illegible]lem, de alia dubitare, quam intime comprehendimus, atque apud nosmet ipſos experimur.*

Utrumque vult à nobis credi, ſcilicet Deum omnia ab æterno ordinaſſe, & tamen omnia nos, quæ facimus, facere volentes, citra coactionem. Et quamvis ea ſit intellectus noſtri imbecillitas, ut hanc Dei præordinationem cum arbitrii noſtri libertate conciliare nequeamus, non eo minus utrumque credendum eſſe. Actionum enim noſtrarum libertatem magiſtra experientia, (loquor de conſcientia mentis noſtræ) qua quidem nihil eſt certius, cognoſcimus, atque ideo credendum e[illegible] nos liberos eſſe. Potentiam vero Dei a[illegible] noſcimus infinitam eſſe, & nobis incom[illegible]prehenſibilem, atque ideo abſurdum eſſet eam Dei potentiam, & præordinationem negare eo, quod nequeamus intelligere quomodo ea conſiſtere poſſit [illegible] libertate, quam agnoſcimus in actionibus no[illegible]. Id enim tantundem foret, [illegible] jam re[illegible]gare, quia comprehendi [illegible] non [illegible] quam conceſſimus tamen [illegible]ſſe [illegible]henſibilem.

Hactenus occupati fu[illegible]imus [illegible]ſtrandis primis artium [illegible] ſcien[illegible]damentis, ſimulque oſtend[illegible] ſenſerit circa illa fundamenta [illegible] quomodo de illis d[illegible]bitet, q[illegible] ſtat veſtigiis, ut [illegible]uam Phil[illegible] thodum immotis[illegible] certiſqu[illegible] liat. Atque ita [illegible] quidem [illegible] monſtrationem [illegible] inſtitui[illegible] poſita ſit cri[illegible]minationib[illegible] ſophiam *Carteſianam*, [illegible] habere ſpeciem & form[illegible] que idcirco benignum [illegible] rem rogo precorque, ut [illegible] ne ſcribenti, longiu[illegible] à ſcopo abe[illegible] ma[illegible]is [illegible]

[illegible] habita pro[illegible] cer- [illegible] Supereſt [illegible] nunc, [illegible] quæ ipſe ponat [illegible] funda- [illegible] quidem diſquiſitione lon- [illegible] us, quam [illegible] prædictas accuſationes [illegible] Carteſiani no- [illegible] bit. In Tractatu [illegible] vocat Meditationes de- [illegible] in quo ſibi [illegible] quidem [illegible] imæ immortalitatem proponit *de prima* [illegible] ſe, hoc veluti primum pro- [illegible] fundamentum jacit, ſimulque [illegible] Cum id, quod non eſt [illegible] cognitio- [illegible] iam habet, non poſſit [illegible] *cogito, ergo* [illegible] r igitur illud, quod [illegible], nec ullam [illegible] eſſe. Certitudo autem [illegible] operari; ſe- [illegible] *interno ſenſu* [illegible] Operatur & co- [illegible] ei cogitantis, per quam [illegible] ſuæ cogita- [illegible] licit, & intelligit, & de [illegible] ſive *conſcientia* [illegible] ratione prædictus [illegible] ſuas operationes [illegible] habere poteſt. [illegible] qua nullus ſana [illegible] re, videre, vel [illegible] *dubitandi rationes* [illegible] cogitans eas [illegible] me ſentire, audi- [illegible] vocamus ſentire, [illegible] niſi quatenus ego [illegible] vis cenſeret [illegible] cogitationes, quas [illegible] Metaphyſica Carteſiana, &c. Et quam- [illegible] Hyperbolica & [illegible] *Metaphyſica* dubitatione dubitari poſſe de [illegible] *fundamentis*, quæ in vita communi pro [illegible] firmis habenda [illegible] tamen, nemi- [illegible] nem rationis [illegible] putat dubitare poſſe, [illegible] rem illam *cogit* [illegible] inde eſſe, quæ [illegible] ſe cogitare [illegible] quidem ulterius [illegible] probare [illegible] Hæc [illegible] foret, cum [illegible] nullas Philo[illegible] propoſitum [illegible] Carteſianæ partes aſ- [illegible] ſophiæ [illegible] quam quæ dicuntur [illegible] ſerimus, [illegible] cujus ac- [illegible] religioni repugnare, [illegible] demonſtrare in nos [illegible] falſitatem [illegible]

[illegible] rem cogitantem *Carteſius animam* [illegible] appellat, atque ita quidem [illegible] *animam* ſuam exiſtere, & eſ- [illegible] ſuam habere: porro examinans, [illegible] conſiſtat eſſentia *rei cogitantis*, [illegible] ſtatuit animam ſuam eſſe, demon- [illegible] internam ejus *rei cogitantis* naturam [illegible] eſſe, ut excludat quicquid *naturæ corporeæ* proprium eſt; ita ut cogitationes & ideæ, quas de utroque, ſcilicet corpo-re & re cogitante, in intellectu noſtro formamus, tantum à ſeſe invicem differant, ut quod corpus eſt, vel corporis eſt proprietas, non poſſit eſſe res cogitans, nec vice verſa res cogitans corpus. Atque ita quidem *Carteſius* ſe reperiſſe putat probationem, qua convincatur animam *corpus* non eſſe, eſſe vero rem cogitantem; naturamque ſubſtantiæ quam Spiritum vocamus, conſiſtere in cogitando, quemadmodum corporis natura conſiſtit in extenſione, atque proinde animam hominis cum corpus non ſit, natura ſua eſſe incorruptibilem, nec poſſe in partes ſuas interire. Atque ita quidem explicat, in quo conſiſtat vis argumenti, quo aſſerit *animæ immortalitatem*. Nos quidem in præſenti non demonſtrabimus, quæ huic argumentandi methodo vis Demonſtrationis inſit, cum id in ſuis libris latiſſime tractet *Carteſius*, quem lector conſulat. Committentes judicium de firmitate vel imbecillitate argumenti æqui lectoris judicio.

*Carteſius* igitur diligenti indagatione aſſequutus, in quo conſiſterent natura & eſſentiales proprietates *rei cogitantis*, ulterius progreditur, & cum ſumma attentione conſiderans animæ ſuæ naturam, in eadem multas *imagines* & *ideas* reperit, quæ non ab ipſo factæ, ſed ſimul in & cum anima productæ ſunt; exempli gratia, ad operationem ignis in nobis excitari cogitationem quam calorem appellamus, & propter quam ignem vocamus calidum, earum rerum ideæ non productæ ſunt in nobis ab *experientia*, aut à ſenſuum externorum *objectis*, aut ab animæ *operatione voluntaria*. Quamvis enim ad operationem ignis, qua ſenſus noſtri afficiuntur, in anima excitetur cogitatio caloris, ſciendum tamen eſt, eam quidem cogitationem prorſus nullam ſimilitudinem habere cum eo, quod in igne eſt, quæ cauſa ſit quarundam cogitationum, quas *calorem* vocamus, non magis quam vocabula *hominis*, *Dei*, *bovis*, *vaccæ*, ſimilitudinem habent cum vero homine, Deo, & vacca &c. Quam-

Quamvis occaſione talium vocabulorum cogitationes Dei, hominis, &c. in nobis excitentur, ita quidem ut illa ſigna, ſive verba in nobis producant, cogitationem de homine vel Deo. Verum eſt verba *uſu*, *conſuetudine & inſtitutione* certas cogitationes in nobis excitare, atque ideo eadem verba in omnibus hominibus eaſdem cogitationes non producere, operationem tamen ignis ubique & in omnibus hominibus excitare cogitationem, quam voce *caloris* exprimimus. Et hęc quidem differentia argumento eſt, ideas, quę ab uno eodemque objecto ſemper & in omnibus hominibus excitantur, ab ipſa animæ noſtræ operatione non formari aut produci, ſed ab initio eſſentiæ animæ impreſſas fuiſſe. Nam quemadmodum nullam nobis rem repræſentare poſſumus in intellectu, quam nunquam ſenſibus deprehenderimus, ſicuti nec cæcus ullas colorum ideas habet, ita quoque animæ noſtræ facultatem ſuperat, novam ideam formare, cujus nunquam ſimilitudinem viderimus in rerum natura. Et cum ſuperius probatum ſit ideam *caloris* vel *coloris* nullam ſimilitudinem haber cum corporibus, quæ *calida* vel *colorata* appellamus, ſed tantum certam corporis proprietatem & operationem in nobis excitare talem *ideam* vel *cogitationem*, ſequitur hinc, ideam vel cogitationem talium rerum in nobis eſſe non à voluntate noſtra, ſed à natura; cum nihil tale unquam in natura deprehenderimus per ſenſus externos. Cogitatio vel idea *doloris*, quæ in nobis excitatur per *vulnus*, multum quidem certe differt ab ipſo *vulnere*, aut à mutatione, & operatione illa, quam vulnus efficit in nervis, & quibus in anima excitatur *cogitatio doloris*, quibusque adeo anima intelligit quaſdam corporis ſui partes non bene conſtitutas eſſe.

Quemadmodum igitur tales ideæ à natura in nobis ſunt citra voluntatem noſtram, ita quoque Carteſius [illegible]

auctor eſſe poſſit, utpote qua intelligimus tot & tantas Dei perfectiones, ut nullæ vel hominum vel aliarum creaturarum cogitationes, unquam eo evehi poſſint, ut valeant tam perfectam ideam in anima noſtra excitare: non magis, quam infans poſſit adumbrare egregiæ artis ædificium: quod quemadmodum nemo facere poteſt, niſi architecturæ, regularum, proportionum &c. peritus, ita nec quiſquam ideam omnium Divinarum perfectionum, vel ſuo vel alterius intellectui imprimere poteſt, quam qui omnes illas perfectiones poſſidet. Huic vero argumento quantum ponderis inſit, & an habeat, examinare demonſtrandi vim non eſt hujus loci.

Carteſius igitur reperta tantarum perfectionum in anima *idea*, ut ejus cauſa nemo eſſe poſſit, quam ipſe Deus [illegible] quem repræſentat, ex eo colligit, [illegible] perfectum Deum eſſe, *qui ſit à ſe* [illegible] ab *æterno*, *quique in omnem æternitatem* [illegible] *turus*, & inter cujus infinitas perfe[illegible] hæc quoque ſit, quod ſit *neceſſar*[illegible] perfectionis ſit non tantum omn[illegible] ctiones habere, *ſuppoſita* [illegible] etiam *neceſſario* exiſtere, [illegible] exiſt[illegible] ctiones *neceſſario* poſſidere. & om[illegible] dem ratione Carteſius ſe aſſeru[illegible] *rei cogitantis*, id eſt, animæ [illegible] corruptibilitatem, atque e[illegible] *verum numen*, quod poſſide[illegible] biles perfectiones, & [illegible] quod nec *mentiri*, nec de[illegible] imperfectionis ſit quem [illegible] fallaciis circumvenire. Q[illegible] cludit, cum Deus homin[illegible] rales animæ facultates, ju[illegible] ſenſuum uſum fieri non po[illegible] non ſit, quod clare di[illegible] *quodque* externi [illegible] *appli*[illegible] dem[illegible]

[illegible] ſupra [illegible] ate [illegible] dem viam [illegible] ni ad [illegible] eſt refutatio, [illegible] ne in- [illegible] ro non argumenta. Quid? An [illegible] trando habere [illegible] Carteſii [illegible] tem argumento eſſe po- [illegible] ero contrarium docere? [illegible] Atheiſmum ducere, poteſt ho- [illegible], quo Carteſius dici cum argu- [illegible] eris argumentis probat Deum eſſe, ex [illegible] Theologi noſtri ſit, quæ Philoſo- [illegible] uralibus animæ noſtræ uſurpant, quæque [illegible] tur, quarum vi animus notionibus pe- [illegible] re, Deum eſſe: cum cogitur conce- [illegible] omparatum ſit cum intellectu ita naturaliter [illegible] non magis poſſimus negare, Deum eſſe, ut quam prima ſcientiarum fundamenta. Id vero tantum egit Carteſius, ut naturalem hujus aſſenſus, & conſenſus cauſam in tam clara luce poneret, ut qui ejus certi- tudinem & [illegible] negat, cogatur quoque inficiari [illegible] eſſe, cujus con- trarium contradictionem implicat.

Ait tamen Dominus de Bois periculo- ſam eſſe hanc argumentandi methodum, Carteſium [illegible] auctorem non eſſe, [illegible] adeoque exem- pla non deeſſe [illegible] qui per hanc Phi- loſophiam in [illegible] prolapſi ſint: ad- ducens exem[illegible] qui hac me- thodo in [illegible] inciderit. Re- ſpondeo [illegible] Carteſium non [illegible] eſſe, methodum ſuam [illegible] eam quoque, quod [illegible] relatis ipſe fatetur, [illegible] verbis ſupra [illegible] quæ ſecurita- [illegible] alia ſuppetant, probando Deum [illegible] eſſent, quæque [illegible] firma ſint. Quamvis [illegible] atis certa & [illegible] certitudinem non ha- [illegible] dem judicio tamen admittitur, & quæ ſola in Matheſi [illegible] ſuam methodum [illegible] argumentandi [illegible] orare conatus eſt. Fatendum certe [illegible], ſolidum hunc & nervoſum ratioci- nandi modum, quorumvis ingenio non eſſe accommodatum, ideoque non ſuadet Carteſius omnibus, ut ii ſuis veſtigiis inſi-ſtant, quod ea fere imbecillium ingeniorum ſors ſit, ut nimis alte aſcendere volentes vertigine correpti ſe dent præcipites: quibusque igitur conſultius ſit ſecundo aut tertio gradu, quibus & ſua firmitas non deeſt, ſubſiſtere, quam in altum enitendo ad terram turpiter per pronum delabi. Et quemadmodum moderatiores Theologi judicant, periculoſum eſſe, infirmorum animos de prædeſtinationis controverſiis arduis turbare, ita quoque arbitratus eſt *Carteſius*, tutum non eſſe, omnes per ſemitas & vias ducere, quibus ille inſtitit, ut argumentis ſuis ſummam certitudinem adderet.

Demus quoque aliquem argumentis & methodo *Carteſii* abuſum, in Atheiſmum prolapſum fuiſſe; poteſtne illud ſuſpectam reddere, aut adducere in crimen, & invidiam, aut odium alicujus doctrinam? An non Sacra Pagina teſtatur de Chriſto, *poſitum eſſe tum caſui & reſurrectioni multorum: doctrinam Euangelii multis factam petram offendiculi, & lapidem ad quem impingitur*, *Luc.* 2: 34. 1 *Petr.* 2: 7. Manet tamen Chriſtianæ religionis illibata dignitas. Dominus *de Bois* ad probandum, quam pernicioſa ſit *Carteſii* Philoſophia, adducit exemplum juvenis, qui lectione tractatus *Carteſii de prima Philoſophia* in Atheiſmum inciderit. Quam puerile argumentum! Ita quoque fas eſſet affirmare, vinum, cereviſiam, & omnia prorſus inſtrumenta bellica tollenda eſſe, quod multi ſint, qui iis abutuntur. Sed ad Hiſtoriam Domini *de Bois* reſpondemus, veram illam non eſſe. Juvenis quem citat, honeſto loco natus, & noſtrum multis cognitus, acerrimi erat ingenii, & è patria ſua in Belgicam profectus, ibi aliquamdiu militaverat; & quemadmodum infrequens non eſt, magna ingenia, quando divina gratia non coërcentur, lapſu graviore ruere, ita quoque huic contigit, in Atheiſmum prolabi; ſed antequam unquam inſpexiſſet libros *Carteſii*, quam forte antequam quicquam [illegible] fando.

fando de *Carteſio* audiviſſet. Et hic quidem error, vel dementia potius juvenem iſtum ita ceperat, ut eam, ubicunque pœnæ metus petulantiam non refrænabat, propugnaret. Et cum ubique quæreret magni ingenii viros, quibus argumenta ſua proponeret, acceſſit quoque *Carteſium*, ejuſque hortatu legit *meditationes*, quibus tantum profecit, ut noxio errore liberatus Chriſtianam fidem profeſſus fuerit, atque ex ejus præſcripto vitam inſtituerit. Quæ quidem omnia, exigente id rei neceſſitate, ipſis juvenis literis autographis, quæ in manibus amicorum ſunt, poſſent probari. Tantum abeſt, ut per lectionem tractatus *Carteſii* in tam flagitioſum errorem inciderit.

Supereſt & aliud, quod contra principium Carteſii, *cogito ergo ſum*, objicitur, ſcilicet hoc non eſſe primum principium, vel veritatem fundamentalem, qua alia nitantur, cum plurima alia præſupponenda & admittenda ſint ante, quam argumento Carteſiano *cogito ergo ſum*, locus fieri poſſit, & inter alia hæc *impoſſibile eſſe, ut una eademque res ſimul ſit & non ſit: illud quod operatur, neceſſario veram & actualem eſſentiam habere*, atque ita quidem illud, *cogito ergo ſum*, utpote duobus prioribus fundamentis innixum, primum fundamentum eſſe non poſſe. Sed hæc quidem objectio oritur ex ignorantia veræ *Carteſii* ſententiæ. Non inficiatur equidem, duo illa fundamenta præmittenda eſſe, probaturo, quid verum aut falſum ſit, ſed aſſerenti τὸ eſſe, & veram & actualem rerum eſſentiam, priora illa duo argumenta *eatenus* nullum uſum habere, contendit. Nam quamvis exempli gratia falſum ſit, *poſſe rem ſimul operari & non exiſtere*, eo tamen probari nequit, aliquid revera exiſtere, cum id fundamentum

unum idemque ſit, neque quicquam ſciamus vel intelligamus, quam per *rem cogitantem*, & per ipſam cogitationem; quamdiu ergo probatum nondum erat, exiſtere illud, quod cogitat, nullum certum argumentum produci potuit, quo aſſereretur, alia extra rem *cogitantem* exiſtere. Cum enim deprehendendo, quod quidem cogitare eſt, tantum noſcamus ea, quæ extra nos ſunt, quando ergo adſtructum non eſt, illud, quod *cogitat ſe cogitare*, *cogitare revera*, & proinde exiſtere, procedi non poteſt ad probationem, extra eſſentiam, quæ cogitat, id eſt extra animam exiſtere alias res. Si enim non procedit, me revera cogitare, cum me cogitare cogito, multo procedit minus, me revera ullas extra me res videre, quas videre cogito, cum nihil ſciam me videre vel tangere, quam quia cogitando ſcio me videre: ſ[…] vero ego poſſum cogitare, & tamen no[…] eſſe, multo magis illa poterunt non e[…] quæ exiſtere cogito. Sed probato […] quod cogitat, revera exiſtere; & […] nos cogitare, quod cogitamus no[…] tare: nos varias cogitationes […] differre vero, quæ in nobis ex[…] operationibus corporis noſtri[…] quæ producuntur ab aliis extra[…] ribus: ita etiam pervenitur […] nem ejus, quod corpus no[…] corporum, quæ nobis ta[…] ſunt. Verum hoc argume[…] non eſt inſtituti noſtri: […] dabitur & poſtulabit ut[…] ſtretur, quomodo ab h[…] *ergo ſum*, aſcendi poſſ[…] *ergo ſol ſtat, & terra* […] vium annotationum a[…] brium nobi[…]xprobr[…] in tractat[…]ſtend[…]

*…us demonſtratur, doctrinam …, & noſtras textuum, qui … curſu loquuntur, in… tationes, Sacris Li… eris conformes eſſe.*

…ro hujus tractatus inſtituto ſatis …tenſum eſt, quibus ſignis ſciri …, quid Deus nos credere velit de …turalibus, quæ ſola ratione & au… Deo hominibus per naturam con… indagantur. Et demonſtravimus, … ceu firmum & certum admittendum …, quid vero ſolis nitatur opinionibus. …unc conſiderandus eſt alter modus, quo …eus homini declarat, quid ab ipſo cre…di velit; atque hic quidem modus ver…bum ejus eſt, ita proprie dictum. Quomo…do Deus per ſomnia, *Urim & Thummim*, vi…ſionibus vel alloquutionibus voluntatem ſuam …prophetis declaraverit, hoc quidem loco …accurate non examinabimus; ſed tantum …quomodo & qua ratione Prophetæ hanc …Dei voluntatem hominibus annuntiave…rint, & quomodo nobis judicandum ſit …de verbis & ſignis, quibus uſi Prophe…tæ ſunt ad voluntatem Dei nobis decla…randam.

Conſtat, ea quidem ſigna intelligi non poſſe, niſi externorum ſenſuum adminiculo. Cumque apud omnes Reformatos in confeſſo ſit, nulla nunc alia ſigna dari, quam ſcriptum Dei verbum, quo Deus voluntatem ſuam hominibus declarat; à conſtat ordinario verbum hoc tantummodo viſu & auditu poſſe innoteſcere. Supra quoque conceſſum probatumque externis ſenſibus eſſe credendum. Quicquid ergo clare videmus, ſcriptum eſſe, illud pro ſcripto habendum eſt; atque Proinde credendum eſt, literas & verba, quæ legendo Sacram Scripturam, oculis deprehendimus, ita revera exarata eſſe, quemad-admodum viſus indicat: atque hac quidem de re nulla inter homines ratione præditos unquam fuit controverſia.

Sed in eo cardo vertitur, quomodo verba explicanda ſint, & ad quas regulas verbi divini interpretatio ſit appendenda. Et primo quidem quæritur, quantum in explicatione verbi Divini valere debeant firma & immota argumenta, quæ ſupra enumeravimus; & certa cognitio illis fundamentis innixa, id eſt, quantum in interpretatione Sacræ Paginæ dandum ſit primis principiis, & veritatis fundamentis, quæ in ſecunda parte recenſuimus, diximuſque eſſe infallibilia omnium naturalium ſcientiarum, atque adeo & ipſius cultus naturalis fundamenta, & ad quæ omnia, quæ vi rationis naturalis eruuntur, exploranda ſint, ut de earundem veritate vel falſitate juſtitia vel injuſtitia conſtare poſſit. Diſquirendum ergo eſt, an tanti ſint in explicando Dei verbo ponderis regulæ iſtæ fundamentales, ut quicquid iis repugnat, ſufficiat ad verborum ſenſum literalem deſerendum. Et ea quidem quorundam ſententia eſt, *verbis quantumvis claris & expreſſis* adhærendum non eſſe, quando eorundem ſenſus literalis rationem, experientiam, & externorum ſenſuum teſtimonium everteret, aut pugnam vel contradictionem involveret. Exempli gratia Chriſtus *panem* deſignans dicit, *hoc eſt corpus meum*. Conceſſo omnes circumſtantias & ſigna figuratum in illis verbis loquendi modum reſpuere: putant tamen nonnulli, firmam & certam cognitionem, quam nobis ſola naturali ratione comparavimus, quaque ſcimus fieri non poſſe, ut id, quod Chriſtus manu tenebat, corpus ejus eſſet, ſufficere, ut à propria verborum ſignificatione recedamus, amplectamurque loquendi modum figuratum. Atque hoc quidem videtur diſcrimen eſſe, inter ſententiam Socinianorum & noſtram: noſtri videntur urgere tunc à ratione ab experientia non eſſe ducendum argumentum, quo ſtatuamus figu-

figuratum loquendi modum in verbis ſupra nominatis eſſe: Sociniani in contrariam concedunt ſententiam. Et hac quidem in parte videtur Dominus *de Bois* Socinianis adſtipulari, cum expreſſe dicat pagina 28. Quamvis locutio Chriſto in inſtitutione cœnæ uſurpata, *impropria* non ſit, recedendum tamen eſſe à verborum ſignificatione propria, quod fieri non poſſit, id eſt, quod judicemus repugnare rationi naturali & experientiæ, ut panis ſit corpus Chriſti; vel quemadmodum ait Dominus *de Bois*, ut una res de alia prædicetur: id eſt, vult Dominus *de Bois*, rationem naturalem nos docere panem, quem Chriſtus manibus tenebat, ejus corpus eſſe non poſſe. Atque proinde quamvis Chriſtus nulla locutione impropria uteretur, (ita loquitur Dominus *de Bois*) id eſt quemadmodum ego id intelligo, licet omnes textus circumſtantiæ oſtendant, Chriſto propoſitum iſtis verbis juxta ſenſum litteralem ſumptis aliquid docere, recedendum tamen eſſe à conſueta verborum ſignificatione, ita quidem, ut ex ſententia Domini *de Bois* in explicatione hujus textus judicio noſtro à ratione aut experientia petito, ſtandum ſit. Atque ita ovum ovo non eſt ſimilius, quam hæc ſententia Domini *de Bois* ſententiæ Socinianorum ſimilis eſt.

Ita quoque ait pagina 28. Quando propria verborum ſignificatio *abſurditatem* parit, verbis adhærendum non eſſe. Et apparet quidem ex orationis ejus circumſtantiis (nempe in tertia interpretandæ Scripturæ regula) velle eum rei, de qua Scriptura loquitur, *congruitatem*, vel *incongruitatem ad rationem explorari*. Turpe eſt viro, cui nihil frequentius, quam aliis Socinianiſmum exprobrare, impingere in ipſa religionis principia; atque ejus quidem ſententia nobis minime probatur,

Spiritui Sancto iſtis verbis aliquid (ut ita dicam) dogmatizare, non eſſe deferendam propriam verborum ſignificationem, propterea quod ea nobis contradictionem involvere videatur, ſed eſſe tum judicium, quantumvis clarum & diſtinctum, divinis oraculis ſubjiciendum: cum certum nobis ſit, certiſſima in naturali cognitione fundamenta certitudini verbi Divini cedere debere.

Non quod mens mea ſit, poſſe Deum, qui naturæ conditor & conſervator eſt, quique quarundam veritatum indubitatas nobis notas indidit, & rerum naturæ & notis iſtis repugnantia verbo ſuo tradere, verum non aliud aſſerimus, quam in Sacræ Paginæ explicatione primas deberi revelationi, id eſt, loquenti in Scriptura Deo: quamvis enim & tum in natura, & per inſitas veritatis notas in nobis quoque loquentem audiamus, poſtulat tame
& reverentia, & ipſius quoque rei ratio
ut cum revelatio ſit rerum natura &
preſſis veritatibus poſterior, ita audia
intelligamuſque loquentem in Scr
Deum, ut ſuper revelatis non conſ
interim inſitas nobis veritatis not
vero hæc ſit magni momenti co
operæ pretium fuerit ſententia
ſimilitudine illuſtrare. Finga
pem ea morum integritate,
ctimonia præditum, ut q
legum ferendarum poteſta
men ſint ejus ſubjecti, nu
ut regni leges, quas ipſ
damentales novis unquam
atque ita evertat regn
vero negaverit iniqu
conceptæ de principis
contrarium, ſi nemo
lectionem & interpre
dere, ni[illegible] arto &

…ονατὸν prorſus eſſe, ut poſteri… prioribus fundamentalibus & …cipiis exprimentibus adverſan…t, iſtas legat hiſce ne qui…, nedum conſultis, in eum …rundam legum poſteriorum …i inſerviant. Ita Deus natu… æternarum auctor eſt, le… …l novarum conditor, quas … animi fiduciam, & de di…antia perſuaſionem, prioribus …audire æquum, juſtumque eſt. …dum, cujus examen præmitti …debet, eſt, cum Deus *rationem*, …cognitionem, & *externorum ſenſuum* …monium in natura inſtituerit, ut infalli…ces eſſent in *rerum naturalium* indagatio… duces, quæque proinde nobis in ea diſ…quiſitione, eſſe debeant tanquam *Dei verbum & ſigna ejus voluntatis*; quæritur, an Deus vel ex voluntatis ſuæ arbitrio, vel ex naturæ ſuæ perfectione ita ſe adſtrinxerit naturalibus iſtis adminiculis, ut vel veritas, vel juſtitia, vel etiam voluntaria ipſius inſtitutio (ex aliorum principiorum hypotheſi nunc neceſſaria) permittere nequeant, ut homo adminiculis illis bene utens tamen poſſit decipi, id eſt, an homo externorum ſenſuum bene conſtitutorum teſtimonio, conſideratis ante, quæ ſenſibus fidem conciliare ſolent, aſſentiens poſſit falli, & per conſequens, an illud teſtimonium, cujus eo modo Deus auctor eſt, poſſit eſſe falſum.

Reſpondemus, quamvis non patiantur Dei Sanctitas & veritas, ut homo teſtimonio à Deo in natura inſtituto fidem adhibens (pro quali teſtimonio habenda ſunt, *clare intelligere*, *audire*, *videre*, &c.) finaliter (ut ita dicam) erret, aberretque à veritate, permittere tamen Deum poſſe, ut homo teſtimonium illud ſequutus ad tempus erret. Idque quidem à Chriſtiano, qui Dei verbum pro veritate habet, in dubium revocari non poteſt. *Diſcipulorum*, cum Chriſto ad vicum Emmaus euntium oculi detinebantur, ita ut eum *non noſcerent*, ſed eum haberent pro alio, *Luc.* 24:16. Ita *Maria Jeſum* non noverat, *Joh. cap.* 20: 14.15. Vide quoque 2 Reg. 6:17. 18. 19. Et ex circumſtantiis textus apparet, non impeditum fuiſſe viſum eorum caligine, vel errorem eorum fuiſſe præcipitis judicii effectum, ſed alia oculis ipſorum fuiſſe objecta, quam quæ revera illis obverſabantur. Bene ergo viſu ſuo utebantur, atque recte judicabant ſecundum oculorum teſtimonium; quo quidem teſtimonio, veluti mandato dato divinitus & in natura inſtituto, homines credere jubentur, quæ ſenſus dictant: & nihilominus errabant. *Joh.* 16:5. alloquitur *Chriſtus* ipſum veritatis os, *Philippum*, tanquam ſi neſciret, vel non decreviſſet, quid cum turba famelica eum ſequuta ageret; & conſtat ex circumſtantiis ita Chriſtum verba & geſtus compoſuiſſe, ut vellet Philippum credere, *neſcire ſe*, quid de turba fieret; idque ad excitandam Philippi ſollicitudinem. *Fatendum certe* eſt, verba & geſtus Chriſti, in omnibus circumſtantiis ſuis conſiderata, cogitationis Chriſti vera ſigna non fuiſſe; atque ita factum eſt, ut & *iſti ſenſus*, & *verba*, quæ ex Dei inſtituto ſignificant, quid de re credendum ſit, hominibus erroris cauſa fuerint.

Ita ſolent homines citra veri *mendacii* peccatum ſimulare, ut veluti ludibundi itineris ſocios metu impleant, *ſollicitos ſe eſſe, quomodo foſſam ſint tranſituri*, quamvis ignotum illis non ſit alicubi tranſitum per aſſerem vel pontem dari, proximo incognitum. Ita fas quoque magiſtratui per campanæ ſonitum, qui non niſi incendii indicium eſt, cives revocare in urbem jam jam ab hoſtibus obſidendam, quamvis iſtius campanæ ſonitus inter cives tam verum incendii ſignum ſit, quam ſi per os præconis ejus certiores redderentur: aliud certe dicendum eſſet, ſi noſtra culpa proximus in errore maneret, vel fraus noſtra violaret civilium officiorum, quibus ſibi invicem homines obſtringuntur, jura-

jura. Primi generis mendacium verbale appellavit *Carteſius*: quod Dominus *de Bois* ad conflandam invidiam officioſum vocat. Utilitas, quam proximo mendacium affert, illud excuſabile non reddit. Poſſum citra peccatum eloqui, quæ non ſentiam ob id tantum ut noceam proximo, quando exempli gratia publicum hoſtem falſo ſcripto circumvenio: contra poſſum graviter peccare, quædam dicendo contra animi ſententiam, ut proximo proſim, ut quando exempli gratia dico, me alicui mittere merces ab ipſo emptas, mittoque ipſi alias, quas magis è re ipſius futuras, & plus emolumenti ipſi allaturas credo: quamvis id non fiat alio animo quam benevolo, & ut eo plus lucretur amicus, atque adeo licet ex eo lucrum revera percipiat, nihilominus peccatum eſt. Contra animi igitur ſententiam & mentem loqui tum demum peccatum eſt, quando id communibus hominum inter ſe officiis impedimento eſt. Quando vero illud officia illa non impedit aut turbat, mendacium verbale vocamus. Quando vero quæritur, an *contra mentem loqui* mendacium *verbale* vel *reale* ſit, conſiderandum eſt, an circumſtantiæ caſus, in quo verſatur dubitatio, utrum officia mutua, quæ inter cives obtinere debent, non exigant, ne proximus verbis fallatur. Ideoque fas eſt, bruta animantia verbis & actionibus decipere, quod inter nos & illa nullum jus, vel officiorum commercium intercedant. Judicet nunc lector, quæ ratio Dominum *de Bois* impulerit exclamandi, *quis non Chriſtianus ad talia vel lecta vel audita tota mente contremiſcat?* Quid vero ipſe aliud dicit, quando aſſerit Deum homini Spiritum erroris

hil longius à *Carteſii* ſententia abſuiſſe, quam Deum aliquem decipere, cum demonſtrationum ſuarum certitudo nitatur perfectione divinæ naturæ, quæ nec fallere poſſit, nec *permittere*, ut quiſquam adminiculis à Deo in natura inſtitutis ad indagandam veritatem bene utens decipiatur: atque huic quidem fundamento, ſcilicet, Deum neminem *poſſe fallere*, ſuperſtruit externorum ſenſuum teſtimonii certitudinem & firmitatem, concluditque, verum & certum eſſe, ſe falli non poſſe in eo, quod videt & animadvertit: cum alioquin Deus naturæ & ſenſuum externorum, quibus ſtandum ſit, auctor & conditor cauſa foret erroris.

Sed quia hæc res non exigui momen-
eſt, operæ pretium fuerit verba *Car-*
huic tractatui inſerere. Meditatione
*Imprimis enim agnoſco fieri non poſſ-*
*Deus me unquam fallat. In omni en-*
*cia vel deceptione aliquid imperfecti-*
*ritur; & quamvis poſſe fallere*
*videatur acuminis aut potentiæ*
*tum: proculdubio velle fallere,*
*vel imbecillitatem teſtatur:*
*Deum cadit. Deinde exper-*
*me eſſe judicandi facultat-*
*ut & reliqua omnia, quæ*
*accepi: cumque ille noli-*
*profecto non dedit, ut*
*ſim unquam errare.*

Ad hanc ſentent-
*Carteſii* objicit vir
cunda: *Negas De-*
*cipere, cum tame-*
*qui illud affirmen-*
*& alii, qui pu-*
*mentiri poſſe,*

*ſit, unde habes nos ab eo decipi*

quidem reſpondet Carteſius. *…cundas object. Cum nego Deum …eſſe deceptorem; puto me cum …phyſicis, qui unquam erunt aut …nſentire. Nec magis obſtant, …rium attuliſtis, quam ſi negaſ…rium attuliſtis, quam ſi negaſ… …aſci, aliisve animi commotioni…noxium:* & *objiceretis loca Scri…quibus Deo humani affectus attribu…omnibus enim eſt nota diſtinctio inter …loquendi de Deo, ad vulgi ſenſum ac…odatos;* & *veritatem quidem aliquam, …ad homines relatam continentes, quibus …cræ Literæ uti ſolent* &c. *unde perſpicu…um eſt, me tibi de mendacio, quod verbis …exprimitur, non eſſe loquutum: ſed de in…terna tantum* & *formali malitia, quæ in de…ceptione continetur. Quamvis itaque id, …quod aſſertur de Propheta: adhuc quadra…ginta dies* & *Ninive ſubvertetur, ne quidem …verbale fuerit mendacium; ſed tantum com…minatio, cujus eventus ex conditione pende…bat. Et cum dicitur Deum induraſſe, vel …quid ſimile, non intelligendum ſit, ipſum id …feciſſe poſitive, ſed tantum negative: grati…am ſc. efficacem Pharaoni ad ſe convertendum …non largiendo:* & *ſic porro. Cum enim Deus …ſit ſummum ens, non poteſt non eſſe etiam …ſummum bonum,* & *verum: atque idcirco …repugnat, ut quid ab eo ſit, poſitive tendat …ad falſum,* &c.

Sed quia hæc omnium atrociſſima eſt calumnia, qua Dominus de Bois *Carteſia…nos* impetit: non pigebit quædam ex libro Carteſii de prima Philoſophia hic apponere. *Primum Dei attributum quod hic …venit in conſiderationem eſt, quod ſit ſumme …verax,* & *dator omnis luminis; adeo ut pla…ne repugnet, ut nos fallat, ſive ut proprie ac …poſitive ſit cauſa errorum, quibus nos obnoxi…os eſſe experimur. Nam quamvis forte poſſe …fallere, nonnullis ingenii argumentum apud …homines eſſe videatur, nunquam certe fallen…di voluntas, niſi ex malitia, vel metu, vel im…becillitate procedit; nec proinde in De…um cadere poteſt.* Poteſtne de Dei veritate & juſtitia quicquam clarius dici & apertius?

Hac diſſertatione præmiſſa accedimus nunc ad controverſiæ caſus. Concedimus loquutos Prophetas & Apoſtolos, *Spiritus Dei*, qui nec mentiri nec falſum dicere poteſt, *impulſu*: loquutos, ut ab hominibus intelligerentur, ideoque lingua & loquutionibus uſos inter homines uſitatis. Quamobrem in ſcriptis illorum occurrunt omnes loquendi modi hominibus uſurpati, quos omnes tamen recte referas ad *proprios* & *improprios*. In eo nunc vertitur controverſiæ cardo, quæ regula in eruendo verborum ſenſu ſervanda ſit? Et hac quidem in parte rationem valere debere omnes conſentiunt: ſed quæ *ratio*? Nos dicimus, eandem hic locum habere, quæ in explicandis virorum doctorum ſcriptis obtinet. Nam conſtat, viros Sanctos in declaranda Dei voluntate verbis ſigniſque uſos, quæ tum temporis inter homines recepta eſſent: cum enim intenderint homines inſtruere atque erudire, neceſſe fuit, eos loqui eo modo, qui poſſent ab hominibus intelligi. Ut vero intelligerentur, debuerunt verbis & loquutionibus uti uſitatis inter nationes, quibus cogitationes ſuas mentis ſcriptis conſignabant: explicanda ergo ſunt & verba & locutiones Prophetarum ex conſuetudine inter homines recepta, ideoque nemo Scripturam legere & intelligere poteſt, niſi qui naturam & genium linguæ intelligat. Obtinet quoque inter homines & quidem inter ſapientiſſimos, ut iis loquendi formulis utantur, ut ex ſolis verbis dijudicari non poſſit, quid *doceant*, quod & Scripturæ infrequens non eſſe, intra exemplis demonſtrabitur: ex quo ſequitur, conſiderandum eſſe, quomodo linguæ alicujus idiomata, quorum ſenſus ex ſolis verbis erui non poteſt, explicari debeant: quæ explicandi regulæ in explicatione ſapientum verborum recepta in interpretatione Sacræ Scripturæ quoque valere debent.

debent. Conſtat autem abſurdum eſſe ſtatuere in explicatione verborum virorum prudentium, verbis præciſe adhærendum eſſe, quando ea κατὰ ῥητὸν accepta nihil *fidei analogiæ adverſum*, vel contradictionem *implicans* involvunt. Exempla rem illuſtrabunt. Qui dicit exercitum conſtare centum mille hominibus, vel viginti quinque mille in acie periiſſe, nihil equidem affirmat, quod vel rationi vel fidei analogiæ repugnat: atque ita quidem ex ſententia Domini *de Bois* nulla ratio foret à ſenſu literali recedendi; faceret is tamen injuriam tali viro, qui verba ejus captando concludere vellet, pro vero eum narrare, exercitum præciſe centum mille hominibus conſtitiſſe, & præciſe viginti quinque mille occubuiſſe in acie. Sed ſi affirmat, exercitum conſtitiſſe exempli gratia centum mille & novendecim hominibus, & in prælio necatos viginti quinque mille & novem, tunc verba illa præciſe ad literam accipienda ſunt. Quæ vero diverſitatis ratio? Non alia certe, quam conſuetudo hominum beneplacito innixa. Si ergo Dominus *de Bois*, per quartam ſuam interpretandæ Scripturæ regulam pagina 29. dictantem, *fas eſſe à ſenſu literali recedere, quando ſcopus & circumſtantiæ loci verbi propriam ſignificationem non admittunt, ſed reſpuunt*, nihil aliud intelligit, quam quod nunc diximus, ſtatuitque propter uſum & loquendi modum deſini poſſe ſenſum literalem, tum nulla quidem inter nos controverſia eſt, ſed tum cauſam tradit, meque injuria afficit, meam interpretandæ Scripturæ regulam, quæ revera ipſius eſt, impietatis ſuſpectam reddendo, conſiſtetque in eo tantum controverſia, an regula illa applicari poſſit Scripturæ locis de curſu ſolis loquentibus.

Quando vero tales loquutiones in Sacra Scriptura cum iiſdem circumſtantiis occurrunt, quid ni illa regula in verborum illorum explicatione valebit, ita quidem, ut aliquando pro conſuetudi[...]

ceptis verbis vel adhærendum ſit, vel fas ab illorum propria ſignificatione recedere. *Judic.* 20:2. dicuntur *Iſraelitæ* cum *Benjamitis* manus conferturi exercitum compoſuiſſe 400000 hominum: & verſu 15. *Benjamitarum* numerus dicitur fuiſſe 26000. 1 *Sam.* 8:5. 2 *Sam.* 24:9. 1 *Reg.* 10:14. & 12:21. *Matth.* 15:38. & innumeris aliis locis *numerus rotundus pro vero*, & *præciſo* accipitur. Ita quoque talis numerus ponitur pro vero numero alicujus regni, vitæ, & perſequutionis, *Judic.* 6:2. & *Cap.* 10:2. 1 *Reg.* 6:1. In quibus textibus licet à verbis recedere, idque ob loquendi modum, qui illud permittit.

Sed contra in textibus ſequentibus v[...]
bis adhærendum eſt. 1 *Sam.* 6:19. perc[...]
Dominus inter Beth-Schemeſchitas [...]
ros, & quinquaginta mille viros. J[...]
16. & totus Ciceræ exercitus in ac[...]
buit, ita ut ne unus quidem [...]
*Joh.* 21:11. Surrexit *Simon* [...]
xitque in terram rete, repl[...]
& quinquaginta tribus m[...]
Quod in explicandis hiſc[...]
verbis adhæretur, nunc[...]
nulla quidem alia ratio[...]
loquendi modo homini[...]

Adhuc nonnul[l]a a[...]
mus: quia recte dic[...]
tos eſſe ad bellum, [...]
nes & ſinguli bell[...]
ſint; ea locutio[...]
tat, locum S[...]
15:21. ubi d[...]
*Judæam* mo[...]
omnes nemi[...]
*ligna Ram*[...]
intelliga[...]
ctum fu[...]
los ſine[...]
Quia H[...]
rum, ve[...]
clina[...]

…*reſponſa* tantum ſenſu conveni- …*vero diſcrepent*; rationem no- … opinandi, incolas *Sukoth* & … eadem, quamvis verbis di- …itionem *Gideonis* reſpondiſſe, …r 8. Licet textus expreſſe di- …s *Phnuel* reſpondiſſe idem, … *Sukoth*. Stephanus refert *Act.* … dixiſſe Abrahamo, futurum, …jus peregrinaretur & ſerviret in …na quadringentos annos, quam- …15: 13. eadem Hiſtoria narretur …rbis, dicit nihilominus Stephanus, …mita loquutum Abrahamo.

…taetiam, quia locus, perſona, tem- …us, & loquendi modus non patiuntur, …ut de re quapiam, cujus in ſermone noſtro obiter & veluti in tranſitu ad rem principa- …lem, de qua intendimus aliquid *certi dice-* …re, docere, *affirmare* vel *negare*, mentio …fit, clare & diſtincte ſententiam noſtram …dicamus, non ſunt verba, quibus res, cujus tantum obiter mentio fit, exprimi- …tur, præter intentionem ea proferentis ita …capienda, ut putemus, propoſitum ipſi eſſe illis verbis aliquid docere vel *dogmatiza-* …re, quod quidem ex circumſtantiis orati- …onis & loquendi modis colligi poteſt. Ita dicimus Deum pacem & bellum, bo- …na & mala hominibus *immittere*, quamvis certum ſit, Deum aliter circa pacem, quam circa bellum operari. Ita dicimus quoque vitam hominis veluti *umbram* tranſ- …re, quamvis *umbra* non *tranſeat*. Nos noſmet cogere ad aliquid faciendum, quamvis voluntas cogi non poſſit. Eodem modo dicimus, tantas turbas excitatas, ut iis nobis caput *rumperetur*, quamvis integrum maneret, illæſumque. Alicujus caſum vel ruinam puncto *temporis* veniſſe, quamvis in tempore puncta non ſint. Ali- quem ne tantillum quidem detrimentum paſſum, ut ne quidem unicus capitis *ca-* *pillus* deciderit, quamvis fortaſſe decide- rit unus atque alter. Ita *Carteſianus* dicit, aliquem inſtar plumbi vel lapidis *ſubſidiſſe*, quamvis proprie loquendo in natura non ſit, quod *ſubſidere* vocamus.

Quando ergo Spiritus Sanctus hujuſmodi loquendi modis in Scriptura utitur, an tunc præciſe verbis adhærendum eſt. Aſſerendumque, quia *Spiritus Sanctus* dicit *ſolem oriri & occidere*, *ſubſtitiſſe*, *progredi*, *occaſum ſuum noſſe*, eum propterea *revera* oriri, occidere, & ſubſiſtere. Erunt igitur, hæc quoque Scripturæ loca ad literam interpretanda. *Pſalm.* 141:4. homo dicitur *vanitati ſimilis*, & *dies ejus inſtar umbræ præterire*; ergo umbra præterit. 1 Reg. 8:19. *Tu tamen templum illud non ædificabis, ſed filius tuus ex lumbis tuis proditurus.* Quid! Anne igitur ad procreationem quippiam faciunt lumbi vel renes? Et an non liceret medico vel Philoſopho de eo dubitare, ſalva auctoritate Sacræ Scripturæ? *Matth.* 5:35. *Non poteſtis unum capillum album vel nigrum facere.* Ergo id nulla arte fieri poteſt? Quique illud tentat, conatur aliquid, quod Deus declarat humanas vires ſuperare. *Jac.* 5:3. *Argentum & aurum veſtrum ærugine vitiatum eſt*; poteſt ergo aurum rubiginem contrahere. *Exod.* 12:30. *Nulla enim erat domus, in qua non aliquis mortuus eſſet*; ergo in tota Ægypto nullæ erant familiæ ſine liberis. 1 *Reg.* 1:40. *Populus canebat tibiis, atque in tantam hilaritatem effundebatur, ut ipſa terra præ ſonitu aperiretur.* Quid ergo! An credendum eſt, terram præ ſonitu revera *hiaſſe*, & an non fas eſt eo verba intelligere, eo modo, quo caput nobis dicitur *rumpi*? *Job* 26:7. 8. *Terram ſuſpendit inani, aquas nube ligat, neque tamen nubes rumpitur.* Ergo nubis extima firmiora ſunt ejus intimis, & interiora exteriora premunt adinſtar vini novi vas prementis, in quo tamen ex Jobi ſententia videntur miraculum & potentia divina conſiſtere. 1 *Cor.* 15:51. *Omnes mutabimur puncto temporis & jactu oculi.* Ergo credendum mihi eſt, eſſe in tempore *puncta indiviſibilia*. Exod. 15:10. *Flavit Spiritus tuus & operuit eos mare; ſubmerſi ſunt, quaſi plumbum in aquis vehementibus.* Matth. 14:30. Petrus

*Petrus autem videns ventum validum timuit, & cum cepiſſet demergere, clamavit.* Credendum ergo mihi eſt propter hunc Scripturæ locum ineſſe corporibus qualitatem, quam *gravitatem* appellamus: corpuſque grave non vi externa, ſed intrinſeca natura ſui, id eſt qualitate quam *gravitatem* appellamus, *ſubſidere*, & ad partes inferiores deprimi. *Matth.* 10: 10. prohibet Chriſtus diſcipulis, *baculum ſibi ad iter comparare.* Marci vero *cap.* 6: 8. præcepit eis, ut nihil aliter ſumerent niſi virgam tantum; neque tamen pugnant hæc Scripturæ loca, ſed ita explicanda ſunt, ut tantum nobis deſcribant mandatum Chriſti, quo vetuerit ea comparare, quæ ſolent iter facientibus oneri & impedimento eſſe. 1 *Reg.* 3: 12. ſcriptum eſt, *Ecce tibi feci, quod voluiſti, tantam tibi ſapientiam & intellegentiam dedi, ut nemo tui ſimilis fuerit ante te, vel unquam te ſequuturus ſit.* Quid! An ergo Chriſtus & Adamus ante lapſum inferiores ſapientia fuere Salomone. 2 *Reg.* 13: 25. *Nec ante nec poſt Joſuam fuit rex ipſi ſimilis,* & tamen David eum ſuperavit. *Eſech.* 5: 9. habetur, *& faciam inter vos, quod nec feci unquam, nec poſtea facturus ſum.* Loquitur Propheta de devaſtatione urbis & populi Judaici ærumnis. Quod ſi ea verba κατὰ ῥητὸν explicanda ſint, conſiſtere cum iis non poterit prædictio Chriſti dicentis, *iis diebus talem futuram afflictionem, qualis non fuerit à principio rerum conditarum, quas Deus creavit, uſque ad hoc tempus, neque fiet.* Dicimus ergo in explicatione talium textuum verbis non eſſe adhærendum, cujus ratio non eſt, vel textuum pugna, vel rei contradictio, cum judicium noſtrum de rei poſſibilitate vel impoſſibilitate valere non debeat adverſus Scripturam, nec analogia fidei in horum textuum interpretatione cau-

textibus abſurditatem pariat, cum in iis de multis rebus ſermo fiat, quæ abſurdæ non eſſent, licet loca κατὰ ῥητὸν explicarentur: & præterea valere non debet judicium noſtrum adverſus Spiritum Sanctum aliquid docentem vel dogmatiſantem, ſed tum obmuteſcendum eſt homini, quando Deus loquitur.

Jam ergo probatum dedimus, verbis Sacræ Scripturæ non eſſe ſemper adhærendum; nec ea verba nobis fidei regulam eſſe: obtinere inter homines nec Sacræ Scripturæ quoque eſſe inuſitatum: ut verba extra propriam atque originariam ſignificationem uſurpentur. An vero textus de ſolis *motu* & terræ *quiete* loquentes ita explicari non poſſint, judicet æquus lector. Quod ut rite fiat, conſiderandus primum textus eſt cum ſuis circumſtantiis, diſpiciendumque an non permittat eum quem diximus, ſenſum improprium: d inde examinandum eſt, an ita conſu ſint adverſariorum objectiones, ut reat, nullam eſſe vim illatam Sac pturæ: ex quo quidem ſequitur, S Sanctum verborum ad docendu *gmatizandum* prolatorum ſign hominum judicio relinquere lege, ut in ea explicatione nec ratione abutantur; q ſuæ compos id negaverit textus verba nihil doce regula fidei non ſunt, candum eſt intellectu nendum. Neque ta Scripturam auctori ab humano intelle dicandum, an v ad docendum vel diſcrepat à ſe ditatem vel co credamus, n

olligendum non eſſe, Sacr... evera teſtari atque docere iis ſmodi operationes in beſtiis verum conſiderandas eſſe, nodi circumſtantias, dignoſ- n Spiritus Sanctus iis ſpei at- ionis verbis aliquid teſtaretur t, an vero iis nihil docere ſive intenderet. Hic jam ſibi la- um apertum putat Dominus de ctuſque adverſarii ictui denuda- expoſitum. Lubet autem totam liquanto accuratius examinare, quo eat quam longe Dominus *de Bois* abſit ſinceritate & candore in refutanda de- monſtratione, &c.

Dicit me ſentire beſtias *anima carere*, atque audiviſſe ſe ex me, *perſpicuum qui- dem eſſe beſtias inanimatas eſſe*. Hunc in fi- nem pervertit verba mea, iiſque pagina 22. & 32, 33, 34. ſenſum ſcopo ſuo inſer- vientem tribuit. Ego quidem certus ſum, me illud nunquam dixiſſe, multo minus in tractatu meo docuiſſe. (Tribuo enim il- lis animam ſed non ſpiritualem.) Quod ut pateat, inſpiciendus tantum eſt ipſe tra- ctatus, ex cujus lectione tota hæc lis diri- mi poterit. Deinde judico, ſententiam Domini de Bois tribuentis brutis animanti- bus *intellectum*, *cognitionem*, *ſpem*, & *exſpectationem*, non tantum falſam eſſe, ſed periculoſam quoque, aptamque of- fendiculum parere. Intellectum enim, *co- gnitionem*, & ſpem brutis animantibus tri- buere quid aliud eſt, quam ſtatuere, illa prædita eſſe *anima rationali*; atque proin- de animam humanam in natura ſpirituali, brutorum animæ ſimilem eſſe. Quin imo ex ſententia Domini de Bois brutis quo- que voluntas tribuenda eſt. *Gratum* enim eſſe, *ingratum*, *exſpectare*, *ſperare*, he- rum ſuum tanquam *benefactorem noſcere*, quemadmodum ſervi aut famuli heros ſuos noſcere tenentur, id quidem certe abſque ratione, & voluntate fieri nequit. Neque

eſſe inſtar intellectus humani, quemadmo- dum Dominus *de Bois* loquitur pagina 34. Nam ita quoque dici poſſet, & lapides ſuo modo ſentire, ſed non quemadmo- dum animantia. Nam & illi ſecundum na- turæ leges deorſum impelluntur: & ſi- quidem Dominus *de Bois brevium Annota- tionum Auctori* aſſentiatur, tam de lapidi- bus dici poſſet, eos judicio & cognitione pollere, quam de ſole citra tropum affir- mari poteſt, cum ortus & occaſus ſui con- *ſcium eſſe*. Quod ſi ex *ratione* & *voluntate* concludi poſſit, eſſentiam iis facultatibus præditam *Spiritualem* eſſe, recte quoque concludas, animam brutorum Spiritum eſſe. Et cum ex ſententia Domini *de Bois* anima brutorum, utpote & imbecilla, & ex corpore proveniens, una cum eo neceſſario moriatur, quid supereſt aſſe- rendæ animæ humanæ, quæ & ipſa quo- que *Spiritus* eſt, *immortalitati*?

Præterquam quod idem quoque ſequa- tur ex argumentandi modo, quo utitur Dominus *de Bois*. Nam ad probandum *amorem*, *prudentiam*, *ingenium*, *ſapienti- am*, *ſpem* atque *exſpectationem* in brutis revera locum habere, atque proinde in textibus eadem beſtiis tribuentibus non recedendum eſſe à verborum proprieta- te, dicit Deum ex illis brutorum opera- tionibus & virtutibus argumentum eli- cere, quo hominem convincat, oppo- nendo brutorum *gratitudinem*, *amorem*, *induſtriam*, *diligentiam*, quorundam ho- minum *ingratitudini*, *odio*, *ſtupiditati*, & *ignaviæ*. Exempli gratia *Eſai*. 1:3. habe- tur, *bovem noſſe ſuum poſſeſſorem*, & *aſi- num Domini ſui præſepe*: *Iſraëlem vero nec cognoſcere*, *nec intelligere*. Nullius ponde- ris foret hæc convictio (id enim argumen- tum eſt Domini de Bois) ſi prædictæ virtu- tes in bruta non cadant. Poſſet enim Pro- phetæ objici, nihil ad rem pertinere bru- torum actiones, nec poſſe iiſdem homi-

nes

nes ſtupiditatis & ingratitudinis convinci, cum bruta (quemadmodum omnia inanimata,) abſque ſenſu & cognitione, judicio, vel diſcrimine inter herum & extraneum, inter benefactorem, & eum, à quo læſa ſunt, adinſtar lapidum in objecta ferantur: cum contra homo utpote intellectu & cognitione præditus à malo poſſit ſeduci. Atque hoc quidem argumentum eſt, quo conatur probare Dominus *de Bois*, prædicta Scripturæ loca ſecundum literam intelligenda eſſe; & ideo brutis cognitionem domini & gratitudinis virtutem tribuendam.

Sed videat quæſo lector, argumenti hujus, quod tanti facit Dominus *de Bois*, imbecillitatem. Ita enim & nos argumentabimur; ſi bruta non habent *libertatem* & *arbitrium*, quemadmodum homines, ſed tantum, utpote *rationis expertia*, citra volendi vel eligendi facultatem, ſolo naturæ inſtinctu impelluntur, ab omnibus cogitationibus reluctantibus libera, poſſet homo increpanti Deo regerere, urgeri ſe non poſſe brutorum actionibus, quæ voluntate & arbitrio deſtituta, ſine affectuum pugna ſola naturæ conſtitutione & corporis temperamento actiones ſuas edunt, nec aliter *poſſunt operari*, quam pro objectorum eorum ſenſus afficientium efficacia; opus vero & laborem eſſe, *voluntatem* ſuam regere, & peccatorum blanditiis reſiſtere, quæ cum in brutis locum non habeant, quæ quæſo ad revincendam hominis malitiam ineſt vis argumento deſumpto ab actionibus brutorum? aliter ſe res haberet, ſi brutis tentationi ſeductionique ſubjectis (quod ſecus eſt) affectus *ingratitudinis* & *odii*, moleſtia atque labore expugnandi eſſent. Ut igitur ex ſententia Domini *de Bois* vim habeat prophetæ argumentum, neceſſe eſt, ut voluntatem habeant bruta: [illegible]

*habere*, nullius ponderis eſſe. Statuunt enim Dominus *de Bois*, & veteris Philoſophiæ ſectatores, brutorum animam ex corpore *provenire*, & per idem *procreari*; & propter naturæ ejus fragilitatem ſine corpore ne ad momentum quidem ſubſiſtere poſſe, ni & cum corpore, atque ſecundum ejus conſtitutionem ſemper operari. Quid! poteſtne tam iners & fragilis ſubſtantia, quæ non aliter operari poteſt quam ſecundum corporis temperamentum, tam mirificas operationes edere, quidni & idem poſſint corporis à Deo, & natura tam affabre facti partes, cum & animæ brutorum ex conſtitutione corporis operentur. Ita ut omnibus bene expenſis anima brutorum ex ſententia Domini *de Bois* in brutis tantummodo ſentiat, atque anima ita per ſenſum prima cauſa ſit certi motus in corpore, non ſentiens tamen aliter, quam corpus eam afficit, atque ad eum ſenſum non aliam operationem exerens, quam pro corporis *conſtitutione*; ita ut omnia in brutis non tantum fiant neceſſario, ſed etiam ut omnes brutorum operationes fiant ſecundum *temperamentum, formam* & *conſtitutionem corporis*. Cum certum ſit, brutorum anima ad admirandas illas operationes ex purum ſenſum nihil magis facere, q aliquis tibiam variis modis perfor inflans facit formandæ ſonorum vari Ita quidem ut clarum ſit, ex ipſa co ni ſententia, omnes brutorum acti *admiranda corporis machina* depend ſi Deus omnipotens corpus bruto affabre condere potuerit, ut or rationes eatenus à corpore p quid obſtat, quominus partes ſibi invicem reſpondeant, u mæ operationem vel ullum ſum cauſæ nonnullæ in alic partes ita operentur, ut pro

brutorum animæ, ex ſen-
: Bois ex corpore traductę,
momentum quidem vel
ranti, voluntatis quoque
erti, nullasque unquam
enti, quam ſecundum
notus & quietis, quam
randæ corporis machinæ
at anima brutorum (ſenſa-
riorum ſententia excepta)
t in eorum corporibus, &
las illorum operationes,
dium ſit, quo motus natu-
rum corporibus ſe invicem
tus leges ſequantur, qui qui-
s propterea, quod tam affabre
lorum corpus, ſunt admiran-
vero ratio imperat hanc ſolam
m, quæ à mille aliis, quæ tan-
rpori tribuenda ſunt, ſuperatur,
adſcribere, ſi Deus ſine animæ in-
nu poteſt operationes naturæ per to-
orbem conditum ita ſibi invicem ſub-
dinare, ut ex eo emergat tam ſtupendus
do, cui etiam brutorum operationes
ubjectæ ſunt, non minus, quam ſuo tem-
peramento & corporis conſtitutioni, quam
habent à natura, cui parent. Cur incredi-
bile videatur, bruta mirandas ſuas opera-
tiones edere ſine animæ interventu, ſi
communis naturæ vi ſine anima operantis,
ex corporibus putrefactis beſtiæ, proveni-
unt formæ tam mirandæ & artificioſæ,
(quæ hactenus communis Peripatetico-
rum ſententia fuit: quamvis à veritate
aliena) cur non eædem beſtiæ tam artifici-
oſo corpore præditæ actiones edere poſſint
mirandas ſine animæ interventu. Quæ
vero prudentia, quis intellectus, quæ cura
brutis tribuuntur, quæ non eadem adſcri-
bantur naturæ?

Deinde, quando animadvertimus, mi-
randos in corporibus noſtris ſine cogniti-
one & voluntate, & proinde ſine animæ in-
terventu motus, quis mirabitur, bruta
quamvis inanimata idem poſſe ſine animæ
interventu? Quin imo, re ut oportet,
conſiderata, comperiemus, ea, quæ in
brutis conſpicimus ſtupenda, admiratione
noſtra digniora non eſſe, iis, quæ in her-
bis & plantis, quæ tamen animata non
ſunt, videmus. Quid vero mirabilius quam
partes alimenti, quo flos creſcit, ita diſ-
tribui, temperari, & miſceri, ut flos &
forma & colorum varietate ſimilis ſit pro-
pagini? Quin imo quid magis ſtupendum
in brutis, quam procreatio? Atque illa
tamen in ſe conſiderata non magis argu-
mento eſſe poteſt, bruta animam habere,
quam ex eo quod plantæ ſui ſimiles produ-
cant, colligi poteſt, eas animatas eſſe,
vel ex eo, quod natura ex corporibus pu-
tridis, beſtiolas procreet, concludi poteſt,
& ipſam animatam eſſe; quæ omnia ſi per-
agi poſſunt abſque animæ beneficio, quid
ni & actiones formicarum, hirundinum,
ſerpentum, &c. edi poſſunt abſque ani-
mæ interventu? An conſpiciuntur in eo-
rum actionibus plures admirandæ opera-
tiones ſeſe invicem ſubſequentes, quam
in eo opere, quo corpora in procreatione
producuntur & perficiuntur? Non equi-
dem putem. Quia vero in matris corpore
formamur ſine cognitione noſtra vel inter-
ventu voluntatis, multas autem alias ope-
rationes nobis cum brutis communes exe-
rimus cum cognitione, cura & intellectu,
nobis perſuademus, ſimilia à brutis edi
non poſſe ſine anima, intellectu & cogni-
tione; cum tamen operationes omnium
maxime ſtupendas, ut procreationem creda-
mus nulla cum cognitione vel intellectu
brutorum peragi, ſed ſoli naturæ accepta
ferenda eſſe. Similitudini igitur, quæ in-
ter quaſdam brutorum operationes & no-
ſtras, quas cum judicio exerimus, inter-
cedit, tribuendum eſt, & non ipſis admi-
randis brutorum actionibus, quod creda-
mus intellectum & cognitionem brutorum
quoque actiones comitari. Abſurdum er-
go eſt à Carteſianis poſtulare probationem,
quomodo corpus tam artificioſum produ-
ci poſſit, ut ex eo ſine anima tam mirandæ
operationes emergant, atque eos, cum ejus

ejus rei rationem vel reddere nequeunt, vel de ea aliis perſuadere, habere ludibrio. Nam & libenter ex Domino *de Bois* didicerim, quomodo plantæ & herbæ ſine *anima ſenſitiva* creſcant; quod cum demonſtrare non potuerit, non putabo tamen, ex eo concludi poſſe, plantas *animam ſenſitivam* habere. Quia demonſtrari igitur nequit, quo pacto ſola operatione corporali tam miranda in natura edantur; nec artificioſæ quoque brutorum operationes argumento mihi erunt, ipſa animam habere, ſed longe aliud, de quo quidem impræſentiarum non diſſeram.

Sed dicat aliquis, quæ ergo eſt vis argumenti, quod à brutorum exemplo petit Spiritus Sanctus ad arguendam noſtram ingratitudinem & imprudentiam; atque excitandam ſollicitudinem, cum ejuſmodi *operationes* in bruta non cadant. Reſpondemus, cum homines ratione præditi in hujuſmodi brutorum actionibus aliquid boni & quod imitandum eſſe arbitrantur, deprehendant, recte Spiritum Sanctum ab illis brutorum operationibus hominibus eo, quo diximus, modo probatis ut utilibus, & ut imitandis materiam mutuari, homines arguendi, eosque ad virtutes, quarum umbram etiam in brutis amamus, excitandi: atque licebit hoc modo argumentari, ſi Dei providentia tantopere laudanda eſt, exempli gratia in *formica*, quæ ſibi de victu, quem ſibi colligit, reconditque, proſpicit, quanta noſtra *incogitantia* eſt, qui futuri curam abjicimus: & ſi hæc diligens formicæ induſtria in futurum provida utilis & fructuoſa eſt, quæ noſtra negligentia, qui torpor eſt, ut negligamus earum rerum nobis copiam facere, quæ famis & inopiæ tempore uſui futura ſint? Si vero argumentum hoc modo propo[illegible] multo erit validius, tu ô homo, viam excuſabis? Si probas *ovis* vel *columbæ* manſuetudinem, cur vindictæ & iræ fræna laxas? Neque proinde neceſſe eſt, ex hujuſmodi locutionibus concludere, *docere* Spiritum Sanctum, bruta vero *intellectu* prædita eſſe, ſed id tantum, æquum juſtumque eſſe, ut homo faciat ipſe, quod laudat in brutis, quodque homini, ſi id imitetur, & commodo & honori futurum eſt, cum ſint actiones, ob quas homo, qui eas abſque virtute edere nequit, laude præmioque dignus ſit.

Qui vero putat, ſcopo Spiritus Sancti in hujuſmodi textibus ſatisfieri non poſſe, niſi ita explicentur, ut aliquid amplius *doceant* de facultatibus brutorum, puta eorum *intellectu*, *ſpe* & *exſpectatione*, is utatur ſua libertate, ſentiatque de eo, quod verborum ſignificatio, textusque circumſtantiæ ſibi poſtulare videntur. Ego quidem cum nemine ea de re vellem contendere, quamdiu manifeſtum mihi non eſt, ad infringendam vel imminuendam Scripturæ auctoritatem aliquem pertinaci rem defendere, quæ meo judicio v non eſt. Superbiam atque nimiam do nandi libidinem præ ſe fert, qui judi ſuum ceu legem alteri vult obtru præterquam quod tam abſurdum orum ſententiam ferre nolle, quis ægre ferat, cibum, quem poris judicat, alterum non del quemadmodum mores fere ſec peramentum corporis, eo et noſtrum inclinamus, quo affe quod nemini mirum videri judicare ſit operatio volun tellectus; ideoque quis ſuperbit, honorique du re, & contra ignomini judicio carere. Sicut habemus eandem vol dem mores, nec æg

*us addictus lector*, quam *Dominus de Bois* ſuper *Scripturæ regulis in hæc di. Valde dubitamus, an qui inter Chriſtianos divini ne delibare quidem auſus am ejus vim potuerit pejores excogitare.* Nos quidem re miramur, aſtutiam hu- oſtis, qui ad ſubvertendam onem ac pietatem Eccleſiæ as tam deteſtanda impotentis t conſilia, ut non vereantur æ membra à ſeſe in ferendis s diſſentientia, abominanda- eſium libris in lucem editis rea , idque per religionis ſpeciem, os & vitioſos ſuos affectus incru- cum revera nihil aliud ſibi propoſi- habeant, quam in Eccleſiam domi- , & ſententiam ſuam per non feren- m ſuperbiam velle ſolam valere & ratam ſe: contradictores traducendo veluti Dei & Sanctorum hoſtes, Deumque at- que conſcientiam ſuam teſtando; quibus ineptis clamoribus attonita plebs facile ſi- bi perſuadet, zelum atque pium animi impetum eſſe, quam oſtendunt animi im- potentiam: immemor ejus, quod dicit Chriſtus, futurum, ut illi, qui diſcipu- los ſuos necarent, putarent ſe gratum offi- cium præſtare Deo. Qui in majores no- ſtros ob opinionum in religione diſſenſum & laqueis, & vivicomburiis ſævierе, te- ſtati quoque ſunt & conſcientiam ſuam, & cauſam Dei. Quid vero hoc diſputationum acrimonio & vehementia aliud effectum eſt, quam quod, non dico in Chriſtianiſ- mo, ſed in ipſis Reformatæ & purioris fi- dei Eccleſiis charitas ipſa Eccleſiæ Dei anima extincta ſit. Et quod ejus locum oc- cupent odium, ira, invidia, & proximi detrectatio, & pro maximis zelotis ha- beantur, qui in proximum impotenter in- vehuntur, quique inter vitia ponunt ani- mi moderationem, & proſcribunt opinio- num quas ferendas hucusque judicavit Ec- cleſia, tolerantiam.

Atque in eo quidem certe deploranda eſt vulgarium membrorum Eccleſiæ ſors, quæ ab antiſtitibus, quos ad virtutem duces eſſe oportebat, ſtimulata, aliorum ma- los animi affectus ſine judicio ſequuntur, judicantia, damnantia, criminantia, & perſequentia omnes, qui non bene con- venientes cum quibuſdam paſtoribus, qui imperitæ plebis ſtudio in altum evecti, & inde ſibi animos ſumentes, in omnes ſu- percilium tollunt, & Papalem tyranni- dem exercent, ab iiſdem impietatis & here- ſeos inſimulantur. Hæc non mei vel meo- rum cauſa dico & deploro, Deum teſtor, ſed quod nihil ardentius cupiam, quam ut vera virtus non ab inconſtantis plebis vel eam ducentium teſtimonio, ſed à ſe ſplendorem ſuum mutuata, in Eccleſia & in Republica in pretio ſit: atque ut pii non æſtimentur ex judicio paucorum pro- prio honori & quæſtui ſtudentium, atque utilitatem publicam, prætexentium com- modis privatis, & ſibi ſuiſque titulum & poteſtatem *Eccleſiæ & populi* vindicanti- um. Qui ſibi revocant in memoriam hiſto- rias & veteres & novas, comperient, ſemper iiſdem veſtigiis inſtitiſſe, quot- quot unquam & Eccleſiam & rempubli- cam turbarunt, quorum impios conatus ſubſequuta eſt utriuſque ſubverſio; quæ vitia cum inter nos quoque obtinent, me- rito veremur, ne idem nos maneat even- tus & exitus.

Sed ut ad propoſitum revertamur, quam cauſam habet Dominus *de Bois*, ut in me, quin potius in membra ſua, imo *collegas* (quos demonſtrationis meæ aucto- res putabat antequam libro in ſecunda edi- tione nomen meum inſcriberem) tam im- potenter invehendi. Fatetur pagina 28. me in tractatu meo ita loqui de Scripturæ auctoritate, ut nemo Reformatus mihi contradicturus ſit, citatque verba mea initio tractatus, ubi expreſſe ago de aucto- ritate Scripturæ, ſententiamque declaro de ejus interpretandæ regulis. Quod ſi igitur

igitur peccatum eſt in uſu, & applicatione iſtarum regularum, & Sacræ Scripturæ non ſit tributum quod ipſi competit, certe errore peccatum eſt, non bene applicando ad Hyhotheſin & controverſiam, de qua agebamus, bonas & Domino *de Bois* laudatas interpretandæ Scripturæ regulas. Quid vero æquus rerum æſtimator non improbaverit alicujus ſententiam per conſequentias ipſi auctori improbatas; & quas auctor non admittit, veluti obtorto collo trahi in ſenſum à mente auctoris alienum, eumque ſenſum auctori imputari.

Aliud eſt, abſurdas alicujus ſententiæ conſequentias demonſtrare, aliud eas alicui imputare tanquam ſententiam à ſe ſuſceptam; & quam tueri contendit: atque tum plenis calumniarum velis in proximum invehi. Ego quidem certe exiſtimo nihil eorum, quæ divina nobis largita eſt liberalitas pretioſius nobis quicquam obtigiſſe, quam Dei verbum, cæleſtem & nunquam ſatis æſtimandum theſaurum. Sed nemo melius ejus pretium æſtimaverit, quam qui prævio & proprio examine iidem fidem ſuam ſuperſtruit, quique conſideratis humani intellectus imbecillitate, & animi affectibus atque cæcitate, periculoſum judicat fidem ſuam concionatorum judicio & auctoritati ſubjicere: & ita pendere ab eorum ore, ut ſibi ipſi ferme interdicant omnem de religione æſtimationem: & quia prædicatores inde ſperant additamenta ſuæ factionis non ægre ferunt plebem ſibi ita addictam habere: nam jactatione ſtudii plebis ſummis & infimis ſibi non parentibus metum & pericula intentant. Hinc quoque palam eſt, plebem in religionis negotio ita totam à concionatoris ſententia fidem ſuam ſuſpenſam habere, ut hac in parte non multum à Papatu abeat. Et oſtendunt ſe Scripturam non ma[illegible], qui au[illegible]

ad concionatoris munus non vocatum Sacram Scripturam legere, & Theologicas quæſtiones tractare, tanquam ſi Biblia & Theologia profanarentur, quando aliquis privatus manus illis admovere ſuſtineret: nolunt quempiam altari ſervire, niſi ex eodem alatur; non ſecus & ſæpe non minori cum ſuperſticione ad os concionatorum oculos intendunt, quam Pontificii ſolent reſpicere Papam indulgentias diſtribuentem. Non diſplicet quidem iis inſtitutus de Dei verbo ſermo; ſed impatienter ferunt aliorum explicationes à ſuis diverſas, atque ita tandem ad Papatum relabimur, ſed de hiſce ſatis.

Nos quidem exiſtimamus hoc reſponſum refutando libro Domini de Bois ſufficere. Cum fere omnia confutata ſint, & lectori rerum intelligenti ex jam dictis haud ita difficile ſit conjicere, quid ad alias criminationes adverſus Carteſianam Philoſophiam reſponderi poſſit. Sed quia video mihi rem eſſe cum homine, qui ſi-
lentium culpæ confeſſionem interpreta-
tur, adjiciam nonnulla ad refellendas r[...]
quas accuſationes. Dicit pagina 20. [...]
*teſium* de rerum creatione aliter lo[...]
quam Dei verbum: quod accurat[...]
plicandum eſt. *Carteſius* confitet[...]
ditque, mundum juxta Scriptura[...]
creatum eſſe. Verum ut erat [...]
genio, conſiderans, quomod[...]
mundo ex nihilo creato per c[...]
& leges, quas *naturam* voc[...]
tur, quod ſit per cauſas [...]
animadvertens inſuper o[...]
corporales, mutuis nex[...]
ſibi invicem junctas, in[...]
quibus veluti rotis ha[...]
machina, quam mun[...]
opus ſuum peragat, c[...]
ma[illegible]quam, & præ[...]

*perfectione fuiſſe creatum, ita*
*& luna, & terra & ſtellæ ex-*
princ. Philoſ. part. 1. Sect. 1.
*velim, corpora hujus mundi*
*ita unquam fuiſſe illo modo,*
*riptus eſt.* Sed, abſurdum
, Deum, qui quidem mun-
ex nihilo, ſed eundem quo-
is conſervat per cauſas natura-
udimus tamen Dei providen-
cooperationem) conſtituiſſe
uſas primas, quæ veluti in alias
ntur, atque ita naturam conſer-
quæ, ſi ita placitum fuiſſet Deo,
t cauſæ eſſe talium creaturarum,
e nunc in natura per creationem ſe-
m illas leges, operantur, ſecundum
etiam operari poſſent, ſi placuiſſet
o per cauſas naturales priores aliquas
eaturas producere, atque eo modo mun-
a creationem à minori perfectione incho-
are, quas creaturas Deus nunc quidem
abſque ullarum *cauſarum naturalium inter-*
*ventu*, per creationem produxit, inditis
illis iis *regulis & operandi legibus* non aliter,
quam ſi à prioribus & altioribus cauſis na-
turalibus originem haberent. Id certe à
nemine negari poteſt, quin potuerit Deus,
quemadmodum primo terram creavit,
quam deinde herbas producere juſſit, pri-
mo condere certum corpus, iique indere
talem motum, ut ex eo terra, ſol, luna,
& ſtellæ provenirent, quemadmodum
nunc naturæ vi, tot creaturæ producun-
tur. Porro negari quoque non poteſt, *na-*
*turæ* vim ineſſe, (quod nos docet ejus con-
templatio) quæ ſecundum certas regulas
operatur, quæ vis nunc quidem accepta
ferenda eſt creationi, quemadmodum
ea in Dei verbo traditur, ſed quæ ita quo-
que conſiderari poteſt, ut potuerit origi-
nem habere ab alia cauſa naturali, à qua
Deus exordiri potuit mundi creationem,
tribuendo iſti cauſæ talem vim, ut po-
tuerit eas creaturas producere, quas nunc
ſcimus creatas eſſe. Ita Deus potuerat in
creatione terræ & maris per eandem crea-
tionem ſimul producere omne *herbarum*,
*animantium* & *piſcium* genus, verum id
noluit, ſed contra ipſi placuit in iis pro-
ducendis terram & mare intervenire. Ita
dixit Deus, *Producat terra gramina*, Gen.
1: 11. Et *aquæ abundantiam viventium*,
verſ. 20. Ita Deus aquas in *unum locum coë-*
*git*, indita iis certa vi, qua ſe poſſent in
eum locum recipere, cum Deus eas po-
tuerit in eo loco creare.

Et quemadmodum Scriptura nos do-
cet, aquas per univerſum orbem diſper-
ſas in unum locum collectas mare efficere:
ita etiam potuerat Deus corpus aliquod
creare, ex quo per totum univerſum diſ-
perſo provenire poterant ſol & ſtellæ, ju-
bendo, ut id corpus ſecundum certas mo-
tus leges in varia loca ſeſe reciperet. Non
legimus quidem id factum, ſed negamus
impium eſſe, indagare, quo pacto id fieri
potuerit: præcipue cum videamus, cau-
ſas naturales ſecundum tales leges operari,
tanquam ſi initio creationis omnem perfe-
ctionem non habuiſſent, vel eam ἀμέσως
à Deo non accepiſſent: verum tanquam
ſi Deus primum condidiſſet cauſam pri-
mam naturalem, & ejus operatione creatu-
ris, & naturæ eam indidiſſet vim, atque
eas leges, ſecundum quas nunc operantur.
Quid in eo eſt quod Scripturæ repugnat?
Quamvis credam, Deum magnetem una
cum terra creaſſe, an propterea nefas mi-
hi indagare, quomodo natura potuiſſet
magnetem producere.

Accuſat porro *Carteſianos*, quod Dei
infinitatem negent pagina 23. ad quam qui-
dem criminationem reſpondemus, mul-
torum *Carteſianorum* ſententiam eſſe, cum
extra univerſum *nihil omnino* ſit, & *ali-*
*cubi* eſſe præſupponat *alicui rei præſens*
eſſe, quando nulla res dici poſſit *ali-*
*cubi* eſſe, quæ *ſola* ſit, de Deo affirma-
ri non poſſe, eum eſſe *hic* aut *illic*, quan-
do *nihil* eſt *omnino*; idque ſecundum lo-
quendi modum Theologis uſurpatum, ſta-
tuentibus, Deum ante creationem & re-
rum naturam ſibi præſentem fuiſſe: cum de

de Deo dici non poſſit, fuiſſe eum *alicubi*, cum ante creationem non fuerit *alicubi*, quando *alicubi* eſſe ſignificet alteri rei *præſens* eſſe, cujus rei reſpectu dicimur eſſe *alicubi*. Satis intelligit, ut opinor, lector, diſcrimen intereſſe inter *eſſe*, & *eſſe alicubi*. Deus erat ante creationem, ſed de Deo dici non poteſt ante creationem eum fuiſſe *hic* aut *illic*: cum extra Deum nihil fuerit omnino: & *hic* aut *illic* intelligi non poſſit, niſi quando dantur duæ res diverſæ. Poſt creationem vero Deus non tantum eſt *alicubi*, ſed *ubique*, id eſt ubicumque eſt aliquid, & ubi Deus de novo aliquid producit, ibi eſt quoque: cum autem extra univerſum nihil ſit *omnino*, & *alicubi* & *ubique* eſſe tantum ſignificent iſti & omnibus rebus *præſens* eſſe, proprie affirmari non poteſt, *hic* aut *illuc* eſſe, ubi nihil eſt omnino. Non eſt ergo Deus proprie loquendo extra univerſum, ubi nihil eſt, non magis quam ante rerum creationem, quando præter Deum *nihil* erat *omnino*, dici potuit Deus *hic*, aut *illic*, aut etiam *ubique* fuiſſe, cum non darentur *hic*, *illic* aut *ubique*. Et ſicuti ante creationem tantum fuit *æternitas*, ſed non tempus, ita nec de Deo dici poteſt, eum *tunc* aut eo tempore, aut *ante* illud tempus, aut *omni* tempore fuiſſe; cum ejuſmodi momentorum diviſiones in ante & poſt, in longius & brevius, eſſe non poſſint, quam in re, quæ in *duratione* ſua extenſa ſit, cujuſmodi *duratio* ante univerſum creatum non fuit. Ex quo recte concluditur mundum non potuiſſe prius creari, cum *prius* & *poſterius*, *ante* & *poſt*, cum ipſo univerſo tantum originem ceperint. Idcirco dicit Moſes, *Deum creaſſe* cœlum & terram *in principio*, quod *principium* incepit cum ipſa creatione; quemadmodum omnia rerum *principia* incipiunt, quando primum creantur: quo quidem principio nec prius nec poſterius dari poteſt: verum hoc vel ...t primum principium produ-

temporis, quod cum creationis principio incepit, productum eſt. Sed ex eo non ſequitur potuiſſe mundum vel momento prius condi quam creatus eſt, cum tempus non magis poſſit decurtari, quam corporum extenſio minui: & quemadmodum unum corpus aliud penetrare nequit, ita nec *temporis vel ſucceſſionis* partes ſe invicem penetrare poſſunt. Et ſicuti univerſum alio loco collocari non potuit, quam quo nunc eſt, cum ſecum locum attulerit, & ante creationem nullus prorſus fuerit locus, nec proinde in nihilo ſive in non loco (ut ita dicam) nullæ partes, quarum reſpectu univerſum hic vel illic potuiſſet locari: ita nec creationis *principium* potuit prius eſſe vel *poſterius*, quia ante creationem non magis fuit *prius* & *poſterius*, quam hic aut *illic*. Quemadmodum igitur univerſum pro materia ex qua conſtat, neceſſario magnitudinem ſuam habet, ita & mundi *duratio* ſuam quoque magnitudinem habet ſecundum ſucceſſionem temporis, quod habet ab initio: & ſicuti mundus ſecum adfert exiſtentiæ ſuæ *principium*, uti & locum, neceſſe eſt, ut tum inceperit exi- ſtere, quando conditus eſt; & tum con- ditum eſſe, quando incepit exiſte- Quam neceſſe ergo fuit, cum primum *cepiſſe*, tam neceſſe eſt, eum incep cum inciperet. Ex quo conficitur nec *prius* nec *poſterius* potuiſſe inc nec *diutius*, vel *minus diu* duraſſe in hoc uſque momentum duravi potuit igitur mundus prius crea creatus eſt, ſive calculus ineat vel à poſteriori.

Verum objicit Dominus de tum non eſſe *infinitum*, cum non tantum ſignificet nullu locum eſſe, in quo Deus p ſed etiam *nullam eſſe creatur ſentiam divinæ eſſentiæ intell hendere poſſit*. Hic vero oſ

...imo quidem vult, Deum præ-
... ubi *nihil* ſit, quod tantun-
... dicerem, me ſtare *è regione*
...it, vel *nunquam fuerit*. Præ-
...cat, *apud aliud* eſſe, quod
...t de eo, quod ſolum eſt.
...go affirmari poteſt, Deum
... extra mundum, ubi vaſtum
... quo nec *extenſio* ſunt, nec
...oca à ſe invicem diſtantia;
...il nec variorum locorum,
...udinis, latitudinis vel alti-
...pax ſit. Quid! poteſtne quis
..., ubi non eſt *alicubi*? Poteſtne
... alicui præſens eſſe, ubi eſt *nemo*?
...nitatem Dei imminuit docere,
...n eſſe illic vel *illic*, ubi non eſt lo-
...x locorum differentia? Non fuit
... Deus ante mundi creationem *ubique*
...ſens, cum tum fuerit tantum (quæ ta-
...en & ipſa eſt impropria locutio) præſens
...ibi & *nuſquam* præterea. Quando vero
Deus mundum creavit, *præſens* fuit omni-
bus creaturis, ſed *nuſquam præterea*: &
eadem ratio, ob quam diximus Deum ante
mundi creationem tantum *ſibi præſentem*
fuiſſe, & nuſquam *alibi*, quod extra De-
um eſſet nibil, poſtulat, ut dicamus, De-
um ne nunc quidem eſſe, ubi *nihil* eſt.
Cum autem extra mundum *nihil* ſit *omnino*,
non magis, quam ante mundi creationem
aliquid fuerit extra Deum, ſequitur,
Deum extra Univerſum non eſſe. Verum
ſicuti Deus poteſt mundum infinitis parti-
bus majorem facere, quam nunc eſt, & eſ-
ſentia ſua omnibus creaturis præſens eſſe,
verum quidem eſt *cœlorum cœla Deum ma-
gis capere non poſſe*, quam creaturarum pro-
ductio poſſit ipſius potentiam exhaurire.

Quod vero Dominus *de Bois* tacitus le-
ctoris cogitationi permittit pag. 24. an
Dei omnipotentiæ non repugnet, quod
Carteſiani docent, non poſſe dari plus *uno*
mundo, nullius momenti eſt. Dei qui-
dem omnipotentiam ubique inculcant, ſed
putant cum pugnantia ponere, qui docet
Deum novum corpus vel mundum con-
dere poſſe; qui *priori* non ita foret jun-
ctus, ut ſimul *unum* mundum conſtitue-
rent. Ea quidem *Carteſianorum* ſententia
eſt, *continua* eſſe corpora, quando nihil
illa ſeparat: ubi enim nihil eſt intermedi-
um, ibi nec *diſtantia* eſſe poteſt, cum in
nihilo nec *altitudo*, nec *longitudo* aut *lati-
tudo* ſint. Quod ſi in *nihilo* nulla ſit *longi-
tudo*, ubi ergo *nihil* eſt, ibi nec *diſtantiæ
longitudo* eſſe poteſt. Ubi vero nulla *di-
ſtantiæ* eſt *longitudo*, ibi nec *diſtantia* eſt.
Et quando inter duo corpora nulla datur
*diſtantia*, neceſſe eſt, ut illa *continua* ſint.
Deinde omnia corpora, cum creantur,
magnitudinem quidem ſuam habent, &
ſecundum eam locum occupant, at vero
*diſtantiam*, qua ex adverſariorum ſenten-
tia, unum corpus ab alio *diſtat*, ſecum non
adferunt. Et corpora ex eadem adverſari-
orum opinione non diſtant à ſeſe invicem
*certa longitudine*, propterea quod *certæ
longitudinis* corpus inter illa corpora poſſit
locari, ſed contra *certæ longitudinis* cor-
pus inter illa locari poteſt, quod à ſeſe in-
vicem *certa longitudine* diſtent: at vero
fatentur adverſarii, eam *longitudinem nibil
eſſe omnino*, quemadmodum nihil eſt ex-
tra univerſum: quod ſi verum ſit, quo-
modo illud, quod nihil eſt omnino, lon-
gitudinem habere poteſt, ſecundum
quam corpora à ſeſe invicem diſtent. Fa-
tentur, ita comparatum eſſe cum ſpatio
inani, quod eſt inter duo corpora, quæ
ex eorum ſententia eo *ſpatio inani* à ſeſe di-
ſtant, quemadmodum cum ſpatio inani,
quod erat ante mundum conditum. Atqui
cum tum nihil fuerit omnino, id eſt, nec
*altitudo*, nec *longitudo*, ergo nulla quo-
que *altitudo*, vel *longitudo* eſt in *ſpatio inani*,
quod putant dari poſſe inter duo corpora.
Quod ſi nulla ſit in tali ſpatio *longitudo*,
non poſſunt illa corpora in tali ſpatio *certa
longitudine* à ſeſe invicem abeſſe, ſed de-
bent eſſe *continua*. Ex quo ſequitur, fieri
non poſſe, ut duo mundi dentur, qui
non ſint *continui*. Non imminuunt ergo
*Carteſiani* omnipotentiam Dei, affirman-
do

do, Deum contradictoria facere non poſſe non magis, quam noſtri Theologi Dei omnipotentiam tollunt docendo contra Pontificiorum ſententiam, Deum facere non poſſe, ut unum idemque corpus pluribus locis ſimul præſens ſit.

Atque ita quidem me reſpondiſſe puto ad præcipuas Domini *de Bois* adverſus Philoſophiam *Carteſii* objectiones. Teſtari vero poſſum, nec favore, nec ambitione, nec lucro, uti neque ullo partium ſtudio me impulſum, ut huic operi manus admoverem: ſed ſolo affectu & deſiderio procurandæ in omnibus ſcientiis Chriſtianæ libertati me ductum fuiſſe; quo acceſſere atroces Domini *de Bois* criminationes adverſus Philoſophiam *Carteſianam*, quibus id agit, non ut nos erroris convincat; (nulla enim vel pauca argumenta adfert) verum ut falſis criminationibus nos omnibus probis ſuſpectos reddat, & eorum bonam famam in diſcrimen adducat. Quod ſi detectis mendacio & calumnia palam fecerim, liberam eſſe *Carteſii* Philoſophiam à dogmatibus, quæ veræ religioni adverſentur, voti compos factus ſum, obtinuique, quod unicum intenderam. An vero quas defendo, opiniones, alteri placeant, magni mea referre non exiſtimo. Ego quidem certe non facio minoris à me diſſentientes, à quibus jure meritoque exſpecto, ut pari æquitate inducti ſimiliter erga me affecti ſint, ſed ſicuti nullo in alios dominandi affectu agitor, ita quoque omnis dominationis impatiens ſum, ſperoque nunquam mihi animum defuturum libere eloquendi, quæ ſentio. Si autem lubitum eſt Domino *de Bois* ad Tractatum meum reſpondere, permitto id ejus arbitrio, promittoque futurum ut, ſi digna protulerit, reſponſum ferat. Qui vero in eo triumphant, & exultant quod poſt adverſarium loquuntur, & ultimo tacent, nec ſcribendi finem faciunt, puerorum ſunt inſtar, qui inglorium putant ultimum colaphum non impingere. Ego equidem eam laudem non invideo illis, qui in loquacitate ſapientiam ponunt; & eadem æſtimatione habent multa loqui, & convenientia fari. Nec neceſſe eſt ut præcipitet reſponſum Dominus *de Bois*, erit mihi bonum nomen uſque dum refutaverit tractatulum, cui nomen eſt *demonſtratio Mathematica*; æquum enim eſt, ut reſponſio ad illum tractatum, qui prior lucem aſpexit, ordine præcedat: non admitto autem Domini *de Bois* excuſationem refutationis iſtius tractatus in eo, quod illi tractatui nullum auctoris nomen præfixum ſit, cum & ad quatuor foliorum tractatum meum, qui & ipſe anonimi eſt, reſponderit. Quod ſi is ordo ipſi placuerit, ego mihi unius anni otium ſpondeo, credoque futurum, ut habiturus ſit in quo induſtriam ſuam exerceat, & ingenium fatiget.

# CULENTIOR PROBATIO

*Quod neque Doctrina de*

# QUIETE SOLIS

AC

# MOTU TERRÆ,

*Neque Principia Philoſophiæ* RENATI DES CARTES *Verbo Divino contraria ſint.*

*Oppoſita Tractatui* J. DU BOIS, *Concionatoris Lugduni Batavorum, cui Titulus* Noxa Philoſophiæ Carteſianæ.

Digitized by Google

# P R ÆFATIO
# ad
# ECTOREM.

*lide & Chriſtiane Lector,*

ÆC nunc eſt ſecunda reſponſio, ſcriptis Domini *du Bois* oppoſita: quod ſi mihi res eſſet cum viro, qui non captandæ inſtabilis, & in ferendis judiciis iniquiſſimæ plebis gratiæ atque applauſui, verum ſoli veritati indagandæ ſtuderet, hac ſecunda reſponſione ſuperſedere potuiſſem. Verè enim dicere poſſum, adverſarium meum tam pauca adverſus me aut Carteſianos proferre, ut duntaxat in *tribus capitibus* (quamquam non ſine horrendo & genti ſtrepitu) meam aut Carteſianorum ſententiam verè propoſuerit, eamte tam futilibus argumentis impetierit, ac ſi rem ſerio non ageret: nimirum in motū Terræ. II. In imaginaria loci occupatione. III. In ea poſitione Carteſianorum, ſtatuentium claram & diſtinctam cognitionem rei regulam eſſe, ſecundum quam judicium de natura & veritate rei ferendum ſit. In cæteris omnibus aut per inſcitiam, aut per animi malitiam, meam & Carteſianorum ſententiam pervertit, noſtramque Philoſophiam iis coloribus depinxit, quos Lectorem maxime averſaturum arbitraretur. Quod cum Adverſarius meus intendat, vix video quomodo ipſum vi argumentorum queam convincere? Cum horæ momento innumeras falſitates ac fraudes, quibuſque refutandis vix integer annus ſufficiat, mihi queat attribuere. Verum malevoli hujus viri conatus adeo infeliciter ipſi ceſſerunt, ut, dum probos viros ſuſpectos reddere, & odio civium ſubjicere conatur, ſe ipſum in magnos errores circa cultum Divinum induerit; quorum nonnulli tales ſunt, ut iiſdem rationem humanam veritati Divinæ præponendo verbi Divini auctoritatem convellat: fundamenta noſtræ Reformationis evertat: voluntatem hominum Dei regimini ſubducat; ſtatuendo eam jam ante decretum ad hoc vel illud determinatam fuiſſe: homines cum beſtiis vel beſtias cum hominibus componat: & altitudinem, profunditatem, longitudinem ſine corporibus dari ſtatuat, eademque ab omni æternitate fuiſſe, nec Deum *auctorem* habere. Quinimo veram dubitationem de omnibus rebus introducit, quando pag. 7. 42. & 63. docet creden-

credendum non eſſe quod clarè & diſtinctè percipitur; quod certè cogit hominem in perpetuum dubitare, & unde numquam poſſit emergere; relinquens homini, ad inveſtigandam veritatem, nihil præter conjecturam: ac ſtatuens ſe eadem ratione impelli ad credendum quod ignorat, quam quod ipſi probè conſtat & exploratum eſt. Sic pag. 60. diſcrimen facit inter extenſionem, quæ corporis proprietas ſit: & inter eam, quæ corporis proprietas non ſit; ſed ab æterno ante creationem omnium corporum extiterit. Pag. 10. ſtatuit, beſtias verum arbitrium & voluntatem habere, quæ à voluntate hominum ſolummodo ſecundum majus & minus differat; in cæteris verò cum voluntate hominum planè conveniat. Pag. 64 aſſerit, voluntatem ſua natura determinatam eſſe, atque eo reſpectu etiam indifferentem; ſtatuitque totam internam naturam libertatis voluntatis in eo duntaxat conſiſtere, quod ipſa ſua ſponte deſideret rem, quæ ſibi placeat; cum tamen ad unum aut alterum ſua natura ſemper determinata ſit. Atque hanc quidem voluntatem ante Dei decreta jam ad unum aut alterum determinatam, felibus juxta ac canibus attribuit. Pag. 33. inquit, ſingulis Chriſtianis non licere, imo rem lubricam & ancipitis aleæ plenam eſſe, adeoque arrogantię arguere, in rebus fidei ſuam potius quam virorum doctorum & Theologorum ſententiam ſequi: quod quidem tantumdem eſt ac ſi diceret, judici non ſecundum ſuam; ſed ſecundum juriſconſultorum ſententiam judicandum eſſe, etiamſi intelligat ſententiam juriſconſultorum à juſtitia longe abeſſe. Profectò unicuique Chriſtianorum liberum eſt cognoſcere de fidei articulis, quos vel rejiciat vel amplectatur. Deinde, an non hæc eſt primaria Reformatorum cum Pontificiis controverſia, videlicet, an Chriſtiano in rebus fidei Doctorum Eccleſiæ, an vero proprio judicio ſtandum ſit? Hoc Reformati, illud Pontificii affirmant. Pag. 9. Socinianorum interpretandæ Scripturę regulam adoptat. Quando propria ſignificatio verborum manifeſtam abſurditatem parit (per manifeſtam abſurditatem intelligimus talem abſurditatem, quę ab unoquoque videri, & quaſi manibus palpari poteſt) ſtatui muſque tunc verba improprie & figurate intelligenda eſſe. Atque ideo clamat vociferatur, me rectam argumentandi viam non ingredi ad probandum, lo Scripturę, quę de curſu ſolis & quiete Terræ loquuntur, improprie debere acc expoſtulatque à me demonſtrationem, naturalibus rationibus nixam, qua ram moveri aſſeram: quod ubi probatum dedero, jus mihi futurum ait, ba, quæ de ſolis curſu & terræ motu loquuntur, ſecundum hanc tertiam r lam figurate & improprie ſumere. Quocirca præcipit verba Bibliorum it plicare ut cum naturalibus rationibus & ſcientiis humanis non pugnent; quando textus occurrant complectentes aliquid, quod in naturalibus ſci manifeſtam abſurditatem pariat, mihi permittit quidem, verba textus in

*du Bois*, & quicunque libros Domini *du Bois* attentè legerunt, norunt me ſententiam ejus haudquaquam invertere. Et tamen notum eſt cuivis, qui unquam libros Socinianorum inſpexit, eos nuſquam crudius loqui, & hanc eſſe unicam circa hanc rem controverſiam, quâ ab iis diſſentimus. Quam ob cauſam etiam in animum induxi Dominum *du Bois* convincere, ipſum in hac controverſia cum Socinianis ſentire, paratus infamiæ & ignominiæ notam ſubire, ſi ipſum falſò enormis erroris accuſaverim. Judicet nunc quoque Lector, quam faverit ei Ultrajecti Theologica facultas, judicando, librum Domini *du Bois* neque Scripturæ Sacræ neque receptæ doctrinæ, neque ſanæ rationi adverſari. Cujus ego contrarium in hoc Tractatu demonſtro; oſtendoque eam facultatem in Dominum *du Bois* hac in parte probaſſe ea, quæ in aliis tamquam craſſos errores abominandaſque hæreſes damnaverit. Ad hæc eos falcitatis accuſo, cum in ſua approbatione data D. *du Bois* me iis accenſet, quos *turbulenta ingenia* dicunt, qiubuſque periculoſas ac *temerarias doctrinas & ſophiſmata* circa veritatem, auctoritatem & veram explicationem Sacræ Scripturæ adſcribunt: nec alio numero eos habiturus ſum, niſi id coram meo Senatu eccleſiaſtico, & eccleſiaſticis judicibus, ſub quibus vivo, probaverint; coram quibus cauſam meam defendere paratus ſum; provocoque ipſos, ut coram illis compareant, ſi aliqua cauſæ ſuæ fiducia freti, putent ſe ea, quæ in ſua approbatione contra me poſuerunt, probare poſſe: quod ſi facere detrectent, approbationem eorum, quatenus in eadem traducor, pro libello ſamoſo tantum habeo; curent eam in æs incidi, ne litteræ obſoleſcant. Idem quoque dico de omnibus aliis ſcriptis, quæ adverſus me, denegata mihi juſta defenſione, adornabuntur. Neque vero ſatis eſt hinc inde regulam ex alicujus ſcriptis citare, ex qua ſola apparere nequeat, quo ſenſu & quibus circumſtantiis & appendicibus verba illa ab auctore uſurpata ſint, ac deinde iiſdem ad lædendum & calumniandum proximum turpiter abuti. Nam primo citantur duntaxat quædam verba vel regulæ, quæ ab aliis ſeparata aliquid abſurdi docere videntur; & omnia reliqua verba textus, quæ inſervire debebant explicationi obſcurorum verborum, tacita præterit. Secundo, ſi ſatis eſt condemnare aliquem indicta cauſa, propterea quia ex ſcriptis ejus elici poſſunt nonnulla verba, quæ ſeparata ab aliis textus verbis, in ſequiorem ſenſum poſſunt detorqueri; nec ipſum Dei verbum adverſus Atheos & libertinos defendi poterit. Siquidem non deerunt Textus, qui ab aliis ſeparati, non conſiderato quomodo, ubi, & à quo prolati ſint, aliquid impietatis importare videbuntur. Cæterum quandoquidem D. du Bois doctrinæ ſuæ, confidens viribus argumentorum ſuorum, & puritati fugiat ad approbationem Theologicæ facultatis Ultrajectinæ, tanquam ad inexpugnabile munimentum, operæ pretium erit, ut ipſe lector expendat

quanti momenti ſit hæc approbatio. D. *du Bois* Lugduni Batavorum agit, ubi Theologica quoque facultas eſt, antiquitate & æſtimatione Ultrajectinam ſuperans, quare ibi approbationem non petiit; & cur longiori ſuſcepto itinere peregre quæſivit, quod ipſi erat ad manum & domi poſitum. Inhibuit ipſum procul dubio metus, futurum, ut approbatio ibidem ipſi denegaretur, cum ob falſitates paſſim in Tractatu illius obvias, tum ob Doctrinæ ſuæ impuritatem; quodque proſpiceret futurum, ut eadem facultas plus prudentię & charitati indulſiſſet, ac à damnando temere proximo abſtinuiſſet. Porro egregiam laudem meretur, quod apud meos, dogmatumque meorum hoſtes approbationem quærat? Notiſſimum eſt, qua vehementia D. *Voetius* erga *Carteſium*, ejuſque doctrinam ſemper fuerit affectus: quas perverſas opiniones ei adſcripſerit: quantopere etiamnum in præſenti adverſetur iis, qui *Carteſio* & *Carteſianis* favent; quo vero animo talis legerit Tractatus eorum, qui *Carteſium* & ejus opiniones adverſus calumnias tueri volunt? Quantique faciendum erit judicium ejuſmodi Theologicæ facultatis, quam magiſter cum duobus ſuis diſcipulis, qui magiſtri dogmatibus ferme in omnibus adhærent, conſtituit? An non D. *du Bois* melius ſibi conſuluiſſet, ſi *approbationem* ab Academia Leydenſi vel Groningenſi petiiſſet? Verum enim vero verebatur ne repulſam pateretur. Et hæc quidem ad me abſolvendum non parum conferunt. Etenim ſi tanti errores & hæreſes in meo Tractatu paſſim obvii ſunt, non fuit, quod de Theologicarum facultatum in promovenda bona ſua cauſa, auxilio dubitaret. Quis unquam audivit fas eſſe tribus Profeſſoribus *tam odioſis verbis* damnare ſententiam, quæ nondum ab aliqua Synodo damnata ſit: cujus auctor nondum ad defenſionem ſui admiſſus conqueratur ſtatum controverſię necdum eſſe formatum; ac ſenſum verborum ſuorum torqueri, & peſſime perverti; ſibique imputari opiniones, quæ tam longe à ſua ſententia, quam cœlum à terra diſtent. Et quoniam ejuſdem civitatis, in qua iſti tres Profeſſores docent, civis ſum, an non Chriſtiana charitas poſtulabat, ut ex me ipſo prius meam opinionem intelligerent; quod ſi iis non potuiſſem meam cauſam & ſatis illis facere, vel ſi palam erroribus meis renunciare recuſaſſem, tunc demum tam inviſam ferrent ſententiam. Facile enim potuerunt didiciſſe periculoſum eſſe aliquem indicta cauſa temere ignominia notare: nam de opinionibus, quas antehac tanquam offendiculo pariendo idonea, & periculoſas damnaverant, & quarum cauſa earundem auctorem aliquem jam in libro actorum ſenatus Eccleſiaſtici atro carbone notaverant, coacti ſunt fateri, poſtquam videlicet auctori defenſio ſua eſſet conceſſa, aſſerere ſe nolle tueri iſtas opiniones vel cum Dei verbo, vel cum ſana ratione pugnare. Silentio equidem hæc præterirem, niſi nuper denuo è ſuggeſtu de his fuiſſet facta mentio. Quid vero hi Theologicæ facultatis conatus aliud quam tyrannidem ac dominandi libidinem cla-

clamant, qua cuncta imperio ſuo ſubjicere conantur, cenſuramque ſuper honore ac fama doctorum & indoctorum judicandi munere ſibi arrogare. Nam quod hac in re adverſus me committitur, tangit etiam Wittichium Doctorem & Profeſſorem Theologiæ Neomagi: imo per meum latus cæteros Theologos & Profeſſores, qui Carteſianis addicti ſunt confodere conantur. Num quid abſurdius excogitari poteſt, quam tres Profeſſores in alios Profeſſores, qui dignitate officii & eruditione ipſis inferiores non ſunt, & eorum cenſuræ non ſubjecti (ſicut nec ego, cum membrum eorum Eccleſiæ vel Academiæ non ſim, eorum cenſuræ non ſubjaceo) tantam poteſtatem exerceant, ut ſcripta aliorum pro lubitu ſuo condemnent? Nonne recte in illos quadret illud Apoſtoli, *Rom.* 14:4. *Tu quiſquis es, quid judicas de alieno famulo? Proprio Domino ſtat aut cadit.* Veriſimile profecto non eſt, Illuſtrem atque Ampliſſimum Magiſtratum urbis Ultrajecti in Theologicam facultatem tantam poteſtatem contuliſſe, ut ei ſit liberum, non ſolum aliquem Tractatum *approbare, eique ſuffragari*, quod ei libenter concedimus, ſed etiam omnia alia ſcripta Theologica, cujuſcunque generis, & à quocunque tandem edita, verbis inviſis, & ad odium parandum comparatis, publicis teſtimoniis damnare, contra jus & æquum. Scio equidem eam tali poteſtate non eſſe præditam. Et quidni quoque eodem jure privatis eadem poteſtas competeret? Quod ſi tale quid adverſus Dominum *Giſb. Voetium* deſignaretur, quæ injuriarum actiones non intenderentur? Hoc pacto facile quoque excuſari poterit factum *Pauli Voetii*, qui Profeſſorem Mareſium tanquam *heterodoxum*, & *minus probatæ vitæ* virum traducit. Nam ſi ita ſentit, licebit quoque ei in hunc modum, publicum de Mareſio teſtimonium perhibere, & in eo, maledictorum nimbum effundere in inimicum: obtendens ſe non facere id *animo calumniandi*: ſed tanquam qui de ſcriptis & vita Domini *Mareſii* judicium ſuum edit, idque rogatus. Quoties recordor, quantopere prima mea Reſponſio zelum quorumdam doctorum & diſcipulorum Domini *Voetii* in hac urbe accenderit: & quibus modis me non ſolum privatim, ſed etiam publicè pro concione perſtrinxerint, propterea quod quoſdam Eccleſiæ abuſus, eoſque manifeſtos, & quos ipſimet fateri coguntur, indicaverim: quomodo verò in filio Domini *Voetii* hæc non carpantur, qui membrum eſt eorum Eccleſiæ, & non ſolum Theologo in Belgica noſtra *meram improbitatem* exprobrat: verum etiam vulnera, quibus in ſcandalum Eccleſiæ Reformatæ cruentatis jam recens cicatrix fuerat obducta, refricat, denuo novas lites & contentiones excitans, quibus mitigandis & componendis plus temporis, adlaborantibus nequicquam Claſſibus & Synodis impenſum fuit, quam apud Monaſterienſes paci univerſali conciliandæ, tunc adducor, ut ſingulari odio eam facultatem erga me affectam credam.

Sed

Sed ut redeamus ad inſtitutum: quid eſt in prima mea reſponſione, quod temeraria & avia quædam axiomata & ſophiſmata (nam in ſuo teſtimonio ſcripto Domini *du Bois* exhibito, eam notam inurunt meo tractatui) ſpiret. Omnia, quæ adverſarii mei adverſus meam explicandæ Sacræ Scripturæ rationem, qua Scripturæ auctoritatem imminui aut labefactari arbitrantur, adducunt, huic arguendo tendunt. Primò aſſerere me, Scripturam omnibus verbis textus non ſemper *docere* vel *dogmatizare*. Secundo, *Deum ſæpenumero explicationem quorumdam textuum partim vel etiam omnino intellectui judicioque hominum permittere, quod quisque pro facultate ingenii ſibi de re quapiam format.* Verum quod ad primum attinet, ſi diſtinctio inter *docere* & *dogmatizare*, improbanda ſit, atque ego propterea dignus ſim, qui tamquam *periculoſa axiomata* fovens, in explicanda Sacra Scriptura damnandus ſim, illius vitii cauſa in Domino *Gisberto Voetio* conſiſtit, ex cujus ego ſcriptis hanc diſtinctionem didici; eaque uſus ſum eodem modo, quo ipſe eam uſurpat, quanquam non iiſdem Scripturæ locis eam accommodaverim. Id prolixius demonſtro in hoc ipſo Tractatu, quem lector conſulat. Tota itaque res eo tandem redit, quod eam diſtinctionem applicem iis Scripturæ locis, qui de ſolis curſu & Terræ quiete loquuntur. Anne igitur, quia ſentio, Sacram Scripturam ſolis curſum non *docere*, vel *dogmatizare*, eam ob cauſam temeraria axiomata fovere dicendus ſum? Sed Dominus *Voetius* in ſuo *Therſite* non tanti momenti hanc controverſiam cenſet, ut ob eam quempiam perſtringere fas ſit: conqueriturque de injuria ab adverſario ſibi illata; qui exprobrat ipſi, eum *Lansbergium* notare: cum tamen nihil aliud agere ſe dicat, quam ut ſuam opinionem, opinioni *Lansbergii* & omnium aliorum *Copernicanorum* adverſantem, ſimpliciter proponat, amoliens à ſe tamquam calumniam, quod *Lansbergio* propter opinionem de terræ motu aliquid inclementer dixerit: quanquam nunc abominandam hanc opinionem dicat. Solet iſte vir quaſdam opiniones periculoſas vel non periculoſas cenſere, prout erga illum affectus eſt, qui eas tuetur aut rejicit, odioque & favore erga illum ducitur. Quod attinet ad hæc mea verba, *Deum aliquando explicationem alicujus textus partim vel omnino permittere judicio hominis.* Qui tractatum meum legit, facile intelligit, me hoc de hujuſmodi textibus vel textuum verbis dicere, quibus Spiritus Sanctus eatenus non *docet* aut *dogmatizat*. Sic ut, Scriptura de hac re non *docente* aut *dogmatizante*, homini nulla alia de re, quam Deus in verbo ſuo non declarat, judicandi regula ſuperſit niſi ſola ratio naturalis & experientia. Nam ſi verbum Dei de re nihil pronunciat, & ſi per naturales rationes aliquo modo rem aſſequi poſſumus, rectè utique dicitur, Deum explicationem hujuſmodi textuum veluti permittere judicio & intelligentiæ naturali hominum. Ex. Gr. Scriptura dicit ex Chriſti vulnerato pectore aquam & ſanguinem effluxiſſe. Docti inter ſe diſpu-

quid per vocem *aquæ* proprie ſit intelligendum: an ea vox veram
an vero tenuem quendam humorem denotet, quem Dominus *Voetius*
appellat. Dico igitur, ſecundum meam loquendi formulam &
onem, quam à Domino *Voetio* didici, Spiritum Sanctum voce *aquæ*
um *docere & dogmatizare*, fuiſſe *liquidum humorem*, qui ex Chriſti pe-
ebat: verum ex circumſtantiis hujus textus vel aliorum non liquere,
*quæ* propriè, an vero pro *claro aliquo humore* ſumi debeat, quæ ex natu-
a conſtitutione Chriſti pectori inerat. Hoc eſt, ſicut ego dico, ex
on patere quid Spiritus Sanctus per propriam ſignificationem vocis *aquæ*
el *dogmatizet*. Et quia Dominus *Voetius* ſentit non eſſe nimium adhæ-
voci *aquæ*, propria ſignificatione ſumptæ: neque patere, quid Spiritus
s per propriam ſignificationem vocis *aquæ doceat* vel *dogmatizet*; hinc
n inveſtigando perſequitur, putatque, quando Spiritus Sanctus men-
uam eatenus non declarat, ſibi liberum eſſe de hac re judicare, prout à
ra & experientia edoctus eſt. Atque hinc etiam exiſtimat, cum Spiritus
ctus ſuper hac re per verba textus ſe non explicet, ipſius cognitioni & ex-
rientiæ judicandum permittere, quid per *aquam* debeat intelligere. Quod
uidem cum in Tractatu meo latius explicem, ſuperſedebo de hac re plura di-
ere. Nunc vero ad refutandam Præfationem Domini *du Bois* me confero.

Exprobrat mihi, & quidem falſo, me primum per ſcripta Belgica Carte-
ianam Philoſophiam in vulgus ſparſiſſe, cum tamen in meo *Tractatulo* non niſi
de quiete Solis agam: de qua eruditus Reformatus Theologus jam pridem Tra-
ctatum Belgicum publici juris fecerat. Licebat igitur mihi eodem jure contro-
verſiam hanc belgice ad erudiendum vulgus proponere. Neque mens mea
fuit, opinionem *Carteſii*, in ſequentibus ſcriptis quatenus Pontificius fuit,
defendere, quod Dominus *du Bois* puerorum adinſtar mihi propoſitum dicit.
Philoſophiam *Carteſii* in tantum defendo, ut demonſtrem, eam verbo Dei
haudquaquam adverſari; ac ſcripta ejus à me magni fieri. Quid, an Pon-
tificius circa Philoſophiam nil ſolidi proferre poteſt? Num in Chriſtianiſmo
auctoritas *Ethnici Philoſophi*, qualis Ariſtoteles fuit, plus valebit, quam *Chri-
ſtiani*? Cum Dominus *Voetius* ad *Monachum Merſennum* ſcriberet, eumque tan-
tis laudibus ornaret, quo ad ſcribendum contra *Carteſium* eum impelleret,
credidit equidem à Pontificio aliquid ſolidi in Philoſophia elucubrari poſſe:
nec cuiquam vitio verti poſſe, quod Pontificio debitum honorem tribueret.
Vide inter cætera hæc verba excerpta ex Epiſtola Domini *Voetii* ad Monachum
*Merſennum* ſcripta. *Hac Carteſii inventa deberent ad tuum judicium expendi; &
à nullo Phyſico vel Metaphyſico melius everti poſſent, quam qui in hac parte Philoſo-
phiæ excellit; in qua, ut dicunt, Renatus Carteſius multum poteſt: videlicet in Ge-
ometria & Optica. Certe hac res tua facultate maxime digna eſt. Veritatis defen-*

*ſa & demonſtrata in conciliandа Theologia, Phyſica & Metaphyſica cum Mathematica patrocinium tuum exigit.* Quod ſi veritas *Monachi* patrocinium deſiderat, & ſi Dominus *Voetius* id agit, ut *Monachum* excitet ad defenſionem veritatis, quo modo vitio cuiquam verti poteſt, quod *Carteſium* magni faciat, eumque ſummis ingeniis accenſeat.

Dominus *du Bois* exprobrat mihi perfidiam & mendacium, quibus in citatione quorumdam doctorum virorum uſus ſim, qui nobiſcum eandem de Terræ motu opinionem foverunt: ac me mendacem dicit, qui numinis reverentia non tangor; ac qui proinde omni fide indignus ſum. Sed largimur jam me erraſſe in citandis his viris, an idcirco meritus ſum, qui tam fœdè ab ipſo proſcindar? Sed quando iſtos duos viros pro mea opinione adduxi, nixus fui teſtimonio virorum adeo proborum, ut quamvis erraſſem, omni tamen venia dignus eſſem: nam procul abeſt ab omni temeritate & fraude, narrare aliquid ex relatione bonorum & honeſtorum. Profeſſor *Jacobus Ravensbergius* beatæ memoriæ in *ſua Diſput. Aſtron. de Mundi Syſtemate*, edita Anno 1640. *Theſ.* II. citat expreſſe *Mulerium* (quem etiam magiſtrum ſuum appellat, & cujus opinio ipſum fugere non poterat) inter eos, qui docebant terram circumagi. Ecce verba deſumpta ex ejus Theſi. *Inter antiquos fuerunt circiter undecim auctores, qui motum terræ, ſive quotidianum, ſive annuum, ſive utrumque aſſeruerunt. Inter novos, eosque mihi notos, & celebriores, viginti ſex ſunt, ex quibus viginti tres, utrumque motum, & tres duntaxat quotidianum ſcriptis ſuis defendunt, Nic. Mulerius, D. Origanus, & M. Havermannus.* Citavi *Pitiſcum* fretus teſtimonio viri non minus probati. Sed non eſt neceſſe, ut hiſce diutius iis hæream. Oſtendam hac occaſione lectori cum quali probo viro mihi hic ſit negotium. Dominus *du Bois* citat quædam verba ex *Præfatione Nic. Mulerii* præfixa ejus *inſtitutioni Aſtronomicæ*; quibus me mendacii convincere conatur, propterea quod *Mulerium* conjecerim in eorum claſſem, qui motum Terræ aſſerunt: cum tamen allegata verba duntaxat loquantur de annuo motu terræ; quem *Mulerius* rejicit ut pugnantem cum Scriptura, & in quo hæc res minime vertitur: nam fere omnia Scripturæ loca, quæ Dominus *du Bois* & alii adducunt contra terræ motum, loquuntur *de ſolis ortu, occaſu, ejuſque curſu ab Auſtro verſus Septentrionem, retrogreſſu & mirifica ejus quiete temporibus Hiſkiæ & Joſuæ*: atque hæc videntur pugnare cum quotidiano motu terræ; quem *Mulerius* ſtatuit non pugnare cum verbo Dei in eadem præfatione, ex qua Dominus *du Bois* verba ſua depromſit; quæque paucis lineis diſtant à verbis, quæ nunc hic apponam, ad arguendam temeritatem ac fraudem Domini *du Bois*, quibus probis viris maculam inurere conatur: ſimulque ad oſtendendum, quam parum caute agant ii, qui in damnando proximo ſuum judicium ad aliorum auctoritatem conferunt. *Interea non ibo inficias, ſi Copernicus quotidianum motum terræ à centro mundi*

*non*

nti adſcripſiſſet, me haud difficulter ei adſtipulaturum fuiſſe. Nam eo po-
ta difficultates in Aſtronomia tolli poſſent: quoniam hac ratione nulla pars
nnino quieſceret; & nulla pars vi abriperetur. Sed tam terra quam ſol, &
aneta, ac cœlum ſtellatum moverentur ſuo motu uno modo procedente, vide-
ccaſu ad orientem ſecundum magnitudinem circuli ſui. Hoc modo quoque ce-
otidiani curſus, atque ſtellarum fixarum, & planetarum, qui vi peragitur,
nec in mundo neceſſario ponendus eſſet. Et de noſtra terra, quod admiratio-
um eſt, jure meritoque diceretur, eam quieſcere; cum quia locum ſuum pla-
mutat, tum quia motus ejus ſenſibus percipi non poteſt, ſiquidem una æquali
novetur pars illa aëris, quæ vicina eſt terræ, & eam circumfluit: in qua agi-
& producuntur venti, nubes, pluvia, tonitru & alia meteora. Atque ea-
r ejuſmodi opinio non videtur complecti aliquid, quod pugnat cum auctoritate Sa-
criptura. Mulerius igitur ſtatuit, quotidianum motum non pugnare cum
bo Dei. Nunc ergo verba Domini du Bois adverſus me prolata vertam in
um uſum & commodum. Hæc verba Mulerii, qui viginti quinque annos in
veſtigatione hujus controverſiæ, poſuit, paulo prolixius citavi, non ſolum ut Domi-
no du Bois ruborem injicerem, eumque convincerem malæ citationis: ſed etiam ut
omnibus ob oculos ponerem, judicium talis viri, qualis fuit Mulerius, ſuper Aſtrono-
micis quæſtionibus latum, quodque omni exceptione majus eſt (utpote qui eximie peri-
tus Aſtronomiæ, non temere judicavit, ſed judicium ſuum viginti quinque annos ſu-
ſtinuit) magni faciendum eſſe. Erat autem perſtudioſus Aſtronomiæ Copernici,
quam etiam (ſicuti accepimus) in Academia Groningana profeſſus eſt & expoſuit.
Hic vir, inquam, doctrinam Copernici, quod ad hanc rem attinet, rejecit, quin
potius amplexus eſt, ſtatuens ſolem circum terram agi, quin potius terram quotidiano
motu circumagi. Sorex ſuo judicio periit. Eadem quoque fide uſus eſt in
citandis verbis Joannis de Bruin Profeſſoris Matheſeos: quæque idem Dominus
de Bruin adducit contra ſuum adverſarium, cum quo diſceptaverat de motu
Veneris & Mercurii; quique ipſi debilem atque imbecillem argumentandi
rationem apertiſſime ac veluti manibus palpandam, ob oculos poſuerat:
cęterum ſe convictum & faucibus premi ſentiens argumentis meis, nul-
lamque evadendi viam ſupereſſe, rimam elabendi quęrit, dicendo pri-
marium ſtatum controverſię in eo conſiſtere, ut naturalibus rationibus
terrę motus aſſeratur: atque hoc nomine ſeſe inſolentius effert, pro-
vocando Carteſianos, ut id tandem aliquando demonſtrandum ſuſci-
piant: atque adeo pręceps inſiſtit, ut omnem auctoritatem Sacrę Scri-
pturæ huic rei alliget; conceditque ſiquidem id naturalibus rationibus de-
monſtrari poſſit, textuum vim qui de ſolis curſu & de terræ motu loquun-
tur, cadere, atque ita ſenſum ex natura hauſtum illi poſſe accommo-
dari.

dari. Quinimo putans Carteſianos jam diffidere, poſſe ſe id naturalibus rationibus aſſerere, qui tamen nullam aliam ob cauſam tacent, quam quia id nunquam ſtatus controverſiæ fuit, verbis Profeſſoris *de Bruin*, quem etiam Carteſianum vocat, deſumptis ex 5. *Theſi Diſput. Miſcell.* habita 2. July 1656. ſenſum ſibi faventem adoptat, quaſi is doceret, naturalibus rationibus terræ motum probari non poſſe: cum tamen in eadem quinta Theſi, verbis verba à Domino *du Bois* allegata proximè ſequentibus, expreſſe dicat, ſine ſingulari, hoc eſt ſupernaturali operatione Dei, vel ſine miraculo terram quieſcere non poſſe. Non ſtatuit igitur Profeſſor *de Bruin* terræ motum naturalibus rationibus probari non poſſe. Nam ſi terra duntaxat vi miraculi poſſet quieſcere, neceſſe eſt eandem ſua natura moveri; & cum ſua natura terra moveri debeat, ſequitur naturæ neceſſarias talem motum efficiendi cauſas ineſſe. Quod ſi ergo hujusmodi *neceſſariæ* cauſæ dentur, probari poteſt ex opinione Profeſſoris *de Bruin* in allegatis verbis expreſſa, terram moveri. Sed hæc de his ſufficiant.

In mea Præfatione poſueram, pleroſque Profeſſores Lugduni Batavorum Carteſianæ Philoſophiæ addictos; & fere omnes ſtudioſos, qui Philoſophiæ operam dant, *Carteſii* ſectatores eſſe: quoſdam etiam Profeſſores pro virili eandem Philoſophiam promovere. Id equidem mihi concedit: ſed hoc contra expreſſas leges Academiæ & placita fieri ait. Verum ſtudioſi nullis omnino legibus prohibentur Philoſophiæ Carteſianæ addicti eſſe. Multoque minus peccant Profeſſores, quod eidem faveant. Non equidem putem *Nobiliſſ. Curatores* Academiæ Leydenſis etiam cogitata ſuorum Profeſſorum certis legibus velle adſtringere; verum quando tales viros, qui Carteſiani audiunt, ad Profeſſoratus dignitatem in Academia ſua evehunt, utique ſuſpicari licet, eos erga profeſſores hujuſmodi male animatos non eſſe. Profeſſores quoque, qui Carteſianam Philoſophiam excolere ſtudent, contra leges Academicas peccare, haud liquet: quando per eas leges Ariſtotelicam Philoſophiam docere tenentur: parati autem ſunt ex ſcriptis *Ariſtotelis*, Carteſianarum opinionum cum Ariſtotelicis convenientiam demonſtrare: atque ejus quidem varia dederunt ſpecimina. Eſt mihi facta copia theſium Profeſſoris Lovanienſis D. D. à *Gutſchoven* Licentiati Theologiæ, primique Profeſſoris Philoſophiæ in Academia Lovanienſi, quæ ibidem publice defenſæ ſunt; quæque brevem formam Philoſophiæ Carteſianæ expreſſam habent: imo in iis eousque progredi auſus fuit, ut in corollario poſuerit textum *Joſue*, videlicet quod dum *Joſua* pugnabat, ſol curſum ſtiterit, non probare, terram quieſcere: quos animi ſui ſenſus circa Philoſophiam Carteſianam non (c)uperiret, modo auſus eſſet? In univerſum Theſium unamquamque Carteſia-

ſitionum textu ex Ariſtotele deſumpto, probat atque aſſerit, ita ut
a Philoſophia commode doceri queat; adhærendo nihilominus Ari-
Neque etiam vero ſimile eſt, voluntatem *Nobiliſſ. Curatorum* eſſe,
ribus etiam in iis rebus ab Ariſtotelica Philoſophia diſcedere non lice-
um falſitas aperte demonſtrata eſt. Profeſſores Medicinæ & Ana-
uotidie docent quę cum doctrina *Ariſtotelis* pugnant; atque hoc ipſis
citur. An non ergo etiam Theologo vel Philoſopho liceret ab Ari-
cedere, ubi à veritate abeſt? Porro cum à Curatoribus decernitur non-
Carteſianas controverſias in Academia tractandas aut ventilandas non
non ideo eędem damnantur, ſed id fit quo tranquillitati Academię con-
, & argumento eſt, in reliquis unicuique libertatem concedi, poſt-
s iis, quę *Ariſtoteles* docuit, naturam inveſtigandi, & de ea loquendi
cendi, quod veritati maxime conſentaneum ſibi videtur.

Quando autem Dominus *du Bois* dicit, Carteſianam Philoſophiam dam-
am eſſe in Synodo quadam, id eadem narrat integritate, qua in toto ſuo
ractatu paſſim utitur: pervertendo mentem auctorum, quos allegat, eis-
que adſcribendo de quo ipſis nihil unquam quicquam in mentem venit. An
n ullis Synodorum actis, de quibus meminit Dominus *du Bois*, quidem ulla no-
minatim facta eſt mentio Carteſianæ Philoſophiæ: niſi duntaxat in actis Sy-
nodi Ducatuum *Juliæ*, *Cliviæ* & *Montium*, atque in iis nihil decretum eſt: ſed
placuit ut exſpectanda eſſent Belgicarum Synodorum ſuper hac re decreta. In
iis autem nihil adverſus Carteſianos ſtatutum eſt, verum unus ſolummodo
articulus conditus eſt, monens curam puritatis doctrinæ habendam eſſe. Imo
quicquid hac de re in acta relatum eſt, in eo tanta adhibita cautio eſt, ut ne lite-
ra quidem adverſus Carteſianos torqueri poſſit. Quod Carteſianorum ad-
verſariis minime ſibi hoc nomine gratulantibus, ægerrimè accidit, ſic ut ali-
quamdiu ſilentio teſtati ſint animi ſui ægritudinem.

Dixeram in Academia Groningana non ſolum multos Profeſſores Philoſo-
phiæ *Carteſii* addictos eſſe; ſed Profeſſores *Mareſium* & *Tobiam Andreæ* Philoſo-
phiam *Carteſii* editis ſcriptis defendere. Dominus *du Bois* illud non negat,
ſed reſpondet *Mareſium* quoque ſcripſiſſe contra *Carteſium*, quando docet ter-
ram quieſcere; ac me proinde non recte niti auctoritate *Mareſii*. Satis tamen
apparet ex ſcriptis *Mareſii* eum *Carteſio* favere: quando enim aſſerit *nulla ſpatia
imaginaria extra mundum dari*, *mundum indefinite magnum eſſe*; *nullum vacuum
in mundo eſſe poſſe*; *accidentia non re ipſa differre à re*, *cujus ſunt accidentia*, & quæ
hujuſmodi plura ſunt, evidens ſatis eſt *Philoſophiam Carteſii* ipſi placere: quam-
vis opinionem de terræ motu non amplectatur. Et admittit tamen alias Carte-
ſii opiniones de naturæ operationibus, quas per experientiam didicit in natura
ſe pe-

reperiri; etiamſi non concedat, eas præciſe ex motu terræ oriri. Sed notatu dignum eſt, Carteſianos accuſari quod doceant ſanæ doctrinæ contraria: & præſertim quod negantes *infinita ſpatia vacua* extra mundum, proinde etiam doceant Dei eſſentiam infinitam non eſſe: cum tamen Synodus Groningana & vicorum circumjacentium habita in *Appinga Dam* Anno 1656. die 5. Maji & ſubſequentibus diebus, Profeſſoris *Mareſii* defenſionem ſuſcipiat, eumque abſolvat à vitiis, quæ Profeſſor *Paulus Voetius* ipſi exprobrat, nimirum eſſe eum virum *heterodoxum in Theologia & profanis moribus*; ac honorificum ei exhibens teſtimonium declarat Mareſium *per quatuordecim annorum ſpatium, quibus munere ſuo in Academia illius Provinciæ, & in Eccleſia functus eſt, purioris doctrinæ ſtudioſum, ac acrem & fidelem ejusdem defenſorem, &c. Adhac eum gregi ſuæ probatæ vitæ facem ſemper prætuliſſe, & per virtutes ſuas ſeſe quibusvis Magiſtratibus gratum acceptumque reddidiſſe.* Quomodo hæc ſimul conſiſtere poſſunt, ut quis in uno loco ob quasdam opiniones tamquam impurus in doctrina; in altero vero non obſtantibus iſtis opinionibus pro fideli & probato veræ doctrinę defenſore habeatur.

*Tobias Andreæ* non ſolum ſtudioſus & cultor eſt Philoſophię Carteſianæ; ſed etiam ſcripſit Tractatum comparatum ad defenſionem *Metaphyſicæ* & *Meditationum Carteſii*: in quas tamen plerique Theologi maxime invehuntur. Idem Profeſſor, ſingulis diebus, ut accepi, collegia ſuper Carteſio habet; publicisque diſputationibus opiniones ejus propugnat. Et ſi ſatis eſt dicere aliquem cum Carteſio non ſentire, qui non in omnibus ejus opiniones admittit, utique olim quibuſdam Ultrajecti, per ſpeciem quod *Carteſium* ſectarentur, injuſte lites & moleſtiæ creatæ ſunt: quandoquidem nullus unquam in Academia Ultrajecti docuit, qui *Carteſii* opiniones in omnibus amplexus fuerit. Quod dixeram de quibusdam Profeſſoribus Ultrajectinis, eos promiſcue ibidem docere; quæ cum opinionibus *Carteſii* congruerent; non audet id inficiari: ſed ait eos id antehac feciſſe; & me ſilentio præterire leges ab *Academia* illa adverſus Carteſianam Philoſophiam latas. Verum quorſum eas leges referre, quæ non amplius vigebant, & quorum alia ſententia eſt, quam Dominus *du Bois* fingit. Quod autem dico Profeſſores Ultrajectinos Carteſianæ Philoſophiæ conſentanea docuiſſe, idem faciunt etiamnum: nec impediti fuerunt quominus in inſtituto pergerent, quia per renovationem legis, de qua meminit Dominus *du Bois*. *Nobiliſſ. Curatores* hujus *Academiæ* volunt Ariſtotelicæ Philoſophiæ eatenus adhæreri, quatenus probari poteſt eam non pugnare cum manifeſtiſſimam veritate; prohi-

ritas ipſos impelleret ad diſſentiendum ab *Ariſtotele*. Atque huic
renovatæ legi ſubſcriptum non fuit, niſi ſub jam memorata con-
que exceptione. Et quemadmodum putant ſe numquam eam legem
nsgreſſos, ita etiamnum hodie docent ea, quæ præ via *diligenti & ſeria in-*
, cum veritate maxime convenire putant; nulla habita ratione, an
*Ariſtoteles* idem ſenſerit. *Nobiliſſ. Curatoribus* Academiæ Ultrajecti-
onſtituenda ſua Academia non ſolum curæ fuit, ut cognitio ſcienti-
n adinventarum ab oblivione vindicaretur: verum etiam in eo poſi-
ecipue fuit, ut per ſolertia ingenia & accuratam indagationem veritas
magiſque erueretur: credentibus hęc & ſequentia ſecula non fore ef-
verum æque ac præcedentia magnos viros, qui nova cogitent, at-
nveniant, poſſe ferre. Quandoquidem autem ipſis conſtet, recens inven-
quamvis bona ac utilia, plerumque diſplicere iis, qui utpote anti-
contenti nec ingenio valent, nec deſiderio nova amplectendi capiun-
. Hinc quoque didicerunt Novitatis nomine nulla dogmata damnare.
terea tamen curarunt, ut quies Academiæ, & puritas doctrinæ in Eccle-
a, cujus tutelam ac curam ſuſceperunt, ſarta tecta maneat: permitten-
tes unicuique ſuas querelas idoneo loco proponere: proſpicientesque ne quis
injuria afficiatur. Ac bona hujuſmodi cura ac diſciplina floret, & quiete
fruitur ipſorum Academia, in qua ſtudioſi cum antiqua tum nova addiſcere
[illegible] propoſita,
poſſunt. Et ſunt illis ubi ſummi honores & maxima præmia inve-
qui promovendis ſcientiis aliquid utile produnt, novique aliquid etiam-
niunt; & per ea Academiæ celebritatem conciliant. Atque idcirco
num hodie *Carteſius* in hac Academia non minus celebratur, quam olim eum
laudibus extulit jam ante 17 annos Profeſſor *Æmilius* in funebri oratione, qua
Profeſſori *Reinerio* parentavit, eique ſummæ laudi dat quod arcta ipſi cum
*Carteſio* conſuetudo ac familiaritas interceſſiſſet. Præfixit quoque inter cæte-
ra Epicedio in honorem defuncti compoſito hæc verba. *Ad manes defuncti;
qui cum Nobiliſſimo viro Renato des Cartes noſtri ſacli Atlante, & Archimede unico,
vixit conjunctiſſimè, abdita Natura, & cœli extima penetrare ab eodem edoctus.* Et
in fine Epicedii defunctum hoc modo alloquitur:

*Et nova quæ docuit, tibi nunc comperta pateſcunt:*
*Omniaque in liquido ſunt manifeſta die.*
*Ut merito dubites, utrum magis illius arti*
*An nunc indigeti ſint mage clara tibi.*

Et

Et quamquam deinde Profeſſor *Gisbertus Voetius* cum *Carteſio* contenderit, nonnullique tam Doctores quam Profeſſores ſibi in illa lite adjunxerint; atque ita nomen *Carteſii* apud pleroſque ex pullata plebe Ultrajectina quodammodo invidioſum exſtitit, id tamen cęteris libertatem non ademit de Philoſophia *Carteſii* loquendi judicandique quod ſentirent. Hæc ſunt quæ neceſſario præmittenda duxi ad refutandam Præfationem Tractatus, Domini *du Bois*. Pauca, quę adhuc refutanda ſuperſunt, in ipſo Tractatu ventilabuntur, & ad examen revocabuntur.

2. 3. 153



# [L]UCULENTIOR PROBATIO DE [Q]UIETE SOLIS, AC MOTU TERRÆ.

## Cap. I.

**De libertate Philoſophandi: de uſu Philoſophiæ in Theologia: de Moderatione, &c.**

PHiloſophia nihil aliud eſt quam cognitio rerum, intellectu acquiſita, adminiculo mediorum naturalium; atque idcirco euſque ſeſe extendit, quouſque intellectus hominis talium mediorum ope attingere poteſt. Eatenus igitur in omnes in genere ſcientias extenditur, Theologiam nempe, Jurisprudentiam, Medicinam, quatenus illæ naturali ratione, non vero autoritate, ſive humanâ ſive divinâ, nituntur. Quod ſi itaque nitatur *ratione*, profecto *ancilla non* eſt aliarum quarumcunque ſcientiarum, ſive reconditarum ſive vulgarium, niſi illius, cui ratio & intellectus hominis cogitur cedere: quæ *Theologia* eſt. Per Theologiam intelligimus declarationem rerum *ſupernaturalibus mediis* manifeſtatarum, quarum præcipua eſt ſcriptum Dei verbum, prout à Reformatis eo nomine recipitur. Secundum fundamenta noſtræ religionis (cum bona venia Domini *du Bois*, quod me Reformatis *Chriſtianis* annumerem) iſtud verbum eſt duntaxat regula fidei noſtræ. Ergo ...u Dei verbum propriè eſt *ſenſus* & ... *ſeri*, 1 *Pet.* 1: 16. ...

tanquam regula fidei noſtræ, 1 *Cor.* 7: 23. 1 *Cor.* 14: 29. & 3: 20. 1 *Johan.* 4: 1. 16. 1 *Theſſ.* 5: 21. *Matth.* 24: 4. Proinde nec Theologia, quatenus eſt doctrina, hauſta ex verbo Dei, ſecundum expoſitionem hominum facta ſuper verbo Dei, aliis regula fidei eſſe poteſt. Concedentes igitur *Philoſophiam* jure merito cedere *Theologiæ*, intelligimus id de Verbo Dei, quatenus unuſquiſque de vero ſenſu illius verbi perſuaſus eſt; non autem quatenus alii ſuper illud expoſitionem commentati ſunt. Adeò ut fundamentum fidei cujuſque Chriſtiani ſit ſcriptum Dei verbum, intellectum & expoſitum, ſicuti ipſi de ſenſu ſtat animi ſui ſententia: non autem ipſum ſcriptum verbum, propterea quod alii homines, quicunque tandem ſint, aut collegia, illi quendam ſenſum adaptant, 1 *Cor.* 2: 16. & 10: 15. *Rom.* 14: 12. 14. 2 *Cor.* 1: 24. 1 *Petr.* 5: 3. *Act.* 4: 18. *Gal.* 1: 16. Nam tunc fides Chriſtiani niteretur auctoritate hominum, & non teſtimonio Dei loquentis. Verum quidem eſt, quod prudentia præcipiat, ut doctis hominibus, venerandis collegiis, piis ... honoris & autorita...

deat, 1 *Cor.* 12: 19. 1 *Pet.* 2: 17. nemo tamen in dictatura & nuda ſententia talium acquieſcere tenetur; ſed judicium & fides cujuſvis Chriſtiani debet niti ſua ipſius cognitione & experientia, fundata in verbo Dei, non judiciis ſynodorum, vel claſſium, &c. Debet ſe temperare à judicando, ſi hujuſmodi cognitionem aſſequi non poteſt, nec debet alterutri parti ſe adjungere, quando rem non intelligit: talis enim fides *implicita* eſt, & à Reformatis Eccleſiis jamdudum reprobata, *Johan.* 4: 42. *Rom.* 9: 1. 1 *Corinth.* 2: 16. 1 *Johan.* 1: 3. *Johan* 20: 8. *Actor.* 4: 20. 1 *Theſſal.* 5: 21. 1 *Joh.* 4: 2.

Ex quibus omnibus neceſſariò ſequitur, Philoſophiam *cujuſque Chriſtiani* debere quidem cedere verbo Dei, & Theologiæ vel cognitioni in eo manifeſtatæ; nequaquam verò iſti Theologiæ, quam hic aut ille homo, aut collegium ex Dei verbo deſumptam & deductam eſſe arbitratur: nam hoc modo fides Chriſtiani jam iterum in humanam auctoritatem incumberet. Quod cum ita ſit, ſequitur inde, (& hæc quoque eſt ſententia omnium Reformatarum Eccleſiarum) nullum hominem vel collegium poſſe alicui articulos confeſſionis fidei tamquam *legem* præſcribere: ſed unumquemque Chriſtianum ſibi ipſi ex verbo Dei articulos formare, quatenus de verbi ſenſu ipſe judicat: vel ab aliis cuſos ac propoſitos ſuo ipſius judicio recipere aut rejicere; atque hoc modo ad hanc vel illam Eccleſiam ſe conferre; prout confeſſionem illius Eccleſiæ, cujus membrum ſe profitetur, cum verbo Dei convenire judicat. Et quia omnes Chriſtianos Reformatos in eo conſentientes habemus, ſequitur totam Eccleſiam conſtitui ex particularibus membris, quæ ſua ſponte ſuoque judicio, fundato in verbo Dei, non autem judicio quorumcunque aliorum membrorum, Eccleſiarum

cundum quos in unum corpus coaleſcunt, & ſic Eccleſiam conſtituunt: eligentes ſibi doctores ac paſtores, & erigentes Eccleſiaſticum ordinem ac regimen ſecundum Dei verbum: quibus, vi mutuæ promiſſionis & confœderationis, tam doctores & Rectores, quam privata membra obtemperare tenentur. Adeo ut poteſtas & autoritas, qua doctores errandi infirmitati obnoxii, in Eccleſia Dei docent & regunt, iſto *mutuo fœdere* contineatur; neque latius extendatur, quam tum circa bonum ordinem, in omnibus ſocietatibus, multo magis autem in Chriſtiana, neceſſarium; cum etiam ad articulos fidei, quorum *conſenſus* diverſos homines in unum corpus coire impulit. Cum autem poteſtas *doctorum* & *ſeniorum* Eccleſiæ exinde originem trahat, manifeſtum eſt doctoribus aut rectoribus, vi hujus auctoritatis vel poteſtatis non licere novos fidei articulos cudere, vel membris novas conditiones præſcribere, aut ab iis novas ſponſiones elicere, aut poſcere: multo minus licet iis auditores & membra Eccleſiæ à novitate abhorrentia, tanquam immor[illegible] gera ex Eccleſia ejicere, vel convi[illegible] proſcindere, aut objurgare & perſtri[illegible] re. Nam id tam abſurdum eſt, qua[illegible] pauci, qui cum aliis ſub certis condi[illegible] bus ſocietatem inierunt, novas con[illegible] nes prioribus adverſas proponere[illegible] que recuſatis ſocios à ſocietate [illegible] rent. Hic tamen præter alia hæc [illegible] ferentia inter civilem & ſpiritual[illegible] tatem notanda venit, quod in [illegible] tate obligatio cadit ſuper jus, [illegible] quorum contrahentes domini[illegible] quibus ideo paciſci poſſunt [illegible] & ideo in ipſorum poteſtate e[illegible] tam abſolute in alios transfe[illegible] lum ſibi amplius in illa bona ju[illegible] & ita potuerunt conveniſſe in[illegible] tatem, ut [illegible]llius privati arb[illegible]

...æ creduntur in verbo ...quibus eapropter con... putatur: quam qui... ſoli Deo ſubjectam, ...licet ulterius ejuſmodi ...am tenere, ac vi hujus ...alem ſocietatem inire, ...opinio in verbo Dei fun...tur. Quocirca ſemper in ...modi ſpirituali ſocietate in...citum eſſe eidem nuncium ...accuratius Scripturæ examen ...ſuggerit ſententiam. Ex qui...us ſequitur, non ſolum eum ſo...ſpiritualem deſerere, qui ali...i articulos, ſuper quos ſpiritualis ...fundata eſt, negat; ſed etiam ...qui novos cudere, & fidei conſortes ...gare intendit: nam hoc nihil aliud ...erigere novam ſocietatem.

Porro quia Deus conjunctionem & aſſo...ationem in corpus Eccleſiæ ſummopere commendat & præcipit, 1 *Pet.* 2:17. *Epheſ.* 4:3. 1 *Cor.* 12:13. *Epheſ.* 2:20. adeo ut ſine legitimis rationibus nullam Eccleſiam, ab aliis ſegregatam, erigere liceat; ſequitur exinde, rationem, qua ...e uni Chriſtiano fraternitatis officia alteri denegare haud liberum ſit, etiam valere in erectione Eccleſiæ. Sane apud omnes in confeſſo eſt, omnium privatorum Chriſtianorum munus eſſe proximum ſuum amplecti ut fratrem; ſi vitæ ejus in...ſtitutum honeſtum & Chriſtiano dignum ſit, & ipſemet non obnoxius errori exi...tiali, *Num.* 23:8. *Act.* 8:37. *Act.* 15: 8.9. & 10:4. *Joh.* 13:35. *Rom.* 14:2. *Ezech.* 34:11. *Matth.* 12:20. Proinde nec licet aliquam Chriſtianorum multitudinem in unum corpus cogere, & alios ab eo ſegreges habere, qui ab exitiali errore longe abſunt, & conſequenter ſchiſmatum ac diſſolutionum vinculi ſocietatis cauſam non præbent. Neque vero probanda ſunt iſta, qui proprio arbitratu volunt, ut ſua ipſorum judicia in iis rebus, in quibus ſecundum ſuam ipſorum confeſſi...onem ab errore immunes non ſunt, tantum valeant, ut qui in talibus rebus ſecum non ſentiunt, propterea à communione Chriſtiana arceantur; & indigni habeantur communione ſanctorum in terris, & participatione ſanctorum Sacramentorum. Et contra nemini licet doctrinam aliquam alteri Chriſtiano, tanquam *divinam*, & à *Deo profectam* proponere, niſi ſine hæſitatione perſuaſus ſit, ſuum judicium de hujuſmodi doctrina infallibile eſſe, & ab omni erroris periculo immune, *Joh.* 18:35. 1 *Pet.* 5:14. 1 *Joh.* 3:3. *Luc.* 1:1. *Joh.* 3:34. 2 *Cor.* 6:20. 1 *Theſſ.* 2:13. *Rom.* 10:15. Adhæc quoque decet, ut nos mutuo, niſi alia cauſa obſtet, in omnibus iſtis capitibus, quæ fundamentalia non ſunt, toleremus; & neminem prohibeamus ſuam profiteri ſententiam: ſiquidem nullus ullum Dei mandatum proferre poteſt, quod præcipiat, ſuper articulum fidei, qui fundamentalis non eſt, Eccleſiam aliquam fundari poſſe. Quia vero tale mandatum oſtendi non poteſt, arrogantia eſſe videtur, velle articulum fidei haudquaquam fundamentalem tantum valere in Eccleſia Dei, ut ſuper id quoque Eccleſia Dei excitari & ædificari debeat: & præterea omnium privilegiorum ſpiritualium, quibus Deus veram Eccleſiam ornavit, expertes habere, qui in talibus fidei capitibus cum cæteris non conveniunt: vel etiam prohibere in Eccleſia Dei adverſus capita haud fundamentalia aliquid in publico proponi per ſpeciem, ne Eccleſia per eam ſeducatur, & ita tandem à malo ad pejus abripiatur, & ita priori errori novus accedat cumulus. Quanquam tales nullum argumentum aut à ratione aut à Scriptura mutuatum, in medium adducere valeant, quod probet, caput fidei, quod fundamentale non eſt, in Eccleſia Chriſti tantum valere debere, ut nemini aliter ſentire, aut ſententiam ſuam Chriſtiana modeſtia proponere, neque rationibus firmare liceat: cum tamen Chriſtiano orbi relinquendum ſit liberum judi-

judicium de hujuſmodi Theologicis capitibus ſentiendi, prout conſcientia ipſis dictat ea cum Dei verbo convenire, aut ab eo aberrare: qua quidem ratione fauſta omnia Deo adjuvante nobis exſpectanda ſunt: qui ſuo beneplacito, per lumen infallibilis ſui verbi, Chriſtianam Eccleſiam in iſtis capitibus Theologicis, de quibus controvertitur inter veros Chriſtianos, tantum erudiet, quantum ipſi ad ædificationem Eccleſiæ ſuæ commodum eſſe videbitur, *Philip.* 3:15.

Hæc eſt ſumma omnium, quæ in prima mea Reſponſione ad Dominum *du Bois*, occaſione data paſſim, & ut occaſio ferebat, adduxi: & quæ proprie cum Carteſiana Philoſophia nihil commune habent; qua quidem occaſione Dominus *du Bois* in hac ſua ſecunda Reſponſione etiam quædam nova capita poſuit, ut ſunt Cap. 1. *De libertate Philoſophandi.* Cap. 2. *De uſu Philoſophiæ in Theologia*, &c. Cap. 5. *De auctoritate Theologorum in expoſitione verbi Dei* Cap. 11. *De moderatione & articulis fundamentalibus*, &c. Libet nunc mihi probationi ſubjicere rationes & argumenta, quæ à Domino *du Bois* in medium allata ſunt adverſus orthodoxam hanc ſententiam. Dominum *du Bois* talem bonum virum ſemper habui, qui, ut Batavorum proverbium habet, non quidem acutiſſimus neque calidiſſimus erat: lapſus igitur & errores ipſius imperitiæ non autem malitiæ ejus imputabam; ut cum curſu non valeret, flexu eluderet, illamque artem præcipue tunc uſurparet, cum augurraretur cauſæ ſuæ egregium inde patrocinium eſſe paratum. Quocirca in prima mea Reſponſione ſic erga illum me adhibui, ut vulgo cum ejuſmodi hominibus agi ſolet. Verum in hac ſecunda Reſponſione ſtylum mutavit; & iniquiore illo utor: adverſus me ex imis præcordiis nil niſi bilem evomens. Nihilominus non bene de hoc viro æſtimo, ut non [illegible] contra Carteſianos frequentius uſum familiaritate quorundam ferocolorum Theologorum Voetianorum; qui naufragium paſſi æſtimationis ſuæ Carteſio bellum inferendo, eam ob cauſam tantopere exarſerunt, & tam pugnaciter me aggrediuntur: ut per ſpeciem curandæ meæ ſalutis, & muneri ſatisfaciendo, ſuam ſalutem in diſcrimen adducant: & ad curandam valetudinem proximi ut inſtar imprudentium aut parum miſereſcentium Medicorum, loco medendi vulneri cumulo plagæ mortiferę, malum augent. Conjicio igitur, tales Theologos Domino *du Bois* partem ſui ſpiritus & animi impartiiſſe, quo tamquam æſtro actus ad avia & pernicioſa ſe præcipitem ferri ſinit: qui conatus proculdubio illi conciliabunt honoris & temporis jacturam, & animi moleſtias: utrum autem hoc ſit conſentaneum ſuis rationibus, quod eas cum illis Theologis communicaverit, qui tanta detrimenta æſtimationis ſuæ paſſi ſunt, tempus docebit. Examinemus nunc quæ illa ſunt, quæ Domino *du Bois* in meis opinionibus minus probantur.

Pag. 1. narrat me dixiſſe, *Chriſti[...] nam libertatem* imminui, quando Car[...] anis defenſio doctrinæ ſuæ non perm[...] tur: *quaſi*, inquit, *Chriſtus ideo in [...] dum venerit, ideo reſurrexerit ex m[...] & ideo in cœlum aſcenderit, ut Phi[...] liberum eſſet ſecundum ſuam libidin[...] ſophari: & Carteſianis, cogita[...] ſomnia ſui Carteſii nemine prohib[...] gare.* Reſponſio: jam ante evi[...] bavi, doctrinam *Carteſii* n[...] cum verbo Dei, unde neceſ[...] tur, Chriſtianam libertatem [...] nos Chriſtus pretio ſui ſangui[...] vit, & qui prohibet nos fier[...] ſervos, labefactari ac viola[...] homines iiſdem cum aliis i[...] obnoxii, tantam ſibi auctori[...]

…aſi de religione ma-
… Eccleſiam factio-
…agiſtratus impellere
…n liceat alia profite-
…quæ ipſis probantur;
…utute male didicerunt,
…potius quam veritatis

…ne obtinet præcipue hæc
…u illorum, qui nec divinis
…egibus, ſingularis alicujus
…fficii cauſa, tenentur quæ-
…a de quibuſdam rebus ſenten-
…opinionem ſuam profiteri jux-
…x conſtituta cujuſdam collegii
…tis, ſed qui hujuſmodi legibus
…a debebant ideo acerbe, aut in-
…er tractari: quia quorundam, qui
…tia, & Eccleſia dominatum affe-
…, in aperienda & tuenda ſua ſenten-
…nullam rationem ducendam putant.
…inculcat Dominus du Bois, omnium
…Chriſtianorum munus eſſe, opiniones
…ſuas ad Dei verbum exæquare. Reſpon-
…deo: quis ſe Chriſtianum profiteri poteſt,
nec tamen iſtam ſententiam Domini *du
Bois* tamquam veritatem fundamentalem
agnoſcere? Addo præterea præcipuum
noſtræ ſusceptæ Reformationis fundamen-
tum eſſe, verbum Dei, quod eſt infalli-
bilis & æterna veritas, non amplius pe-
tendum ab effatis alicujus hominis &
Collegii: & ideo non eſt cenſendum id
verbum Dei eſſe, quando unus aut plures
imo omnes doctores præ ſe ferunt ſe ea
docere, quæ Deus revelavit, ſi ea ad ver-
bum Dei ſcriptum nolint appendi; multo
minus fas eſt, illud collegium iſtam aucto-
ritatem ſibi vendicare, hominibuſque ex
auctoritate fidem alicujus articuli religio-
nis imperare. Lubentes interea hoc damus
Domino *du Bois*, profeſſione & munere
Theologos in Scriptura & rebus Theolo-
gicis magis eſſe exercitatos, quam ſunt
plerumque privati Chriſtiani: & ideo illi
largior Theologorum judicii de rebus
Theologicis habendam rationem; non
plus tamen illi tribuendum eſſe doceo,
quam judicio Juriſconſultorum, qui à Sca-
binis conſulti, de jure reſpondent, quod
Scabini in jure dicendo amplecti neceſſe
non habent; imo non debent, niſi perſua-
ſi ſint, Juriſconſultorum reſponſa æqui-
tati conſentanea eſſe. Imo caſus evenire
poſſunt, ut Scabini minus moveri debe-
ant *Juriſperitorum* quorundam reſponſo,
quam *privati* alicujus hominis: quando
nempe *juſtas* cauſas habent ſuſpicandi
*reſponſo* Juriſconſultorum aliquid odio
aut gratiæ datum. Sic nullus Chriſtianus
ad Theologorum judicium ſuum accom-
modare debet, niſi ſit perſuaſus Theolo-
gos veritatem eſſe aſſequutos: & ſi ratio-
nes ſubſint quare de æquitate animi The-
ologorum dubitet, non tantum nihil eo-
rum auctoritati tribuere, ſed contra ani-
mum munire debet, ne ſe eorum auctori-
tate in alterutram partem impelli ſinat. Eſt
itaque error & lapſus circa principia noſtræ
Reformationis, quando Dominus *du Bois*
loquens de auctoritate Doctorum in no-
ſtris Eccleſiis, iis ſequentia verba adaptat
ad extollendam eorum auctoritatem. *Qui
Advocatos de jure conſulit, non tenetur ad
illorum arbitrium ſe componere. Attamen ſi
talis potius ſuo, quam Advocatorum & præ-
ſertim plurimorum in unum ſenſum conſpiran-
tium judicio inſiſtere velit, is facile, opinione
facultatis ingenii ſui inflatus, in errorem ſeſe
induet.* An juratus Pontificius alio ſermo-
ne uti poteſt? An Chriſtianus in rebus fidei
non ſuo, ſed alterius judicio ſtare debet?
Nonne quilibet Chriſtianus ſedet judex in
res illas, quibus ipſe vel habere vel non
habere fidem debet? Illene nimium ſibi
arrogat, qui in rebus fidei non pedibus it
in ſententiam alterius? Nonne Orthodo-
xi rejecerunt judicium tot Theologorum
ex omnibus mundi oris Tridentum convo-
catorum? Et qua alia de cauſſa, quam
quia volebamus judicium fieri ſecundum
normam verbi Divini; & non ſecundum
numerum ſententiam ferentium Theolo-
giæ Doctorum. Reſpondere hoſce Do-
ctores.

ctores Pontificiis addictos fuiſſe, ac Reformatorum adverſarios: ferri certe hoc reſponſum nullo modo poteſt. Inde enim ſequeretur primo, cum Doctores Theologiæ ad nullius partes ſe applicant, imprudenter fieri, quando illorum judicio non ſubſcribimus. Porro: Theologi, qui omnium vehementiſſime obſtrepunt Carteſianis, ſimiliter ſunt factioſi, utpote qui in rebus ſuis omnibus ſunt tam impetuoſi, pleniqueperverſis animorum motibus, ut jure illorum judicium ſuſque deque habendum ſit. Eo magis quod ſtatus controverſiæ nondum ſit repertus: quod enim ab adverſariis quam acerbiſſime oppugnatur, à Carteſianis refellitur. Sed dicet aliquis, in Eccleſia Dei nullus erit ordo? An liberum erit unicuique docere, idque in Philoſophia ſentire, quod ipſi placet? Cum quid docetur cum Theologia pugnans, nonne Theologorum eſt huic malo obviam ire? Pag. 4. *Tractat.* Domini *du Bois. Nonne Philoſophia ancillatur Theologiæ.* Pag. 6. *Et Philoſophia an non ad Theologiæ veritatem eſt exploranda, cui immenſum cedit? Talis diſſoluta libertas nonne Socinianis daret veniam fruendi etiam eadem libertate?* Pag. 3. *Nonne igitur Synodis liceret dirimere lites Theologiam ſpectantes?* Pag. 34. *Quod ſi, nonne igitur tales habendi immorigeri,* Rom. 16: 17. *Et Schiſmatici, qui ſe illi judicio nolunt ſubjicere: quoniam legimus; Spiritus Prophetarum Prophetis eſſe ſubjectos,* 1 Cor. 14:32. Pag. 33. *Non quod debeat ſuper Synodorum judicio ædificari fides Eccleſiæ; ſed earum decreta ad id valeant, ut judicetur, quæ doctrina ab Eccleſia accipienda ſit, quæ rejicienda; cum novæ controverſiæ, vel dogmata ſurgunt.* Pag. 33. *Sic tamen ut nullius conſcientia illis legibus vel judiciis teneatur: qui vero putat conſcientiæ ergo ſe non poſſe judicia Eccleſiæ acceptare, extra Eccleſiarum communionem manere poteſt: nemo apud nos ulla poteſtate externa cogitur; ubi contra ſit inter Pontif.*

ones, & argumenta, quæ Dominus du *Bois* mihi opponit in ſuperius recenſitis capitibus: excepto ſolo 11. *Capite* agente de *Moderatione.* De qua poſtea diſputabimus.

Has rationes Domini *du Bois*, totamque rem iis ſuperpoſitam, paulo accuratius examinabo. Primò animadvertitur hic in reſponſione Domini *du Bois* magna inopia rationum & argumentorum ſuper res, quæ tantas turbas excitarunt, quaſi cum religione & Eccleſia Chriſtiana actum prorſus eſſet: ſuper quas gravamina & querelæ ſunt delatæ ad ſacra comitia: omneſque Claſſes & Synodi turbatæ. Secundo occurrunt in argumentis manifeſtæ contradictiones. Ait membra Schiſmaticorum numero habenda, quando ſe componere nolunt ad ſententiam & judicium Synodorum circa novas quæſtiones, ſive dogmata, *Pag.* 33. *Pag.* 34. dicit, quod qui non poteſt ire in Synodorum ſententiam extra Eccleſiam vivat licet: nemini vis i fertur. Licet mihi extra Eccleſiam eſſe nullo Synodi alligor judicio, cur igitu cer Schiſmaticus, cum nequeam con tię ergo eorum judicio me obſtringe cine poteſt Pontificium, Remonſt &c. non ſubſcribentem Synodo dicio, ſchiſmaticum eſſe, vel in rum. Qui nullas tranſgreditur nullam ſocietatem ſolvit; nul ram, quod attinet totum, ex quam enim tam arcte junctu biſcum: quapropter & ipſi non ſeſe applicare ad Syno um, quam Synodo non a cium ejus. Uti etiam; ſi n interceſſit inter Paſtorem Eccleſiæ, promiſſum, n obſervationem ullius judici nes & lites recens ortas; n maticus vocari poteſt, c ecciſionibus & decretis

*dam eſſe ad quie-*
do ſervandam in
ncedit neminem
concionatorum in
,adhærere. Si Dei
Prophetarum nos
pax Eccleſiæ inter-
o igitur mihi liberum
im? Ita ut valde infir-
argumentis, nec aliter
quam quid ſomniaſſet de
, vel alia re inani. Cla-
o ſequente res patebit. Ad
rgimus.

ordinem Eccleſia, 1 Cor. 14:
e reliquit ſuper ea re in Eccleſia
Cor. 11:2. vel circa ipſam liber-
ocendi, Philoſophandi, vel va-
di: & inter alia prohibet ferri do-
m in Eccleſia Dei; nedum ut pa-
tur tradi doctrinam, quæ fundamenta
que articulos fundamentales convelleret,
Joh. 5:23. & 3:3. Rom. 16:17. Heb. 11:6.
2 Cor. 11:4. Gal. 1:6. 2 Joh. 3. Tit. 3:9.
Et quoniam doctores omnes inter Contra-
remonſtrantes ſtatuant dogmata quædam
Socinianorum fundamentales errores eſſe;
quod nemo de Carteſianis judicat, argu-
mentatur Dominus du Bois valde male à
Carteſianis ad Socinianos. Multo minus
validum argumentum ejus eſt, cum ani-
madvertitur, nos negare ullas à Carteſia-
nis urgeri opiniones, quæ adverſantur
Confeſſioni fidei Eccleſiæ Ortho-
doxæ. Contrariumne eſt Orthodoxo-
rum fidei, dicere, *mundum tam mag-*
*num, eſſe ut magnitudo ejus non cadat ſub*
*imaginationem noſtram. Beſtias non cogi-*
*tare, licet vitam animamque habeant. Nihil*
*eſſe extra mundum, nec altitudinem, nec*
*longitudinem, nec profunditatem: Terram*
*moveri, & ſolem ſtare: Animam noſtram*
*ſubſtantiam cogitantem eſſe, ſicuti corpus*
*ſubſtantiam extenſam: corpora à ſe mutuo*
*diſtare non poſſe niſi vero ſpatio: ideoque ubi*
*tale verum ſpatium non eſt inter corpora, ea*
*ſibi mutuo juncta eſſe. Eſſe etiam extra*
*mundum hujuſmodi verum ſpatium nequa-*
*quam, quod debeat eſſe cauſa extenſionis?* Non
quidem, mihi ſic videtur: Atque hæ
ſunt opinionum diverſitates, quas non infi-
cias imus eſſe inter Carteſianos & anti-Car-
teſianos. Sed inquit Dominus *du Bois*, cum
Philoſophorum opiniones verbo Dei con-
trariæ ſint, Theologorum eſt huic malo
reſiſtere. Reſp. Ut Philoſophus quiſ-
piam, vel quis alius opinionem tuiturus
pugnantem cum fundamentalibus fidei ar-
ticulis, vel immediate, vel per primam,
vel ſecundam cognitam conſequentiam,
id primum in genere ferri non poteſt. Rur-
ſus, cum quis condat opiniones deflecten-
tes ab Eccleſiæ Confeſſione, cujus eſt
membrum, munus eſt Eccleſiæ Docto-
rum, utpote Paſtorum & Rectorum ejuſ-
dem, tales opiniones ex Eccleſia exter-
minare, ſimulque Diſciplinam Eccleſia-
ſticam in talem exercere; quandoquidem
non ſtat promiſſis, quibus ſe obſtrinxerat,
cum fieret membrum Eccleſiæ. Tertio,
certum quoque, nemini licitum eſſe quod
dogma cudere Sacræ Scripturæ contrari-
um, hoc eſt, nemo tantum tribuere de-
bet captui humano, ut potius, quam
ſuum deſponderet ingenium, Sacrarum
litterarum auctoritatem labi ſineret. Ve-
rum cum per Scripturam, vel Theologi-
am intelligimus conceptum, à nonnullis
Theologis ſuper textus quoſdam, de qui-
bus ab utraque parte lis moveri poteſt,
formatum. liberum unicuique Chriſtiano
ſuos ſenſus ſuper tales textus proferre,
deque iis ſentire, uti capit. Atque hæc
eſt legitima vaticinandi libertas. Nec ve-
nit in conſiderationem, num multi vel
pauci ſint, qui diſſentiant ab opinione no-
ſtra; ſed an adverſetur articulis funda-
mentalibus, vel fidei noſtræ Confeſſioni.
Nec quid refert, an quis, qui peculiari
quodam modo quoſdam Sacræ Scripturæ
textus explicat, ſit Theologus, vel non.
Meretur abunde Theologi nomen, qui
ſuas poteſt tueri partes; ac ſi depellatur
gradu ſuo, ſua inſcitia, ac faſtus nullo ne-
gotio

gotio ab eruditis proſtitui; ac ſicubi erraverit vel in viam duci, vel cum pudore os ei obſtrui poteſt: quod ſatis ſupplicii viro honeſto in rebus non magni momenti in religione. Hoc ſaltem efficietur, ut contra oppoſitis rationibus alii prohibeantur eundem errare errorem. Sic unus aut alter Orthodoxorum prorſus aliter textus quoſdam expoſuit, quam fieri ſolitum erat in Eccleſia Romana; in qua erat nutritus: neque à noſtris hoc ipſis non vitio ſed laudi datum eſt. Eſt igitur quidem abſurdum & ſapit Pontificium, cum quærit, Pag. 34. *An ego ita queam materias Theologicas, & Sacrarum litterarum expoſitiones tractare ſicut Theologus*: ut videtur mihi, homo vellet rurſus uſum diſtinctionis inter Clericum & Laicum introducere. Simne ſic aptus expoſitioni illorum textuum, de quibus inter me ipſumque lis eſt, lectoris partes ſunt judicare. Sum extra culpam ac aliorum cachinnos, cum tot argumenta pro opinione mea confirmanda afferre poſſim, ut habeat vir judicioſus neceſſe fateri, me neque cum arrogantia vel contemptu auctoritatis Sacrarum litterarum, ita ſenſiſſe. Tantundem valet, cum quærit, Pag. 35. *Num deceat Philoſophum eſſe tam audacem, ut non vereatur novas atque inauditas interpretationes, ac modos, & novas regulas univerſales de expoſitione Scripturæ Sacræ, contra ſtylum & dogmata cunctorum Reformatorum Theologorum, invehere in Eccleſiam Orthodoxam.* Nego à me novos canones, vel interpretationes in expoſitionem quorundam textuum importari. Poſito vero ita ſeſe rem habere: quidni mihi liceat poſt meditationem ſeriam, ubi reperi peculiarem interpretationem in textus quoſdam, eoſdem in Eccleſia Dei vulgare typis: cum reliquerim ſuo unumquemque interim libero judicio; ſimque paratus, ſi errarim, errorque meus oſtendi poſſit, decedere ab opinione mea. Sed ait Dominus *du Bois*, orituras eſſe diſcordias ac contentiones in Eccleſia Dei introductione ac propoſitione hujusmodi novarum interpretationum. Pag. 34. Sed quæſtio eſt, num proventura ſit hæc diſcordia ex tali Philoſophandi libertate: an prava diſpoſitione animi illorum, qui oppugnant opiniones (in quibus libertati Philoſophandi locus datur) tanta pertinacia, priuſque cœlum terramque videntur miſcere velle, quam ferre, ut proponerentur in Eccleſia Dei opiniones ejuſmodi, & ſubjicerentur Chriſtianorum judicio. Effugium commune eſt, opiniones quaſdam, licet non adverſantes articulis fundamentalibus aut fidei, tamen noxias atque inutiles eſſe. Sed primo (uti etiam ſupra dictum) quo jure paſtores, imo Eccleſia univerſa opiniones, neque pugnantes cum univerſalibus regulis fidei, nec Confeſſionis articulis, ſic expellant ex Eccleſia Dei, ut contraria opinio ſola ſit docenda, eique attentæ aures præbendæ: utque iis liceat in Eccleſia Dei ſuam ſic firmare opinionem, ut fundamenti quoque inſtar habeatur, quo ſuperſtrui Eccleſia
Dei debet; omneſque illi extra Societa
tem Eccleſiæ, & uſu Sacramentoru
atque adeo cœlo excludi oporteat, q
opinioni ſe non tradunt, vel non ſun
rati ſilentio velut illi aſſentiri: illu
minimum concedere, ut de ſentent
quam putant fundatam eſſe in Dei
& ædificationi Eccleſiæ poſſe in
non erit licitum mutire. Egi ha
*Tractatu meo*, Pag. 1071. &
fuiſſet operæ pretium, ut D
*Bois* hanc opinionem meam,
plicebat, falſam eſſe demou
que oſtendiſſet, cur eſſem dig
tari ab hominibus quibusdam
ſervidis. Dico etiamnum no
ſe Tyrannidis exercitation
Domini, ut quidam huju
ſenſus legum inſtar valere p
norum conſcientias velint:
inculcantes ac inſtillantes p
ſi tota religio inde pendere
ac reddentes ſuſpectas contr
ones, omneſque iis addict

riſtiani appellari qui idem illis ſen- ut ab omnibus cclesiaſticis, qui s eſſe ſinat illo- mo non faveat eti- rum nonnullæ ſunt a doctrina circa hæc eſiaque ſenſim deſti- one: qua fieret ut eri de oppoſita opi- nus ut in ea inſtituatur: quirat habitum judicandi ebus fidei, circa quas lo- cinandi libertas. Qui, ut eſt cum ſtatu Eccleſiaſtico m, non ignorant, ſciunt ant mea verba in reſponſione ec opus multum rurſus his inhæ- andoquidem huic malo conſtitu s Eccleſiaſticis obviam itum eſt ab quibus ejus rei cura in Eccleſia Dei miſſa; licet Dominus Gisbertus Voetius, que aſſeclæ hoc pro perſecutione Ec- cleſiæ æque piorum habeant. Sed ad Do- minum du Bois revertimus.

Putat vero Dominus du Bois, poteſta- tem Synodorum tam latè patere, ut, quum novæ opiniones ſurgunt; quæ non videntur non diſcordias ac ſciſmata exci- taturæ in Dei Eccleſia, iis liceat in eas ju- dices ſedere ferreque ſententiam; ſic ut iſtæc opinio, quæ Synodo videtur oppo- ſita eſſe verbo Dei, prohibeatur doceri, ſimulque ſtatuantur membra teneri tali Sy- nodorum judicio: cui opinioni ſuæ ac- commodat textum, *Rom.* 16:17. *Obſer- vate diſſidiorum & offendiculorum auctores contra doctrinam quam vos didiciſtis: & de- clinatis ab eis.* Et 1 *Cor.* 14:32. *Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjiciuntur.*

*Reſp.* oſtenſum nunc Eccleſiæ Docto- res nullos ſive paucos ſive multos poſſe opinionem, non adverſantem fidei con- feſſioni, damnare: atque ita novos fidei articulos cudere; quibus ſeſe tradere ſin- gulanda membra coguntur; ita ut ii, qui illis ſe mancipare nolunt, jure ſecundum horum judicium inter contumaces nume- rentur & contemptores auctoritatis Syno- dorum. Et obtentus, quo volunt rem fieri ne contentiones ac ſciſmata irruant, vel caveatur ne hac doctrina Eccleſia in pejus labatur, videtur prima fronte valde laudabilis eſſe, ſed revera cauſa eſt cun- ctorum diſſidiorum ac diſcordiarum in Eccleſia Dei. Et quomodo cum re ali- ter poteſt eſſe comparatum, cum ho- mines tantum ſibi in alios ſumunt im- perii, ut velint ſuam in Eccleſia Dei ſolam regnare opinionem; alios coram Eccleſia tota ſic condemnantes, ut ne opinio eorum nominari digna ſit, quique idem ſentiunt Eccleſia ejician- tur, ſuſpecti reddantur, atque ab om- nibus removeantur functionibus Ec- cleſiaſticis. Provoco ad Sacras Litte- ras, hiſtoriamque Eccleſiaſticam, quæ teſtabuntur diſſidia cuncta in Eccleſia Dei germinaſſe ex nimia unius alte- riuſve dominandi libidine, qui alteri cedere nolens, nimiſque ſibi placens in opinione ſua, ferre nolit, aliquam opini- onem ſuæ adverſantem, in Eccleſia tole- rari. Et quomodo tales opiniones repri- mendo, gravibus erroribus reſiſtatur, quando inter omnes conſtat, eas funda- menta non convellere; ſed moderatæ ultro citroque inquiſitioni ſervire poſſe, qua ha- bile reddatur ingenium Chriſtianorum ad dignoſcendum bonum & malum? Damus vero, licitum eſſe Synodis tales damnare opiniones, quæ vel palam, vel per con- ſequentiam primam ſtatuuntur pugnare cum confeſſione fidei Eccleſiæ; ob ratio- nes ſupra dictas. Etiam quadrat in hæc Scripturæ locus, *Rom.* 16:17. indicans eos *diſſidiorum auctores eſſe; qui quid docent contra Doctrinam, quam didicimus,* &c. Et quod attinet locum, 1 *Cor.* 14:32. certe res nimis magni ponderis, ut uni- cus hujuſcemodi Scripturæ locus tam ob- ſcurus adducatur illi probandæ. Et certum eum nequaquam id poſſe demonſtrare, quod

quod intendit D. *du Bois*. Si debet ſecundum ejus opinionem ſpiritus prophetarum prophetis eſſe ſubjectus, æquum itaque eſt, penes judicum multitudinem in Eccleſia Dei ſit poteſtas componendi diſcrimina fidei. Itaque ii habendi erunt inter Prophetas maxime Orthodoxi, quorum dogmata plerique omnes ſequuntur: ſic jure tanquam inutilia Eccleſiæ membra reſecanda, iiſque interdicendæ cunctæ hæ eminentes prærogativæ, à Deo Eccleſiæ ſuæ conceſſæ, quarumque nemo particeps eſt, qui modo legitimo Eccleſiæ communione remotus, qui non jurat in opiniones maximi numeri Prophetarum. Porro, quandoquidem cuivis Eccleſiæ ſint ſui Prophetæ, quibus unuſquiſque Chriſtianus Prophetis erit dicto audiens? Proculdubio quiſque ſuis; atque hoc fundamento conſtat niti univerſam Romanam Eccleſiam. Non igitur hic obſcurorum illorum verborum ſenſus eſſe poteſt, quem Dominus *du Bois* iis affingit. Ut mihi videtur, per prophetas intelligendi non Doctores ac Eccleſiæ Rectores ſoli, ſed Chriſtiani omnes, præditi facultate doctrinam aliquam non inutilem Eccleſiæ proferendi: atque miraculis in Eccleſia Dei in principio frequentibus, multi inter membra peculiaria reperiebantur, qui indocti & abſque ullis lucubrationibus hiſce dotibus excellebant; atque idcirco jure fandi in Eccleſia Dei poteſtate donabantur. Per ſpiritum, talium Prophetarum doctrinam intelligo, quibus utpote errori obnoxiis, ideo quoque credere ſine examine non erat tutum, *Job.* 4:2. Neque erat fas Prophetis ſuam nimis velle valere doctrinam, ſed videntibus, eam ab intelligentibus multis in Eccleſia Dei non agnoſci poſſe, non licitum iis, plus verba facere de doctrina ſua; ſit habentibus, ſibi non prohibitum fuiſſe opinionem ſuam cœtui proponere, rationeſque ejus confir-

tam obſcurus Scripturæ locus non magnam vim habet labefaciendi tot claros & manifeſtos textus, qui jubent unicuique manere libertatem vaticinandi ſuper, & in omnes illos articulos, qui non ſpectant fundamenta; & qui, quia ab eo remotiores ſunt, Chriſtiano errori obnoxio non ita faciles ſunt cognitu: & ideo cuiqui Chriſtiano præſcribi eorum fides ita non poteſt, ut præcepti divini inſtar haberi debeat, dicique ſic loquitur Jehova, 1 *Cor.* 4: 5. *Matth.* 7: 1. *Rom.* 14: 5. *Jac.* 4:11. 1 *Cor.* 7: 23. *Job.* 4: 2. &c.

Quamvis id ſemper concedam, omnes illos, qui modo non legitimo, uti odio, invidia, calumniis, aliove modo in propoſitione ſuorum ſenſuum, occaſionem præberit rumpendi amoris vinculum, quod intercedere inter Chriſtianos oportet, atque ita diſſidia ac altercationes excitant per eam poteſtatem, quam Deus Eccleſiæ ſuæ conceſſit, poſſe ac debere refrænari; ac non parentes Eccleſia ejici: non propter doctrinam, ſed malos mores, quibus do... ſuum ſtabilire intendunt. Verum Carteſianos huic culpæ affines facere, cum nihil aliud intuearitur, q... proponendi opiniones ſuas ... verſantes articulis Confeſſionis ... tendendi ſine læſione atque ob... aliorum cum ea libertate, ... Eccleſia uſa eſt, quamque ... *bertus Voetius* cum ſuis nu... pere Eccleſiæ, volens ju... Carteſianos temere factu... habere ſtareque; ſuosqu... vari omni occaſione, q... ſuam agere coram homi... ditis. Puto itaque arg... *du Bois* propoſitis in ſu... culis me reſpondiſſe ſatis...

Supereſt nunc *Cap.* I I... *...tione*: ſuper hujus mate...

ales: quum calculo
erſæ opiniones, quæ
er Carteſianos, hæc
pinio: ac maxime ſe
arteſianos cogitabant:
m, hac in re meam opi-
m ex quibuſdam Carte-
s: quodque eos fervidos
ologos dixerim, qui Re-
terdicebant uſum Sacra-
Eccleſia Dei. Vide *Suet.*
*itera ſua declarat.* Pag. 14.
du Bois in hac ſua ſecun-
Pag. 74. 75. Lector judi-
hoc fiat. In reſponſione
librum Domini *du Bois* ege-
ac diſtincta perceptione rei,
k 1088. Et Pag. 1088. 1089.
ter perceptionem & percep-
ucramque eſſe dixi quoad vi-
em, de rebus multis ferre ju-
etiamſi ad illam claram & di-
n cognitionem, quæ certa eſt
s norma, non perveniſſes: *ejuſ-*
*vero judicium tum non indubita*
*ritatis, ac declarationis divinæ vo-*
*tis loco, habendum annunciantis.* &
*mit tamquam Dei nomine, quid fieri ac*
*li debeat; ſed ſolum tamquam quid ido-*
*m componendis contrariis opinionibus:*
*adque putamus ſecundum judicium noſtrum*
*tioni vel æquitati proxime accedere.* Hæc
ropoſitio mihi occaſionem præbebat lo-
quendi de arrogantia ac faſtu quorundam
Chriſtianorum; qui non ſatis intenti huic
diſcrimini, omne, quod judicant in verbo
Dei eſſe fundatum, à reliquis Chriſtianis
as Dei verbum, ejuſque *voluntatem* haberi
volunt, loquentes docenteſque non aliter,
ac ſi in propoſitione cunctorum ſenſuum
ſuorum loquerentur *nomine Dei*; ut præ-
cones & nuncii divinę voluntatis; non
veriti Eccleſiæ, quæ ad audiendam con-
cionem concionatoris convenit, dicere:
audi quid Spiritus loquatur *Eccleſiæ*, mani-
feſte (ut poſſunt mille Eccleſiæ membra
teſtari) dicta verba applicantes ſuis cogita-

tis, quæ concioni in prædicando Dei verbo, exponunt. Cumque indicaretur talem orationem fuiſſe offendiculo multis, fit idem ab illis poſtea non apertius modo; ſed tueri volunt, recte dictum fuiſſe. Et notum tamen non licitum eſſe neque Theologo, neque alicui peculiari Chriſtiano, quiſquis ſit, tantum ſibi tribuere ut audeat *tanquam nomine Dei*, & quaſi *ex voluntate ejuſdem* quid annunciare, niſi in rebus, *quarum* claram & diſtinctam habet ideam: *ita* ut poſſit dicere, impoſſibile eſt in hac opinione mea me errare aut falli poſſe: ſive ea clara & diſtincta cognitio nitatur certa ac indubitata ratione naturali; vel perſpicuo Sacræ Scripturæ textu, quem nemo in dubium revocare poteſt, quin aut Sacras Litteras abneget, aut vim inferat animo ſuo ſit neceſſe, aut perditis ſit moribus. Hoc probo, *Pag.* 1088. 1089. & 1090. Cui reſpondeo porro, *Pag. ead.* illos aſperioris & fervidioris ingenii Theologos eſſe, qui ſuas opiniones, in quibus ſe errare poſſe non negant, *pro verbo Dei Eccleſiæ venditant; ſuum proximum condemnant; ac de omnibus quæſtionibus, quantumvis ſublimibus, faciunt articulos fundamentales: atque hoc pede ſuas Eccleſias tanquam Dei nomine convocant, removentes alios omnes ut indignos communione ſanctorum ac Sacramentorum: quia cum illis in articulis tanti momenti non conveniunt.* Simulque dico D. *du Bois* quidem videri unum eſſe ex iis, quos dixi feroculos & fervidos Theologos, quia ſic abhorret à verbo *moderationis*, ac *libertatis Chriſtianæ*; eoque, quod dixi, oportere *unum alterum ferre cum benevolentia* in diverſa opinione ſuper aliqua Sacræ Scripturæ loca. Atque adeo hac occaſione incipio loqui de *Moderatione* in quinque cognitis articulis. Indeque colligunt adverſarii mei, illos me feroculos & fervidos Theologos dixiſſe, qui moderationem ferre nolunt. Qua de re nunquam quid mihi in mentem venit: ſed verbum illud iis adſcripſi ſolum, qui de cunctis captu difficilibus rebus fidei, ſuiſ-

que

que ſuper eas judiciis, fabricant fundamentales articulos: hoſque ſuos ſenſus, in quibus falli poſſunt, tanti valere in Eccleſia Dei volunt, ut quoque ea iis ſuperædificari debeat. Jam ſatis erat mihi cognitum, nunquam in ulla Synodo legitima, vel conventu quinque Remonſtrantium articulos tanquam fundamentales errores fuiſſe rejectos, ideoque rideri dignus Dominus *du Bois*, cum à me petat decretum authenticum Eccleſiæ, cujus ſum membrum, quo pateat illam credere, quinque Remonſtrantium articulos non eſſe fundamentales, *Pag.* 73. Nam quod addit ut probem, judicare Eccleſiam meam Remonſtrantibus oportere adıtum dari ad cœnam Domini, eſt abſque ratione: cum tale quid non dixerim: ſed illud, *Verum eſt, me credere, juxta ſententiam & uſum* Eccleſiæ, *cujus ſum membrum, quinque articulos notos non eſſe fundamentales, erroreſquecirca eos quoque non convellere fundamenta.* Ne verbum vero de conceſſione Cœnæ: poſſunt enim Remonſtrantium ſectatores alio nomine indigni haberi ſacra ſynaxi: ſed ut ad præcedentia redeam. Magna Adverſariorum hallucinatio eſt, conficere ex mea ſententia, *qua tueor* 5. *articulos non eſſe fundamentales*, me docere illos articulos non debuiſſe condemnari in Synodo Dordracena, neque decreta de iis cudi: temere enim duo diverſiſſima miſcent & confundunt, de 5. articulis non oportuiſſe ferri judicium: & eos non eſſe fundamentales; aut propter eorum errorum fœditatem neminem iis implicatum ad ſacram ſynaxin eſſe admittendum. Sed à majori ad minus ſum argumentatus; dicens ſi cogniti quinque articuli fundamentales non ſint; quod certo ſtatuo, & non probo, moderatorum ſententia non eſt repudianda. Inde enim ſequitur ſicuti e[illegible] ıdico; & non, ut putant adver[illegible] ſecundum judicium moderato-

*tere, &c.* Quæ cum ita ſint, magis rationi conſentaneum, ut ii, qui ſe dociles præbere volunt; ſuoſque perverſos ſenſus non vulgare vel propagare conſtituunt, habeantur Eccleſiæ membra, atque ad Sacramentorum uſum admittantur. Nunc itaque patet etiam quantis & quam acerbis calumniis *Suetonius Tranquillus in Cartiſiano ſuo convicto*, Pag. 37. *me magnum Calumniatorem vocet*: quia Leidæ Theologos eſſe dico, qui moderationem talem, ob quam moderatorum nomine inter civiles; inter hebetes vero atque ſævos perſecutores nomine porcorum in luto ſe volutantium, noſtra lingua Modderverkens, donati ſunt, tuentur: non aliter quam ſi dixiſſem, mea argumenta, quibus utor, ad defenſionem moderatorum, quoque eorum opinionibus eſſe comprehenſa; quæ, ut vere dicam, multo latius evagantur. Non minus calumnioſum, quod Dominus *du Bois* Pag 75. mihi expro-
brat, damnari à me factum illorum The-
logorum, qui moderationem, quam
quam Remonſtrantes urgebant, non
noſcebant; quodque eos *feroculos &*
*dos Theologos* vocitem. Conatus ſu
monſtrare, atque, ut puto, invict
di, cunctis obloquentibus, n
quemquam Eccleſia Dei errori
pelli niſi propter fundamentale
ideoque nullas omnino opinio
lerandas quæ fundamentum
nullo loco dixi eos feroculo
Theologos eſſe, qui ferre
opiniones, adverſantes co
licet error non fundament
ge inter ſe differunt acta
qui quaſdam opiniones r
tes cum confeſſione Eccl
Doctores; & eorum ho
vam condunt Eccleſiam.
cleſiæ con[illegible]oni ſe add
illis [illegible] decced

*ſcripſit.* An vero um magis eſſet, ſi veniſſent, ut edeuæ comprehendit nentales, eſt alia nuc, donec docear opinione, Confeſrtere; & ſecundum l concedere vel negaufum, & Sanctorum quam quæ ſolos com mentales articulos. Eſthiſce temporibus digna riſtianos. Hic ejus erat eologum eſſe, mihique illud Theologaſtri opprot ejus verbis utar, *een balf* logant. Non me inter Theoro: ſed grates habeo Deo tanons me huic ſtudio impendiſſe; Theologi meam ſalutem pendere paſſurus: putemque meos me in ne ſenſus talibus ſuperſtruxiſſe funotis, ut externa ſpecies ſeveri vulvel pietatis oſtentatio: vel unius aut rius temeritas, qua audet ſuos in relline ſenſus pro divinis, ac puro Dei vero circumferre, me non ſint tractura in illorum ſententiam ſine prævio accuratiore examine. Perſpexi plus nimium *humani ingenii imbecillitatem; & quibus affectibus & tenebris ſit obſeſſum: idcoque quam imprudenter factum ſe ſuaque omnia permittere fidei Theologi;* hæc ſunt verba in reſponſione mea prima: in quæ Dominus du Bois Pag. 75. invehitur non aliter, quam ſi gravibus calumniis oneraſſem Orthodoxos Theologos. Bone Deus, utinam hoc falſo diceretur: noſtrorumque Theologorum corda tenebris, affectibus pravis, omnique libidine vindictæ ſic eſſent purgata; ut talia mea dicta ſolum in Theologos Pontificios, & non Orthodoxos dicerentur. Sed ſcripta pungentia, condemnationes præproperæ, diſtorſiones verborum alterius; ſic ut pro hæreſi habeantur: convitia, quibus proſcindunt ſuum proximum & fratrem, cumque ponunt inter ſummos Hæreticos; idque tanta levitate ac malitia, ut plebs, quæ in deviis urbium locis habitat, non tam facile jaciat in ſe mutuo furum, vel meretricum nomina, ſicut Theologi, ubi efferbuere, ſibi mutuo affigunt peſtilentiſſimas hæreſes, nobis omnibus documento eſſe deberent, æque circa Theologorum noſtrorum dicta locum habere verbum illud, *audi alteram partem*, quam aliorum hominum. *Ideoque* etiamnum dico vitium eſſe in Chriſtianiſmo, *quod ſoleant homines in relligione & opinionibus adverſariorum noſtrorum nimiæ tam tribuere Theologis.* Ita ut Chriſtiani tanquam obliti illius dignitatis in qua conſtituti, *Heb.* 8:11. *Joh.* 6:45. 1 *Joh.* 2:27. ſic pendeant ab ore Theologorum ſuorum, ut videantur neque excitati ad pietatem, nec ullum conceptum circa quæſtionem Theologicam poſſe formare; niſi ſecundum normam illis à ſuo paſtore præſcriptam. Huncque abuſum animadvertens, dixi, aliquos conciones in tanto pretio habere, ut omnem ſuam religionem quaſi in iis poſitam eſſe exiſtimarent: putentque concionem Theologi hominem ſanctiorem reddere, quam lectionem verbi Divini. Quod ſcelus commiſſum, ſi ita dixerim? Concionatores ipſi illud idem Eccleſiæ ſuæ inculcant, dicentes non eſſe fidem habendam illorum dictis, niſi quum eorum veritas conſtiterit: neque Chriſtianorum res deteriore loco eſſent, ſi in eo ſeſe exercerent; neque noviſſimo illo die tam multi cogerentur rationem reddere temerarii iſtius judicii ac expulſionis perſonæ ac ſenſus ſui proximi. Si Paſtores Eccleſias ſuas docerent ſæpius quid requiratur; & quam certa, clara & diſtincta cognitio rei ſit habenda, antequam ſit judicandum, & certo hoc vel illud ſtatuendum, non tam cæco impetu raperentur in ſententiam hujus vel illius Theologi. Summopere præcavendis omnis generis ſciſmatibus inſerviret: Eccleſiaque ſuam infantiam diſceret-

ceret in judiciis de multis ſublimibus punctis Theologicis, de quibus inter Paſtores & Theologos lis eſt, quæque nunquam aliquos in Eccleſia tumultus creare poſſent, ſi Eccleſia ſolum intueretur pugnas & certamina Theologorum inter ſe, eaque cum judicio ſine cognitione, unius aut alterius non ſequeretur partes; qui propterea tunc elatus, ſuum adverſarium, qui non habet tantam plebis ac idiotarum, quæ in ejus verba jurant, turbam, exagitat; ac cedere loco cogit. Et eſſent Theologi immunes hoc peccato, quo fit, ut ſæpius in particularibus ſuis opinionibus triumphent, non alia de cauſa, quam quod tales illorum ſenſibus aſſentiantur, qui non intelligunt illa, de quibus judicant. Dictum Theologi Voetianæ factioni addicti mihi non placet: *ſolummodo dandam operam eſſe, ut eligerentur boni approbatores in ſenatu Eccleſiaſtico, paucos enim ſufficere prætores*. Res ſane deploranda tam in Eccleſia, Politia, quam Judiciis, in electione hominum, qui in vitam, honorem, conſcientiam, bona, ſtatum, dignitatem civium, tanquam judices, tam in mundanis quam ſpiritualibus rebus, quæ ut plurimum ſeparari à mundanis nequeunt, ſedent, plus adverti, quis ſit dextram fidemque daturus, quam quis judicioſiſſimus, puriſſimus, fortiſſimus ac conſtantiſſimus ſit futurus, ad rem rite & ſecundum veritatem dijudicandam.

Porrò mihi exprobrat Dominus *du Bois*, me Catecheſin non habuiſſe in tanto pretio ac honore, quantus ei debetur; quod falſum: non Catecheſin ipſam contempſi, ſed errores circa expoſitionem Catechiſmi, & primorum religionis explicationem. Meque hac in parte rem acu tetigiſſe inde patet, quod in multis locis neque modus, neque multiplices Catecheticæ inſtitutiones hic Ultrajecti uſitatæ, laudentur vel ſerventur. Ex multis

ſuas partes trahendos: poſtquam enim hoc ex ſententia ſucceſſiſſet, eoque modo Eccleſiam, ſenatum Eccleſiaſticum, imo ipſos Magiſtratus ſibi ſubjeciſſent; jamque alii, qui non pro iis ſtabant, idem facere inciperent, & conventus inſtituerent (aperte tamen ſic ut unicuique daretur aditus) ſeſe iis opponebant, artemque damnabant, qua tantum quæſtum olim fecerant. Nec fruſtra me oppoſui modo Catechiſandi à Domino *Voetio* inſtituto; quandoquidem in Synodo ultima habita Trajecti, Anno 1656. menſe Septembri, conditus eſt articulus contra abuſus hoſce; cujus hæc verba ſunt Articul. 25. *Venit in conſiderationem articulus* 29. *Ut ſervetur idem in* Catechiſando *modus. Inſuleruntque ſuper ea Claſſes reſpectivæ ſuos ſenſus, quibus ſtatuunt in* Catechiſando *adhærendum fore* Catechiſmo *Heidelbergenſi, juxta ordinem ſtatutum in Synodo Nationali. Sic ut nullum aliud fiat* Catecheſeos *ſubjectum*. Cogitare ſatis lector poteſt non ſine ratione tale conditum fuiſſe articulum.

Poſſem nunc ab hac re decedere; q
niam videt Dominus *du Bois* ſe pun
*moderationis*, vel fundamentales
los quatere non poſſe; ſed ad ali
ablegat auctorem: ſeque nunc
ſuum acuiſſe (utinam ſic acuiſſet
ſuum, certe magis honorificum
modo in Carteſianos dicit: ub
um fuerat cogitare, quod ſ
res, quales oſtendit, mihi ſ
tuiſſent, me in mea non
fuiſſe ſententia. Quoniam
mendacio me affinem r
(magis id operam dans
tu ſuo ut in odium incurra
orumque ignominiæ exp
gar; forſan vulnus meu
eſſe exiſtimat) non poſ
dere qua injuria m

batæ. Clamat fu
um Auctore illo
e ſcripto, ſuum-
fuiſſe editum,
t. Sed non ignorat
ationem non proba
etur typis, multis
etiam mihi aperte,
alios ſuos in me acu
uctor etiam Probatio-
dam ſeparatim tangit,
Bois præteriit: quæ
unt me non magnopere
erraſſe, uno conſenſu eos
njuraſſe. Alterum eſt,
s me mendacio implicem:
minum du Bois putaſſe pri-
tatus auctorem eſſe Theolo-
aſus, ideo me ſic exagitari ab
quod, cum non ſim Theo-
ſtem Sacræ Scripturæ quæſtio-
d Dominus du Bois nimis magno
rans odio, quo fit ut totis viribus
aculam inurere conetur, non ipſe
latere diſcedet. Oportuerat cum
ideraſſe, me in præfatione mea; ubi
eroc me turpiter maledictis laceſſi,
od non exiſtens Theologus, Theolo-
picis incumbam controverſiis, alloqui tam
Auctorem *Probationis non probatæ*, quam
Dominum du Bois; uti patet ex præfatio-
ne tota. Sed Auctor *Probationis non proba-*
*tæ* ſerius ſcribens & rectius informatus,
me Theologum non agnoſcit, ideoque
ferre non poteſt me ſic Theologiæ me im-
miſcere, vide Pag. 6. 9. 15. Et Lector
nunc judicet, num in ſcriptis meis men-
dacium aut ulla contradictio occurrat.
Quod queritur porro, me vitium typo-
graphi meo uſui accommodaſſe, eaque
occaſione ei abſurdas opiniones quaſ-
dam circa inſtitutionem Cœnæ Dominicæ
adſcribere, afficit hæc in parte me injuria
Dominus du Bois. Poſſum vere ac candide
fateri me ne cogitaſſe de vitio typographi,
vocemque ſi pro m poſitam fuiſſe: po-
ſitio Dominus du Bois mihi quidem abſur-

da eſſe videbatur, verum liber ejus tot ſcatet ineptiis, ut dixerim: *Tranſeat cum reliquis erroribus.*

---

## CAP. II.

### *De uſu Philoſophiæ in Theologia; & de regulis inſervientibus expoſitioni Scripturæ Sacræ.*

NUnc pergimus ad illam quæſtionem, quæ impulit utramque partem ad ſcribendum. Ut commodarem alicui, qui Latine neſcit, & tamen concionibus Paſtorum contra Terræ motum, excitatus erat, ſic ut quietus eſſe, antequam ut hac in parte ſeſe res haberet ſciret, non poſſet, ut commodarem, inquam, huic, conſcripſeram in noſtra lingua libellum de hac ſola quæſtione; eaque ſimul occaſione de diſputatione, num Spiritus natura in *ſubſtantiali cogitatione* conſiſtat: idque eam ob cauſam, quod in Academia Ultrajectina non diu ante hæc opinio, ut talis, erat exploſa, quodque libertas Vaticinandi, ac Philoſophandi hac in parte minime ferenda erat. De nulla re alia in toto Tractatu actum: nemo ſeparatim exagitatus; in communi modo Carteſianorum adverſarios placide admonui, leviterque repupugi: ut intelligerent nobis ſenſum non periiſſe, & ut diſcerent non amplius, malis animibus ac dolo malo, longe remoti ab eo candore, quem intercedere inter Chriſtianos oportebat, *Carteſium & Carteſianos* omnes ut reos gravium errorum unicuique ſuſpectos reddere. Excitavit hic Tractatus magnas turbas, ut vere dicam præter opinionem meam; cum minime cogitarem, ſcriptum tam rude pariturum in animis adverſariorum aliquem motum. Inter alios Dominus *du Bois* prodiit in aciem; ac ubi æquum fuiſſet, ut quæſtionibus, de quibus in Tractatu meo egi, reſponderet, quicquid potuit

potuit fecit, ut populus caperetur præjudiciis in *Carteſianos*. Ac præcipue circa modum interpretationis Scripturæ Sacræ eſt occupatus: meque à Socinianiſmo non alienum eſſe exprobrat. Vir qui revera fundamenta jacit in Sacræ Scripturæ expoſitione ita concordantia cum Socinianorum poſitionibus, ut, ſi homo mihi non videretur eſſe vir bonus & ſimplex, dicerem eum omni ſtudio anniti, ut imminutione auctoritatis Scriptoræ Sacræ locus daretur quibuslibet fanatici & avii judicii viris dicendi ac ſentiendi, quod ipſis placet. Nec cuiquam mirum videri debet, Profeſſores Trajectinos hic cæcutiiſſe; eoſque errores non animadvertiſſe: cum ſermo eſt de Philoſophia Carteſiana affectibus abripiuntur; coloratis utuntur omnes ſpecillis: videnturque iſtoc præjudicio capti, ut is, qui modo contra *Carteſium* ſcribit, præſertim cum ſunt ejus verba nonnihil felle condita, errare non poſſit: eoſque tanto proſequuntur amore, ut ad maximos conniveant lapſus. Jam quis Socinianiſmo ſit propior ego an Dominus *du Bois*, brevi patebit. Ac puto me tam clare oſtenſurum, Dominum *du Bois* eſſe de illo grege, ut teſtimonium doctorum Ultrajectinorum, ubi corroboratur magno Academiæ ſigillo, eum non ſit abſoluturum apud Lectorem medium.

Fatetur adverſarius meus, me talia fundamenta ponere, quum loquor de Auctoritate Scripturæ Sacræ in quantum ſpectat *rationem naturalem, induſtriam, ac ingenium hominis*, ut nulli Orthodoxo hæc diſplicere poſſint, *Pag.* 6. 7. 8. Et jure. Nam Deus, & conſcientia mea mihi teſtes, me in hoc ſentire, ut omnes Orthodoxi: quocirca etiam nullum fidei articulum magis quam Sacræ Scripturæ auctoritatem mihi ipſe inculcare ſum conatus: poſtquam uſu docueram, quam periculoſum, incertum, atque ancipitis aleæ res ſit, alicuius hominis fallibilis probitrari, ſive judicio ſe tradere, ubi ...

hanc opinionem à me bene & rectè propoſitam, & ita me animi mei ſenſa aperte proloquutum, ut meis inimicis putem ſublatam omnem calumniandi materiam. Pluſne dici poteſt quam: *firmiſſima in naturali cognitione fundamenta cedere debere verbi Divini firmitati.* Porro, *ubi verba perſpicua ſunt, ac circumſtantiæ, vel modus loquendi primam ac vulgarem ſignificationem non mutant, ſtricte verbis eſt adhærendum. Nec æſtimandum, licet, quod in Dei verbo docetur, ab intellectu noſtro non plene percipi poſſit: cumque illud fieri non poſſit, non ideo alius verbis imponendus ſenſus, decedens à prima verborum ſignificatione, quia res à nobis capi non poteſt. Nec Scriptura, nec ratio nos docet, impotentiam conceptuum noſtri intellectus etiam rationem eſſe, cur cogitandum ſit, verba in prima ſignificatione ſua non eſſe accipienda.* Rogo ut Lector inſpiciat *Pag.* 1100 & 1101. *m*ei Tractatu: & comperiet tantum auctoritatis me Sacræ Scripturæ tribuere ad imminuendum humani ingenii captum & lumen, ut ſtatua[m] hominem debere rationem à ſe remove[re,] veritateſque certiſſimas ex rationis lum[ine] hauſtas abnegare, cum verbi Divi[ni au]ctoritas contra ponitur.

Quamvis tam lucidæ declaratio[nes] ſententiæ circa auctoritatem verbi nihil loci reliquiſſe deberent A[dverſario] de me malè ſuſpicandi; ac in[...] berent commodæ interpretati[...] dam aliarum vocum mei Tra[ctatus] eos offendunt: ſic tamen ſe[...] ut opinio mea in peſſimam [...] tem, nec aliter fuerit div[...] uno ictu auctoritatem om[...] Sacræ convellerem. Et cla[...] loquendi modos ad hoc ju[...] ſas. *Deum, quaſi conſentire c[...] hominis, in quantum improp[...] dus ſit extendendus. Sic tam[...] quam percetur contra ſenſum* 1077. [...] 1078. *Ex præmi[...]*

, partim vel pror- & judicio permit- ræ explicationem, ſui ingenii rem ali- ione nititur, quouſ- it mutuatus loquendi Hanc opinionem di- Socinianorum eſſe, im Sociniani, ut intel- lis, ac judicium ad cap- um alicujus rei, ſit regu- n interpretari debet verbum neis ante memoratis verbis r, hanc quoque eſſe opinio- Lector judicare poteſt, quo . Primo hominum ſtupidiſſi- mprudentiſſimum me eſſe opor- at in quatuor paginarum tractatu ere mihi ipſe contradicerem, mi- tam parum conſtarem; atque uno, loquar, ore calidum atque frigidum rem Spiritum; ita ut primo dice- m; facultatem atque captum ingenii noſtri ullum locum habere, cum quæritur num ver- bis ſit adhærendum ſtricte vel non, ac tum rſus rationem fundamentum jacerem, quo nititur S. Scripturæ expoſitio. Quod vero attinet ſummam capitis, patet ex circumſtantiis meorum antedictorum, Pag. 1049, 1050. item 1077 & 1078. me hiſce meis dictis nihil aliud intelligere, quam quod, cum conſtet ex textus circum- ſtantiis, Scripturam loqui improprie, ita ut unicuique permittatur ſe ad verba non plane alligare, tum Spiritus S. hoc impro- prio loquendi modo ſumpto in prima ſigni- ficatione ſua non doceat; quamvis tamen & illis verbis, & aliis cum prioribus junctis in eadem periodo ſemper quid doceat, inculcet ac demonſtret. Nam alioquin fruſtra & ſine cauſa Spiritus quibuſdam vocibus uteretur (quod homini mentis compoti tribuere nefas eſt, nedum S. Sancto) hoc caſu in- quam, quando ſcopo S. Sancti in expoſiti- one textus ſatisfactum eſt. & tamen in eo comparent verba, quæ proprie & juxta primam ſignificationem ſumi & interpre- tari non debent: tum eorum ſenſum latio- ribus aut anguſtioribus finibus circumſcri- bi; prout cognitio ſua ejus rei, fundata naturæ lumine, fert; dummodo ſibi ca- veat ne ratione vel cognitione ſua abuta- tur; ac temere judicet: & ne à ſcopo, ad quem Scriptura in textu attendit, aberret. Rem exemplis ac ſimilitudinibus illuſtra- bo. Adſcribunt Sacræ Litteræ ſæpe beſtiis ingenium, ſpem, cognitionem, exſpectatio- nem. Omnes vere docti dicunt Scripturam illic improprie loqui, cum dicit beſtiis ra- tionem, cognitionem, ſpem vel exſpectatio- nem conceſſam eſſe: ſed quoniam hominum variæ ſunt de beſtiarum cognitione opinio- nes: quibuſdam ſentientibus prorſus omni cognitione eſſe deſtitutas; aliis con- tra judicantibus non plane eſſe rationis ex- pertes, ſed quæ longe abeſt à cognitione rationali; aliis dicentibus præditas eſſe ra- tione naturali, ſed gradibus differre ſolum à perfectione intellectus humani, ut D. du Bois: dico itaque Spirit. S. poſito S. Sacram per ſpem & exſpectationem beſtiarum non intelligere talem veram ſpem & exſpectatio- nem, qualis in hominibus cernitur: ſi- cuti uno conſenſu omnes Theologi affir- mant, voce ſpei & exſpectationis, ſumpta in prima ſignificatione ſua, nihil docere: nam ſi hoc fieret, credi deberet, in be- ſtiis revera ſpem atque exſpectationem eſſe; ſic ut prius deſponderemus omnem noſtram acquiſitam cognitionem, quam Scripturæ illam, quæ ei debetur, fidem non habe- remus. Sequitur itaque eum, qui impro- prium loquendi modum, in voce ſpei atque exſpectationis (dummodo doctrinæ à Spi- ritu Sancto in textu traditæ, & quæ ex cir- cumſtantiis textus æſtimanda eſt, & non ex menſura noſtræ cognitionis naturalis) om- nium optime explicat; neque in latiore aut minus lata ſignificatione capit, de beſtia- rum cognitione præſtantiſſime judicaſſe: & regula quam in judicando ſibi propoſuit (textus ſenſu, qui elici debet ex verbis & circumſtantiis textus, reperto) non eſt textus, vel circumſtantia ejuſdem, ſed natu-

naturalis cognitio, quam hauſit homo ex libro naturæ ſui ingenii ope; ideoque Eruditi verba textus de *cognitione* ac *ſpe* beſtiarum agentia latius vel ſtrictius ſumunt; prout per lumen naturæ hujus rei cognitionem ſibi comparaſſe putant; nemoque aliam hac in parte regulam agnoſcit, quam cognitionem ſuam & illud quod longo didicit uſu. Neque etiam Deus homini alias conceſſit regulas in judicio ac interpretatione hujuſcemodi improprii loquendi modi (quando ſe in alio loco S. S. non aperit) quam librum naturæ: mittitur itaque à Deo homo quaſi ad hunc librum, ac rationem naturalem, ut inde videat ac intelligat, quam late improprius iſte loquendi modus ſit extendendus, itaque *ille Scripturæ locus quaſi obnoxius illi judicio hominum manet quod unuſquiſque pro ſuo captu formavit, ſic ut videre poſſit in quam lata ſignificatione improprius loquendi modus, abſque læſione ſenſus textus, ſit accipiendus.* Quando autem hoc evenit, tunc lis, quæ inter doctos de illo ſenſu Scripturæ oritur, non eſt Theologica, ſed merè Philoſophica.

Quod ſi cui non ſatisfaciat, en & alterum exemplum: ait Scriptura Sacra apertè ſemen terræ mandatum mori antequam ferat fructus, 1 *Cor.* 15: 35. *Joh.* 12: 24. Et nuſquam contrarium docet. Si Scriptura Sacra vocabulo *mori* accepto in propria ſignificatione ſic utatur, ut velit intelligi, à ſe in propria ſignificatione vocem *mori* capi, (quod ego non exiſtimo) ſequitur, Spiritum Sanctum vocula mori, *docere* ac *dogmatizare*, ſemen reipſa mori cum germinat; & deberet homo propter auctoritatem Scripturæ renunciare omni ſuæ cognitioni naturali, quam habet de natura germinantis. Quandoquidem vero ſecundum omnium Theologorum judicium (excepto ſolo Domino *Streſone* Paſtore Hagienſi) textus circumſtantiæ patiuntur dici poſſe Spiritum Sanctum vocabulo *mori* improprie uti; ac proinde nec *docere* vel *dogmatizare* quid contra eam cognitionem, quam nobis natura ſuppedi-

vit, quæque nos ſemen non interire docet: Deus quaſi naturali hominis cognitioni permittit quid per vocem *mori* intelligi debeat; ſarto tecto conſervato ſcopo & ſenſu textus, quem Spiritus Sanctus eo hominibus tradere vult, & qui *hauriri e textu & ejus circumſtantiis debet.* Sic dicit S. Sanctus, nautas putare ſibi terram appropinquare: nec uſquam Spiritus Sanctus docet illud nautis non verè ſic viſum fuiſſe; ita ut nullus in tota S. Scriptura textus nos jubeat verba in propria ſignificatione ſua non capere. Tamen cuncti Theologi concedunt, verba non proprie eſſe intelligenda. Vult vero Dominus du Bois eſſe ejus rei hanc rationem; nimirum, ſi verba in litterali ſua capiantur ſignificatione, inde quid monſtri ſimile proventurum: quæ ratio (pace tanta eruditionis Domini *du Bois* grandem in ſeſe continet Socinia-
num errorem: quid enim magis abſu-
dum, *quam errorem non Scripturæ Sacræ*
*ſtimonio ſed ex lumine naturali hauſtum*
*nere dicto Spiritus Sancti.* Ego contr-
tuo hujuſmodi verborum expoſi-
non litteralem eſſe debere: quia
*ſtantiæ* textus, & non *abſurda* qu-
*tra circumſtantias textus, & tan-*
*tellectu naturali excogitata,* nos
verba proprie interpretari. Sc-
ptura dicit *Jac.* 5: 13. *A-*
*ærugine vitiatum* eſt: nemo
quin (ponamus Scripturam
quam, aurum rubiginem
poſſe) Spiritus Sanctus,
cem rubiginis, in tantu-
*cio, opinioni* ac cognitio-
naturam auri, quantu-
ſunt cognoſcendi ex n-
ingenii auxilio, quid ſ-
num *rubigine exedi* au-
Atque ex duobus illis
tat aurum rubigine co-
vero non poſſe; non e-
*Scripturæ* ... loquatur,
vertend... quoniam

. *Qui vero ſta-*
dhuc homini in-
quia manifeſto
præſertim *ver-*
uia Spiritus San-
opria verbi rubi-
ntum tamen hoc
aurum die judicii
um, uti, quæ ru-
ſus inutilia ſunt ge-
igitur omnes non
ro *fundamento expli-*
*ra*: ſed certo ſtatui,
ique omni contradicti-
re, ubi *docentis* fungi-
neo modulo ac pede,
am; mea cognitione
tavit, metior, *ubi* &
a Sacra *docet*; vel ut alii
prie *loquitur*. Non igitur
itteræ ſignificatione non eſſe
ia ingenium meum per lu-
ſolum verbis ſecundum litte-
tis) abſurdum quid ac cum ve-
gnans in re animadvertit: (quæ
Domini du *Bois*: & Sociniа-
era vox) Sed quia textus circum-
permittunt verbis impropriam im-
ſignificationem. Patet quoque
illi me afficiant injuria, qui dicunt,
nere Spiritum Sanctum in Scriptura
interdum quid dicere, ac *fari*, ſic ut
n non conſtituerit, quid *docere*,
rmare vel *negare*: quaſi hoc intellige-
de periodo in Scriptura Sacra, vel eti-
de aliquo verbo ſumpto *in quibus capi po-*
ſignificationibus in loco, ubi occur-
; ubi tamen ex omnibus, quæ adduco
xemplis Pag. 1061 manifeſte patet, me
tuere, Spiritum Sanctum verbis, quæ
improprie accipienda ſunt, tamen quid
*docere ac dogmatizare*, licet propria ver-
borum ſignificatione nihil doceatur: tum
enim *proprie* & non *improprie* capi debe-
rem. Sic dico Pag. *ead.* quando David
*Spiritu Dei impulſus ait*, ſe *Deo confiſum ab*
*uſque ventre*, *Pſal.* 70. Spiritum Sanctum

iis verbis docere, Davidem dudum Deum *habuiſſe*, ad quem confugeret. Dico vero *Spiritum* Sanctum verbis *ab ventre uſque*, acceptis in prima ſua ſignificatione, nihil *docere*: quia judico, textus circumſtantias me non cogere ut ſic intelligam, nimirum, ut Scriptura Sacra accipiat verba in propria ſignificatione ſua. Quæ *cum* ita ſint, venit in conſiderationem, quam de intellectu hominum in ſua infantia habemus cognitionem naturalem: cumque homo verbis textus *non informetur cognitione, quæ ipſi conſtare poſſit, quam late pateant vires intellectus infantis*; ſequitur hominum induſtriæ & cognitioni ex natura comparatæ, permitti interpretationem verborum *ab uſque ventre*: quatenus diverſæ iſtorum verborum ſignificationes ſcopo Spiritus Sancti in illo textu ſatiſfaciunt. Prout itaque comparatum eſt cum cognitione hominis, *improprius ille loquendi modus latius vel minus late extendetur*: atque ita *Deus quaſi hominis judicio & cognitioni permittit*, quam late vel arcte improprius loquendi modus capietur. Uti Dominus *du Bois* idem facit in textibus, ubi agitur de *exſpectatione, ſpe, ingenio, ſolertia beſtiarum*. Dominus *du Bois* ſecundum litteram exponit; ideoque veram *rationem*, *ſpem* & *exſpectationem* beſtiis vult adſcribere: nos cum omnibus Theologis, dicimus, improprium loquendi modum in verbis *ſpei* & *exſpectationis* beſtiarum eſſe. Quia ſcopo textus, de quo ex circumſtantiis textus judicamus, ſatisfit quando verba improprie *ſumuntur*: quo probato, reliqua verborum ſignificatio, non ex textu depromenda (quia ponitur Spiritum Sanctum illa quicquam amplius *docere* & *dogmatizare* nolle) ſed ex cujuſque ſenſu, & cognitione, quam unuſquiſque ſibi comparavit naturali cognitione, & uſu illis verbis interpretatio adaptatur. Dominus *du Bois*, omneſque alii, qui dicunt verba proprie vel improprie capienda eſſe, quia ratio dictat, *nihil abſurdi*, ſive proprie ſive improprie capiantur, inde

inde ſurgere, in omnibus parentem ſuum ſequuntur Socinum. Qui vero ait ex textus circumſtantiis minime patere, primam ſuam ſignificationem attribuendam eſſe verbis; ideoque, ſenſu Spiritus Sancti in verbis *ſpei* atque *exſpectationis* expoſito, videndum porro eſſe ex naturali cognitione, quam putamus nobis acquiſiviſſe de beſtiarum cognitione; quid præterea verbis *ſpei* & *exſpectationis* beſtiarum intelligi poſſit, loquitur juxta normam doctrinæ ſanæ. Sicut tum Theologi, qui in beſtiis nullam *veram ſpem* aut *exſpectationem* ſitam eſſe exiſtimant, verba *ſpei* & *exſpectationis* magis improprie ſumunt, quam Dominus *du Bois*, non quod quid inconveniens rationique repugnans ſequatur, ſi verba in prima ſua capiantur ſignificatione; ita ut propterea à propria verborum ſignificatione decedendum ſit: ſed quia primo judicantes ex textus circumſtantiis, non opus eſſe ut ſtatuamus Spiritum Sanctum verba in propria ſua & prima ſignificatione capere, tum porro (ſcopo Spiritus Sancti reperto) pro captu ſuæ cognitionis naturalis, quicquid verba *ſpei* ac *exſpectationis* beſtiarum poſſint ſignificare, excogitantes, pro modulo ſuæ cognitionis naturalis verbis textus latiorem, vel contractiorem ſenſum adaptant. Ac nemo ſe Sacram Scripturam fraudare Auctoritate ſua putat, qui tum (cum ex textus circumſtantiis quid Spiritus Sanctus verbis velit docere, ſit manifeſtum) porro expendit cum captu ſuo naturali, in quantum vocabula *ſpei* & *exſpectationis*, ſic ut non attendatur ad textus circumſtantias, poſſint beſtiis tribui. Atque ita Deus *quaſi hominis cognitioni* permittit iſtorum verborum textus interpretationem: neque id cuiquam mirificum videri debet; quandoquidem cum reliqua verborum textus ſignificatio ex circumſtantiis textus erui non poſſit, reliquæ iſtorum verborum ſignificationis eadem eſt ratio, quæ totius naturæ, ſuper qua quiſque ratiocinatur pro modulo ſui captus & cognitionis; quamvis cujuſvis officium ſit ratione ſua rectè uti.

Ex quibus cunctis etiamnum patet, me non errare, cum dico, quando conſtat ex circumſtantiis textus ſcopum textus permittere ut verba quædam textus improprie ſumantur, tunc homini permitti, dummodo textus ſenſus ſervetur, illis verbis, eam interpretationem accommodare, quam putat maximè congruere cognitioni, quam de rebus, quarum in textu ſit mentio, naturâ comparavit: & ad conſervandum ſcopum & ſenſum à Spiritu Sancto in textu intentum, in quo vocem impropriè ſumi circumſtantiæ textus permittunt, recte uſurpari modum loquendi, quem tamen Dominus *du Bois* tamquam teſtimonium & judicium hominis Scripturam parum reverentis notat: nempe *Spiritum Sanctum minimum hoc vel illud docere*. Luc. 24: 42. dicitur Chriſtus *ſumpſiſſe cibum ante oculos diſcipulorum ſuorum*. Dominus *Gisbertus Voetius* in probl. *ſub tit. de reſurrect. Chriſti* negat Chriſtum verè cibo uſum fuiſſe, alii affirma[nt.] Cum quis exponeret hunc textum; [...] dubitaret penes quem è partibus ve[ritas] eſſet, nonne ſic Theologus loqui de[beret:] *minimum Spiritus Sanctus verbo* ed[o]cet, *Chriſtum non rurſus cibum ore* [...] Imo vel ipſe Dominus *Voetius* [...] plicaret hunc textum, nec l[...] nimis elate, nonne dicere de[beret:] *Chriſtus vere cibum ceperit an* [...] *ctos controverſia eſt: hoc vere* [...] *textus docent, Chriſtum* cib[um] *ceperat, non exſpuiſſe rurſus.* [Do]minus *Voetius* in beſtiis al[...] eſſe; Dominus *du Bois* [...] fendit: ſi nunc exponen[s] [...] agens de *exſpectatione* [...] *rum*, nonne Dominus [...] num *du Bois* virum illum [...] uſus eſt familiariſſime, [...] obſervantia, dicere co[...] eſt inter eruditos, num [...] *ſpes* lateat in beſtiis: [...] pro certo ſtatui debet;

...re ac fiduciam ponere, Deo, Pſalm. 104:27. ...co ad certos ſenſus ali... iis excitari im... ſidia ſibi compa... idoquidem ei Dei ...um omnium uberta... ...intuitur; ideoque docet Spi... verbis ſpei minimum hujus... Dei & beſtiarum actionem: ...ſpectent, ac ſperent in ...e diſputat, num ex la... de cruce penderet, ve... ...tum limpidus humor, ...ncupat, & ab aqua diſ... Si non nimium ſuo fide... certe fateri debet tex... 34. exponens, verba docere, ac teſtari ex pe... ...arum humorem fluitaſſe: ...r iſte aqua pura vel Phlegma ...nter ſeſe altercari eruditos. ...tat, num vere Chriſtus for... ...i induerit, cum Mariæ ap... 20:15. quæſtionemque, adhuc controverſia eſt, pro... ...ndum itaque eſt; cum non ni... ...ice de nobis ſentire volumus; ...teſtatur, ac docet textus, Chri... ...lanum Mariæ fuiſſe viſum. Num ...s apparitionis cauſa fuerit in forma, ...ere aſſumſerat Chriſtus, an in aë... ...d oculus Mariæ, quæſtio eſt. Mil... ...a poſſem afferre exempla, ex quibus ...et, me verbis: minimum docet Scri... ...rabo, vel illud, nihil aliud locutum, ...om cuncti ratione præditi mortales lo... ...ac dicere coguntur. Atque hoc modo ...columnia Domini du Bois me obviam ...iſſe ſatis exiſtimo.

Atque tunc patet etiam, quibus ratio... ...ibus inductus, hic vir dicat, Pag. 15. ...16.17. hunc mecum loquendi modum, ...atque quorundam Sacræ Scripturæ loco... ...cum explicationem Socinianis robur adde... ..., ut dum explicentur quædam Scri... ...puræ loca, quæ adducimus ad demon...

ſtrandum *Satisfactionem Chriſti, æternam Deitatem Chriſti, & Spiritus Sancti perſonam divinam*. Quid enim? Quia Scriptura interdum loquitur impropriè; ſic ut plane non ſit adhærendum verbis: nuſquam igitur illud faciendum; & dicendum Scripturam Sacram ubique *impropriè loqui*? Quia diſputant Docti, num ſub impropriis verbis textus alicujus quid plus aut minus debeat aut queat comprehendi; an ſequitur inde verba cuncta quorumvis textuum pati diſputationem hujuſmodi? Nonne ſatis calumniis me libero, cum dico, Spiritum Sanctum in illis ipſis textibus, in quibus nonnullis verbis eſt improprius affigendus ſenſus, *quid certi docere ac dogmatizare*? Quanto magis *Spiritus Sanctus quid certi docet*, cum nullus improprius loquendi modus in textu occurrat; circumſtantiæque oſtendant verba in prima & plena ſua ſignificatione capienda eſſe. Sed revera hoc eſt Socinizare, idemque illis ſentire, eam regulam & normam, ſecundum quam æſtimandum ſit utrum ſenſu proprio an improprio ſumenda ſint, ponere, quod quando verba textus in ſenſu proprio ſumpta, *notabile ponunt abſurdum, quod intellectus naturalis per naturæ lumen ſe videre in re putat*; *ac declarat* Dominus *du Bois*, *cum intellectus tam inconveniens quid in verbis ſumptis in propria ſignificatione ſua, animadvertit, verba tum impropriè intelligenda eſſe.* At hoc facit Dominus *du Bois*, Pag. 8. & 9. in prima ac tertia ſua Pulcra regula, in qua docet, quomodo ſit explicandus Sacer Codex. Socini enim diſcipulus ſtatuens eſſe abſurdum grande, palpabile, quodque videri à quovis manifeſte poteſt, in *Trinitate, in liberatione merè gratuita: ubi tamen ſatisfactio intercedit omnibus numeris abſoluta: in vera pœnali ſatisfactione, ubi tamen alius pro nobis patitur: in ſatisfactione vera, & ubi nihilo minus ille, cui dicitur vere ſatisfactum eſſe, de ſuo lytrum ſolvit*, non ſine ratione verba textuum, quæ contra illos proferimus ad fidei

dei noſtræ defenſionem, capit improprie. Et facile intelligit Lector illas ſupra enumeratas controverſias, admiſſis Domini *du Bois* regulis, non amplius ex Scriptura; ſed ex ratione decidendas & componendas eſſe. Sed quoniam Dominus *du Bois* Pag. 9. queritur, me cauſa vindictæ, non vero jure adductum ei errorem, quem Sociniani errant, affricare, paucis dictorum meorum veritatem prodam. Pag. 8. hanc regulam, juxta quam interpretanda Scriptura Sacra, ponit I. *Cum una diſtincta atque oppoſita res dicitur de alia*, cum diſparatum prædicatur de diſparato, *una, aut altera vox in illo loco improprie, ac figurate debet intelligi*. Et Pag. 9. hanc tertiam regulam habet. *Quando propria verborum expoſitio notatu dignum parit abſurdum; per abſurdum notatu dignum tale abſurdum intelligimus, quod à quovis videri ac tanquam manibus palpari poteſt, verba improprie figurateque interpretanda ſunt.* Advertendum nunc porro, Dominum *du Bois* regulas, ſecundum quas judicandum erit de convenientia aut inconvenientia, ut ſic loquar, rei in duabus hiſce memoratis regulis, ponere, non Scripturam Sacram; quatenus textus alicujus circumſtantiæ textui adjacentes in Scriptura ipſa, inconvenientiam, abſurditatem, aut pugnantia oſtendit, ſi verba ſenſu proprio ſumantur: de tali enim abſurditate, quam ipſe facer Textus oſtendit, loquitur Dominus *du Bois* in regula ſecunda, in qua *pugnantia cum norma fidei abſurdum detegit*; ac etiam in quarta, ubi textus aut loci circumſtantiæ inconveniens aliquid notant, cum ſcilicet verba proprie capere vellemus; ſed à Domino *du Bois* in duabus ſupra relatis regulis de interpretatione Scripturæ Sacræ, ſtatuitur abſurditatis cauſa, & ob quam abſurditatem ſit decedendum à litterali ſenſu, ratio ac intellectus humanus. Uti hoc quoque patet Pag. 13 14. Ubi refutans verba mea, *Deum aliquando explicationem alicujus textus partim vel omnino permittere judicio vel cognitioni hominis*, reſpondet: ſi per cognitionem intelligat, vel demonſtrationes certas atque indubitatas, vel minimum rationes claras, quæque ab omnibus quaſi manibus tractari poſſunt, nollemus cum eo in alteram diſputationis arenam deſcendere; hoc enim eſt quod ante Cap. 12. reg. 3. ſimiliter diximus. Statuit igitur ſatis cauſæ eſſe, ut verba alicujus textus *improprie* capiantur, ſi verba illa in *propria ſignificatione ſua* quid ſignificarent, quod homo naturalis cognitionis ſubſidio judicat eſſe *abſurdum*. Hoc dico prorſus *Socinum* ſapere. Licet non ignorem non dedita opera virum in errorem hunc incidiſſe: ſed quomodo ferri hoc in tribus Doctoribus Ultrajectinis poteſt? Siccine hi tres fratres in Carteſianos ferrum acuiſſent, ut mallent pro Socinianorum dogmate ſtare; quam veræ ſententiæ alicujus Carteſiani, qui ejuſdem civitatis civis uſdem cum iis legibus utitur, eoſque num-
quam, quod ſciat, ulla in re læſit, h
norem, qui ei debetur, deferre. Ce
comperio, illos omnes, qui Carteſi
ferre nequeunt, potius quam ut v
parte iis cederent, paratos eſſe in
bus ſuis antiquis hærere; vel etia
amplecti: dummodo ſpes ſit eu
tendo dolorem inurere Carte
nunc gravi vertitur errori,
que defenditur, cum docet
judicandum, niſi primo v
*gnita ac explorata. Vide* Do
Pag. 7. Et *Suetonium* Tra
*tione ſua evidentiore,* Pa
auctor errori ducit, qu
ligione *nulli rei habend* am
*at manifeſte ac evident*
*Sancti nos arcana hujuſm*
*co oportere à nobis arcan*
*percipi.* Erit quidem de
onem horum tanto
citum dicere, aliqui
eſſe, licet *neſciamus.*
jam poſt hac *ſe quid cre*
*ret an in Scriptura hoc cl*

re, & clare, diſtincte ac
re, non jam plus una
. Jam in poſterum non
ito bo[illegible]o de veritate te-
ſeſe b[illegible]et veritas, clare
t; co[illegible]tra vero prohibe-
eteſtim[illegible]nium dare, quam-
e vel diſtincte pateat: & te-
, ſe rem, de qua teſtimo-
non bene perceptam ha-
[illegible]alam quis fatebitur ſine
diſtinctam alicujus rei
et falſiſſimum ſit id, cu-
diſtinctam ideam habere
o, ſi mihi licitum pro
quod neque clare vel di
Deus nullum diſcriminis
ter certo ſcire, credere ac du-
frustra labor à mortalibus
ad claram & diſtinctam co
veniant: cum æque quod
diſtincte à me percipitur, ar
, quam quod clare ac diſtin-
a poſſent adduci abſurda ex
eſi, ſi foret neceſſe: ſed quo-
eſiani contrarium defendunt,
e mendacium vera eſſe debent.
imus ad Socinianiſmum Domi-
.
ini du Bois opinionem Socinia-
eſſe, jam omnibus notis manife-
et; cum juxta opinionem ejus col-
o Socinianorum ſententiam. Oſtor. in
.cap.4.pag.140. ſi quis dicat argumenta
ra, diſputat ex argumentis contra Tri-
[illegible], conſiſtere non poſſe, quia in Scri-
[illegible] Sacra de Filio & Spiritu Sancto talia
[illegible]; eſſe tres numero perſonas, diſtinctas à
[illegible], & à Patre, & tamen unam, ean-
demque divinam naturam habere, ad id re-
ſpondemus, dolendum, homines in tam craſ-
ſis [illegible] tenebris: fieri enim nequit, ut una
[illegible] vera & non vera ſit. Si
[illegible], capitus atque intellectus
[illegible] oſtendas, ſeſſamus eſſe Tri
[illegible] in mentem convenire
[illegible] queat, nihilo-

minus fidem de Trinitate veritatem eſſe, atque ex Scriptura demonſtrari poſſe.

Smalcius contra Frantzium Diſp. 4. de Juſtificat. *Nulla eſt Chriſtianæ Religionis particula, quæ cum ratione non conveniat; neque etiam locum in Theologia habere poteſt, &c. ſumma enim & ipſa ratio religio eſt.* Voetius in Theſ. de ratione humana in rebus fidei. *Sunt Socinianorum abſurdæ poſitiones: horrida effata, tantum ex ratione judicium ferendum de poſſibilitate vel impoſſibilitate punctorum, quibus eſt habenda fides; nefas eſſe credere, quod menti videtur impoſſibile.* Ita quoque Dominus *Nethenus* Philoſophiæ ac Theologiæ Doctor, ac Domini *Voetii* Diſcipulus, in diſputatione ſua de Principio Theologiæ, *in hoc idem ſentiunt Sociniani*: exardeſcit contra Carteſianos, & quo Magiſtro uſus ſit, facile viſu; *quod nempe ingenium ſuum non Scripturæ claræ; ſed claram Scripturam velint intellectui ſuo ſubjicere; contra communem omnium Chriſtianorum opinionem.* Exinde patet nunc, Socinianos ſtatuere, verbis Scripturæ nullum ſenſum imponendum, qui pugnat cum re, quam judicamus ope noſtri ingenii, ac mediorum naturalium, veram eſſe: ideoque cum verba quædam in prima, ac propria ſua ſignificatione ſumpta talem ſenſum pariunt contrarium cognitioni, quam nos ex natura & per rationem naturalem hauſiſſe, nobis perſuademus, tunc juſtam cauſam & rationem eſſe recedendi à ſignificatione propria. Dominus *du Bois* idem manifeſte dicit in *prima ac tertia ſua regula*, Pag. 8. & 9. indicans *cum luce meridiana clariorem abſurditatem deprehendimus in ſenſu verborum, cum in prima ſua accipiantur ſignificatione, ſumenda tunc eſſe in ſignificatione non propria.* Clare quoque liquet in ſuo modo reſpondendi mihi, Pag. 17. Nam indeſinenter clamat à me primo afferre oporteret certa atque evidentia argumenta, quibus probem terram quieſcere non poſſe; antequam jure à propria ac plena ſignificatione verborum textuum, quæ de Terræ quiete,

quiete, ac ſolis motu loquuntur, mihi liceat abire. Ita ut, ſecundum ejus opinionem, minime peccetur, ſi verba aliter atque aliter accipiantur; quum cognitio naturalis, hauſta ex ac per naturam, nobis in re evidentem oſtendit abſurditatem. Qui merus eſt Socinianiſmus. Præterquam quod ejus tota res hic miſere laboret ac ruinam minetur. Poſito enim, me invicte demonſtraſſe, terram verti debere, jure poſſem ſecundum opinionem Domini *du Bois*, textus, qui de motu Solis, ac Terrę quiete agunt, non litteraliter exponere: nam judicium Domini *du Bois*, demonſtrationem meam errori eſſe obnoxiam, non mihi regula eſſe poteſt, docens quo modo mihi de mea demonſtratione ſit judicandum. Deinde (quod rogo ut lector bene notet) quando non ſum in eadem opinione cum eo ſuper talium textuum interpretatione, mihi exprobrare nequit, *quod obloquar Scripturæ*; verum *quod per naturales rationes non bene probem, quod probare inſtitueram*: cum enim demonſtratio mea valet; textus nullius pretii ſunt. Præterquam quod de Theologia univerſa *naturalem ac humanam cudit cognitionem*; in qua non plus pro *vero* agnoſcendum, quam quod agnoſcit ratio; quicquid enim Scriptura aliud dicat, homo poteſt, imo debet (ſecundum doctrinam Domini *du Bois*) iis verbis talem adaptare ſenſum, qualem judicat rationi naturali eſſe conſentaneum. Verum quod omnium maxime Dominum *du Bois* jugulabit (quod præceſſit, ut puto, non tanti facit; modo Theologicum decretum Trajectinorum Doctorum pro ſe habeat: tunc enim panno ſignato ſumus ſimiles, cui nemini manus injicere licet) eſt, quæſtionem totam noſtram nunc non amplius Theologicam ſed Philoſophicam diſputationem eſſe; ac de qua competit non Theologis ſed Philoſophis judicare. Nullus enim negare poteſt, *quin judicare per naturale lumen ingenii de re naturali*, Philoſophorum ſit. Judicare igitur num bene an male ſit oſtenſum terram moveri, munus eſt Philoſophorum; nec cum Theologia quidquam commercii habet: igitur Theologi ad ſe rapuere, quod eorum non eſt; nunc enim non amplius ſpectantur Scripturæ loca; illa, ſi fiat beneplacitum Domini *du Bois*, exponi debent, prout demonſtrationes procedunt vel non. Bene facient Voetiani ſi te oratore utantur, teque inſtruant authenticis teſtimoniis, rite munere tibi injuncto defungeris: id eſt, tam egregie perſonam tuam tueberis ut omnium ſis futurus ludibrio, *Vir Doctiſſime*. Prætereo rudem atque inconditum ejus loquendi modum, quem ei in reſponſione mea prima, Pag. 1069. oſtendi, *Stephanum* quamvis per Spiritum Sanctum ageretur, locutum fuiſſe, ac egiſſe de actione Hiſtorica; & tamen de omnibus circumſtantiis in ſingulari hac hiſtoria non habuiſſe cognitionem, vel ad eas non tam ſerio attendiſſe. Hoc eſt, *Stephanus* ductus Spiritu docebat
quod erat falſum. Ac in reſponſione tu
*Pag*. 18. non negas te hoc docuiſſ
ideoque hic anchoram figam, & qua
te reperi dimittam.

Nunc poſſem de his tacere: ſed
niam meus loquendi modus de do
*dogmatizando*: *quod nimirum* Spir
*ctus non ſemper doceat ac dogmati*
*aliquorum textuum*, ſic eſt exa
facultati Theologicæ (cuju
*Gisbertus Voetius* Princeps ac
placuit me in *decreto ſuo* Th
ſolita ſua manſuetudine, ac
cem prono, turbatorum ſp
ro adſcribere: fert animu
facere, Dominos Fra
unà mecum eſſe de grege
rituum: eoſque debere
am ducere, quia ætate &
res ſunt. Quod attinet vo
*tizandi* uſum in eodem
utor, reperitur illud in
ni *Gisberti Voetii*. *Quo*
*auctoritas Sacræ Scriptur*

… Nota, quæ dogmati-
… Eccleſi… am Dei, primo,
… eſſe … thentica. Ponit
… oo qui… dictum ac ſcri-
… umSp… itus Sanctus dog-
… Dei Ec… leſiam docet, aut
… ſſe verba, quibus Spiritus
… es aut dogmatizat. Ita quo-
… ſuo, Pag. 283. Interpre-
… ipſi Scriptores Sacri,
… gmatice & aſſertive lo-
… inam & inſtitutionem,
… ; non vero dialogiſtice,
… , cum alii homines pii in-
… m poteſt dari exemplum.
… Sacri Scriptores in ver-
… non dogmatice vel aſſerti-
… thedra, dogmatizantes,
… re dicentes, aut teſtan-
… itur Sacri Scriptores ita lo-
… tum verum, Spiritum
… bus verbis, quæ ſunt in
… n ampliſſima ſignificatione
… vel dogmatizare? An non,
… o fiat clarior, ſic loquuntur
… cri, cum dicunt, nautis vi-
… am appropinquare; ſemen cum
… ri: Chriſtum cibum ſumpſiſſe
… eſurrectionem, ſic ut diſcipuli
… oculis viderent: multitudinem,
… Paulo erat in navi poſt tertium
… dium demum cibo fuiſſe recreatam.
… tantum tribuo Domini Voetii judi-
… modo affectus, quibus pugnandi &
… ndi ſtudio admodum ducitur, eum
… tradverſum agant) cum Scriptura Sa-
… nullo loco, quem in reſponſione mea
… ma, Pag. 1051 & 1108. attuli, loqua-
… te ſugere ac ſidere, ideo omnes Phi-
… non concedere debere, verum
… ſugere ac ſidere in natura exiſtere, & illos
… cathedram habent poſſe æſtimandi,
… Scriptores Sacros illic non agere de cathe-
… dra dogmatice, & aſſertive ad doctrinam
… &c. … petet à me, ſcio, cla-
… … rationem, neque ſugere vel
… ſidere poſſe eſſe in natura, priuſquam ſinat

& patiatur me vel latum unguem à verbis textus diſcedere. Eſſet enim illud rationem eodem cum Scriptura loco habere, ſeque involvere mille abſurdis; ac præſertim huic, nuſquam in Scriptura parem ac rotundum numerum pro impari uſurpari: nam par numerus non majoris abſurditatis cauſa eſt, quam numerus impar. Sed dicet *modum loquendi indicare num Spiritus Sanctus dogmatice & aſſertive* quid doceat: & id ipſum eſt quod urgeo. Sic porro dicit Dominus *Voetius* in Therſite ſuo, Pag. 278. *An quid propter viſus fallaciam, & ſtolidam imperitorum hominum opinionem quadrata eminus apparent rotunda, ideo Scriptura teſtabitur quadratum eſſe rotundum; cum* Nota *dogmatice & aſſertive ad filios ſapientiæ loquitur.* Sic intelligimus quoque, putamuſque, nunquam Spiritum Sanctum, cum *dogmatizat* ac certo quid ſtatuit, teſtari ac docere quod non eſt verum: ſequitur ergo tamen ex his verbis, Spiritum Sanctum quidem quid poſſe dicere ſic ut neque *dogmatice* vel *aſſertive* quid doceat. Sic igitur oſtenſum Dominum *Voetium* verbo *dogmatizandi* ac *docendi*, &c. uti ſicut ego, imo in eo nos conſentire; nimirum ubi Scriptura quid *doceat*, vel *dogmatizet*, illic eam ſemper ſecundum veritatem docere. Sic demonſtravi quoque, ab illo rejici non poſſe meum loquendi modum, *minimum* Scriptura *hoc aut illud docet*: neque etiam, quod dixi Deum quaſi naturali hominis cognitioni ac uſui permittere, quam late ſcilicet improprius loquendi modus ſit extendendus: dummodo ſcopo textus ſit ſatisfactum. Itaque probavi Dominum Voetium ſibi ipſi contradixiſſe, & tanquam ſoricem ſuo judicio periiſſe.

Similiter dicit Dominus *Nethenus* in diſputatione ſua de *Principio Theologiæ, de Sacra Scriptura*, Theſ. 19. *Apoſtoli & Euangeliſtæ cum Græce ſcriberent, Græcam editionem, omnibus & maxime Judæis diſperſionis notam*, citarunt, *quaſcunque ſcopo*

Eeeeee

*po ſuo convenienter exprimebat Hebraicam veritatem*, *vel ſententiam continebat aliquam*, *quam ipſis aut potius Spiritui Sancto adaptare placuit*, *ab errationibus ejus à fonte Hebræo ſuo loco relictis*, *nec probatis nec improbatis*, *quod tunc non agebatur*. Statuens Apoſtolos verbis *Græcæ verſionis*, qua ſunt uſi, quæque tamen in omnibus *veritatem non exprimebat*, non ulterius *docuiſſe* vel *dogmatizaſſe*, quam quatenus ſenſus, qui Græcum textum exponit, ſcopo eorum poſſet inſervire. Sic igitur Apoſtoli neque *docebant* vel *dogmatizabant* quidquam verbis illis, in quantum *divagantur à Græco textu*. In prima reſponſione mea *Pag.* 1063. prolixe egi de hoc reſpondendi modo: dixique ovum ovo non ita ſimile eſſe, quam noſtrum reſponſum horum Theologorum reſponſo. Ac debuiſſet Dominus *du Bois* oſtendiſſe in quo fuiſſet mancum. Sic ait idem Profeſſor *in quarta continuatione* dictarum Theſium, Theſi 26. *Scripturam ſæpe loquentem de rebus naturalibus*, *uti vulgaribus loquendi modis*, *quique non clare valde rem exprimunt*, *quo loquendi modo etiam Scriptura non veretur uti in rebus mere Theologicis*, *ſemper tamen ſecundum veritatem Sacra Scriptura loquitur*. Sic quoque Dominus *Eſſenius* in Theſibus ſuis de auctoritate Scripturæ, part. prior. Theſ. 3. ait. *Non in hoc controverſia eſt*, *an Scriptura Sacra loquatur juxta vulgarem ſtylum vel conſuetudinem*, *& num loquendi modo utatur à plebe mutuato*. Idque fieri non negat: ſic quoque affirmat, *Theſ*. 5. Scripturam interdum uti *improprio ac oratorio quodam dicendi modo*. Id nunc porro addo, eos, qui ſic loquuntur, idem in ſubſtantia ſtatuere, quod ego doceo. Quæro enim num Spiritus Sanctus his Phraſibus; *minus accurate*, vel illis; *ſtylus vulgaris & formulæ loquendi è trivio deſumptæ*, uti quoque iſtis; *tropi & figuræ Rhetoricæ*, cum in [illegible]

*ſtincte*, quid ſit de re ſtatuendum, noteat? Illud dicere nequeunt; tunc enim nulla eſt *Phraſis minus accurata*, nec *ſtylus vulgaris*; multo minus *tropus* vel *rhetorica figura*. Significant igitur illa verba in ſua plena, prima, & propria ſignificatione aliquid, quod revera in re non continetur; itaque docet nec dogmatizat Spiritus Sanctus quid illis verbis, in quantum *minus accurata* ſunt. Verum eſt ergo, Spiritum Sanctum omnibus verbis textus acceptis in ſua *prima*, *plena* ac *propria ſignificatione* non ſemper docere vel *dogmatizare*; nimirum quoties Adverſarii mei concedunt, non ita ſtricte *plenæ* ac *propriæ ſignificationi verborum adhærendum eſſe*. Sed hinc non ſequitur, ſicut Adverſarii noſtri, vel per inſcitiam vel malitiam nobis hanc labem aſpergunt, ideo Spiritum Sanctum verbis illis, ut in textu occurrunt, & certam atque indubitatam ſuam ſignificationem, vel ex loquen[di] modo, vel ex textus circumſtantiis [ha]bent, nil certi docere vel dogma[tizare]. Multo gravior calumnia eſt, ut [...] mus, Spiritum Sanctum utente[m] [com]muni loquendi modo, Phraſique [minus ac]curata, ideo quoque non verit[atem] [sed] errantem opinionem, quam [...] quadam concepit, docere ac [...] vel talem errantem ac falſ[am] *aſſertive & tanquam ex ca[...] pientiæ* declarare. Cum [...] Deum *ſolem ſuum facere* [...] *injuſtos*, dicimus nos [...] *certi* doceri ac dogm[...] Deum lumen ſolis d[...] juſtis ac injuſtis in uſu[...] que vox *oriri* in ho[...] veritas ipſa eſt; ac[...] non *falſa* docet, ne[...] *cundum erroneam* v[...] quatenus putamus, [...]

ia ſua ſignificatione, ni-
izare: nec tamen ne-
l ce… i à Spiritu San-
am… in verbis tro-
nt a… quid certi notare,
ut c… m reliquis verbis
cumſ…antiis textus erui-
ousSpiritus Sancti. Et eo
ent omnes; qui conce-
Sacra Scriptura reperiri.
… e dicimus, vocem ori-
ſignificatione ſua pro-
pponi oportere. Num
t *tropus* in voce *oriri*, id
textus, non ex cogni-
aturali extra textum ac-
inſita, petendum. Quod
enim nullius textus ſen-
abſque rationis ope, ſed
m opponere textui; aliud
are textus ſenſum.
icendum hic ſiet, nullum
ujus momenti poſſum nota-
um loquendi, quo Domi-
ut ac ego utor, & illum
inus *Voetius*, *Eſſenius*, vel
urpant. Sed ut vere dicam,
quid affirmare nequeo de modo
quo Dominus du *Bois*, vel *Au-*
menti non probari utuntur; cla-
atque dicentes plus ſemel, *ratio-*
cur credamus tropum latere in tex-
citumque eſſe à *prima & propria ſig-*
tione verborum recedere; cum *per ra-*
s naturales judicamus, *propriam ver-*
m ſignificationem parere *abſurdum*. Ac
o certo habeo, Theologicum illud de-
cerum eos coram Orthodoxis, ac nullis
perverſis animorum motibus abreptis
Theologis non excuſaturum. Ac ne vide-
r hoc intendere, ut aliorum dicta exagi-
tem, ipſe nihil certi ſtatuam; regulas,
ad quas eſt attendendum in expoſitione
Scripturæ Sacræ, proponam: idque jux-
ta quod in meo præcedenti Tractatu dixi;
unque aliter lector non Dominus
du Bois, vel argumenti non probari *Auctor*,

vel *tres Ultrajectini Doctores*, & magni Cenſores me tractarint, ut tales viros decet.

Sit hæc regula *prima*: ut primo *eligantur* textus, qui, quod attinet rei caput, tam certò quid ſtatuunt, *dogmatizant* ac *docent*, ut quiſque vel concedere debeat verbis textus tale quid doceri, vel viros Sanctos, qui Dei Spiritu acti, Sacram Scripturam ſcripſerunt, *ratione & intellectu* fuiſſe orbatos, *ut in tali re ac circumſtantiis hujuſmodi*, talibus verbis, quæ ſenſum certum atque infallibilem nobis præbent, non uterentur: ſic ut *diſcrepantia*, *inſipientia*, *& quæ ſunt alia hujuſmodi vitia* ſint diſcernenda noſtro intellectu ex textu vel circumſtantiis ejuſdem; ſed non ſecundum noſtrum intellectum vel cognitionem naturalem judicandum, quem ſenſum textus ac circumſtantiæ ferre queant.

Quando ſtatuo nos per noſtrum intellectum debere judicare de ſenſu verborum textus; & judicia ex ipſis textus circumſtantiis, non ex principiis noſtri intellectus peti debere, non hoc docere intendo, intellectum per aliquot notiones ipſi inditas non judicare de circumſtantiis textus; & æſtimare quomodo verba intelligenda ſint: utrum, ſi verba ſic aut aliter intelligantur, ille qui ea protulit, iiſque mentem ſuam declaravit, ratione & ſenſu præditus fuerit, nihil minus: non poſſumus enim de ſapientia aut inſipientia alicujus judicare, quam per principia rationis, ita ut in expoſitione textus ratio vicem principii præſtet, quamquam remotioris; ſed per notas & judicia textui inſita; & quæ opponimus iis notis & indiciis, quæ promuntur ex cognitione, quam principiis naturalibus acquiſivimus, intelligimus, ea, quæ ex circumſtantiis textus, & Auctoris, qui textum ſcriptis mandavit, ſumuntur; & non ex aliqua nota extra textum, & foris exiſtente. Aliud certe eſt ſtatuere hunc, vel illum ſenſum verba textus non pati: quia antecedentia & conſequentia non ſinunt; & quia

quia ſi talis ſenſus illi putatur ineſſe, Spiritus per os Apoſtoli loquens, non coherentia eſt loquutus: aliud ſtatuere, verba textus optime cohærere; ſed cognitionem aliquam de re naturali, & naturæ principiis comparatam, me prohibere, quare eum ſenſum verbis textus tribuere poſſim, quem omnes circumſtantiæ textus, ipſi textui inſitæ, flagitant: ita ut cognitionem meam naturalem opponam Spiritui Sancto loquenti in Scriptura; quia jam præſuppono verba & circumſtantias textui inſitas, ſenſum exprimere certum & conſtantem; ſed tantum cognitionem naturalem illum ſenſum repudiare. Rem exemplo illuſtrabo. *Heb.* 1:8, 9, 10. hæc verba occurrunt. *Ad Filium autem: Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi: virga recta recta virga regni tui: dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, ô Deus tuus oleo exultationis ultra conſortes tuos. Et tu initio Domine terram fundaſti; & opera manuum tuarum ſunt: cœli ipſi peribunt, tu autem permanes, &c.* Iſtæc verba, in ſuis circumſtantiis conſiderata, mihi perſuadent, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe ab æterno una cum Patre Deum. Qui illis verbis alium ſtudet aptare ſenſum, quia exiſtimat contradictionem involvere *dari duas perſonas in una eſſentia divina*: neque tamen in ipſo textu aliquid reperit, quod ipſi etiam perſuadeat, illa verba alium ſenſum commodum admittere, ille Socinianorum & Domini *du Bois* viâ in interpretanda Scriptura inſiſtit. Qui autem bene examinans hujus textus verba, putat ſe percipere illa alium ſenſum exprimere, quam Orthodoxi autumant, ille dogma Socinianorum errat; non tamen in interpretanda Scriptura Socinianorum methodo & regulâ utitur. Quamvis Orthodoxi & hi ultimi ambo in interpretatione Scripturæ ratione tamquam *principio* utantur: non poſſumus enim de quibuſdam circumſtantiis textus judicare, niſi per quaſdam *notiones communes*: ſed illæ notiones ſunt principia re-

motiora: & ideo in Tractatu *de Uſu rationis in rebus fidei* indicavi inter nos & Socinianos iſtam controverſiam non eſſe, quod nos negamus rationem in rebus fidei non præſtare vicem *principii*, quia & nos & illi id agnoſcimus; ſed controverſiam in aliis quærendam eſſe. Dico quærendam eſſe: quia dubito an ſtatus controverſiæ inter nos & illos unquam recte ſit conſtitutus. Et fortaſſe non eſt tam oppoſitio ſententiarum inter orthodoxos & Socinianos, quam diſpar in particularibus textibus explicandis eorundem principiorum uſus. In quorundam textuum expoſitione, ubi nos ex verbis textus ſolummodo argumentamur, illi præcipue à contradictione ex natura hauſta, argumentantur, & eâ contradictione inducti, alium ſenſum, ex ipſis circumſtantiis textus petitum, illi textui adaptant. Nam tam illi, quam nos apertis verbis docemus, rationem humanam debere cedere auctoritati divinæ
& ideo non poſſunt ſibi conſtare, ſi agno
centes aliquem textum *certum* ſenſ
exprimere, neque alium admittere,
men propter ſuas ratiocinationes
principiis naturalibus hauſtas, illu
ſum repudiarent. At quemadmod
ciniani hac via ſæpe inſiſtunt, ita p
hoc obſervare licet in noſtris T
qui teſtantur ſe à proprio & lit
deflectere, quia ſenſus textus
ter ipſis contradictionem v
care, & poſtea de commo
ſenſu ex ipſo textu hauſto
ſit quando ipſis contradi
videtur; & facilius e
quidem ipſis in promptu
oſtendere, Adverſario
erroneam eſſe. Ita noſt
putantes contra Pontif
*hoc eſt corpus meum*, pr
interpretationem opp
ex natura hauſta, & F
cumſtantiis & ex conſu
& omnium gentium,
rum expoſitionem eſſe

tam rudis & inexer-
lla limitatione, aut
ætis cauſæ eſſe quare
ſu recedamus,
enſ quem Scriptu-
ionem reperit.
ad illâ extollere Phi-
enter
ationem in interpretem
ipſam Scripturam: &
illimos in dubium vo-
ſummodo dubitamus
is, & ſimplex aliquam
nplicet. Quia ſi merito
extus, quando verba
rè mihi illum ſenſum,
bis eſſe putant, inge-
itare debeo de aliquo
x dubito num ille litte-
cet contradictionem in
ſententia Domini *du*
tteralis (voco jam ſenſum
ſenſum, quem verba &
extus ingerunt legenti) im-
di contradictionem, tunc
llo litterali ſenſu receden-
que dubito num litteralis ſen-
cet contradictionem, pariter
enſu dubitandum eſt; quemad-
ito de eodem, quando ipſe tex-
a ſe eſt ambiguus: quia dubitatio
adictione æquè importat cauſam
a de litterali ſenſu textus, quem-
m obſcura & ambigua verba tex-
uſam præbent ambigendi de vero
orum textus ſenſu. Et hæc eſto
ma regula.

Secunda Regula eſt, ut omnes alii tex-
, ægrotes de punctis tam ſublimibus;
k qui tamen tam manifeſti æque aperti
non ſunt, debeant exponi juxta principia
ducta ex claris ac apertis textibus: ſecun-
dum Pauli lectionem, nos vaticinari debere
ſecundum analogiam fidei, Rom. 12: 7.
Tertia, eſſe quoque in omnibus aliis
textibus (quibuſcunque de rebus inſtitua-
tur ſermo, & qui cum fundamentalibus
nicula nihil prorſus commercii habent;

neque ideo explorari ad eos poſſunt) de-
monſtrandum *ſenſum* tam *certum*, ut ſi
quis ei non aſſentiatur, ſimiliter dici ac
concedi debeat, *viros Sanctos* quid dice-
re, quod neque cum *intentione* eorum,
neque cum *circumſtantiis textus*, nec *nor-
ma fidei* (*non dico cum evidenti ratione natu-
rali*, uti Dominus *du Bois*) convenit, ide-
oque quantum ad hoc, eoque modo lo-
quendi, ſicut hebetes ac rationis exper-
tes homines loqui.

*Quarta*, quum certus atque indubita-
tus ſenſus textus ſit repertus, remaneant-
que *nonnullæ ſignificationes verborum* in
textu, quæ *bifariam* tam ſi *verba* ſpectes,
quam *circumſtantias* textus, poſſunt intel-
ligi; quandoquidem *illæ ſignificationes
illorum verborum*, ad primum illum & cer-
tum ſenſum non pertinent, ac dubitatur
(quia ex circumſtantiis textus nequit
animadverti) quid voluerit Spiritus San-
ctus ſignificatione ea, quæ duplici modo
capi poteſt, lectorem docere, dico tum
Deum iſtorum verborum interpretatio-
nem permittere *quaſi cognitioni quæſitæ per
vias naturales*, ut nimirum cognoſcatur,
quid ſentiendum ſit de *ea* verborum *ſigni-
ficatione*, quæ patiuntur textus hoc vel
illo modo capi: nam neque *circumſtantiis
textus*, neque *fidei norma* ſignificationem
determinante, verbum Dei rem non *deter-
minat*: tuncque, juxta ſententiam omnium
Orthodoxorum Theologorum, intelle-
ctui humano ſuus incipit dari locus, uti-
turque *principio in Theologia naturali*, am-
plectenti ſub his aut illis verbis, quorum
ſignificatio in verbo Dei non eſt definita,
hanc aut illam rem, prout judicium atque
cognitio late vel minus late patet. Verum
etiam, ut proprie loquamur, quando ab
utraque parte res in eum locum deducta
eſt, ut uno omnes fateantur ore, neque
ex *circumſtantiis textus*, neque ex *norma
fidei*, ſignificationem determinatam eſſe, quæ eſt in contro-
verſia, non amplius ut vere di-
cam, Theologicæ diſputationis nomen meretur. Has regulas novis exem-

exemplis non illuſtrabo: quia hoc in præcedentibus abundè factum eſt. Addam ſolummodo textum deſumptum ex libro *Carteſii*; ex quo Lectori conſtare poterit quid *Carteſius* ſenſerit de auctoritate Scripturæ: & ita huic Capiti finem imponam.

---

## Cap. III.

*Continens quæſtiones ſingulares quaſdam Carteſianam Philoſophiam ſpectantes. Num de omnibus dubitare doceat. Quomodo Carteſiani Deum eſſe probant. An doceant hominem Dei infinitam eſſentiam capere poſſe. In quo conſiſtat natura Spiritus. De verborum mendacio.*

PRogredimur nunc ad peculiares quæſtiones nonnullas ad Philoſophiam Carteſianam pertinentes; quaſque Dominus *du Bois* perſequitur in *ſexto* & *ſeptimo* capite. Quæſtionem primam his verbis proponit: de *Carteſianorum modo Philoſophandi; ac quomodo Carteſiani Deum eſſe probare volunt*. Auſpicatur primum ſuum argumentum à *mendacio*; nimirum *Carteſium & Carteſianos omnes de cunctis dubitare, ſuper que e inter homines ulla poteſt intercedere dubitat io*; dicitque porro, *illud dubitare de omnibus fieri, ut quid indubie verum reperiatur, eoque ſuperſtruantur talia, quibus credere liceat.* Porro ait *ſe oſtendiſſe periculum, quod ſubeſt iſti Philoſophandi modo*, Pag. 36 *meque ne uno quidem verbo ad hæc reſpondiſſe*. Hic veritati plus, quam cogitaverat, addit; cum non unico verbo, ſed *duodecim totis paginis* demonſtrarim, vere *Carteſium* neque de Deo, neque de aliis veritatis fundamentis dubitare: ſed ſolummodo quaſcunque poteſt excogitare objectiones, quæ à *Scepticis* ac *Atheis* fingi

eſſe probetur: neque conſtituiſſe eum inte ſe directe iis opponere; quam argumentum in promptu habeat, contra quod *Scepticus*, dubium, quod vel minimam veri *ſpeciem* præ ſe ferat, formare nequit. Quum ſit ordo ac *methodus*, quam vult texere *Carteſius*, ut demonſtret Deum eſſe, talis, quali in *Matheſi* uti ſolemus; ubi *tanquam falſum* rejicitur, quod per *mathematicam demonſtrationem*, non eſt oſtenſum. Hanc *Carteſii* opinionem prolixe expoſui, Pag. 1079, 1080. & ſequentibus. Appoſuique textum ex *Carteſio*, ut pateret talem eſſe opinionem ejus, omnibuſque me ſatisfeciſſe puto; etiam ipſi Domino *du Bois*, quantumvis moroſo: nam ad amplum hunc *diſcurſum*, ſuffultum Divina atque humana auctoritate, nihil reſpondet: *qui tacet conſentire videtur*. Tantum *audacia* atque *impudentia* pro ratione utens, *Carteſium* vere dubitaſſe, atque alios idem docuiſſe non deſinit clamare: afferens textus quodam è *Carteſio*, quos extare quales D… minus *du Bois* citat, negamus: ſed … mus, illic eum loqui ut, qui cunct… *pticorum* argumenta adhibens, inv… argumentum, cui ſe opponere … nullo amplius modo poteſt. … hoc à nemine poteſt, qui … nem omnem pudoremque pr… addam hiſce unum præterea … tum deſumptum ex Noti… *gramma quoddam.* Secund… Notarum moneo, *me nu… cuiſſe*; Deum eſſe negan… nos poſſe decipere, vel … dubitandum, vel fidem … abrogandam, vel ſom… diſtinguendum, *vel ſir… do* (*Nota*) *à calumniato… objecta ſunt; ſed omni… verbis rejeciſſe, validiſſ… imo etiam auſim dicere,*

*dubia, quæ non à me*
*a, ſed à Scepticis du-*
*iniquius, quam*
*iniones, quas eo*
*futet? Quid in-*
*tem illo tempore,*
*proponuntur, & non-*
*& oceri; atque ideo il-*
*borum argumenta, eſſe*
*um? Quid magis pueri-*
*moriatur interim prius-*
am demonſtrationem
*rit, cum Atheum mori-*
n *anteceſſum pernicioſam*
e, non autem eſſe fa-
veniant bona, *& talia.*
uis, *me iſtas falſas opinio-*
*tanquam aliorum, ſed tan-*
*rum quid hoc refert? Quan-*
dem libro, in quo *ipſas retuli,*
. *&c.* Lege etiam ſequen-
e præſertim reſponſum ad ob-
ecundam, Pag. 79. *&* 69.
ertiam, Pag. 92. *Edition. Elſe-*
iam aperte dicit in *Epiſt.* Dedi
di debere Deum eſſe, quia *Scri-*
cet; Scripturæque fidem haben-
qua Deus auctor ejus. Non igitur
us vere dubitavit, nec alios id fa-
docuit: atque ita Dominus *du Bois*
n noto mendacio atque calumnia de-
dendimur. Si nunc his addamus, *Car-*
ſium in ſuis Meditationibus *omnia hæc*
dubia, rationesque dubitandi non attuliſſe,
ut homo in vitæ ſuæ praxi circa *Deum, ſe*
ipſum, & proximum pro illo tempore hæ-
teret, donec certum repeiſſet argumen-
tum, quo tolleretur ea dubitatio: ſed
non alia de cauſa, quam ut tam firmum
veritatis inveniretur argumentum, quo
poſſet ſuperponi demonſtratio *Mathemati-*
a, de quibus in Tractatu meo præcedenti
late actum: quæque poſſent *Athei* ſic con-
vinci, ut ne vel minimam rationis ſpeciem
proferre poſſent ad defendendum erro-
rem: quid reliquum hominum omnium
mente malevolo eſſe poteſt, ut *Carteſii*

methodum redderet ſuſpectam? Exempli gratia conſtitueram expiſcari *certum* atque *indubitatum* argumentum, quod Mathematicæ non cederet demonſtrationi, ut demonſtrarem, me vere, ſerioque à *Magiſtratibus urbis in qua habito, regi*: utque ad veritatem rei commode pervenirem, de cunctis dubitare aggrediebar, ac deinceps rejiciebam, quod argumento *mathematicæ veritatis* non erat probatum: mihique interim in mentem veniebat ea cogitatio: quis ſcit vera eſſe *cuncta hæc, quæ errant ante oculos; luminaque me non fallere?* Ac neſcio quem *malum Genium* mihi faſcinare oculos? Num *veritatis mathematicæ* demonſtratum eſt argumento, non *ſic à Deo rem ordinari poſſe*, ut me quid videre *putarem*, quod tamen eſſet falſum &c. Eſſeque adeo hactenus rem dubiam atque *incertam*; imo *falſam* (juxta *modum argumentandi in Matheſi*, ubi *negatur* illud omne, quod per *mathematicam demonſtrationem* non eſt oſtenſum) me à magiſtratibus regi: ita ut maneam in ea opinione, quantum ad *demonſtrationem mathematicam*, quam reperire conor, non vero quod attinet *officium* debitum Magiſtratibus iiſdem, donec demonſtrationem tam *certam* repererim. Fingine quid magis abſurdum poſſet, ſi inde concluderetur, me interim vel non credere Magiſtratus in urbe eſſe, vel iis non eſſe obſequendum, dum *demonſtratio mea mathematica* nondum eſſet ad finem deducta; in qua elaboro, non ut ſciam quid ſit *faciendum* ac *credendum*; ſed ut periculum faciam, quo noſci poſſit, quam late ſit extendenda cognitio mea, quave argumenti ac demonſtrationis ſpecie ea ſit ſuperſtruenda: ut ita omnibus modis exploratum habeam quod magiſtratui, & in quibus ſit obediendum. In ſuperiore Tractatu meo tam multis de his egi, ut tædium lectori pareret ulterior de iis diſſertatio. Et tamen audet Dominus du *Bois* dicere, Pag. 36. me nihil reſpondiſſe ad illa dubia, quæ annotaveras in hoc Phi-

Philoſophandi modo. Jam eſſe hanc opinionem *Carteſii* patet ex hiſce verbis *Medit. prim. Scio me plus æquo diffidentiæ tribuere non poſſe, quandoquidem nunc non rebus agendis, ſed cognoſcendis tantum incumbo.*

*Pag.* 38. Dominus *du Bois*, ut quod res eſt dicam, *eandem cantilenam canit*; nimirum *Carteſium* negare quid ſolidi eſſe in argumentis, quibus Scriptura utitur, *Rom.* 1:19, 20. *Job* 12:8, 9. *&c.* Quæque *ex contemplatione hujus prorſus admirandæ mundi fabricæ* ſunt deſumpta. Reſpondi ad iſta *Pag.* 1085. *Carteſium* non rejicere hæc argumenta; ſed præterire ea, utpote quæ illo tempore ei utilem aliquam operam navare nequirent in illa *demonſtratione* adornanda, quam intendebat: nec quoque in convincendis *Scepticis & Atheis* ullam ipſi præſtabant opem, illi enim ſenſuum teſtimonia certa eſſe, negant: ideoque etiam concedere nolunt, revera *Cœlum Terramque exiſtere*: proptereaque *Carteſius*, ut hoc iis præriperet effugium, magis ſtringentibus argumentis eſt uſus. Porro dixi, argumenta, quæ *Sacra Scriptura* in locis ſupra memoratis petit *ex pulchra hac mundi ſtructura* ad probandam Dei exiſtentiam, differre ab argumento, quod arceſſunt Philoſophi ex natura *continuæ productionis* rerum creatarum: quæ hujuſmodi eſt ut in infinitum procedere nequeat; ſed ſit deveniendum denique ad *primum, cauſamque* rerum omnium, quæ *Deus* eſt. Ac fateor *Carteſium* illud Philoſophorum argumentum non approbaſſe *in omnibus*. Vult adhuc Dominus *du Bois*, argumentum illud petitum *à ſucceſſione* cauſarum idem eſſe, quo *Spiritus Sanctus* utitur in dictis locis; atque ita *Carteſium* divinum argumentum flocci feciſſe: *unde*, inquit *Pag.* 39. *Creaturæ aliter probant Dei poteſtatem æternam, ac Deitatem, quam ex eo, quod oſtendant modis omnibus, ſe præſtantiam ſuam, operationes, ac ordinem, quo per generationem ſibi mutuo ſuccedunt, neque habere à ſe ipſis, nec conſecutione rerum infinite præcedentium; ſed quod fuerit cauſa prima, quæ vim ſuam, Divinitatemque in talium creaturarum productione fecit apparere.* Sed negatum fuit nunquam, *Domine*, mundum creatum ſuæ habere exiſtentiæ cauſas, nec à ſe ipſo eſſe: ſed aſſenſum, creaturam nullam, vel ſubſiſtentiam finitam, potuiſſe cauſam eſſe fabricæ tam pulchræ; tamque magnificam ſtructuram manifeſtare potentiam *Divinitatemque* fabri: illudque dictos Scripturæ locos teſtari, vide *Pag.* 1085. *&* 1086. Sed in hoc vertitur cardo rei, num vis argumenti, quod elicit Spiritus Sanctus ex mundi fabrica formoſa, nitatur impoſſibilitate, poſſe nimirum *infinitam* cauſarum conſecutionem eſſe; atque ideo neceſſario veniendum eſſe ad cauſam primam: illud negavimus, rationemque addidimus, argumentum Apoſtoli, Rom. 1. percipi tam à doctis quam indoctis poſſe: & ilico, id eſt ſimulac mundus aſpicitur, parere vim ſuam, nec non lucem magnam in cujusvis intellectu, indicantem, fabricam tam artificioſam à ſe ipſa eſſe non p[oſ]ſe; ſed Architectum Deum habere [...] buiſſe: cum argumentum, quo Ph[iloſo]phi utuntur, neque ſtructuræ pulch[ritudi]ne nitatur, neque nos immediate [...] Deum illum ſapientem manu d[...] in hoc fundetur, quod nempe [...] rum ordine, in quo *ſucceſſio* ſpe[...] lud cernere datur in creaturis [...] rum aliæ alias producunt, [...] tur, non poſſit eſſe *extenſi*[...] ſed ſit perveniendum den[...] aliquam, quæ, cum al[...] ſit, ipſa cauſam nullam [...] ſtentiæ. Quod argumen[...] tum modo corpus unum [...] tus additus, valere tam [...] in hoc diſſertationis mod[...] ad pulchram illam hujus [...] qua homo immediate [...] *Deum*, ſed ſolum ad reru[...] torem primum; unde [...] mentis [...]

r quid aliud eſſe dice-
lchram, atque in-
eſſe, ut neceſ-
beat: quia nulla
n late patet, ut
e; & quid aliud
uem ſcio alium ſuæ
abere, uti quoque pa-
m ſimiliter compara-
ibile ſic infinite poſſe
n ergo ad cauſam pri-
nentandi modus in di-
e locis non poſtremus
nus ille modus argu-
cilis & obſcurus eſt,
tellectum humanum,
n repererim, qui argu-
ervientia perfectæ hujus
ni, benè junxit. Vellem-
u Bois hujus rei periculum
tenſurum ei errores ſuos in
nctis. Non igitur in dictis
s agitur de hoc ultimo argu-
e primo.

Dominus du Bois more ſuo
roponit ordinem modumque
ndi, quem tenet Carteſius ut De-
obet. Quod clare & diſtincte per-
rum eſt: Deum eſſe percipio clare
que, ergo. Ad hæc in reſponſione
ima dixi, Pag. 1088. ſit ita ſic
rgumentatum Carteſium: non dif-
a ejus argumentandi modus ab omni-
Theologorum Philoſophorumque
do, quia prima fundamenta ſua atque
principia non aliter probant: ſed certo ſta-
tuunt omnes, principia hæc claritatem lu-
cemque ſuam ſecum portare; & eſſe rationi
maxime conveniens, ſi quis veritatem
horum ulterius vellet inquirere. Quod
Dominus du Bois, Pag. 40. hiſce op-
ponit, huc ſpectat: claram perceptionem
Carteſii non poſſe Atheo os occludere;
quam tanquam uno verbo poſſit cuncta re-
jicere, ac dicere: non percipio clare,
quod tu clare & diſtincteque percipis:
neque tamen ut habere in intellectu putas

*de illa veritate*, in me non animadverto, *ideoque mihi objici* tanquam argumentum nequit. Reſpondeo: dixi ſolum, quod ſi ſic argumentaretur *Carteſius*; non vero ſic vere *Carteſius* eſt argumentatus: nam, ut vere dicam, alia vis jacet in *Carteſii* argumento; ac conſtitueram totum ordinem demonſtrationis *Carteſii* breviter proponere: ſed videns mihi negotium eſſe cum homine, qui cuncta dicta ſiniſtre interpretatur, ac nihil minus, quam veritatis amore ductus ſe calamum arripuiſſe, oſtendit; ſed mera vindictæ libidine, cœlum terramque miſcet, mendaciis ſuis plebs in Carteſianos armetur, è re fore dixi ſi huic parcerem labori, ac alia occaſione de hiſce latius agerem. Secundo, verum eſt, *claram & diſtinctam* perceptionem, quam unus de re habere putat, non poſſe eſſe alteri argumentum, quo convincatur; ſed illud eſt, quod dicere volebam, quod, cum noſtra diligentia atque labore ſit repertum argumentum, quod judicamus tale eſſe, ut ei reſiſti nequeat, quin contradictioni nos implicemus; tum quidem liceat hujuſmodi argumentum proponere, ac operam dare ut adverſarius per id ſuperetur: licet adverſarius iſte ſemper dicere poſſit, argumentum illud ſine pondere eſſe; & clamare iniquum eſſe, quod velit adverſarius ſuus ſuam *claram perceptionem* apud ſe argumenti loco haberi. Quum enim ſic non liceat argumentari, quia poteſt alius argumentum perfricta fronte negare, non ſuperſunt argumenta, quibus quidquam probetur. Tertio, non demonſtrantur alio modo principia ac fundamenta omnium ſcientiarum, quam cum dicimus, *ea propriam lucem claritatemque portare ſecum*: oportuiſſetque hoc argumentum à Domino du Bois eſſe retuſum. Quarto, cum argumentantur Theologi noſtri ex vi *Conſcientiæ*, Deum eſſe, nonne eodem argumentantur modo? Putantque, nec ſine ratione, argumentum valere, tametſi queat pertinax *Atheus* reſpondere; vel ſe conſcientiam talem non anim-

animadvertere; vel illam à Dèo non eſſe, ſed metum, ſuperſtitionem, &c. eam in ipſo excitaſſe. Quinto non à Carteſio tam temere ſtatuitur, eſſe in ipſo *ideam* Dei, ſed probare conatur, naturam perfectionemque illius *ideæ* talem eſſe, ut in homine, non niſi ab illo Deo, cujus *ideam* habet, eſſe poſſit.

Alterum, quod à Domino *du Bois* objicitur, eſt, falſum eſſe *Carteſium* ideam habere *Entis infiniti*; ſuperque hæc rurſus latiſſime exſpatiatur, modiſque omnibus *Carteſii* ſententiam quam odioſiſſimam reddere laborat: ſed fruſtra tot moleſtiis atque laboribus ſe immerſit vir bonus; quum non niſi umbras captat, & talia *Carteſio* adſcribit, quæ ne unquam ei in mentem venerunt. Inque eo mirifice ſe virum eſſe oſtendit, quod ſtultiſſimas opiniones, quæ vix cadere in febricitantem poſſent, adverſariis ſuis affingat: iiſque tum egregie ſe opponit, præſertim cum ſententiam adverſariorum ſuorum tali veſtire colore poteſt, ut cum *Catechiſmo* ſuo ſit pugnans: tunc enim ilico lata via currit; & excurrit in ſuos communes locos. Num mentiar, jam patebit. Primo ponit, quod docuerit Carteſius, ſe in anima ſua deprehendere *imaginem*. *ſpeciem* vel *ideam* Dei, Pag. 41. quam Dei eſſentia ipſi repræſentat. Quum tamen Carteſius per ideam Dei, aut ullius alterius creaturæ nihil aliud intelligat, quam *conceptum* à mente formatum, quo quid de re aliqua *percipimus* vel *intelligimus*. Imo quidem clare docet Deum tantum intelligi ab homine poſſe, ac non per *imaginationem* (qua ſemper *quid corporeum* concipimus) repræſentari: quamvis æque ſub *Idea* comprehendat id quod homo intelligit, quam quod ſibi imaginatur. *Reſp. ad ſec. object.* *Ideæ nomine intelligo cujuſlibet cogitationis formam illam, per cujus immediatam perceptionem ipſius ejuſdem cogitationis conſcius*

quart. ad Gaſſendum. *Cuncta, quæ hic diſputantur de Ideis, non ſunt reſponſione digna: determinas enim Ideas ſolum ad imagines, quæ in cerebro pinguntur; verum ego ideæ vocem extendo ad illud omne, quod poteſt percipi.* Non igitur Carteſius docet, eſſe in hominis anima naturaliter imaginem Dei, ac ſi poſſet homo vera aliqua ſimilitudine ſibi Deum repræſentare; ſed ſolum eſſe in homine illam facultatem naturalem, qua poteſt, imo debet intelligere, eſſe Infinitam atque perfectam æternam eſſentiam. *In notis ad programma.* Primo *Notarum Auctorem moneo, me per innatas ideas nihil aliud intelligere, quam quod ipſe claris verbis concedit eſſe verum in pagina libri ſui poſtremi: nimirum nobis à natura inditam facultatem, qua Deum eſſe ſcire poſſumus.* Ita ſe res habet me Latinam vocem *Ideam* expoſuiſſe per *imaginem*, *ſpeciem*, *formam*; attendentem ad vocabulum Latinum *ſpecies*: ſed propterea minime neceſſe, ut voce *imaginis* intelligamus ſimilitudinem corpoream.

Ponit ſecundo Dominus du Bois, docuerit *Carteſius* ſe ſuo intellectu *Eſſentiam infinitam* capere ac p[…] potuiſſe, Pag. 42. Ac ſuper hæc […] *clamat.* Quum tamen Carteſius […] verit nunquam, ſed contrarium docuerit. *Reſp. ad object.* pri[…] *primis hic dicam, infinitum* […] *eſt, nullo quidem modo comp*[…] *hilominus tamen intelligi* […] *clarè & diſtinctè intelliger*[…] *lem eſſe, ut nulli planè i*[…] *reperiri, eſt clarè intellig*[…] *tam.* Ac poſtea: *ipſam* […] *finita, poſitive quide*[…] *non adæquate, hoc eſt* […] *ea intelligibile eſt,* […] rurſus: *ſimili ratione* […] *te capi non poſſe cum o*[…] *cedo.* Itaque *Carteſius* […]

...minem capere infini-
...adduxit multa Scri-
...[illegible] Carteſianis hoc
...de natus, quia
...Carteſii legunt,
...vel temerarie &
...tractant. Cum igi-
...*Medit.* 3. ſe infinitum
...non capere, uti illud à
...explicatur, tunc enim
...ulo *comprehendere* uti
...igit tantum, ſe per ve-
...poſitivum conceptum cog-
...telligere Deum Eſſen-
...habere; ſeque illam Dei
...cipere, minime vero *com-*
... hoc *Carteſius* eum multis
...enit, quod docet, *Infinita-*
...oſſe mente, non vero *compre-*
...de, quod mens formet con-
...nfinitate per quid *reale* ac poſi-
...uod eſt in Infinitate: quæque
..., non ſolum ſecundum judicium
..., eſt operatio ingenii, qua tan-
...rcipitur Deum non eſſe quid fini-
...ſic ut de infinito nihil percipiatur.
...intelligimus tenebras tale quid eſſe,
...d cum luce nihil habet commercii;
...tamen de tenebris non formemus
...conceptum poſitivum. Sed docet per rea-
...Deum, ac poſitivum conceptum Infinitatem
...intelligi, capi, percipi, &c. non vero
...comprehendi ac adæquate cognoſci. Eſſe
...hanc opinionem non contrariam Scriptu-
...ræ; patet, cum docet aperte *capi ac perci-*
...pi Infinitum poſſe, licet non comprehendi,
...*Epheſ.* 3:18. *Ut valeatis aſſequi cum omni-*
...*bus Sanctis, quæ ſit illa latitudo ac longitu-*
...*do & profunditas, & ſublimitas; & noſſe*
...*charitatem illam Chriſti omni notitia ſupere-*
...*minentem*: capere itaque atque *intellige-*
...re quidem poſſumus, quod tamen *ſi adæ-*
...quate velimus cognoſcere, captum noſtrum
...ſuperat. Sic homo in hac vita *penetrare*
...in Deitatis noſtræ myſteria non poteſt, li-
...cet ea quidem capere ac percipere poſſit. *ibid.*
...verſ. 4. [illegible] perfecto poteſtis *perpendere,*



*quæ ſit mea intelligentia in myſterio Chriſti.* Similiter *Pſ.* 145: 3. *Magnus eſt Jehova, ac ſummopere laudandus, ac magnitudo ejus inperſcrutabilis*: & tamen verum hominem poſſe eſſe inſtructum cognitione, eaque *clara* atque *diſtincta* Dei ſive rei alicujus divinæ: quamvis enim naturam Dei, quæ infinita eſt, comprehendere nequeat; & ideo neque *clare* vel *diſtincte* cognoſcere poſſit, *clare* tamen atque *diſtincte* capere poteſt, non ſolum *Deum* eſſe, ſed *Divinum quid ac Infinitum*; ideoque quid *reale*: quo differt Deitas ab omnibus creaturis. Qui tale quid negat, negat eodem ſpiritu oris, homines revera *Deitatem* noſſe: nam nonne quid *reale* in Deo animadverto, quod tribui nullis creaturis poteſt; eoque non Deum prorſus quid aliud eſſe quam creaturas affirmo: hoc ſi à me non fiat, Deum ignoro; tantumque dicere poſſum, Deum non eſſe creaturam, ut tamen neſciam, quid illud ſit, quod creatura non eſt. Fui in hiſce paulo longior, ut omnia ſimul ſervirent reſponſioni in objectionem Domini *du Bois*, qui putat, quia Sacra Scriptura dicit, 1 *Cor.* 13:12. *Videmus enim nunc per ſpeculum & per ænigma, &c.* idcirco nos de *myſterio* noſtræ ſalutis, ac *Deitate*, non poſſe habere *claros* ac diſtinctos conceptus.

Sic, ut non aberremus à curſu, quem tenet Dominus *du Bois*, pergimus ad *quæſtionem*, qua quæritur in quo conſiſtat natura Spiritus: quodque hic omnium difficillimum, verſamur iterum circa errores Domini *du Bois*, quibus peccat in Carteſianos, cum mentem eorum capere nequeat. Nec poſſum ſatis mirari audaciam hominis, qui ſe audet *Carteſianis* opponere, cum ſuas partes tueri nequeat. Num hæc ſit veritas, patebit. Statuunt *Carteſiani*, percipi poſſe naturam Spiritus per *conceptum poſitivum*, id eſt *talem*, qui *quid reale nobis ob oculos ponit*: poſitivum hoc atque reale, quod ſe *concipere* ajunt, cum concipiunt *Spiritum*, dicunt in hoc poſitum eſſe, nimirum, quod ſpiritus ſit ſub-

*ſubſtantia cogitans*: quodque hoc aut illud cogitare, ſub quo comprehendunt *velle*, *intelligere*, *imaginari*, *ſentire*, *affirmare*, *negare*, *ſit modus ſubſtantiæ illius cogitantis*; hoc eſt, tale quid *ſubſtantiæ illius cogitantis*, quod *realiter* non differt ab *illa ſubſtantia cogitante*: ſed tantum modo, quantum rotunda globi figura differt à corpore, unde factus globus. Ita ut non alio modo capiant, eſſe hoc aut illud cogitare, ipſam cogitantem animam, quam capimus rotunditatem globi eandem eſſe cum materia, ex qua conſtat globus, non vero, in hac vel illa cogitatione eſſentiam animę vel ſubſtantię cogitantis conſiſtere; non magis, quam in hac vel illa figura corporis poſitam eſſe *materiam*, ex qua fit *globus*. Sic ut ſemper fateamur *modalem diſtinctionem* eſſe inter animam vel ſubſtantiam cogitantem, & hanc vel illam cogitationem. Quoniam vero diſcrimen hoc non conſiſtit in diſtinctione reali; qua quid reale ab alio, quod quoque reale eſt, diſtinguitur; ſed qua ſolum quid *reale* diſtinguitur à ſe ipſo, per *modum*, *qui nihil reale continet in ſe*, ſed eſt tantum rei realis modificatio: ac proinde ſtatuimus, animam eſſe ſubſtantiam ipſam cogitantem; vel potius actum ſubſtantialem cogitativum: & hanc aut illam cogitationem non aliter differre ab ipſa anima, quam modus à ſubſtantia cujus eſt modus; uti figura corporis à corpore, cujus eſt figura, differt. Hanc eſſe opinionem *Carteſii* patet ex *Reſponſ. ad ſec. objeẞt. Subſtantia in qua immediate cogitatio hæret, à nobis anima appellatur.* Notæ ad programma. *Ideas illas quid reale ac poſitivum eſſe; vel eſſe ſpecies quaſdam, quæ inter ſeſe differunt poſitivo ac reali diſcrimine à facultate vel potentia qua cogitamus, tale quid nec ſcripſi nec unquam docui.*

Neque etiam dicere Dominus *du Bois* poteſt, me mentem meam non clare ex-

tum formavi, quo demonſtrarem eſſe hoc aut illud, aut *tali modo* cogitare, ipſam cogitantem animam: uti figura eſt corpus ipſum; quatenus figura tantum modaliter differt à corpore cujus eſt modus. Ideo quoque animam abſque cogitatione non magis quam corpus ſine figura eſſe poſſe. Quæ cum ita ſint, patet quomodo capiam operationem eſſentialem & cogitativam animæ *ſubſiſtentem eſſentiam eſſe*. Manifeſtum quoque, qua ratione ſim argumentatus de Dei operationibus, quæ ſic Deus ſunt, ut ne quidem tanquam *modus*, *qui nihil reale continet*, à Deo diſtinguantur, ad operationes animæ; quod nimirum, ſicuti operationes Dei quantum in Deo ſunt, ſunt Deus ipſe, ſic operationes animæ eſſentiales ſint ipſa anima: manente nihilominus hoc diſcrimine: quod quoniam anima *nunc hoc nunc illud cogitet*, ex illa cogitationum mutatio[ne] proveniant *novi cogitandi modi*, qu[i] Deo locum habere nequeunt; [...] Deus interne nunc hoc vel illud no[n] retur; ideoque ex Dei operation[...] gere *modi* non poſſint. Verum i[d] ſentialis & cogitativa operatio [...] mentis non deſinit eſſe ipſa [...] hoc vel illud cogitare non m[...] ipſa differt, quam hæc a[...] ipſo corpore, cujus eſt figu[ra] nunc me manifeſtius ap[...] Domini du Bois ſatisfeci[...] que judicare lector, nu[...] *Deum de homine faciam*. Porro uti Deum con[...] ſpiritum viventem i[...] Dei ſicut operation[...] non differre ab *eſſe*[...] propterea Deum [...] pellari: noſque D[...] *ventem*. ſubſiſtentia[...] a[...]ratio *ſubſiſte*[...]

exantlaſſe labores: idque, quia nunquam cum attentione ſcripta *Carteſii* vel Carteſianorum evolvit; ſed ſolum cæco impetu impugnare adortus Philoſophiam ipſi ut aſino litteræ notam. Cumque homini toties hujus rei inſcitiam ob oculos ponimus, non debet ferre moleſte, quum dicimus, eum neſcire quid dicat atque ſtabiliat.

Reſtat nunc ut inquiramus, num *Spiritus* natura conſiſtat in *ſubſtantia cogitante.* Latiſſime de hoc egi in præcedenti meo Tractatu, *Pag.* 1074 *& ſeqq.* multiſque argumentis probavi, animam *cogitantem ſubſtantiam eſſe*: & hanc aut illam cogitationem ſolum tanquam *modum* diſtinctam eſſe ab illa ſubſiſtentia; & non tanquam *reale* quid. Nova non proferam argumenta; cum judicem ſatis valida eſſe ea, quæ ſupra tradidi. Lectorque comperiet objectiones Domini *du Bois* ſuorumque aſſeclarum, vim ſuam amittere, cum ad hæc duo attenditur. Primo, nos non negare in anima eſſe *actum primum atque ſecundum, animam nempe, ejuſdemque operationes.* Actus primus eſt anima in ſe ipſa; vel potius cogitatio in communi conſiderata: actus ſecundus eſt cogitare conſideratum ut hoc vel illud cogitans: ſecundo, operationem non diſtinctione *reali*, ſed ſolum ſicut *modum* ab anima eſſe diſtinctam. Atque in hoc poſtremo fundantur fere cuncta argumenta mea, adducta ut demonſtrem animam *ſubſtantiam cogitantem eſſe.* Nam ſi hoc verum, aliter ſeſe res habere nequit, quam animæ eſſentiam conſiſtere in *ſubſtantia cogitante*, ſive ſubſtantiali cogitatione: uti certum eſt, quod ſi figura corporis ſolum à corpore tanquam *modus* diſtincta, atque ita formatum ac figuratum corpus ipſum eſt: ſequitur figuram nihil aliud eſſe quam corpus figuratum. Rurſus, ſi operationes animæ, tanquam accidentia realia, ab anima ſint diſcreta, probari nequit, animam ſpiritum eſſe. Quod enim per reale diſcrimen differt ab alia re, non poſſumus ex illa re, quæ diſtinctione reali ab alia re differt, con-

concludere, cujus naturæ illa res ſit, à qua realiter diſtincta eſt. Si calor formali atque reali diſcrimine ab igne differt, è calore concludi nequit in quo conſiſtat interna natura ignis: imo fieri non poteſt ut ignis naturam caloris in ſe contineat. Actualiſne igitur cogitatio diſtincta eſt reali diſcrimine ab anima, quæ cogitat; & ſi cogitatio actio ſpiritualis eſt, anima ſpiritus eſſe nequit, quia anima & ejus actio ponuntur realiter inter ſe differre: & ſi figura corporis realiter diſtincta eſt à corpore; & ſi figura corpus eſt, non poteſt illud, cujus figura figura eſt, corpus eſſe. Multo minus ex natura figuræ concludere poſſumus corpus eſſe extenſum, cum ſit figura extenſa: dicere non poſſum, exempli gratia, eſſe illic, ubi rotunda figura eſt, corpus: neque etiam, ubi ſunt qualitates odoris atque ſaporis, ibi corpus eſſe; quia ſi figura & odor atque ſapor differant realiter à corpore, ex figuræ, odoris & ſaporis natura nihil licet concludere de natura illius rei, in qua figura, odor & ſapor ſunt. Similiter dicere nequeo, ſpiritum eſſe, ubi cogitatio eſt, ſi cogitatio realiter à ſpiritu differt. Hoc, uti ego judico, ab nullo homine, qui rem abſque præjudicio intuetur, negari poteſt. Vere itaque dixi, quod ſi ex ſpiritualibus animæ operationibus concludere nequeamus, animam ſpiritum eſſe, uti fieri non poteſt, ſi ſit reale diſcrimen inter cogitationem animæ, & ipſam animam, opinionem talem viam pandere ad Atheiſmum: quia tum probari non poteſt Deum *ſpiritum* eſſe; animamque eſſe non obnoxiam corruptioni: & non ideo ſolum, ut D. *du Bois* exiſtimat *Pag* 47. quia inde ſequeretur, animam & Angelos corpora eſſe, ſicuti fuerunt quidam è Patribus in hac opinione; ſed quia ex eo ſequeretur, Deum quoque corpus eſſe, vel minimum cor[illegible] poſſe: & ma-

modus differens ab ipſa, illam operationem non *accidens reale* eſſe hujus aut illius corporis, cum nullum ſuperſit argumentum, quo demonſtretur à ſpiritu oriri: illis enim operationibus reali diſcrimine diſtinctis ab ipſo ſpiritu, quomodo ingenium atque natura illarum operationum realiter differentium à ſpiritus natura, mihi poteſt eſſe argumentum, quo probem animam ſpiritum eſſe? Quid aliud eſt, cum dicimus hanc vel illam cogitationem operationem eſſe animæ, quæ ab illa non aliter differt quam *modus* à re, cujus eſt modus: qui modi cuncti realiter unum ſunt cum re, cujus ſunt modi: ſicuti figura corporis una eademque res eſt cum corpore cujus eſt figura. Quæ cum ita ſint, lector judicet, num erraverim, quando dixi ſententiam eorum, qui docent concludi non poſſe, ex operationibus volun- tatis atque intellectus, animam ſpiri- eſſe, recta per ſuas conſequentias ad A- iſmum viam ſternere.

Hiſce ſic demonſtratis, aliter e- poteſt, quam ut anima ſemper ſub cogitatione comprehendo o- rationes, quæ in anima excitan- ex præcedentibus ſequitur, poſſibile eſſe, ut anima ſine ſit, quam fieri poſſit, ut gura ſit. De his egi in pri- mea, Pag. 1076 & 1077. audet D. du Bois, Pag. diſſe nihil ad objectione- que rurſus idem ſuum enim inſtructus non igitur infans in utero unde illud nobis con- priori probare poſſu- magis abſque cogitat- re poſſe, quam corp- ſus, ani[illegible], ſi non

imam non dormi-
jecti dedit; quum
nullarum cogita-
emoriam ſervarit.
uas in priore Tra-
nſitæ objectioni:
n vere Dominus
rbum ad ejus ob-

tationem argu-
to Gaſſendo in
. Si infans in ute-
, illud videtur ne-
neque terra, ne-
corpus, neque ani-
ad; ſive intra ſive ex-
verum ſummum copia
ti, commoda atque in-
ac talia, quæ ad ſenſus
nent; de quibus tum cogi-
n deberet. Reſpondeo: quod
tas tolli non poſſet, eſſetque
recte ac demonſtrative oſten-
m non magis abſque cogitatione
, quam ſine figura corpus, non
alis difficultas ratio eſſe poteſt,
x quam demonſtratio non valeret.
quod attinet rei caput, non ſatis ob-
vavit Gaſſendus quid intelligat *Carteſius*
*r cogitationem*. Nimirum hæc omnia Me-
*dit*. *Secund*. *Dubitare*, *intelligere*, *aſ-*
*ſentiri*, *negare*, *velle*, *nolle*, *imaginari*,
*ſentire*. Et *Reſp*. *ad ſecund object*. *Sub verbo*
*cogitationis* hæc cuncta *comprehendo*, *quæ ſic in*
*nobis ſunt*, *ut immediate eorum conſcii ſi-*
*mus*; ac poſtea. *Motus voluntatis cogitati-*
*onem quidem pro principio habet*, *ſed tamen*
*non eſt motus ipſe*. Ita ut etiam ſub cogi-
tatione debeat comprehendi operatio vel
actio animæ, qua motus voluntarii exci-
tantur. Secundo diſtingui debet inter
cogitationem ſimplicem & operationem
animæ; in hoc poſitam, ut immediate
ejus ſit conſcia; atque inter conceptum,
qui formari de eadem operatione poteſt.
Exempli gratia, quid aliud eſt velle, quid
aliud per novam animæ operationem cogi-

*tare quid velimus*; *ſive quid ſit velle*: ſic
ſtatuunt Philoſophi, qui ab antiquo Phi-
loſophandi modo non diſcedunt, beſtias
*ſentire*, non tamen *cogitare*: quum Carte-
ſio tamen *ſentire* quoque *cogitare* vocetur.
Ideoque capere non poſſunt, quomodo
ſenſus in beſtiis eſſe poſſit; ſic ut tamen
animam non haberent, quæ *ſubſtantia ſpi-
ritualis eſt*. Quæſtio eſt igitur, num *Gaſ-
ſendus*, vel omnes illi, qui *Gaſſendi* argu-
mento ſe armare conantur, non conce-
dant, animam à corpore, cui juncta eſt,
æque bene accipere *impreſſiones* omnes
poſſe; quum corpus adhuc in matris viſce-
ribus latet, quam cum jam lucem videt?
Num mutatio perpetua ſit in corpore,
ſpiritibuſque, quæ pulſus continuos ani-
mæ imprimit, quibus tum anima quoque
ſemper cogitat? Num partes corporis,
quum infans matris viſceribus eſt clauſus,
tam facile vi animæ moveantur, quam
cum natus eſt infans: atque hæc animæ
operatio à *Carteſianis* quoque inter *cogita-
tionem* numeratur. Porro num negari
poteſt, motus corporeos, qui in affecti-
bus ſe produnt; etiam in recens nato in-
fante, originem ſuam habere ex modo
motus, quem anima corpori, & ſpiritibus
communicavit, quum adhuc eſſet in u-
tero materno: anima producente opera-
tiones quaſdam ortas ex *impreſſionibus*, à
corpore ei conceſſis, quibus cor, cere-
brumque, &c. ſic conſtituuntur, ut in
affectibus cernimus. Nonne dicendum
quoque, animam infantis in corpore ma-
tris ſemper tam verè operari, quam cum
jam natus eſt: taleſque actiones ſive ope-
rationes à *Carteſianis cogitationes* appellan-
tur. Et an non poterit infans in utero ma-
terno cogitare, quia unde eliceret cogita-
tiones non habet, uti *Gaſſendus* putat,
ſimiliter quoque non ſemper cogitare po-
terit è corpore matris, ac vigilans. Objecta
enim ſenſuum, ac cognitio infantis tum
exilia valde ſunt: atque ideo etiam ſuffi-
cientem materiam animæ ſuppeditare
nequeunt, qua ſemper cogitare poſſit;

atque

atque ita etiam dicere potero, non eſſe probatum, infantem cogitare ſemper, cum vigilat. Quod perquam abſurdum: cur enim infans vigilans non æque bene cogitaret, quam nos cogitamus, qui, cum vigiles ſumus, comperimus, à cogitationibus nos reprimere non poſſe. Et ut vere dicam, quoniam cogitationes in nobis ſupprimere non poſſumus, nonne ſequitur inde, quid eſſe, quod animam ad hoc vel illud cogitandum continuo excitat? Cumque tam qui multarum quam paucarum rerum cognitionem ſibi compararint, idem hic ſibi contingere animadvertant, liquet certe, *cogitationum* ceſſationem provenire non poſſe ex inopia materiæ qua *cogitamus*. Tum enim ſimiliter dicere liceret, animam ex inopia materiæ ad operandum, etiam interdum ſomniare; imo mortuam aliquando eſſe, quia actiones vitales non exercet; ſi vero ſemper ſint ſatis multæ actiones vitales, ſemper quoque ſatis materiæ ad cogitandum ſupereſt; quum operationes, in quibus vita conſiſtit animæ, eædem ſint, quas cogitare vocamus.

Secundum argumentum *Gaſſendi* hoc eſt: fore defectum non parvum in anima, ſi cogitaret, ac per conſequens quid faceret abſque corporis ope; & tamen non memor eſſet illius actionis, quia corpus non bene conſtitutum eſt: quum tamen jam ante ſit oſtenſum, cogitationem eſſe actionem animæ. Quum igitur anima infantis in utero materno cogitet, debet poſſe conſcia eſſe ſuæ actionis. Reſp. num hęc ſit animæ magna imperfectio, vel non, nihil ad *Carteſium*, quum modo ſit oſtenſum, verum eſſe: gradus perfectionis atque imperfectionis in rebus omnibus creatis Dei ſubjecti ſunt arbitrio ac beneplacito. Secundo, conſtat fere inter omnes Philoſophos atque Theologos, animam admoneri ſuarum operationum non

turbatum fuiſſe, ut ne nomen ſuum in memoriam revocare potuerint. Ac miniſce inter ſeſe diſputant ſcholaſtici, quomodo anima ſejuncta à corpore, poſſit rerum ſervare memoriam. Non erit igitur abſurdum, ſi dicamus intemperiem corpoream infantis cauſam eſſe, cur anima actionum ſuarum perpetratarum in utero materis, ſit immemor: præſertim quum cernimus, infantes omnes ne quidem unius operationis animę memoriam retinere, quę in infantia ab iis producta eſt.

Objectio tertia in eo conſiſtit, nimirum quo modo fieri poteſt ut operatio animæ *ſpiritualis* atque *incorporea* exiſtens, corpoream notam atque ſignum cerebro poſſit imprimere; quo tum anima ſibi rurſus proponere priores ſuas operationes poteſt:
nam ajunt, quomodo corpus, quale ce
rebrum eſt, veſtigium atque impreſſ
nem accipere à cogitationibus po
quæ *ſpirituales* ſunt. Reſp. ſi ſic com
tum cum hac re, ut capi non poſſe
modo res fieret, & tamen notu
illam fieri, inſcitia modi quo re
ratio eſt, cur poſſit res ipſa n
cundo: quæ major difficul
quum nobis imaginamur,
*actionem ſpiritualem* veſtigiu
in corpore poſſe, & action
animæ quid imprimere;
die in corpore noſtro fi
mus, cum quid ſentimus, c
nes corporeas defertur a
Deo tam arcte anima
gere corpori, ut obno
xionibus, quæ modo
peraguntur. Ita quo
anima ſpirituales ſua
te, corpus inde accep
veſtigia. Et veluti
corpore noſtro excit
lis quædam operatio
tualem operat...

in anima.
eſt ; quum
nperiamus,
, eſt, ſequi
, & corpo.
ima corpori
motumque

tum,ut vere
ſed ſolum
sdam. Sciri
it, quomodo
a ſeſe applicet
nes ei impreſſas,
a, immutabilis,
ſp. quod ſi ejus rei
dari expoſitio, &
a eſſet, ideone foret
m? Secundo, an Do-
ntelligit, quomodo ſeſe
corpus, cum illud de lo-
nsfert? Quomodo rurſus in-
corpus comparatum, cum
tarios in corpore producit,
opter ignorantiam rationis &
o res peragitur, negat ipſum
Non plus addam huic rei: Le-
n experti rationis ſatisfactum eſſe

anc ſupereſt ut agamus de *verborum*
dacio, de quo verba facit Dominus
u Bois, Pag. 52. Ubi rurſus tractare
hanc materiam non potuit, quin debuerit
prodere illud pravum ſuum ingenium in
detorquendis ſui proximi opinionibus. Ars
inſignis, quam Dominus du Bois ipſe, uti
puto, ridet; ſed quæ ſæpe peſſime mulctat
auctorem & magiſtrum ſuum. Lector judi-
cet. Dixeram *verborum mendacium* in hoc
poſitum; cum quis aliquid verbis affir-
mat, quod ipſe mente non approbat; &
quod tamen per id non peccetur in officia,
quæ debet homo homini, Pag. 1104. Simul-
que teſtatus apertè fueram, propoſitum
per mendacium inſerviendi alicui, *malum non*
*tollere vel excuſare*. Dominus du Bois tamen
dicit. Pag. 52. 53. me docere, *verborum*
*mendacium*, *verum mendacium vel peccatum non eſſe*, *ſi modo conemur tali modo proximo benefacere*; *& ſi officium, quo proximo ſumus devincti, hoc flagitet*: *atque peccatum*, vult dicere *non peccatum mendacii*, *& fundamentum excuſationis à mendacii peccato prorſus in eo conſiſtet, ut per id conſulatur bono proximi noſtri*: verba, quæ ſic ex *adverſo* meis opponuntur, ut ignis & aqua. Nuſquam dixi, poſſe officium quo proximo tenemur, flagitare, ut ejus cauſa mentiamur. Nec uſquam affirmavi quoque, propoſitum *alicui noſtrûm utilem operam navandi*, à vitio mendacii nos excuſare; vel de mendacio vero, verborum & à vitio immune mendacium facere: verum illud, *quod aliter loqui quam ſentimus, & tamen per id nihil committatur quod pugnat cum officio, quod proximo debemus, ſit modo verborum mendacium.* Nonne peccare in officia, quæ proximo debentur, poſſumus, cum quod bonum ac utile eſt proximo noſtro undique circumſpicimus? Sic quidem ego exiſtimo. Nonne putat Dominus *du Bois* talem non uti oportet proximum tractaturum, qui pro ſuo lubitu ei verba daret, immemor mutuorum officiorum; quamvis in fine nil ſibi proponeret, quam bonum illius, quem per mendacium adducit? Certe ſic mihi videtur. Locum igitur habet verborum mendacium, (ſecundum opinionem meam in prima reſponſione mea expreſſam) tum demum quum, ſive officia illa inter vere hoſtes, manente *ſtatu belli*, non plus exercentur; ſive, quum honeſtus uſus in vita civili docet, in caſibus quibuſdam, illa mutua officia ceſſare; ac unumquemque iſti legi, qua tenetur unus alterum non fallere, non adſtringi uti fit in adducto exemplo, Pag. 1103. Ubi quis ad tempus breve ſe fingit ſollicitum quomodo foſſam ſit tranſiturus, quo ſocium itineris ad breve tempus ſuſpenſum habeat, quamvis exploratum ipſi ſit ponte illam tranſiri poſſe: ſive cum nulla communio juris eſt inter illum, qui menti ſuæ obloquitur,

& iſtum, cum quo loquimur; ut patet in exemplo, quo quis beſtiam fallit. Hoc Dominus *du Bois* non intellexit: quia excedebat *breviarium* ejus. Nil igitur niſi inania effundit, ac cum umbra ſua in arenam deſcendit, cum *Pag.* 53. diſputat contra *mendacium utilitatis ergo*. Videndum igitur, num ſit peccatum *ad breve tempus* proximum reddere dubium conſilii, licet quomodo evadere poſſit, ſcias; *vel beſtiam fallere*: vel *ſonitu campanæ*, qui incendium indicat, efficere, ut populus in urbem redeat ad malum avertendum, quod illi ab hoſte imminet, quamvis non ſit incendium in urbe. Porro num Deus non *jubeat* homines, iis fidem habere, quæ *ſenſus externi*, debita attentione adhibita, illis indicant; & antum homines, ordinatione Dei, & teſtimonio ſenſuum externorum in errorem inducuntur; & Deus tamen à peccato immunis manet. Ad hęc oportuiſſet Dominum *du Bois* ut Chriſtianum boni ingenii diſputatoremque, egregie reſpondiſſe; verum ne quidem primis labiis, ut ſic loquar, guſtat haſce difficultates, procul dubio metuens ne ſibi malum arceſſat: ſed ſeſe recipit ad artes ſolitas, cum ſe tueri neſcit; magnaque exclamat voce. *Sed omnium longe peſſimum, Deo, qui veritas ipſa eſt, & mendacia omnia, mendaceſque omnes odio proſequitur, adſcribi verborum mendacium: quis Chriſtianus, qui Chriſtianus, inquam, non horreat cum talia legit vel audit, &c.* O ſimulationem horrendam! O Pharisaicam artem! ſatis videri poteſt eſſe hunc hominem de Cajaphæ proſapia; qui quoque facile me mori dignum clamaret, quod in Deum mala multa evomui. Sed ſibi caveat ne retundatur, & malum quod mihi machinatur, in ipſum redundet: quid enim ſi ei oſtendam idem ab ipſo doceri. In ſua *deteƈtione Philoſophiæ Carteſianæ*, *Pag.* 19. refutans ſententiam *Carteſii*, qui putat, hominem, qui ſemper poteſt noſcere diſcrimen rei, quam clare & diſtincte percipimus, & quam *ut talem* non cognoſcimus; quique ab iis credendis abſtinere poteſt, quæ clare non percipiuntur, ſibi etiam ideo in tantum ab errore cavere poſſe, &c. dicit, *Deum homini ſpiritum ſtultitiæ, dubitationis, ac cæcitatis poſſe immittere; ut ſic fruſtra veritati indagandæ operam daret, ſicut Sodomitæ circa januam domus Lothi.* Sic igitur fatetur, Deum tam transverſos poſſe ſenſus agere, ut unum ex altero non dignoſcant; atque ita fallantur. Sed quid aliud dixi; cuive alii rei ſerviunt exempla à me allata, *Pag.* 1103 de diſcipulis Emmaum verſus tendentibus; quorum oculi ſic afficiebantur, ut Chriſtum non noſcerent, *Luc.* 24:16. De *Maria*, quæ etiam Chriſtum eſſe neſciebat, *Joh.* 20:14. De militibus Regis Syriæ, 2 *Reg.* 6:17. 18. 19. Eſt quoque effugium nimis frivolum, dicere: *ſed et... Deus homini immittit perverſum a'ii ſo... ſpiritum, Deus juſtum ſeſe eſſe oſte... non infundens mortalibus perverſitate... quam; ſed eos ſuæ tradens pravitati... næ deductioni, ob peccata quæ volun... miſerunt* Quaſi unquam contra... cuiſſem: & argumenta mea ac... pla lectori materiam ſuppedita... modi quid cogitandi. Præte... hæc reſponſio hic nullo modo... juvat cum iſtæc reſponſio,... habet ſive non, quia quid... reperiebat in ſuis locis com... itaque hæc voluit ne vi... ſe. Verum hic eſt nod... optarem ut à Domin... ctatoribus ejus alio... quam eſt à me factum... doquidem Deus præ... iis, quæ videmus;... jungit nobis verum... ſtere cum veritate... oculos ita diſponere... ſed adhibita omni... nil aliud de re videre... imo debeat, (ſi i... Dei *manifeſtatam in*... aperturu[illegible]debere

e, & conſequenter dere id, quod cer- n recte judicet, ſed cogitemus illum in- ceſſit Deus homini n de rebus naturali- à Deo mandatum. cum queat homines em ducere, ut alios ac ſentiant, quos ſe nt, non poſſet ſem- . Hæ ſunt objectio- Athei proferunt. Num qui de aſſeclis ejus ſunt, e ex hiſce difficultatibus go me extricavi, videbo, quæ à me retorquebuntur. m, nonne quædam majoris erenda in tam difficiles obje- nt, quam quæ afferuntur à du Bon: Deum nimirum, nes tali modo fallit, juſtum non hominibus perverſitatem atem, ſed eos luæ tradentem mali- ec. Nam primò illa reſponſio per- e ad Diſcipulos ad vicum *Emmaum* ulantes, non poteſt; nec quadrare in rium: error enim illis immiſſus non eſt n pœnam ſcelerum. Rurſus objicere *A-theus* poſſet, cur cum Dei veritate non pugnat, ſua ordinatione *ſolum*, ſic ut nulla n parte homo hujus rei cauſa ſit, homi- nem ſic confundere, *ut credere mendacio* cogatur. Expoſito, quod Dei juſtitiæ non obſit; unde mihi certo conſtabit, *Deum non eſſe, ſic agere cum hominibus*; uti om- nes credimus ad breve modo tempus cum diſcipulis ad Emmaum ſe conferentibus, ac Maria Syriiſque, &c. hanc viam in- iiſſe? Quod ſi certo ſcire non poſſim, quo pacto certus de tota religione ero? Et quomodo ſcire potero Deum non ſem- per me decipere. Itaut Lector hic ſatis cernere poſſit, tam puerilem reſponſio- nem Domini du Bon hic *ſatisfacere* mi- nime poſſe.

## CAP. IV.

*De Infinitate Dei; de omnipræſentia Dei; num extra mundum ſint ſpatia imaginaria. Num revera extenſio ſine corpore poſſit eſſe; De indifferentia voluntatis, & quomodo ea libera ſit. An beſtiæ vera voluntate & intellectu ſint donatæ?*

PRogredimur nunc ad alias peculiares controverſias, quæ propius ſpectant Philoſophiam *Carteſianam*; ac primo diſputabimus de *finito* ac *infinito*, & ea occaſione de *ſpatio imaginario*, quod dicitur eſſe extra mundum creatum, & num dici poſſit, eſſe *illic* nempe extra mundum creatum) *aliquid*. Concedet unuſquiſque, vocem *finiti* vel *infiniti* in prima ac propria ſua ſignificatione uſurpatam, ſolum rebus illis convenire poſſe, in quibus partes aliquas, ſive gradus *vere* animadvertimus. Idcirco punctum *Mathematicum* neque *finitum* vel *infinitum* vocatur. Sic quoque *conceptum proprium* ſubſiſtentis eſſentiæ (quæ in hoc conſiſtit, quod res, quam dicimus eſſentiam ſubſiſtentem eſſe, in ſeſe ſubſiſtat, nec ab alia re dependeat, ut accidens) nec finitum vel infinitum appellabimus; quum hunc conceptum ſubſiſtentis eſſentiæ damus rei, in qua *partes vel gradus eſſe deprehendimus*, tunc dicitur hæc ſubſiſtentia eſſe finita vel infinita. Sic etiam dicimus nunquam, hominem unum alteri finite vel infinite *ſimilem* eſſe, vel unum alteri *finite* vel *infinite* eſſe oppoſitum. Sic nec dici poteſt convenientiam operis alicujus cum norma, ſecundum quam hæc operatio operatur, finitam aut infinitam eſſe: quamvis operatio ipſa, in quantum in ea *concipere* poſſumus *extenſionem*; & in ea nobis imaginari partes vel gradus, ſit finita vel infinita. Ideo quoque non proprie dicimus, cum quis juxta Dei mandatum alteri ſuum reddit; atque

 ita

ita ſe componit ad legem Dei in ea actione, exercitium illud juſtitiæ, in quantum convenit cum mandato, finitum aut infinitum eſſe. Similiter, quandoquidem in propria *cogitandi* exercitatione; & in qua *formaliter* eſſentia illius actionis poſita eſt, animadvertere aliquam extenſionem non poſſumus, nec aliquas partes vel gradus, applicare tali actioni verba finiti vel infiniti non poſſumus. Ita quoque, cum in operationibus Dei, in quantum in Deo ſunt, nobis extenſionem imaginari nequimus, neque partes neque gradus; poſſumus quoque *proprie* operationes eas, tali modo acceptas, neque finitas vel infinitas vocitare. Exempli gratia, operatio Dei, qua mundum creavit, & adhuc fovet, *quatenus in Deo eſt, imo Deus ipſa eſt*, nequit, ſi proprie velimus loqui, nec finita vel infinita appellari, nos enim concipimus atque intelligimus operationem eam *clare atque diſtincte in tantum*, abſque ulla imagine alicujus extenſionis: quod de figura, vel conſtitutione, vel motu corporis fieri nequit. Verum cum conſideramus hanc Dei potentiam reſpectu ſuorum effectorum atque externarum operationum, dicimus eam infinitam eſſe; quia eadem potentia *in infinitum* plures creaturæ produci poſſent, tam numero quam perfectione: & quia in numero, ac perfectione creaturarum partes, gradus ac extenſionem advertimus, ideo Dei potentiam infinitam eſſe affirmamus: quæ tamen, ut in Deo eſt, verbiſque finiti vel infiniti in prima ac propria ſua ſignificatione captis, non magis finita vel infinita eſſe dici poteſt, quam omnes res aliæ, in quibus extenſionem non concipimus. Porro, quoniam interna natura *ſpiritus* in hoc præcipue à corpore differt, quod nimirum careat *extenſione*; nec omnino quidquam habeat de hoc omni, quod ſive attributum, ſive accidens corporis eſt, con...

tæ in propria ſignificatione ſua, tribui *propriæ* ac *internæ* naturæ *Spiritus* non poſſunt: verum cum talem de Spiritu conceptum formemus, exempli gratia, quod ſit huic vel illi rei propinquus, & aliis non, vel quod ſit ubique præſens; quodque nihil excogitari poſſit, quod eſſentiam habet, cui non adeſſet, dicimus Spiritum infinitum eſſe. Ideo quoque dicimus, cum proprie loqui volumus, animum noſtrum, ſive Deum *hoc primo modo conſideratum*, nec finitum nec infinitum eſſe. *Non dico Deum infinitum non eſſe*, opponens vocem infiniti finito; quaſi negans Deum *proprie infinitum* dici poſſe; ideo ſtatuerem illum *finitum* proprie poſſe dici: ſicut Dominus *du Bois* ſe rurſus vertens ad ſolitas impias fraudes, quibus ei ſolemne eſt alterius ſenſum diſtorquere, ut eu... plebi quam inſenſiſſimum reddat, m... opinionem ſic explicat Pag. 55. V... concedimus quoque, licitum eſſe ... vel animam noſtram poſteriori mo... ſiderata, finita vel infinita a... Præterea uti dicimus, Deum ... tum noſtrum ſpectatum poſte... finitum aut infinitum eſſe; quia ... tur cum reſpectu ad alia, qu... tum aut infinitum proprie p... ſic quoque ideo Deum infi... ſolemus, quia incompre... Deum nobis volentes pr... tes nobis ejus incomp... ctiones quaſi ante oc... concipere conamur; ... eo aſcendere noſtr... ſe, dicimus, Dei ... que eſſentiam, a... ta eſſe.

Jam ſuperioribu... porro ſuperſtruente... non quadrare voce... i...eoque cum extr...

um reſpectu illius *nihili*, *quaſi ei* dici non poſſe eſſe infinitum: o *nihilo* adeſſe nequimus: & ſi nus, dicere non poſſumus Deum, præſentiæ iſtius nihili, finitum itum eſſe: finitum, ſi *nihil*, vel *llud imaginarium* finitum ſit; *in*- ſi illud ſit infinitum. Sic ut revera ta parvi admodum momenti ſint, uperponatur argumentum de *infi*- *i*: & clamant, quum in iſto *ni*- od extra mundum eſt, nolimus xtenſionem infinitam ſive ſpati Deumque illi ſpatio adeſſe, dici n poſſe Deum infinitum eſſe. Nam ., Deum infinitum eſſe reſpectu ntiæ *ſuæ* (de hac enim nunc loquimur itate, & non de ea, quæ, exempli ia potentiam ejus reſpicit) probari ne- at: cum non adeſt *ſpatio illi infinito*, uod ſibi perſuadent eſſe in hoc *nihilo*, quod eſt extra mundum: nam ajunt, ſi Deus modo eſſet ubi creaturæ ſunt, *re*- *ſpectu præſentiæ ſuæ* non *infinitus* vocare- tur, quia, cunctis creaturis finitis, Deus modo finitis creaturis *adeſſet*. Ita ut lector ex modo argumentandi noſtrorum adver- ſariorum hæc duo videat. Primo, Deum nec finitum nec infinitum, *reſpectu præ- ſentiæ ſuæ*, dici poſſe, niſi quatenus *ali cui* rei præſto eſt; ideoque etiam volunt, Deum ante mundi creationem, huic ſpa- tio, quod ſibi in *nihilo* poſitum eſſe per- ſuadent, quod erat, cum nihil eſſet extra Deum, quodque eſt extra mundum poſt quam creatus eſt, *adeſſe*. Secundo, De- um propterea infinitum eſſe, ſemperque fuiſſe, quia ab omni æternitate adhæret ſpatio iſti infinito, quod fuit & adhuc eſt in illo *nihilo*: quod erat, cum eſſet nihil extra Deum, quod adhuc extra mundum eſſe ſtatuunt, ac in quo per *imaginatio- nem*, & tamen vere (nam de imagina- tione ſola eorum cogitationum non eſt inter nos controverſia) ponunt extenſio nem ac ſpatium.

Ex his jam liquet Adverſarios *immenſi- tatem* Dei ab ejus omnipræſentia diſtin- guere ea nota, quod Deus vocetur *im- menſus*, quia æſtimatur ab illis præſens eſſe ſpatio imaginario; ita ut immenſitas, ex ipſorum ſententia, involvat conceptum relativum ad ſpatium imaginarium; omni- præſentia autem conceptum relativum ad creaturas. Ita ut juxta argumentandi rati- onem, quam uſurpant Adverſarii, tam immenſitas quam omnipræſentia ponant duo, Deum nempe, & id cui Deus præ- ſens eſt: & tamen agnoſcant, ante crea- tionem *nihil* fuiſſe præter Deum: ergo De- us à *nihilo* illud attributum *immenſitatis* mutuatus eſt; & cum nulli alteri rei eſſet præſens, tamen propter talem præſentiam Deus vocatur ab illis immenſus. Propte- rea etiam non ferunt illam doctrinam, quæ tuetur Deum ante creationem; & cum præter Deum nihil eſſet, nulli rei fuiſſe præſentem, ideoque *nullibi* fuiſſe: quum alicubi eſſe involvat rerum pluralitatem; & innuat *rem* unam alteri præſentem eſſe.

Ex hiſce ita explicatis conficio, De- um non conſideratum ut alicui rei præſen- tem; & conſequenter, ut exiſtentem *nullibi*, non recte vocari *infinitum*, *im- menſum*, *omnipræſentem*: hujus ſententiæ ratio manifeſta eſt: quia quandoquidem Deus etiam ex Adverſariorum ſententia, vocetur *immenſus* & *omnipræſens* reſpectu infiniti ſpatii, aut reſpectu omnium crea- turarum, quibus eſt præſens, remoto itaque illo conceptu relativo, Deus nec immenſus, nec omnipræſens recte voca- tur. Et quia infiniti terminus & vox in- volvit quantitatem, ſive continuam, ſive diviſam, illa vox *infinitum*. Deo aptari non poteſt; niſi quatenus illum conſide- ramus ut relationem habentem ad quanti- tatem: nec ideo me aliquis recte inſi- mulet erroris, quod in Tractatu de *fi- nito* & *infinito* docuerim Deum in- finitum & immenſum tantum vocan- dum propter conceptum relativum, quem de eo formamus: quatenus rerum numerum, qualitates, & perfectiones in-

infinitum augere poteſt; non autem quod in ipſo aliquid *ſit*, *quantitate infinitum*.

Et tunc porro ab illis principiis pergentes, ſtatuimus controverſiam inter nos & Adverſarios de *immenſitate Dei* hoc cardine verti, utrum *ſpatium* aliquod imaginarium ſit ſtatuendum extra hoc univerſum, & quod ſpatium etiam ante creationem illic fuit, ubi nunc ex Adverſariorum ſententia, eſt collocatus mundus, ſed quod deſiit eſſe illic, ubi mundus eſſe incepit; & cujus ſpatii reliquum eſt extra mundum, ubi mundus deſinit: & utrum propter illud ſpatium imaginarium infinitum, Deus *immenſus* & *infinitus* appellandus ſit; nos hoc negamus: quia quemadmodum non poteſt dici Deum eſſe praeſentem *nihil*, ita etiam *nihil* nec extenſio, nec altitudo, aut latitudo, neque finitudo, aut infinitas tribui poteſt: & propterea Deus à *nihil* denominationes iſtas mutuari non poteſt: *nihili* enim nullæ ſunt proprietates aut accidentia. Et qui contrarium tuentur, ſe induunt in errorem Pontificiorum, qui attributa & accidentia rei quantæ ponunt ſine & extra ſubjectum extenſum. *Secundo*, non poſſunt Adverſarii effugere illam abſurditatem, quod ante mundum fuerint iſtius ſpatii imaginarii proprietates & attributa, quæ fuerunt ab æterno, Deumque auctorem non habent. *Tertio*, quia aut ſpatium imaginarium tollere atque inficiari debent; aut largiri Pontificiis dari corporum ſive *ſpatiorum* penetrationem: at ſpatium, quod corpus ſuâ naturâ involvit, penetrare ſpatium, quod *imaginarium* Adverſarii vocant. *Quarto*, quia doctrina de ſpatiis imaginariis involvit illud abſurdum, quod *nihil* tribuantur effectus reales: nempe per nihil corpora à ſe invicem diſtare & ſejuncta eſſe: imo illud *nihil* deſignare ſpatium illud, ejuſque magnitudinem, qua corpora à ſe invicem diſſita ſunt. Innumera hu-

dici poſſe *præſentem* ſpatiis imaginariis: aut ab iis mutuari denominationem *immenſitatis*; quare præterea doceamus Deum ante creationem univerſi nulli præſentem fuiſſe: imo ante creationem non fuiſſe *alicubi*. Deum ideo (ſi accurate loqui velimus) ante creationem nullibi fuiſſe: quia Deus in ſe conſideratus non rectè dicitur alicubi eſſe; quia ejus natura non involvit relationem præſentiæ alicujus rei. Eſt itaque Deus infinitus, immenſus, &c. quia ſpatia, res, rerum perfectiones, &c. in infinitum augere & multiplicare poteſt: & quia ſemper illic eſt, ubi operatur: & quia extra hoc univerſum alia corpora creare poteſt; iiſque ita præſens eſſe, ita ut eâ ratione *infinitus* aut *immenſus* rectè vocetur. Quemadmodum ideo etiam De potentia infinita vocatur: quæ finita v canda eſſet, ſi terminum & limitatione in qua potentia ejus deſineret, fin nobis liceret. Ita immenſus à nobis tur, quia extenſionem & ſpatium nitum augere poteſt: at quod ſi Deo affirmari non poſſet, (quem Dominus *du Bois* nobis tallo tr rectè *immenſus* aut *infinitus* re ſentiæ vocaretur: quia ſpati verſum non eſt infinitum, ſe tantum. Et ideo juxta noſtr loco Scripturæ, 1 Reg. 8: veritas. Cœli enim cœlo ſcribunt Dei potentiam rebus, quas producere eſſe non poſſit.

Et docentes non da inculcamus etiam I ſive corpora, ſive ( mur) extenſionem a tum; *ſpatii* tamen ut nova, quæ à Deo pora ſibi invicem co non datur vacuum, *nihil* à ſe invicem di

m deſinit eſſe) & inter nihil tem-
od pariter erat antequam res cre-
umque motus & ſucceſſio eſſet;
deſinit eſſe, poſtquam temporis
eſſe cœpit) oſtendimus, quod
modum totum univerſum non po-
eſſe conſtitutum in hac aut illa par-
imaginarii: quia in nihil partes
ctiones eſſe non poſſunt: ita mun-
pectu temporis, & motus (cujus
eſt menſura) nec citius nec tardius,
*nihil temporis*, quod ante condi-
verſum erat, creari non potuiſſe:
e motum non erat tractus duratio-
temporis; cujus durationis, aut
m in ea reſpectu, initium motus aut
oris citius aut tardius eſſe potuerit.
at quemadmodum corpora creata ipſa
m ſpatium ſunt, & iſtius ſpatii reſpe-
a uni alteri propius vel longius abſunt:
on autem reſpectu, ſpatii *imaginarii* hunc
vel illum locum in illo ſpatio occupant, aut
huic & illi ſpatii *imaginarii* parti propius
adſunt, aut ab ea longius abſunt, ita qui-
dem motus & tempora univerſi creati di-
ſtinguuntur; & unum citius & alterum
tardius reſpectu iſtius motus & tempo-
ris evenit: at reſpectu illius, quod
ante tempus fuit, mundus nec citius,
nec tardius creari potuit: quamvis (ſicut
jam diximus) partes motus mundi ad ſe in-
vicem colliti, priores aut poſteriores
vocentur. Gradus enim, & comparationes
non niſi inter plura eſſe poſſunt: at ante
creationem non erat ſucceſſio, multo mi-
nus, ſucceſſionis gradus, à quibus prius
& poſterius deſumi poſſit. Omnino aliter
evenit, quando aut corpus ſingulare, aut
(quod eodem redit) certum aliquod ſpati-
um; aut determinatum aliquem motum
ponimus, tunc locum & ordinem novis
quæ creantur ſpatiis, noviſque qui oriun-
tur, motibus, & temporibus aſſignare
poſſumus: ſecundum reſpectum, quem ad
certum ſpatium, & ad certum tempus ha-
bet, V. Gr. ſi Deus conſpicuum aliquod
corpus crearet, illud corpus ad aliquam

oram & plagam mundi *neceſſario* exiſte-ret, & ita aliis corporibus vicinius eſſet, ab aliis remotius abeſſet. *Pariter* novo motu oriente in corpore, *ille neceſſario* in tempore & motu univerſi ordinem ſuum occupare debet; & iſtius ordinis cauſa dicitur aliquid citius aut tardius eveniſſe. At hoc obtinere non poteſt; quando *nihil* temporis, aut *nihil* ſpatii datur. At datis ſpatiis, & temporis initio, ad quorum reſpectum locus corporum deſignatur, & motus, ordo, & ſeries, tunc temporum & locorum appellationes recte, & merito locum ſuum vindicant. Ut ex hiſce conſtet, quod, quemadmodum mundus non potuit magis ad hanc aut illam partem ſpatii imaginarii collocari, quandoquidem in *nihil* non dantur oræ & plagæ, ita in *nihil* motus & ſucceſſionis, quod fuit ante tempus, ordo & ſeries ſucceſſionis aſſignari non debet; & ideo mundus nec citius nec tardius creari potuit. At poſito principio temporis, quod cum creatione corporum motus incepit, recte dicitur aliquid propius vel longius abeſſe à mundi initio: at mundi initium accelerari aut retardari non potuit. Hæc manifeſta ſunt, & in probo & ingenuo lectore ulteriorem expoſitionem non deſiderant: quamvis hæc omnia Domino *du Bois* Cimmeriis tenebris obſcuriora videantur; ſed tam crudas & implicatas cogitationes de hiſce omnibus habet, ut parum ſuæ famæ conſuluerit, qui tam imparatus & parum inſtructus in certamen deſcenderit.

Hæc paulo fuſius tractavi, ut reſponſionis loco eſſe poſſint ad caput octavum libri Domini *du Bois*. Nunc reliquum eſt, ut explanemus, quo pacto res aut ſubſtantiæ, quæ corpore & extenſione carent, ita à corporibus dependeant, ut propterea in loco, & alicubi eſſe dicantur: idque novæ accuſationis cauſa, quam Dominus *du Bois* ventilat & ſpargit contra Carteſianos. In ſuperioribus abunde expoſuimus, nihil (ſi proprie & accurate loqui

loqui velimus) eſſe *alicubi*, niſi reſpectu rei alterius, cui præſens eſt, & per quam ejus præſentia deſignatur: ita ut mundus (qui unus eſt) quidem ſit in loco; at de illo, quod hic, aut illic, aut alicubi eſt, affirmari non poteſt: nam ubinam, & per quod corpus, aut per quam extenſionem deſignabo locum mundi, qui unus eſt, & collocatus ubi antea *nihil* erat: & in quo *nihil*, nec altitudo, nec latitudo, nec partium, aut locorum diſtinctio eſt; quorum reſpectu mundi locus & ubi deſignari poſſit. His ita poſitis, conſtat præſentiam corporis, ejuſque locum, & ubi tantum deſcribi, & aſſignari per relationem ad aliud aliquod corpus, ad quod aliquem reſpectum, extenſionis cauſa, habet; & cujus reſpectus ergo in certo loco eſſe affirmatur. Non eſt itaque res difficilis explicatu, quomodo corporum locus aſſignetur. At locus ſpiritus nullam cognationem habentis cum corporibus, neque ullum reſpectum ſitus, per affectiones corporis notari non poteſt: neque ejus *ubi* deſcribi. Quandoquidem itaque Spiritus, in ſe ſpectatus, nullum omnino reſpectum habet ad corpus, ideo uni corpori non magis eſt præſens quam alteri; & ita quidem in ſe ſpectatus, per corpora *ubi* aut *locum* non acquirit; neque illorum reſpectu magis hic quam illic eſt. Clarius mentem meam exponam. Duæ ſunt cauſæ & rationes, quare v. gr. dicar eſſe in hoc meo muſæo, una eſt, quod corpora, quæ muſæum meum conſtituunt, me ambiunt, & complectuntur. Secundo: quod illa corpora mihi vicina ſunt. Hæc ſpiritui congruere non poſſunt. Primo enim quando ſpiritus creatur, ille non putatur eſſe in loco reſpectu partium ſpatii imaginarii, tum quia ſpatium imaginarium *nihil* eſt: cum etiam, quia poſito, ſpatium imaginarium eſſe aliquid, & aliqua extenſione affectum, extenſionis ratio nullam relationem, aut reſpectum ad ſpiritum habens, nullam nobis largitur facultatem inveſtigandi aut [illegible] locum, & ubi:

ſpiritus: quia dici non poteſt, unum corpus illi vicinius eſſe, quam alterum; aut ab uno corpore magis circumſcribi quam ab alio. Ergo, ſpiritus in ſe conſiderati, & quatenus ſunt ſpiritus, nec ubi, nec locum habent, quandoquidem iſtæ voces, vel potius iſti conceptus, quos vocibus *ubi* & *locus* exprimimus, à ſitu corporum natæ ſunt.

Quando hæc aptantur Deo (qui Spiritus eſt) inde ſequitur Deum nullum reſpectum ordinis aut ſitus habere ad corpora: à corporibus itaque deſumi non poſſe notam, qua *ubi* Dei deſignetur: & quandoquidem omnium corporum eadem eſt ratio; ergo corporum ratione Deus non dicitur hic aut illic eſſe. Ergo rectè docuit Carteſius Deum eſſentiæ ſuæ ratione non eſſe hic, aut illic, aut ubique quia quatenus eſt ſpiritus nullam cognat nem habet cum corpore: & ideo illa (in ſua eſſentia, & quatenus eſt ſp conſiderato) tribui non poſſunt, q tum iis conveniunt, quæ relatio tus & ordinis ad corpus habent. doctrina immenſum diſtat à V tentia, quæ Dei eſſentiam cir bat cœli ambitu, Deo ſimul relationem ad corpora, & *nem* tribuens; & finitæ præ tuens eſſe extenſionis, cœ circumſcribens; & pote cœlos ipſum tantum præ tens; duos craſſos erra rum altero Adverſari Deo in ſpirituali ſua talem reſpectum ad quo denominationen tantum oriri poteſt, *ſum* conſiderant. A rum Carteſianis trib Deum ut extenſum corpora habentem, Dei potentiam ab e ſed ejus eſſentiam & prædicant, quia in or

in aliquo *ubi* exiſtente acquirit, ominationem, quod ubique eſt, & *ubi* creaturarum eſt. Et quia ique operatur ideo dicendum il- *bique*.

taque inter nos & *Adverſarios* ea eſt, utrum Deus ſit *ubique*, ſed uomodo Deus illam denominati- quirat. An quia per eſſentiam rebus præſens exiſtens, per ean- tiam talem reſpectum habeat ad ut illa Dei *ubi* definiant; an eo contingat, quia operatur in us. Poſterius nos affirmamus, dverſarii. Sed quantum ad Dei *eſſentiam* ipſam, nulla nobis cum ſariis diſſenſio intercedit. Sic om- heologi Deum juſtum & ſanctum e eſſe docent, ſed non quatenus ju- & ſanctus eſt, ſed quatenus Deus ali- d poſſidet, quo rebus *præſens* eſſe dici- t: quod certe propter aliam rationem for- nalem ſit, quam propter quam Deus vo- catur juſtus & *ſanctus*. Ita *Carteſius* negat Deum dicendum *omnipræſentem* aut *ubi- que* eſſe, quia ſpiritus eſt, ſed propter rationem ſupra traditam. Exiſtimet ita- que lector quo candore Dominus *Du Bois* exclamet occaſione hujus controverſiæ. *Ecce iterum nobis à Carteſianis inculcata per- nicioſa Socini & Vorſtii dogmata, tradentia Dei eſſentiam cœlorum ambitu circumſcri- ptam, & potentiam ejus tantum ubique eſſe.* Dicimus Dominum *du Bois*, aut prodere hic ſummam ſuam ignorantiam in Theolo- gicis, aut contra animi ſui ſententiam re- clamante & reluctante ejus conſcientia, Carteſianis hujuſmodi pernicioſa dogma- ta tribuere. Cuivis enim per ſupra tradi- ta exploratum eſſe debet, noſtram contro- verſiam cum Domino *du Bois* plane alie- nam eſſe ab ea, quæ orthodoxis interce- dit cum Vorſtio, ejuſque ſectatoribus; to- tamque eo recidere. Primo, quare Deus vocetur *immenſus*? Et an id non fiat pro- pter aliam rem à Deo diſtinctam, & cui Deus præſens eſſe dicitur; ita ut ante con- dictum univerſum, tam improprie Deus *immenſus* vocetur, quam *creator*. Secun- do: an dato Deum propter præſentiam, qua rebus, à ſe diſtinctis, præſens eſt, vocari *immenſum*, (quod nos urgemus, & Adverſarii non negant, ut liquet ex eorum argumentandi ratione) an illa denomina- tio Deo adhæreſcat, quia ſpatio imagina- rio infinito, an vero quia extenſioni in infinitum incrementa capere potenti, præſens eſt; & quod propterea Deus non ideo immenſus vocetur, quia rei actu in- finitæ, qualem rem ſpatia imaginaria Ad- verſarii eſſe fingunt, præſens eſt, an quia iſtius eſt naturæ, ut ſemper majori exten- ſioni præſens eſſe poſſit: quemadmodum Deus reſpectu ſuæ potentiæ vocatur infi- nitus; non quia potentia, conſiderata ut in Deo eſt, ſit quantitatis continuæ, aut diſcretæ & diviſę infinitę, (voces enim finiti & infiniti, & res, iſtis vocibus ſub- jectæ, tantum rebus conveniunt, quas ut quantitatem habentes animo intuemur) ſed quia illa vis ſimpliciſſima, & omnis quantitatis expers, eſt in Deo, quæ in infinitum augere numerum & perfectio- nem creaturarum poteſt: nos contra Adver- ſarios poſterius affirmamus propter ratio- nes ſupra traditas. Et finge nos erraſſe: quid noxæ inde creatur veræ Theologiæ; cum non tam rei, quam verborum con- troverſia futura ſit.

Progredimur jam ad refutationem Ca- pitis noni Tractatus Domini *Du Bois*, in quo de *libertate arbitrii* agitur. Sicut autem ubique in proponendis *Carteſianorum* ſen- tentiis ac dogmatibus parum bona fide egit, ita imprimis in hujus controverſiæ diſcuſ- ſione: cum tamen nulla in re mendacii ac calumniæ facilius poſſit convinci. Siqui- dem Carteſius Theologicæ diſputationi nunquam ſeſe ita immiſcuit quam huic ſoli, ac nullibi apertius recedit à ſententiis *Jeſui- tarum* eorumque, qui naturam liberi arbi- trii in ἀδιαφορίᾳ, ſive in indifferentia vo- lunt conſiſtere. Quæſtionem de libero arbitrio ex profeſſo tractat *Carteſius* in Me-

*Meditatione Quarta*, cujus exigui temporis compendioſa lectio parum difficilis erit lectori cognoſcendæ veritatis ſtudioſo. Verum licet *Carteſius* hanc de libero arbitrio quæſtionem ita juxta ſanam doctrinam tractaverit, ut ego & una mecum omnes *Carteſii* ſectatores ei id laudi tribuant, eandem à nemine tam clare atque diſtincte fuiſſe diſcuſſam, lubet tamen ſuper hac re juxta fundamenta *Carteſii* aliquanto prolixius agere: quod quidem ut cum judicio fiat, intelligendum primò clare ac diſtincte, quid *velle* atque *intelligere* in anima ſignificet.

Operatio animæ, quam *intelligere* appellamus, eſt, qua anima aliquid percipit, ejuſque perceptionis conſcia eſt, quod ſemper requiritur ad *τὸ cogitare*; ſic ut ſub intelligere comprehendamus proprie *intelligere, imaginari, ſentire*, omneſque omnino operationes, quibus anima *ſimpliciter aliquid ac diſtincte percipit*. Quocirca hęc operatio animę non abs re ſpeculo ſive oculo comparatur, qui rerum externarum formas recipit: ſic ut ſub intelligere ſolum comprehendens ſimplicem hanc perceptionem ſtatuam, ſi ſpeculo adeſſet anima, quæ ejus operationis eſſet conſcia, eam revera intellecturam eſſe. Porro quemadmodum in ſpeculo omnia non æque clare ac diſtincte nobis exhibentur, verùm majora corpora, & à quibus plures radii in ſpeculum reflectuntur, clarius ac diſtinctius in eo apparent; ita quoque non æque diſtincte ac clare quævis res ingenio noſtro ſeſe offerunt, verum eæ res quam clariſſime intelliguntur, quæ lumen ac perſpicuitatem maximam complectuntur, ut ſunt ex. gr. prima ſcientiarum fundamenta, nimirum, *fieri non poſſe, ut una eademque res ſimul exiſtat & non exiſtat: non entis nullas eſſe affectiones ac qualitates: quicquid operatur neceſſariò exiſtere*: & id genus alia; quorum quidem magnum numerum recenſui in primo meo reſponſo ...

ſunt, quæ aliquanto longius à primis hiſce fundamentis recedunt, primo intuitu minus clare ac diſtincte ingenio noſtro exhibentur. Verum ſicuti in ſpeculo plurimas res primo aſpectu haud claras atque diſtinctas contemplamur, quippe ut ſunt res umbra obductæ, quæque arte aliqua diſtinctius atque clarius oculis noſtris ſubjiciuntur, ita quoque auxilio atque ope facultatis, quæ animæ ineſt, obſcura atque intricatæ res clare ac diſtincte ingenio noſtro exhiberi poteſt. Hanc clarè diſtinctè atque perſpicuè cognoſcendi facultatem animæ noſtræ ineſſe, non inficiabitur, quiſquis modo largitur res à
nobis aut pro parte aut in totum intellig
poſſe: quidni ergo, cum claram ac d
ſtinctam rei cognitionem habemus, lic
nobis judicare rem ſeſe ita habere, q
admodum clare ac diſtincte eam pe
mus. Si etenim etiamnum ſuſpend
ſit judicium, oſtendendum ac dem
dum incumbit Domino du Bois;
ro requiratur ad judicium: ac c
dem judicare ac credere licea
illud verum eſſe, aut rem
ſeſe habere. *Carteſiani* non
mentum ac regulam, qua
ducem ſequi oporteat, p
diſtinctam hanc rerum
agnoſcunt, provoca
ſuos, ut firmius fundan
que judicandi regu
Porro, ſicuti dicim
*noviſſe* aut *non novi* ſ
*ſcire*, ſimiliter quo
nobis conſcios eſſe
ac *diſtincte cognoſc*
ea de cauſa rem c
*non*, quia eam *diſt*.
aut *non*. Porro q
*diſtincta* rei percep
bis ipſis, neque o
*tatis noſtrę* habemu

ſſe inditam. Quamvis enim
induſtria obſcura res *clare* ac
nio noſtro poſſit exhiberi; ve-
nanet eam (ut ita dicam) exhi-
on à nobis ipſis, verum ab ani-
nque à Deo procedere: ſicuti
s, quod antea in ſpeculo con-
oterit, per colores ei inditos
ri poteſt: neque tamen neceſ-
ulo eam repræſentandi atque
vim atque efficaciam tribuere.
a cum ita ſint, *nimirum claram*
*ac diſtinctam perceptionem judi-*
*lam ac normam eſſe; hanc claram ac*
*n cognitionem in nobis (ſicuti ſupra*
*n eſt) abſque ope voluntatis oriri, at-*
*circo immediate à Deo procedere; con-*
*nos quoque nobis poſſe eſſe, an aliquid*
*re ac diſtincte cognoſcamus; poſſe nos ſuſ-*
*ndere judicium noſtrum, quamdiu rem non*
*clare ac diſtincte percipimus, ſequitur inde*
*Primo*, non poſſe nos falli judicando de re
quapiam, ſicuti eam clare ac diſtincte per-
cipimus. Si enim res ipſa ita ſeſe non ha-
bet, ſicut clare ac diſtincte ſeſe ingenio no-
ſtro offert, non fallit homo ſe ipſum, ve-
rum clara ac diſtincta hac perceptione fal-
litur. Cum autem clara ac diſtincta hæc
perceptio non à voluntate noſtra, ſed à
Deo ipſo immediate procedat: ſequeretur
inde, Deum nos fallere, ſi juxta *claram*
*ac diſtinctam* perceptionem judicantes
falleremur. *Secundo* etiam ſequitur inde,
cum judicium noſtrum ſuper re quapiam
poſſimus ſuſpendere, ſi quidem judicare
ſit voluntatis operatio, atque etiam ſcire
quando rem *clare ac diſtincte* percipiamus,
poſſe nos ſemper ab erroribus nobis cave-
re; atque etiam fieri non magis poſſe, ut
ad errandum impellamur, ſive inviti erre-
mus, quam ut voluntas noſtra cogi poſſit.
Quod ſi ad judicandum non poſſimus im-
pelli atque adigi, ergo libere judicamus;
& ſi quidem libere judicamus, verum eſt
quod dicit Carteſius Princip. Part. 1. §. 6.
*Sed interim à quocumque tandem ſimus, &*
*quantumvis ille ſit potens, quantumvis fal-*
*lax; hanc nihilominus in nobis libertatem*
*eſſe experimur, ut ſemper ab iis credendis,*
*quæ non plane certa ſunt & explorata, poſ-*
*ſimus abſtinere; atque ita cavere, ne un-*
*quam erremus.* Quisquis enim concedit,
quod quidem omnes largiuntur, volunta-
tem cogi non poſſe, libertatemque à volun-
tate non ſeparari, fatendum ei etiam eſt,
ſicut neceſſario ſemper liberè volo, ita
quoque fieri non poſſe, ut non libere vel-
lem: quod ſi ergo ſemper libere velim,
ac judicare quidem ſit velle, non magis
fieri poteſt, ut ad judicandum cogar, ſive
ut judicium, quamdiu rem *clare* ac *diſtin-*
*cte* non percipio, non poſſim ſuſpendere,
quam, ut voluntas mea cogatur invita.

Prodit ergo Dominus *du Bois* ignoran-
tiam ſuam, aut potius peſſimam ſuam in-
dolem, cum *Pag.* 61. in prædicta *Carteſii*
verba ita intonat atque debacchatur, al-
legando varios textus ad probandum
homines ſæpe falli: Deum hominibus
ſpiritum erroneum immittere, quo men-
daciis fidem adhibeant. Ad hæc qui-
dem, quamvis veteri proverbio οὐδὲν
πρὸς Διόνυσον nihil ad rem faciant, utcum-
que reſponſum eſt, ſi quidem *Carteſius*
ejuſque ſectatores non negant, Deum
circa voluntatem hominum ita poſſe ope-
rari, ut judicium ſuum præcipitent, an-
tequam rem *clare* ac *diſtincte* percipiant:
verum reſpondemus hominem, ſicuti
temere judicando libere peccat, ita quo-
que libere errare, & ſi quidem libere errat
in judicando, non impelli ad judicandum
ſuper re, quam non *diſtincte* ac *clare* perci-
pit: & cum voluntas cogi nequeat, ſimi-
liter quoque à Deo aut ab alio quoquam
hoc pacto falli non magis poſſe, quam
voluntas cogi poteſt. Verum ſi Dominus
*du Bois* ſubvertere hæc Carteſianorum fun-
damenta conaretur, oſtendendum pro-
bandumque ipſi eſſet, *claram ac diſtin-*
*ctam perceptionem firmam certamque judi-*
*candi regulam non eſſe: poſſe nos juxta eam*
*judicantes nihilominus falli: Deum claræ ac*
*diſtinctæ hujus perceptionis auctorem non eſſe;*
*aut*

*aut, quamvis ejus auctor ſit, poſſe tamen eum rem quandam clare ac diſtincte ingenio noſtro exhibere, cum tamen res ita ſeſe non habeat, quemadmodum ſeſe nobis offert, neque tamen idcirco nos à Deo decipi.* Porro *judicare non eſſe operationem voluntatis noſtræ: non judicare nos libere; aut quamvis libere judicemus, fieri nihilominus poſſe, ut non libere nobis abſtinere poſſimus à credendis iis, quæ non prorſus certa ſunt, ac firmis fundamentis nituntur, atque ita non poſſe nos libere nobis ab erroribus cavere.* Si libeat Domino *du Bois*, aut cuiquam ex ſectatoribus ejus ad ſubvertenda hæc *Carteſianorum* fundamenta aliquid elucubrare; atque in lucem edere, videbimus, num cenſuras noſtras poſſit experiri, atque ab omni labe ſit immune. Atque hinc quidem facile judicet lector, quam pueriliter argumentetur Dominus *du Bois*, ad ſubvertendam claræ ac diſtinctæ hujus perceptionis regulam, allegando exemplum ipſius *Carteſii*, quod is, quamvis hanc regulam ſtatuens atque agnoſcens nihilominus erraverit, quippe qui Romanam religionem ad mortem uſque fuerit amplexus; ac Pleuritide laborans nunquam venam ſibi incidi paſſus fuerit: non ſecus ac ſi idem eſſet, regulam quandam ſtatuere, atque eam in omnibus ducem ſequi. Eadem ratione quoque dici poſſet, non eſſe veram doctrinam *Dei verbum eſſe lampadem pedibus noſtris prælucentem*; quod multi quamvis hanc veritatem agnoſcentes, ac Dei verbum tanquam fidei regulam uſurpantes, ſicuti plerique Chriſtiani faciunt, nihilominus errent; is enim error non ex defectu aliquo iſtius regulæ oritur, verum à temere ac inconſulte judicando procedit. Accedit huc, (ut reſpondeamus ad ea, quę D. *du Bois* de morbo *Carteſii*, ejuſdemque viri judicio ſuper eo profert) quod jam ſæpius dictum ſit multarum rerum claram ac diſtinctam cognitionem

cognitio haberi nequit, ac ſæpe tempus & periculum non patitur ut claræ ac diſtinctæ incertæ rei perceptioni inveſtigandæ certo cum damno noſtro operam demus: præterquam quod multarum rerum ea cognitione ſimus imbuti, quæ ad quotidianum vitæ uſum ſufficiat, quamvis rei ipſius naturam clare ac diſtincte non cognoſcamus. Ignem ardere vel infans noverit, licet diſtincte ignis naturam, caloriſque originem non cognoſcat. Ita quoque ſcimus omnes, mendacium ac ſcortationem peccata eſſe, quamvis multi non intelligant, in quo peccata illa præciſe conſiſtant: atque hæc quidem generalis malorum cognitio ad vitanda ea, vitamque prudenter inſtituendam ſufficit, ridiculumque foret, nolle ſi
cavere ab igni, aut à mendacio ſc
tationeque abſtinere, niſi cognita p
trataque horum omnium natura:
ſi rem bene conſideremus, non
opus ſemper ſit in vita humana,
an rem clare diſtincteque intel
cum enim judico ignem ardere
eſt, ut itidem quoque de pro
natura atque origine judicem.
quidem ad refutandas calum
que objectiones D. du Bois
*raque* ac *diſtincta* perception

Pergimus jam ad demo
us naturam voluntatis,
in quo ejus indifferenti

Propria voluntatis
conſiſtit, quod an
ſpiritualem motum
operationes ſequun
ſpectu primi iſtius ſp
anima libere in ſeſe
liberæ atque volunt
atque (ut ſic dicam
operationis animæ
cujus ... una ſibi c

iſtius operationis proprietas ſit, ...ata, operatio illa proprietatem ...ue ſuam amitteret. Per hanc ...efinitam libertatem, atque in...m nihil aliud intelligimus, quam ...prorſus, quod naturalem vim ac ... animæ impediat, quo minus ...on tam hoc quam illud libere ...r. Sic ut ad deſcribendam vo...bertatem non ſufficiat dicere ...o, *eſſe eam ſpontaneam ac libe...qu.e placeat, cupiditatem atque* ... ſi per ſpontaneam electionem ...d intelligamus, quam quod ſpon...coacte excitemus in anima operati...quamdam, quam nos velle appel...s: verum ad plenam hanc libertatem ...tinere ſtatuo, ut anima non ſolum non ...acte operationem quandam poſſit in ſeſe ...excitare, verum nullum prorſus impedi...mentum immediate dari, cujus intuitu de voluntate dici poſſit, eam aliquid non poſſe velle; non dico de voluntate, futurum, ut ea aliquid nolit. Sic ut reſpectu potentiæ hoc aut illud eligendi atque amplectendi, non reſpectu ipſius futuræ voluntatis atque electionis, in anima *ἀδιαφορίαν* ſive indifferentiam ſtatuamus. Dominus du Bois, quantum ad ipſam potentiam attinet, Pag. 64. hanc indifferentiam in anima dari negat. Cujus verior æquiorque ſit ſententia, protinus liquebit. Si unum eligere ac velle, aliud vero non poſſum, ſtatuendum eſt, dari *naturale* aliquod impedimentum, *naturali* operatione impediens, quo minus unum, alterum vero non poſſim velle atque eligere. Quod quidem dogma omnium doctorum ſententiis adverſatur, ac religionem è mundo tollit; ſi enim non magis poſſim bonum velle ac ſequi, quam pedibus truncatus poteſt incedere, ſic ut præter voluntariam mali electionem naturale aliquod impedimentum impediat, quominus bonum queam eligere, ſicuti pedibus truncato naturale illud impedimentum inceſſum impedit, ſequitur inde, nullum prorſus monitionibus, præmiis ac pœnis locum eſſe. Longe aliud eſt dicere, hominem gratia divina deſtitutum certo certius nihil boni operaturum, ſi quidem per verſa ſua indole ac ſpontanea pravitate voluntatem ſuam ſemper in pejus inclinabit, atque Deum idcirco per operationem incomprehenſibilem (ſicuti ipſa Dei natura incomprehenſibilis eſt) efficere, ut homo id velit, quod ab omni æternitate decrevit. Secundo, ſi quid ſit in aut circa voluntatem, unde de ea dici poſſit, eam hoc aut illud velle non poſſe, ſequitur inde, ex. gr. æterna Dei decreta, juxta quæ voluntatem hominum certo operaturam concedimus, aliquid reale ſive naturale in anima ponente, quo ita impediatur anima, ut non, niſi quod Deus ab omni æternitate decrevit, velle poſſit. Tertio, ſi libertas voluntatis in eo ſolum conſiſtat, quod in ſeſe non coacta poſſit excitare operationem, quam nos *velle* appellamus, nulla prorſus inter inſanorum ac furioſorum, & ſanæ mentis hominum voluntatem differentia eſt: nemo enim inficiari poteſt, inſanum non minus quam ſanæ mentis hominem non coacte ac libere in ſeſe excitare eandem operationem, quam nos *velle* appellamus. Ubi enim loquitur, petit aliquid aut poſtulat, corpus movet, id eadem animæ vi atque efficacia facit, qua ſani cerebri homo: ſicut eadem quoque vi animæ intelligit, videt, ac audit, qua homo ſuæ mentis compos. Quid ergo intereſt inter velle, ſive voluntatem inſani ac ſanæ mentis hominis? Nihil aliud profecto, quam quod furioſus naturali corporis ſui temperamento ita determinetur atque afficiatur, ut unum aliquod non vero aliud (nam illud fieri nullo modo poteſt) libere ſaltem ac non coacte velit. Atque idcirco etiam non peccat furioſus, cum per inſaniam ac furorem hoc aut illud vult. Quod, ſi ſpontaneus appetitus auctore atque interprete Domino *du Bois* ſufficiat, ad dicendum, nos aliquid libere velle, atque id-

idcirco etiam remunerationi aut pœnæ locum eſſe, ſequitur inde furioſum non minus peccare, quam mentis compotem. Reſpectu enim ſpontanei appetitus ac gaudii, quod ex appetitu ac libera operatione percipitur, non minus libere vult inſanus, quam ſanę mentis homo. Si enim libere vult inſanus, fieri nullo modo poteſt, ut non placeat ipſi illa voluntas; id enim ſeparari nequit à voluntate ſumpta pro operatione illa, quam immediatè in ſeſe excitat anima, non vero quatenus aliquid corporale, quod per accidens animæ ingratum moleſtumque accidat, eam operationem ſubſequi poteſt. Quarto, ſi ſpontaneus appetitus ſufficiat, ad libertatem voluntatis, brutis quoque, præſuppoſito quod ſentiant, voluntas tribuenda eſt. Non coacta enim ac libere in ſeſe appetitum quemdam excitant. Tollit quoque Dominus *du Bois* abſurda hac ſua opinione diſtinctionem, quam in difficili hac materia huc uſque adhibuerunt noſtri Theologi: nimirum voluntatem liberam eſſe, ſic ut contrarium atque oppoſitum velle atque eligere poſſit *in ſenſu diviſo*; verum non futurum idcirco, ut oppoſitum contrariumque velit in ſenſu compoſito, reſpectu decreti Dei, voluntatiſque noſtræ à Deo dependentis. Ita quoque tollit diſtinctionem inter neceſſitatem conſequentiæ & conſequentis. Si enim in ſeſe definita ac jam determinata ſit ad unum amplectendum voluntas, non eſt amplius libera in ſenſu diviſo, ſic ut oppoſitum poſſit velle atque eligere: ac quicquid tum à voluntate fit, illud fit neceſſitate conſequentis. Imo (quod quinti argumenti loco ſupe raddam) juxta hanc opinionem Domini *du Bois*, non poterit voluntas extra decreta Dei tanquam indifferens conſiderari. Si enim natura voluntatis in eo conſiſtat, quod ad hoc illudve eligendum ſua natura determinata ſit, pro-

ni, verum jam prædeterminata eſt; ac ſicuti eam determinatam Deus offendit, ita futurum decernit: quis magis abſurdam opinionem unquam audivit? Porro ſi ad unum ſua natura determinata ſit voluntas, non poteſt Deus ſub comminatione pœnæ, aut remunerationis præmiis promiſſiſque contrarium ab hominibus exigere. Non enim ſolum punitur homo, quod malum libere perpetraverit, ſed quod bonum libere non elegerit: quomodo autem libere bonum amplectar, ſi voluntas mea ſua natura ad unum determinata ſit. At hæc naturalis vis aut facultas, qua hoc aut illud poſſumus velle atque eligere, neque peccato, neque gratia minuitur aut augetur: cum enim vo-
luntatem meam ad bonum inclino, id
*dem naturali vi* facio, qua malum vol
eligo. Poſſum ergo reſpectu iſtius na
lis vis ac facultatis bonum æque ve
que eligere, ac malum, aut alioc
cendum foret, naturalem volunt
*imminui* atque *augeri* poſſe, id e
nos unum *magis libere* velle ac fa
alterum, quod quidem abſurd
dicere. Cum ergo id, quod
eligimus ac volumus, ead
tate velimus, qua malum
ac ſequuti ſumus, ſequitu
operationem divinæ gra
ctendum malum non ita
tos, ut bonum non po
Libertas enim malum
que in eo conſiſtebat
mali electionem,
bonum (ſicuti ſupra
mus amplecti. Ad
verum eſſe, quicqui
cipimus, ac conſcie
nium iis in rebus teſt
parandum, 1 *Joh.*
nobis ſumus, nos n

nque aliam rationem dari, illud fecerimus, quam , non autem, quia non po em alia attexere ad arguen tem in ſe conſideratam in ſe, atque in ἀδιαφορίᾳ con differentiam etiam reſpectu ei, ac ejus operationum circa n tolli, quatenus per eas od impedimentum ac re r, cujus intuitu de volun ti poſſet, non poſſe eam hoc e, verum ſolum per *decreta* Dei, aliaſque diſpoſitiones erveniences voluntatem certiſ ut illud libere amplexuram. Et inus du Bois differentiam, quæ liquid libere ac *certo certius* factu ac inter aliquid *libere* ac certo cer re facere, aut non poſſe ſe abſtine m intellexit, idcirco *Carteſianos* tan n *Pelagianos* notat: neque ſatis ipſi , *Pag.* 3. periculoſam hanc opinionem opoluiſſe, verum etiam eam adſtruere conatur argumento deſumpto à voluntate Dei. *Deus* inquit, *in ſua voluntate à nemine impeditur, ſic ut, quod ipſi placeat, velle non poſſit; neque tamen voluntatis indifferentia in Deo datur.* Verum reſpondeat, ac oſtendat, cur in Deo non ſit voluntatis indifferentia, quam nos in eo ſtatuimus conſiſtere, quod voluntas intrinſecus non impeditur aut definita ſit, verum quod per liberam electionem ſolummodo determinetur: daturne aliquid extra liberam voluntatem Dei, quod Deum ita determinet; atque ejus voluntatem afficiat, ut hoc aut illud tantum poſſit velle atque ſtatuere? Quamvis largiamur, dari aliquid in Deo, uti etiam in hominibus, cujus impulſu voluntas libere ſeſe excitans, hoc tantum non illud certiſſime amplexura eſt. Nimirum certiſſima, clara, diſtincta, perfectaque Dei cognitio, qua Deus res cum omnibus ſuis circumſtantiis ita clare ac diſtincte novit, ut quicquid boni verique iis continetur, perfecte cognoſcat, efficit, ut voluntas Dei non aliter judicare velit, aut judicatura ſit, quam quod ſumma ratio, quæ in Deo eſt, quamque ſempiternam legem appellamus, poſtulat. Cum enim Deus *verum à falſo*, *bonum à malo* in rebus ita norit diſtinguere, ut nunquam erret, fieri non poteſt, ut contrarium *veri bonique* velit, niſi malum falſumque qua talia, velle dicendus eſſet. Malum enim falſumque præciſe proprieque ſumptum nihil eſt, ſic ut Deus malum mendaciumque velle atque amplecti nequeat. Verum hoc juxta doctrinam *Carteſii* non tollit indifferentiam, cum mendacium malumque reſpectu Dei, voluntatis objecta eſſe nequeant. Cum ergo de Deo dicimus, non poſſe ipſum malum aut peccatum velle, non magis indifferentiam tollimus, quam ſi diceremus, voluntatem non poſſe intelligere, aut operationes ingenii exercere. Atque eo quidem reſpectu, quo dicimus Deum malum velle non poſſe, Deus *unice bonus* appellatur, *Matth.* 19:17. Verum homines imperfecta rerum cognitione imbuti poſſunt voluntatem ſuam ad malum peccataque ſub ſpecie boni abblandientia inclinare; atque idcirco divina gratia ad peccata evitanda indigent: atque ita, ſicuti in Deo, contradictionem non involvit, quando dicimus, hominem peccare poſſe; verum reſpectu aliarum rerum extra Deum, ſive rerum ordinis, etiam indifferens fuit Deus ante libera ſua decreta. Quod quidem hoc loco pluribus probare ſuperſedebo; cum nemo ſit, qui id ipſum inficietur. Judicet nunc æquus lector, quo jure D. *du Bois* Carteſianos tam fœde depingat, quaſi Dei gratiam ad bonum perpetrandum non æque deſiderarent ac Reformati, ac quaſi voluntatem influentiæ divinæ eximerent, ſicuti *Pag.* 66. Carteſianorum ſententias Pelagianorum dogmatibus æquiparat, eorumque, qui negant voluntatem hominum à Deo dependere. Quam procul ab hiſce erroribus abſit Carteſianorum opinio, ex ſequentibus ex-

ex ipſo *Carteſio* deſumptis textibus apparebit.

Princip. Philoſ. Part. 1. §. XL. *Sed quia jam Deum agnoſcentes, tam immenſam in eo poteſtatem eſſe percipimus, ut nefas eſſe putemus exiſtimare, aliquid unquam à nobis fieri poſſe, quod* Nota *ante non ab ipſo fuerit præordinatum; facile poſſumus nos ipſos magnis difficultatibus intricare, ſi hanc Dei præordinationem, cum arbitrii noſtri libertate conciliare, atque utramque ſimul comprehendere conemur.*

*Illis vero nos expediemus, ſi recordemur mentem noſtram eſſe finitam; Dei autem potentiam, per quam non tantum omnia, quæ ſunt aut eſſe poſſunt, ab æterno præſcivit, ſed etiam* Nota *voluit ac præordinavit, eſſe infinitam: ideoque hanc quidem à nobis ſatis attingi, ut clare & diſtincte percipiamus ipſam in Deo eſſe; non autem ſatis comprehendi, ut videamus quo pacto liberas hominum actiones indeterminatas relinquat: libertatis autem & indifferentiæ, quæ in nobis eſt, nos ita conſcios eſſe, ut nihil ſit, quod evidentius & perfectius comprehendamus. Abſurdum enim eſſet, propterea quod non comprehendimus unam rem, quam ſcimus ex natura ſua nobis eſſe debere incomprehenſibilem, de aliâ dubitare, quam intime comprehendimus, atque apud noſmetipſos experimur.*

Idem Meditat. Quarta in principio. *Ex hoc uno, quod talis* nempe Dei *idea in me ſit, ſive quod ego ideam illam habens exiſtam, adeo manifeſtè concludo Deum etiam exiſtere, atque ab illo ſingulis momentis totam exiſtentiam meam dependere, ut nihil evidentius, nihil certius ab humano ingenio cognoſci poſſe confidam.* Ibidem in fine ferme. *Atque in hoc liberi arbitrii non recto uſu privatio illa ineſt, quæ formam erroris conſtituit; privatio, inquam, ineſt in ipſa operatione quatenus à me procedit, ſed non in facultate quam à Deo accepi, nec etiam in operatione, quatenus ab illo dependet.* Et

poſt. *Neque deinque etiam queri ...*

*quibus fallor: illi enim actus ſunt omnino veri & boni, quatenus à Deo dependent; & major in me quodammodo perfectio eſt, quod illos poſſim elicere, quam ſi non poſſem. Privatio autem, in qua ſola ratio formalis falſitatis & culpæ conſiſtit, nullo Dei concurſu indiget; quia non eſt res, neque ad illum relata ut cauſam privatio, ſed tantummodo negatio dici debet, &c.* Statuit itaque Carteſius voluntatem actualem à Deo dependere, ſtatuitque voluntati nihil derogari, quamvis dicamus, eam aliquid certo amplexuram. Meditat. Quarta in fine. *Video tamen fieri à Deo facile potuiſſe ut etiamſi manerem liber, & cognitionis finitæ, nunquam tamen errarem, nempe ſi vel intellectui meo claram & diſtinctam perceptionem omnium, de quibus unquam eſſem deliberaturus indidiſſet; vel tantum ſi adeo firmiter memoriæ impreſſiſſet de nulla unquam re eſ[ſe] judicandum quam clare & diſtincte non [in]telligerem, ut nunquam ejus poſſem obli[...]*

Memor itaque ſit lector ſtatuere Carte[ſium] judicium operationem voluntatis [...]
Concedit itaque ad claram rei per[...]
nem neceſſitate conſequentiæ pro[...]
qui judicium. Verum quam cla[...]
ipſum in textu ſequenti explica[...]
tatione Quarta, in medio. [...]
*opus eſt me in utramque partem* [...]
*ſim liber, ſed contra quo magis* [...]
*pendeo, ſive quia rationem ve[...]*
*evidenter intelligo, ſive quia* [...]
*gitationis meæ ita diſponit* [...]
*illam eligo; nec ſane divin[...]*
*turalis cognitio unquam* [...]
*tem, ſed potius augent* [...]
*differentia autem illa q[...]*
*nulla me ratio in unam* [...]
*alteram impellit, eſt in[...]*
*tis, & nullam in ea p[...]*
*tummodo in cognitione* [...]
*tionem quandam teſt[...]*
*quid verum & bonum ſ[...]*
*quam de eo quod eſſet* [...]

…ei ad con-
…quentibus,
…das Objecti-
…Turcæ, aliive
…on ampleƈtun-
…quod rebus ob-
…int aſſentiri:
…ratiæ interius
…quod in aliis
… Et pau-
…gens, putare
…naturale non ag-
…verbis in ipſa
…in qua cauſam falſita-
…illud intima co-
…ad volendum,
…libertatem.
…intelligit Le-
…quaque animi ſenten-
…liberam, amplam, per-
…nobis voluntatem inditam,
…circumſcribi: ſe eam
…in ſe deprehendere, ut nullius
…in ſe deprehendat: illam in
…ac præciſe conſideratam,
…Dominus du Bois, ſubtiliſſi-
…non majorem videri in Deo: ha-
…voluntatem noſtram imperium: por-
…cogitationes noſtras eſſe in po-
…liberum arbitrium eſſe rem
…quod nos aliquo modo
…Omnia enim hæc lo-
…arbitrii reſpiciunt,
…nullis finibus circum-
…quominus vel-
…viſum fuerit, ſic
…ita velit, ut nullo
…atque inhiberi.
…voluntatem infi-
…prorſus cogitare
…Quocirca
…intellectu ſuo
…intelligere ac perci-
…voluntatem ſuam
…inclinare,
…obſtaculo in-
…intellectum ſuum finitum,

voluntatem infinitam appellat. Porro, ſiquidem libertas arbitrii formaliter (ſicuti ſupra oſtenſum eſt) in eo conſiſtit, quod libere in ſe excitet operationem, quam nos *velle* appellamus, ac in ſe tamen ſit indifferens ad hoc vel illud amplectendum. *Carteſius* in hiſce duabus rebus ac proprietatibus voluntatem ſuam adeo liberam atque indefinitam agnoſcit ac ſtatuit, ut nihil *majus* in ipſo Deo deprehendat. Non quod idcirco voluntatem ſuam voluntati divinæ æquiparet: ſed quod hac in parte voluntas ſua aliquid ſimile habeat cum voluntate divina, id eſt, quod nullis internis finibus circumſcribatur, aut impediatur, quo unum minus velle poſſit, quam alterum, quod indifferenter, quicquid cogitat ac vult, nullo obſtaculo impediente poſſit amplecti: quam primum enim *impedimentum* aliquid in voluntate agnoſcimus, tollimus juxta omnium Theologorum ſententias, *naturam* liberi arbitrii. Verum idcirco non ſtatuit *Carteſius*, Deum non poſſe plura velle quam nos, abſit: uti enim agnoſcit Deum infinita exactiſſimaque rerum cognitione eſſe imbutum, ita ſtatuit quoque voluntatem ejus hoc pacto latius extendi. Neque etiam inficiatur *Carteſius*, Deum circa voluntatem noſtram ita non operari, ut non faciat nos libere velle, quæ vult: aut etiam voluntatem noſtram à Deo dependere negat: verum voluntati ſuæ aliquid attribuit, quod præciſe ſumptum, atque ab aliis circumſtantiis ſeparatum etiam in Deo ſit. Quemadmodum dicimus noſtrum eſſe præciſe ſumptum, divinæ exiſtentiæ eſſe ſimile, quatenus exiſtimus: res enim non amplius poteſt quam exiſtere, unaque res non magis exiſtit, quam altera, ſi quidem nulli gradus parteſque exiſtentiæ dantur: uti autem exiſtere eſt exiſtere, ita libere velle quoque eſt libere velle: atque hoc quidem indiviſibile eſt, neque augeri aut imminui poteſt. Sicuti autem in exiſtentia præciſe ſumpta Deo ſimiles ſumus, in perfectione tamen, proprietatibus, po-

potentia, cauſiſque, per quas exiſtimus, ei diſſimiles, ita quoque libertatem arbitrii noſtri præciſe ſumptam libero Dei arbitrio ſimilem dixerimus, quamvis eam in perfectione, virtute, cauſiſque, per quas eſt, aliiſque proprietatibus divinę voluntati diſſimilem agnoſcamus. Atque hinc quidem ſatis colligi poteſt, quo ſenſu *Carteſius* nos voluntatis noſtrę arbitros dominoſque appellet: ſuperius enim oſtenſum eſt, eum voluntatem humanam divino moderamini non ſubducere: verum hæc ſolummodo dicit reſpectu ejus libertatis, qua, quicquid volumus, libere volumus, nullumque prorſus impedimentum poſſe dari, quod nos impediat, quominus, quod volumus, velle poſſimus. Neque enim peccatis aut gratia, æternis Dei decretis, aut incomprehenſibili operatione Dei circa hominem, quibus libere facit, quod Deus *ab omni æternitate decrevit*, libertas arbitrii tollitur: verum quicquid homo facit ſua voluntate, id pari cum libertate facit; quod ſi ęquali cum libertate facit quicquid exempli cauſa, aut divina gratia, aut propriis viribus facit, non eſt, cur eundem loquendi modum non uſurpemus: atque ego quidem in primo meo reſponſo *Pag.* 1193 oſtendi, ipſam Sacram Scripturam ſæpius ita loqui, *Jer.* 7:23. 1. *Cor.* 7:36. *Jacob* 3:2. Exiſtimat tamen Dominus *du Bois*, poſſe ſe reſpectu duorum iſtorum caſuum probare *Carteſium* homini non ſolum abſolutam ac independentem voluntatem adſcribere, reſpectu ſui ipſius *naturæ*, *naturaliumque virium* verum etiam reſpectu ipſius Dei, *Pag.* 65. Inquit enim, *Carteſium* dicere, nihil præter cogitationes noſtras eſſe in poteſtate noſtra, neque tamen negaturum eum, ire, ſtare, &c. itidem liberos actus, ac voluntarias operationes eſſe: atque inde quidem neceſſario ſequi putas, ſtatuere *Carteſium* cogitationes noſtras abſolute eſſe in poteſtate noſtra, eaſque à Deo *non dependere*: ſtate noſtra eſſe, quod à Deo dependeam. Verum oblitus eſt Dominus *du Bois*, differentiæ, quam vulgo ſtatuunt Theologi inter *actus elicitos & imperatos*, inter voluntarias operationes, quæ immediate ab anima producuntur, & eos actus, qui revera à corpore ſolum procedunt, ac *voluntariæ actiones* idcirco ſolummodo appellantur, quia primos liberos actus, qui immediate animæ inſunt, ſubſequuntur, corporis nempe organis atque inſtrumentis bene conſtitutis. Cum autem ſæpe accidat, quod ea bene conſtituta non ſint, atque ita ſecundæ illæ liberæ ac voluntariæ actiones ſubſequi non poſſint; nunquam verò accidere poſſit, ut non libere poſſimus velle, quicquid volumus, dicimus eo reſpectu, primos illos voluntarios actus, qui proprie voluntarii appellantur, quia immediate ac libere ab anima producuntur; abſolute eſſe in poteſtate noſt… Secundos vero, nimirum actus vol… *tarii imperati* non abſolute in poteſtat… ſtra, ſeu voluntarios eſſe. Exempli… tia, ſemper *poſſum* velle ire, atq… *modo* illud velle *abſolute* in poteſta… eſt: verum idcirco, quoties ire… poteſtate mea non eſt, ut ire p… *revera* eam.

Verum ut tandem finiamus … troverſiam, intelligit nunc … ctor, *Carteſium* per voluntat… tiam nihil aliud ſignificare … tem in ſua natura, ſive int… finibus circumſcribi, aut … quo minus aliquid velle … tamen libera maneat: … voluntatis indifferentia… eam nunquam aliquid … aut futurum, ut ſempe… indifferenter velit. … *Carteſius*, hanc indif… infimum gradum eſſe … parva rerum cognitio… infirmi judicii, ut … que [illegible] examinata, i…

que ita in ſu[illegible] nma indiffe-
alterumve [illegible] eligendum ſit
um minima [illegible] libertate frui
non abs [illegible] atione; quid
libertatem [illegible] inferiori col-
ad eliger[illegible] um id, quod
quam me[illegible], ignorantia,
ubræ, aut [illegible] vacillans
ſtans, cuj[illegible] tas incon-
defectu a[illegible] judicii huc,
ellitur, ac [illegible] gitationibus ſuis
o affectuum pelago agitatur. E
quid nos libertatis noſtræ volunta-
s conſcios reddit, quam quod ab
etu, ignorantia, affectibusque li-
ere ſummo cum gaudio eligamus,
ratio hominis optimum judicat. Id
voluntatem, quandoquidem animæ
nalis vis eſt, in ſumma perfectione
rtateque collocat, quod omni metu
icitudine[illegible]que poſitis, ac ab incertitu-
ne libera[illegible] velle poſſit, quod rationi
quam maxime conſentaneum ſit. Et ſi
quidem *ratio* reſpectu rerum, quæ à judi-
cio voluntateque hominum dependent,
pro *una tantum parte* militat, non pugnat
cum voluntatis libertate dicere, eam ad
illud virtutis perfectionisque faſtigium
evectam, ut nihil velit, niſi quod æqui-
tas rectaque ratio dictat.

Quomodo autem conciliari poſſit, quod voluntas mea, aut reſpectu *decretorum Dei*, aut reſpectu *ſummæ ſui ipſius perfectionis*, in qua divina gratia conſtituta eſt, aliquid certo amplexura ſit, ita tamen, ut reſpectu naturæ voluntatis, ejus indifferentia non tollatur, de eo dicit *Carteſius*, (uti ſupra oſtenſum eſt) utrumque illud, quamvis conciliatio hæc captum noſtrum exſuperet, à nobis nihilominus credendum eſſe: ſimiliter quoque ego dixi, quamvis hanc Dei poteſtatem præordinationemque cum libertate noſtra non poſſimus conciliare, utrique tamen fidem eſſe adhibendam. Hæc mea verba magna ex parte ita prave diſtorquet D. *du Bois*, ut me pudeat ipſius, quod fœdis hujuſmodi technis utatur. Ita mea verba *Pag.* 66. proponit. *Non poſſumus nos percipere, quomodo hæc poteſtas præordinatioque Dei cum libertate illa, cujus in operationibus certo conſcii ſumus, queat conſiſtere*: adducens ea ad probandum, me hac in parte cum *Carteſio* ſentire, nimirum, nos ita *abſolute* voluntatis noſtræ arbitros dominoſque eſſe, ut à Deo non *dependeat*, ejuſque *directioni* non ſit ſubjecta; diciteque porro, me *in hoc laqueo hæſiſſe*, nimirum, cum voluntatis libertatem cum prædeſtinatione divina conciliare nequirem, negaſſe me præordinationem hanc, atque eatenus voluntatem à Deo independentem eſſe. Qui ſenſus ex verbis meis petitus, cum toto cœlo à ſententia mea in ipſis verbis clare expreſſa diſtet, ignorantiæ, aut veniali errori adſcribi nequit. Inſeram huic loco prima, poſtremaque verba, quo æquus lector judicet. Explico ego textum Carteſii *ſtatuentis utrumque à nobis credendum eſſe; Deum nempe omnia ab æterno decreviſſe, nos tamen libere, non vero coacte omnia facere: & quamvis imbecillitate ingenii noſtri prædeſtinationem Dei cum libertate arbitrii noſtri conciliare nequeamus, utrumque nihilominus à nobis credendum eſſe: nam inquit, hujus libertatis in actionibus noſtris longa eaque non refutanda experientia nobis conſcii ſumus, atque idcirco fides ei deneganda non eſt. Dei vero potentiam infinitam atque incomprehenſibilem nobis agnoſcimus, atque ideo abſurdum eſſet Dei potentiam ac prædeſtinationem negare.* Nunc ſequuntur verba, quæ Dominus du Bois allegat. *Quia non percipimus divinæ prædeſtinationis conciliationem cum hac arbitrii libertate, quam in actionibus noſtris certo agnoſcimus. Illud enim tantundem eſt, ac ſi dicerem, juſtam rem quandam negandi ac inficiandi cauſam eſſe, ſi eam nequeam percipere, cum tamen antea ſtatuerim rem ipſam modumque, quo ea eſt, captum noſtrum exſuperare.* Poteſtne quis clarius animi ſententiam juxta ſanam doctrinam explicare? Hæc mea verba nihilominus dis-

Iiiiiii 2

diſtorquet Dominus *du Bois*, quaſi voluntatem hominum à Deo independentem ſtatuerem. Verum hæc de hiſce ſufficiant: progredimur jam ad examinandam de brutorum anima controverſiam.

Statuunt *Carteſiani*, bruta vivere atque animam habere; differre ea ab horologio, aliisque rebus, quæ inanimatæ dicuntur: verum negant eorundem animam *cogitare*; multo minus ea *voluntate* aut *ingenio* prædita, uti ſentit Dominus *du Bois*. Exiſtimant itaque, animam brutorum nihil aliud eſſe, quam vim quandam corporalem, à corpore prodeuntem, atque ab eo dependentem, qua bruta eas operationes edunt, quarum intuitu vivere dicuntur; eatenus horologio ſimilia, quod, ſicuti motus horologii ab artificioſa partium corporalium conſtitutione procedunt, ita quoque vivæ brutorum operationes à corporum ipſorum conſtitutione progrediantur. Quæſtio ergo inter *Carteſianos* & alios non eſt, an bruta *vivant animamque habeant*, verum an *cogitent*; hoc eſt, I. An ſentiant, aut ejus ſenſus *conſcia* ſint, atque ita *intelligant*, & hac in parte ab aliis Philoſophis diſſentiunt. II. An *voluntate* ac *ingenio* prædita ſint; quod quidem docet Dominus *du Bois*, eamque ſententiam amplectitur: quamvis rem ita parum intelligat, ut neſciat an ſententiæ ſuæ patrocinetur, an vero ſibi contradicat. Pagina enim 68. concedit, hominum non brutorum propriam eſſe reflexam cognitionem, atque *intellectum eorum, quæ intelligunt*, non dicit, ſcire bruta quid ſit intelligere: *neſciunt* ergo bruta, ſe *intelligere*, atque idcirco etiam ſe *ſentire ignorant*; quod ſi ſe ſentire neſciant, neque gaudium neque dolorem ſentire dicenda ſunt. Cum enim nobis doloris aut gaudii non ſumus conſcii, revera dolore aut gaudio non afficimur. Porro ſi *ignorant ſeſe intelligere*, non ſunt ſibi *conſcia* eorum, quæ ipſis obveniunt: & ſi ſibi non ſint conſcia eorum, quæ ipſis accidunt, [illegible]

cum *Carteſianorum* opinione convenit. Concedunt enim & hi, brutorum animas impreſſiones recipere, verum earum ſibi conſcia eſſe negant. Huic mandent aliquid ſi quid recte curatum velint.

Ratio cur *Carteſiani* non concedunt bruta *cogitare* ſive ſcire, quid ipſis accidat, eſt, quia cogitatio non poteſt niſi à ſpirituali ſubſtantia procedere, quæ ſua natura corruptioni obnoxia non ſit; & à qua *voluntatem rationemque* ſeparari non poſſe putant. Et quandoquidem contradictionem involvit, ens rationale voluntate ingenioque præditum à Deo legibus non regi, atque ita aut præmia aut pœnam mereri, periculoſum putant, beſtiis *cogitationem* adſcribere, ſi quidem & ipſis in cœlo infernoque ſuus locus aſſignandus eſſet. Secundo: quia ſi ſtatuamus, bruta *cogitare* ac imprimis *voluntate ingenioque* prædita eſſe, atque animam ipſorum in corporibus nihilominus ita produ[...] ut præ imbecillitate ſuæ naturæ, neceſſa[...] una cum brutis extinguatur, probari [...] poteſt, animam hominum ibidem [...] morte ipſorum in nihilum non redi[...] quidem *ſentire* non minus ſpiritual[...] ſtantiæ proprietas eſt, quam velle [...] *intelligere*. Sic ut objectionem [...] ex *Fromondo* adducit Dominus [...] proque ſua venditat, Pag. 72. [...] ipſum liceat uſurpare. In ha[...] one rogat, *quod ſi ex miri[...] operationibus probari non po[...] ma incorporea eſſe prædita, [...] probari poſſit, animam hom[...] ream eſſe.* Rogabo ego vi[...] bruta egregias hujuſmo[...] edant, animaque ipſoru[...] præ imbecillitate ipſorum [...] guatur, quomodo prob[...] mam hominum corruption[...] eſſe? E contra objectio F[...] mini *du Bois* nullius eſt m[...] enim *Carteſiani*, brutoru[...] *aliquid* in[...] ſpirituali [...]

[...]at, animam illorum i[...] [in]corpoream
[...]ſe; atque idcirco ar[g]umentum à
[...]orum actionibus non pro[c]edit ad ope-
[...]nes hominum, quæ p[ro]bari poſſunt
[...]ctio provenire à ſpi[rit]uali ſubſtan-
[...]. Improbatum ergo ac [no]n procedit ar-
[...]mentum, ſi ex opera[tio]nibus bruto-
[...]m probari non poteſt [...] animam in-
[...]orpoream eſſe, ergo n[ec ex opera]tiones homi-
[...]um ipſorum animam [i]ncorpoream ar-
[...]uunt; ſi quidem acti[o]nes hominum,
quamvis extrinſecus nihil à brutorum ope-
rationibus differant, intrinſecus, in cogi-
tatione nimirum, toto cœlo ab iis diſtant:
atque hoc quidem de homine probare in
promptu eſt, cum unuſquiſque ei cogita-
tionem adſcribat, quæ in brutis non ap-
paret.

Tertia ratio, cur Carteſiani brutis co-
gitationem non tribuunt, eſt, quia ex-
perientia didicerunt, ad præcipuas bru-
torum operationes non requiri animam,
quæ ſentiat, cogitet, aut conſcia ſit ejus,
quod agit. Quod quidem Carteſianis
unum idemque eſt. Primo enim æque
mirandas operationes deprehendunt, in
herbis ac floribus creſcentibus, in eorum
forma, viribus atque colore, ſic ut Chri-
ſtus teſtetur Salomonem cum univerſa gloria
ſua ita non amictum fuiſſe, ſicuti lilia,
Matth.6:29 Quæ tamen omnia à natura
abſque animæ ſentientis ope producuntur.
[...] ſiquoque didicerunt, infantem in ma-
[...]tris utero formari, abſque ope & auxilio
animæ; ſiquidem una cum aliis Philoſo-
phis ſentiunt, tunc demum corpus ani-
mam recipere, cum jam omnibus ſuis
partibus abſolutum eſt, atque ita aptum
animæ domicilium effectum eſt. Atque
hæ quidem operationes, ſi ordinem ac
varietatem ipſarum ſpectemus, non mi-
norem admirationem merentur, quam
eæ, quas extrinſecus in brutis deprehendi-
mus. Quinimo, experientia nos docuit,
animam ad concoctionem ſtomachi, ſan-
guificationem, mutationem alimenti in
carnem, oſſa, nervos nihil prorſus facere,
imo ipſos mirabiles motus, qui in corpo-
re excitantur, ita à corpore dependere,
ut anima ſolummodo motum quendam
ſpiritibus animalibus impertiatur, qui
deinceps per diverſas corporis partes flu-
entes ibidem à membris, eorumque con-
ſtitutione, varios motus recipiunt. Cum
ergo modi atque operationes brutorum
ſequuntur temperamentum atque conſtitutio-
nem corporum ipſorum, ac beſtiæ ita
neceſſario operari debeant, quemadmo-
dum conſtitutio corporis ac temperamenti
juxta regulas ac leges corporalis motus
operans requirit; atque ita mira iſta opera-
tionum varietas procedat à varietate tem-
peramenti ac conſtitutionis corporis, quid
eſt, cur ob miras variaſque iſtiuſmodi
operationes brutis animam tribuamus, quæ
à vi corporea ex mira corporis conſtitutio-
ne proveniente differat. Quod ſi certe Sol
& Luna, atque aliæ cauſæ corporales mi-
ras hujuſmodi creaturas (loquor juxta ve-
terum Philoſophorum atque adverſæ par-
tis ſententiam), ex putrefactione poſſunt
producere, quæ arte, ordine ac perfecti-
one, non cedant animantibus, quæ ab
aliis generantur, quid ni & corpus ita af-
fabre factum eſſe poſſit, ut à viribus cor-
poreis conſentientibus miræ hujuſmodi
operationes ederentur: quales in brutis
deprehendimus. Quando porro Sacra
Scriptura dicit, Geneſ. 1: 1. Terram, ma-
re, atque aëra producturа animalia, ſecun-
dum ſuam naturam; hominem vero animam
ſuam immediate à Deo accepiſſe, non innuit
ſatis aperte idem Scripturæ locus, quid-
quid in brutis eſt, corporale eſſe, & à corpo-
re procedere; atque adeo brutorum ani-
mam corpoream eſſe, qualem animam in
brutis Carteſiani agnoſcunt? Adhæc ſi at-
tente conſideremus quid ſit, quod in bru-
tis ita admiramur, comperiemus admira-
tionis tantæ tam ſolam cauſam eſſe, quod
exiſtimemus, bruta libere cum ingenio,
judicio ac ſenſu facere, quæ extrinſecus
in iis contemplamur, quia ad noſtras ope-
rationes concurrunt voluntas, judicium,
inge-

*ingenium ac ſenſus*; atque idcirco brutis *vaſritiem, ingenium, fortitudinem, timiditatemque* tribuimus; neque tamen ejuſmodi qualitates adſcribimus aliis cauſis, quæ multo mirabilius operantur, & in quarum operationibus multò plus ſapientiæ artiſque apparet, atque id quidem ſolummodo idcirco fit, quia iſtæ cauſæ vera *voluntate, ſapientia*, atque *ingenio* non operantur. Exempli gratia ſi conſideremus, quomodo infans in utero materno generetur, quid eo mirabilius? Neque tamen cauſis naturalibus hoc nomine ſapientiam ingeniumque tribuimus; quia *præſupponimus* eas abſque *voluntate* atque *ingenio* operari: non vero quod earum operationes minus artificioſæ ſint, quam brutorum; aut quod modi, quibus hæ cauſæ operantur, magis ſint conſpicui, quam quibus bruta actiones ſuas exercent, quando negamus brutorum animam *revera* à corpore differre. Verum quia exiſtimamus ſcire nos, naturales cauſas, quæ infantem formant, abſque *voluntate & ingenio* operari, nobiſque perſuademus beſtias per cauſam, quæ nos ad ſimiles operationes impellit, operari: ſic ut non mirabile opus, (uti Dominus *du Bois* putat) nos inducat ad credendum, bruta alia quam corporea anima prædita eſſe; verum erronea noſtra opinio, juxta *Carteſianorum* ſententiam, abſque ulla ratione judicans, eas actiones, quas extrinſecus in brutis contemplamur, ab hujuſmodi internis cauſis, nempe à *voluntate, ingenio, judicioque* procedere, ſicuti in homine iis cauſis originem ſuam debent. Quod quidem tantundem rationis habet, ac ſi dicerem, bovem ligneum procedentem, iiſdem cauſis moveri, quibus vivus, unumque non minus vivere, quam alterum. Sic ut, (quo ad rem redeamus) ſi beſtiæ, (quæ quidem communis receptaque opinio eſt) abſque ingenio, judicio, voluntateque operantur, & ad actiones ſuas ducuntur, non aliter, quam telum jaculatoris ad ſcopum dirigitur, à miris bruſumi non poſſit ad probandum, eorum animam incorpoream eſſe: ſiquidem in rerum natura, magis admirandas operationes contemplamur, quæ nonniſi cauſam corporalem (loquor de cauſa ſecunda) habeant. Multo minus poteſt Dominus *du Bois* ex miris brutorum operationibus quæſtionem formare, eamque *Carteſianis* expediendam ſolvendamque proponere, quomodo miræ hujuſmodi operationes (de quibus jam antè egimus) à corpore poſſint procedere, ſic ut cum ad eam ex amuſſim non reſpondeant, merito brutorum animam incorpoream credat: eadem quoque ratione cauſis naturalibus, quæ exempli gratia ex putrefactis mures producunt, animam incorpoream poſſem adſcribere. Verum ſi cum Domino *du Bois* ſtatuamus, bruta *revera voluntate, ingenio, judicio, cognitione, prudentia*, &c. prædita; neque operationibus illorum ob externam ſpeciem ſolummodo hujuſmodi nomina indi, ſed eadem revera in ejuſmodi operationes quadrare, dicendum eſt, bruta *meliori* ac *magis perfecta voluntate, majori libertate, acriori judicio, prudentia, &c.* prædita, quam ipſi homines: atque adeo etiam ipſis ſuum coelum, ſuumque infernum aſſignandum eſt; ipſorumque anima humanâ perfectior eſt. Quod quidem aperte pugnat cum Sacra Scriptura, quæ omnia animalia, excepto ſolo homine, irrationalia vocat, 2 Pet. 2: 12. *Jud.* 10. *Pſal.* 32: 9. Neque admittendum eſt hic ſubterfugium D. du Bois dicentis, bruta *revera quidem ratione, voluntate, ingenioque* prædita: verum non æque, ut homines *Pag.* 68. Nam ſi veram voluntatem, judicium, ſapientiam, ingeniumque habeant, ſique revera ſperent atque exſpectent; neceſſario etiam *formalis* illa *ratio*, in qua *voluntas, judicium, ſapientia, ſpes, exſpectatioque* conſiſtunt, & qua omnia hæc attributa ab aliis rebus ſeparantur, in brutis eſſe debet; quod ſi revera hæc in brutis locum habent, proced[illegible]

8. bruta quidem revera de hi[illegible] cepartici-
[illegible], verum tamen volunta[illegible] e rationali,
[illegible] à ratione ingenioque origi[illegible] em ſuam ha-
[illegible], prædita non ſunt. Hic [illegible] rurſum inno-
centiam ſuam prodit acutiſſi[illegible] i ingenii vir:
ſi enim voluntatem rational[illegible] in iis non
agnoſcimus, revera nulla[illegible] n ipſis agno-
ſcenda [illegible], & h[illegible] lone ingenioque
prædita non ſunt, nulla[illegible] aut ſapientia,
aut prudentia, aut ſpe[illegible] exſpectatio ca-
dit: ac ad omne, qu[illegible], naturæ
inſtinctu, corporis tem[illegible] eramento ac con-
ſtitutione ducuntur, q[illegible] am ducem ipſo-
rum anima in operationibus ſuis ſequitur.
Non poſſunt igitur illæ brutorum operati-
ones magis argumento eſſe ad probandum
eas ab anima corporea non poſſe produci,
quam miræ operationes, quas in forman-
do infante contemplari licet, inſervire
poſſunt ad arguendum, eas itidem à cauſa
corporea non produci. Neque poteſt
Dominus *du Bois* Scripturæ locis, quæ
nobis gratum [illegible] brutorum *animum*, *diligen-
tiam*, *prudentiam*, tanquam exemplum
ob oculos ponunt, aliud reſponſum ap-
plicare, quam ego iiſdem accommodavi.
Sed quid opus eſt huic ſubterfugio Domi-
ni *du Bois* diutius immorari, ſiquidem
ipſi ſerTum non eſt; ſed illud ad colorem
quendam abſurditati ſuæ ſententiæ præ-
texendum ſolummodo uſurpat. Pagina
enim 69. etiamnum urget Scripturæ lo-
ca, quæ de *grato animo*, *ſpe*, *exſpectati-
one*, *prudentia*, *ſollicitudineque* brutorum
[illegible] quuntur, juxta literam in propria ſigni-
ficatione eſſe accipienda: à quo quidem
cum diſſentio, exprobrat mihi, primo,
me *prophetarum ſententiis contradicere*: at-
que hunc quidem *Carteſianæ Philoſophiæ*
fructum eſſe. Verum paulo poſt mitiga-
turus aliquomodo prius reſponſum, con-
cedit, reſponſum meum accipiendum
eſſe, non tanquam verbis prophetarum,
verum ipſius interpretationi contrarium.
Reſponſum meum illud erat, nimirum
argumentum deſumptum à Prophetis ab
operationibus brutorum ad convincen-

dam hominum *ingratitudinem* ac *negligen-
tiam*, etiam juxta doctrinam veterum Phi-
loſophorum non poſſe accipi juxta *pro-
priam ſignificationem* verborum, quæ pro-
prie ſumpta brutis *prudentiam*, *diligentiam*,
*gratum animum* adſcribunt; ſi quidem
*Philoſophia Ariſtotelica* brutis neque *volun-
tatem*, neque *judicium rationemve* tribuit;
verum illa neceſſitate ad operationes ſuas
duci docet non aliter, quam telum à ja-
culatore ad ſcopum dirigitur; atque illud
ſolummodo intereſſe inter actiones bru-
torum, ac teli emiſſionem, quod hoc vi
externa impellatur, illæ vero à vi interna
producantur. Cum ergo bruta neque
*voluntate*, neque *ratione aut judicio* præ-
dita eſſent, & neceſſario agerent quic-
quid agunt, verum homines hiſce om-
nibus, ac imprimis *voluntate*, quæ *in
utramque partem poteſt inclinari*, quæ ſuis
ſubjacet affectibus, eſſent præditi, ju-
dicabam, nihil intereſſe, reſpectu ho-
rum locorum Sacræ Scripturæ, utrum-
ne brutis corpoream, an vero alius na-
turæ animam tribueremus. Simulque
etiam ſtatuebam, vim argumenti Pro-
phetarum, quoad ſupradictos textus in
eo non conſiſtere, *quamvis bruta mino-
rem cognitionem paucioraque dona à
Deo accepiſſent, quam homines, nihilo-
minus voluntatem ſuam, animique affectus
melius regere, ac vitam juxta normam
virtutis rectius inſtituere quam homines,
quibus Deus tanta dona impertitus eſt.*
Verum argumenti vim in eo ponebam.
*O homo, ſi adeo collaudas exemplum dili-
gentiamque formicæ, quæ ſibi in futurum de
alimentis proſpicit, quomodo, cum inge-
nio quæ futura ſunt, proſpicias, inertia,
ac negligentia tua veniam meretur.* Vide
Pag. 1112.

Ad hæc reſpondet Dominus *du Bois*,
hujuſmodi argumentandi modum quidem
procedere adverſus eos, qui in brutis
*ingenium*, *voluntatemque* non agnoſcunt;
verum Pag. 70. inquit, *Negamus nos bruta
ingenio voluntateque prædita non eſſe. Nega-*
*mus*

*mus etiam bruta neceſſariò operari*, *pro conſtitutione ſuæ naturæ*, *aut aliter illa operari non poſſe*. Atque una eademque pagina ſtatuit, bruta atque homines una eademque voluntate ac ingenio prædita; verum hominibus plus quam brutis impertitum eſſe. Quæ quidem ſententia primo tollit vim omnium argumentorum, quæ è natura petuntur, ad arguendam *animæ immortalitatem*: ſecundo etiam ſtatuit, bruta *ratione* utentia, moraliter bonum aut malum perpetrare, atque ita à Deo ob virtutem, vitiave commiſſa aut præmio aut poena afficienda: quam ſententiam Dominus *Voetius* in *theſi ſua de creatione*, *parte ſept. Theſ.* 6. non ſolum tanquam falſam rejecit, verum etiam periculoſam judicavit, atque perſtrinxit. Nihilominus tamen *Theologica facultas Ultrajecti* in libro Domini *du Bois* nihil deprehendit, quod vel cum Sacra Scriptura, vel cum recepta Reformatarum eccleſiarum doctrina, vel cum ſana ratione pugnet. Exiſtimo enim judicium ſuper iis, quæ cum *ſana ratione* pugnant, eidem facultati quaſi vero etiam competere. An non contrariatur Sacræ Scripturæ, dicere, bruta revera *cura* atque *anxietate* in futurum aliquid corradere? An non dicit Chriſtus, *Matth.* 6: 26. *Intuemini in volucres cœli, non enim ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater ille veſter cœleſtis nihilominus alit eas.* Ponit Chriſtus hoc brutorum exemplum nobis ob oculos, ut nos doceat non eſſe nimium ſollicitos; verum divinæ providentiæ fidere, qui volucribus cœli, qui hominibus multo ſunt inferiores, ita de omnibus proſpicit, ut, quamvis in futurum non conſulant, nihilominus alimenta ipſis ſuppeditentur. Non loquor jam de aliis Scripturæ locis ſupra allegatis. Verum licet hæc ſententia Sacræ Scripturæ non contrariaretur, pugnaret tamen cum ſana ratione. Si enim anima brutorum juxta ſententiam D. *du Bois* [illegible] D. *Voetii* ſit ſubſtantia, qu[illegible] conſiſtere, ſi *cogitet*, ac *ratione*, *judicio*, *voluntateque* utatur, quomodo ergo ex iiſdem operationibus probari poteſt, (uti facit Dominus *Voetius parte* 10. *de creat. Theſ.* 1.) animam hominum ſpiritualem ſubſtantiam eſſe, quæ nec à corpore producatur, nec ab eo dependeat: verum poſt mortem hominis ex ſua natura ſuperſit. Eſt ne aliqua operatio animæ, quæ magis argui poſſit ſpiritualis ac non dependens à corpore, quam *cogitatio*? Et tamen ex natura iſtius operationis anima hominis plerumque *ſpiritualis* dicitur. Cum ergo eaſdem operationes in brutis deprehendimus, quidni & anima ipſorum ſpiritualis ſubſtantia dicenda eſt? Quomodo autem fieri poteſt, ut ſententia Domini *du Bois* non pugnet cum ratione, cum contrarietur opinioni Domini *Voetii*, qui expreſſè docet bruta à prima cauſa nempe à Deo ad operationes ſuas duci, ita ut neque *voluntate*, neque *ratione* utantur, non aliter, quam telum à jaculante ad ſcopum dirigitur, *Theſ. de creat. part. ſec. Theſ.* 3. adſtruitque hanc ſuam ſententiam ex *Jobo* 39: 20. *Quia deſtituit eam, ſc. Beſtiam, Deus ſapientia; neque impertiturus eſt ei iſtam intelligentiam.* Pugnat ergo ſententia Domini *du Bois* cum ſana ratione, ſi quidem à Domino *Voetio* diſſentit, aut dicendum foret alioquin *Voetium* erraſſe, & quid tunc de *eccleſia Voetiana* fiet.

Apparet nunc quoque, quam parum ſe juvare poſſit Dominus *du Bois* auctoritate locorum Sacræ Scripturę, quæ adducit ad probandum, bruta *voluntate ingenioque* prædita eſſe. Nam primo ſi *Carteſiani* ita temerarii forent, ac ſequerentur ejus conſilium, ac quartam interpretandæ Sacræ Scripturæ regulam, dicerentque poſſe ſeſe naturali ratione probare, neque *cogitationem*, neque *voluntatem*, aut *rationem* dari in brutis, atque ita juxta interpretandæ Sacræ Scripturæ regulam Domini *du Bois*, verba in textibus ab ipſo

cundo, *Carteſiani*, (qui ap[illegible]aret) etiam habent ſua Scripturæ loca,[illegible]quæ juxta li-veram acceptam ſententiam D[illegible]omini *du Bois* evertant. Tertio fatetur ip[illegible]e Dominus *du Bois Pag.* 70. reſponſum[illegible]neum ad pre-dicta Sacræ Scripturæ loc[illegible]dmittendum, ſi hominum bruta neque[illegible]genium, neque voluntatem habere. V[illegible] negat illud valere adverſus ſententia[illegible]tiam, quippe quæ doceat, bruta re[illegible]*voluntate ac in-genio* prædita. Conve[illegible]it ergo reſponſum meum cum ſententia eo[illegible]rum, qui revera in brutis *voluntatem*, *ingeniumque* non ag-noſcunt, quæ quidem omnium fere The-ologorum ac Philoſophorum ſententia eſt: ſic ut *Carteſianorum* opinio ſolummodo pugnet cum Theologica Doctrina Domi-ni *du Bois*, paucorumque aliorum, quo-rum non ita magni facienda auctoritas, quique nec non ſunt renuntiati cenſores generales; quibuſque nec ulla ſpes ejus dignitatis affulget: ſi quidem alii eam affectant, quorum jus eſt antiquius, quique jam ipſa poſſeſſione ac adminiſtratione (quamvis necdum legitimo modo ad eam dignitatem evecti) illam uſurpare occipiunt. Ut tandem finiamus, docent ergo *Carteſiani* bruta *animam habere*, ac *vivere*, atque ita differre à cęteris rebus inanimatis, uti automata, ac arte fabricata animalia à vivis differunt; ac conveniunt hac in parte cum auctoribus notarum in Biblia Anglicana: *Geneſ.* 9: 4. *Anima beſtiæ, piſcis, & avis non habet exiſtentiam ſine corpore, ſicuti anima hominis habet; cum ſit potius vitalis facultas, quam ſubſtantia.*

## Elenchus eorum, quæ in Duobus Tractatibus de *Quiete Solis* ac *Motu Terræ*, &c. habentur.

TRACTAT. I. CAP. I, *In quo demonſtratur, Quietem Solis ac Motum Terra minime pugnare cum Verbo Dei,* Pag. 1045

CAP. II. *In quo demonſtratur, fundamenta ac ordinem, quibus* Carteſius *in Philoſophia ſua utitur, non adverſari Sacræ Scripturæ.* Pag. 1079

CAP. III. *In quo latius demonſtratur, doctrinam* Carteſii, *& noſtras textuum, qui de Solis curſu loquuntur, interpretationes, Sacris Literis conformes eſſe.* Pag. 1101

TRACTAT. II. CAP. I. *De libertate Philoſophandi: de Uſu Philoſophiæ in Theologia: de Moderatione, &c.* Pag. 1135

CAP. II. *De Uſu Philoſophiæ in Theologia; & de regulis inſervientibus expoſitioni Scripturæ Sacræ.* Pag. 1149

1200

**Cap. III.** *Continens quæſtiones ſingulares quaſdam* Carteſianam Philoſophiam *ſpectantes. Num illa de omnibus dubitare doceat. Quomodo* Carteſiani *Deum eſſe probant. An doceant hominem Dei infinitam eſſentiam capere poſſe. In quo conſiſtat natura Spiritus. De verborum mendacio.* Pag. 1164

**Cap. IV.** *De infinitate Dei: de omnipræſentia Dei: num extra mundum ſint ſpatia imaginaria. Num revera extenſio ſine corpore poſſit eſſe. De indifferentia voluntatis, & quomodo ea libera ſit. An beſtiæ vera voluntate & intellectu ſint donata?* Pag. 1177

TRACTA-

# TRACTATUS DUO MEDICO-PHYSICI:

UNUS

DE LIENE,

ALTER

DE GENERATIONE.

1702

# PRÆFATIO ad LECTOREM.

*Benevole Lector,*

Quandoquidem ita jam mos obtinet; & ſeculi ſenſus talis eſt, ut nihil in publicum emitti poſſit, quod aliqua præfatione, tamquam frontiſpicio, inſignitum non ſit, dabo hoc etiam conſuetudini; & annitar aliquo prologo apparare lectoris animum, inſtitutique mei rationem illi aperire. Poſtea ea addam, quæ ſi diſciplinæ præcepta ſpectemus, à prologo aliena ſunt: mihi tamen ad famę & æſtimationis meæ defenſionem magnopere neceſſaria: & quæ ideo excuſationem merentur, quod adverſarii iniquitas, & rixandi libido toti Belgio nota; quęque illi jam cum diſpendio ſuæ famæ & fidei in naturam vertit, me eo trahat. Duplicem Tractatum hic libellus continet; de Liene unum, de Generatione alterum. Nulla hic invenies ad paratum & oſtentationem comparata: nulla ad ſubtilitatis affectationem; ſed conatum contendendi viâ regia ad veritatis arcem: quem ſi effectus deſtituit, nulli id fraudi eſſe poteſt: cum in fruſtra evolvendo hoc libello, facilis exigui temporis jactura ſit: ſi aliquid operę pretium præſtiti, pulchre mihi conſtabunt fructus laboris, quod quædam tradidi, quæ cordatis non diſplicent. Sunt hi Tractatus Medico-phyſici: non itaque ex metaphyſicis principiis, & notionibus connatis licuit nobis viam munire ad inveſtigationem veritatis, ſed experimentis graſſandum fuit; quæ difficilius comparantur, eorumque fides magis dubia atque fluxa eſt: nec raro à diverſis cauſis iidem procedunt effectus; ſicut ex adverſo, diverſi effectus ab eadem cauſa proficiſcuntur: & ſæpe parvis momentis natura aliquid affingit, aut detrahit, aut immutat. Non poſſum itaque polliceri demonſtrationum evidentia rem pertractatam eſſe: ea tamen in medium allata puto, quæ me vindicabunt ab ea turpi nota, qua me Adverſarius inurere operam dat, quod temere, & per vanam gloriam nova affectando, quia ad antiqua ingenium aſſurgere non potuit, vetera bene conſtituta convellere laboro. Ego illa nova non habeo, quæ veritati ſunt conſentanea: neque alii mihi hoc convitium facerent, niſi eos

eos puderet fateri, ea jam apud omnes fermè doctos obtinere, quæ illi invidioſo novitatis & heterodoxię nomine damnant: & cum æſtimationis illorum plurimum interſit, ne etiam in illa urbe, in qua degunt, promiſcue ea docendi methodus, quam indignis, antequam eam cognoverunt, modis proſciderunt, omnibus probetur, pergunt induendo pertinaciam pro ratione, & maledicta maledictis tegendo ne pelluceant, in odium adducere apud imperitos rerum æſtimatores eos, qui iſti diſciplinæ ſe tradiderunt. Et quid aliud exſpectes ab iis, qui quicquid volunt vehementer cupiunt: & ita pro ſententia pugnare conſueverunt, ut ſua conſilia, ſua dogmata ſola rata eſſe velint.

Ego itaque ea profero, quę experimentorum copia mihi perſuaſit veritati maxime conſentanea: quæ cum ex natura deprompta ſint, nullus ea novitatis prætextu vitioſa duxerit. Etiam nullum horum idoneum judicem agnoſco, qui non multum temporis inter obſervationes & experimenta conſumpſerit; & diligenter authores, & præſertim recentiores evolverit: quorum pleraque nomina in his Tractatibus ſilentio prætereo; quia verſatis in eorum ſcriptis facile conſtare poteſt, quales ſint authores, qui mihi in his Tractatibus extruendis præſidio fuerunt. Præterquam quod multum laboris ſubeundum fuiſſet in inveſtigandis librorum capitibus & partibus, iiſque aſſignandis, in quibus ea traduntur, quibus ſententiam ſtabilire neceſſe fuit. Cum enim antehac doctorum ſcripta legerem, ad memorię fugacis damnum vitandum in Adverſariis quidem ea notavi, quæ mihi notatu digna videbantur; ſed nunquam libri titulum aut caput, ex quo ea transferebam, addidi; imo raro Authoris nomen appoſui: quamquam eorum omnium adhuc pulchre memini. Putavi itaque me præter rationem facturum fuiſſe, ſi addito tantum authoris nomine, omiſſis reliquis, doctos ad teſtimonium citaſſem. Et cum mihi ab iis ætatis initiis, in quibus rationis & judicii uſus eſſe incipit, propoſitum fuerit earum rerum veritatem perſequi, quas erectæ indolis virum non putabam debere fugere, cum ut ſe cognoſcat, (miſer enim ille eſt, qui notus omnibus ignotus moritur ſibi) tum ut ex proprio, non alieno jecore ſapiat in iis, quæ ex ſuo officio moderanda ſuſcipit: quodcunque me eo non videbatur ducere, nihil penſi habui: & ideo nunquam magnopere laboravi in iis comparandis, quibus ad oſtentationem aut ornatum probarem me in percurrendis authoribus multum operæ poſuiſſe. Nullus tamen adductorum in meis Tractatibus fidem in dubium vocabit, niſi qui putet me mihimet fucum facere voluiſſe; & ponendo falſa pro veris, aut ea, quæ apud me ipſum de fide laborabant, pro iis, de quorum veritate mihi per idoneos teſtes conſtabat, memet & alios per induſtriam in errorem inducere voluiſſe. Præterea cum honoris mei non interſit ſuper iis, quæ hic traduntur, certam definitamque ſententiam

nunc primum quid de his ſe ... ntiam, profero in medium, nullus facilè putabit
ac multa experimenta add ... ucere, potius ut ſuſceptæ antehac opinioni ſtabili-
mentum præbeam, quam ... quod veritati litare velim. Non potui itaque nec
volui circitionibus aut hor ... m libellum hunc farcire.
Mirabitur fortè etiam ... ector, quod Tractatum de Liene præmiſerim illi,
qui de Generatione tra ... at: ſed res illa neceſſitatis, non judicii, aut arbitrii
fuit. Cum Tractatus de Liene typographo excudendum traderem, nihil
de Tractatu de Gene ... decretoriè conſtitutum erat: ſed cum Tractatus
de Liene mole mino ... quam typographus vellet; dedi ejus voluntati,
ut eum de Generatione adjungerem. Et ita cui primus locus debebatur, ul-
timum obtinuit. Porro nemo mihi vitio vertat, quod in Tractatu de Gene-
ratione Harvei experimentis ſteterim; omneſque ferme aliorum obſervatio-
nes prætererim. Ille unus mihi inſtar omnium eſt, qui abdita naturæ in ge-
nerationis opera in lucem protrahere conati ſunt. Et vix uni inter millenos
Anatomicos ea fors contingit, quę huic Cl. Anatomico, quod illi per poten-
tiſſimi regis ſtudium & favorem in illam artem, tot cervarum & damarum vi-
ſcera, & fœtantem uterum contemplari licuerit. Et antehac edita ſcripta illi
viro tantam fidem & authoritatem conciliarunt, ut quivis ſe facile liberet à
levitatis culpa, qui in iis, ejus verbis ſimpliciter fidem habet, quorum ex-
perimenta capiendi pauciſſimis toto vitæ curriculo datur opportunitas. Hęc
paucula ſunt, quæ de ipſis Tractatibus in anteceſſum dicenda habui: nunc ad
ea pergam, quæ adverſariorum calumniis, in nomen & famam meam ſpar-
ſis, opponenda duxi. Sat multis eorum, qui liberales artes profitentur,
notum eſt, quales mihi creatæ ſint moleſtiæ ex ſcripto quodam belgico de
motu terræ. Petitus fui à multis: ſed eſt quod mihi gratulor; & in quo me
merito effero, quod, non tam à me prolatam ſententiam tueri neceſſe ha-
buerim, quam per errorem aut dolum malum mihi falſò attributa dogmata
refellere: tamque ea in re expertus ſum adverſariorum malevolum animum,
ut mihi monſtri ſimile videatur, in iis hominibus, à quibus vitæ & morum
exempla peti debebant, tantam temeritatem, præcipitem iram, & acerba
reperiri odia. Et cum hujuſmodi hominum calumniis, & odiis urgerer,
non ſatis fuit Domino *Giſberto Voetio* in ſinu ſuper his gaudere; & forte frigi-
dam clam affundere: ſed ſimulac Domini *du Bois*, Paſtoris Leydenſis,
primus contra me prodiit tractatus, ſtatim de eo pro concione ſermonem
habuit; & invidioſe, ad imitationem D. *du Bois*, ſalſis & acidis dictis me
exagitavit: cum tamen & loci, & auditorum ratio, & feſti ſolemnitas poſtu-
lare videbatur orationem gravem, qua auditorum animus ſalutaribus pręcep-
tis imbui potuiſſet. Sed dabo hoc ejus zelo, & odio in dies feſtos; qua-
propter ſæpius optare ſolebat, nullum Chriſtianum ejus diei ſacris intereſſe:
non

non itaque magnopere referre putavit, quibus ſermonibus plebem detineret. Sed nuper, cum generoſus ſcilicet filius ejus Paulus, edidiſſet librum ſuum, cui titulus Philoſophia reformata, (de cujus authore ex præfationis inſpectione, ſi Luciano credimus, bene ominari licet, quia mentitur & mordet) adeo geſtiit, ut, cum catecheſin exponeret; & ex ea articulum de reſurrectione carnis, ſe reprimere non potuerit, quin eadem in me effunderet; ferme iiſdem verbis, quibus filius ejus mihi adeo inclementer in præfatione dixerat: ut ita probaret filii ſui virulenta ſcripta animo ſuo grata eſſe; ſimulque oſtenderet non ſemper adeo leni ſpiritu imbutum pectus habere, cum tam ſanctum locum, ex quo ad plebem de pietate loqui debebat, conſcendit. Nec ſatis habuit me ſalſis dictis petere: ſed etiam in Collegam ſuum Dominum *de Bruyn* ludebat tam aculeatis verbis, ut mirer Theologum non cogitare, quam parum hæc conveniant loci ſeveritati, ex quo concio habetur.

Non tamen his finibus ſtetit ejus mihi nocendi libido: ſed cum videret Domino *du Bois* non ſatis fidei & authoritatis eſſe, ad me evertendum, voluit judicio ſuo Theologico ejus in me tractatum munire; & teſtari Dominum *du Bois* rectè atque orthodoxè de religione ſcripſiſſe: me autem ex eorum fanaticorum numero eſſe, qui utuntur *periculoſis* & *temerariis regulis atque ſophiſmatis ad* ſubvertendam authoritatem Scripturæ. Ex quo teſtimonio primum agnoſcere licet altos iſtius viri ſpiritus: & quo pacto in omnes literatos attollit ſupercilium: nam non ſolum me, qui doctis accenſeri non debeo, ſed etiam *Clariſſimum Wittichium* religionis Reformatæ Profeſſorem in Urbe & Academia non inferiori noſtra, eâdem cenſurâ notavit; nam in hujuſmodi odioſis rebus operâ largus eſt, parum recordans ſapientum dicti: accuſatoriam vitam degere, latrocinio proximum eſſe: & id fecit in gratiam quorundam ſtudioſorum, (ut ſc. tam bona res iret in exemplum) qui Clariſſimum Profeſſorem ſcripto laceſſiverant. Et tamen hic ille eſt, qui nuper tam iniquo ferebat animo, poſitionem corollarii in Theſibus Profeſſoris Leydenſis, quo arguebatur heterodoxiæ, quia probarat ut orthodoxum, poſitionem hanc, *Deum poſſe creare creaturam quæ ſit ubique*: idque ita revocavit ad animum, ut etiam ea de re ad Nobiliſſimos illius Academiæ Curatores litteras dederit: & in iis de Clariſſimo Profeſſore Leidenſi querelam inſtituerit. Et ille qui Theſes ſuas *Theologicas* Claſſis, multo minus ſynedrii judicio ſubjicere non vult, non veritus eſt nuper ſedere tamquam judex in cauſa collegæ & Profeſſoris Philoſophiæ, vocati ad tribunal Eccleſiaſticum, propter poſitionem corollarii à diſcipulo poſiti; idque exercitii gratia: ut merito dubites an hic homo, qui ex zelo & amore adeo ſævus eſt, non ducatur illo ſpiritu, qui illi proprius, qui vult judicare omnes & judicari à nemine: quique hoc

petit,

petit, ut omnis decoris & orthodoxiæ diſcrimen ſub ſuo ſolius nutu, & arbitrio ſit.

Sed quod hic præcipue notandum: rapuit hunc virum malus in me animus adeo præcipuum, ut dogma Socinianum de uſu rationis humanæ in rebus fidei, tanquam orthodoxum in Dominum *du Bois* probaverit: & meas diſtinctiones & regulas, quibus uſus ſum in interpretatione quorundam locorum Scripturæ (diſtinguendo inter *dogmatizare* & ſimpliciter aliquid *enunciare*, &c. quas ex ejus ſcriptis ante fidem meam) hauſeram) tanquam periculoſas & temerarias damnaverit. Oſtendi hoc teſtimoniis & textibus citatis ex ſcriptis Domini *Voetii*, in mea contra Dominum *du Bois* reſponſione: & ita me purgavi ab ea calumnia, ut omnes mei Adverſarii obmutuerint: neque filius ejus Paulus in bella ſua præfatione, in qua maledictorum nimbum in me effundit, iſtius vitii me inſimulare audet: & cum provocaſſem Dominum *Voetium*, ut coram legitimis meis judicibus jure mecum experiretur, maluit potius nomini ſuo illam labem ſuſcipere, ſe ſcilicet me temere accuſaſſe, quam ſuorum in me dictorum fidem præſtare. Et merito hoc ab illo fit: nam ea de authoritate Scripturæ tradidi, ut à noſtris, qui partium odio aut gratiæ nihil dabant, mihi ſæpius ſcrupulus injectus ſit, an non ita authoritatis Scripturæ rationem habuerim, ut nihil omnino humanę rationi reliqui fecerim; quæ tamen in exponenda Scriptura ſemper inſtrumenti vicem præſtare debet. Et quamquam humana infirmitas nos omnes errandi periculo obnoxios reddat, optime tamen mihi conſcius ſum, me ab eo errore longiſſime abeſſe, nihilque magis in alienorum à noſtra religione ſcriptis animo meo adverſum eſſe, quam ea dogmata, quæ Scripturæ authoritatem plenam non concedunt; ejuſque fidem ad rationis trutinam appendunt.

Sed pone me iſti crimini vicinum eſſe, & Eccleſiæ ædificationis interfuiſſe, ut teſtimonio facultatis alicujus Theologicæ notum fieret omnibus Tractatibus meis periculoſa contineri; an modeſtia, & animus in civem non requirebat, ut potius judicium de ſcripto & reſponſione Domini *du Bois* permitteret judicio Theologicæ facultatis Leidenſis; in qua urbe Dominus *du Bois* degebat? Sed cum ſciret Dominus *du Bois* non ſatis fiduciæ habere, ut tam iniquum à Clariſſima facultate Leidenſi obtineret; & qui ideo etiam iſtius rei periculum facere non eſt auſus: ſed præteriens facultatem Theologicam Leidenſem, receptum ſuum habuit ad æquum & moderatum Dominum *Voetium*; ab eoque teſtimonium petiit: qui non detrectavit illam provinciam, ſed lubens arripuit occaſionem, qua mihi ægre faceret: cum non ſatis habuit Tractatum Domini *du Bois* teſtimonio ſuo ornare, (quam libertatem nullus illi eripit) ſed inſuper meum Tractatum malè notavit; cum tamen

men cum eo nihil habebam negotii; neque illi juris quicquam in me fuit; cum nec Eccleſiæ illius, cujus ille paſtor eſt, membrum ſim; nec profeſſoris munus ei largiatur facultatem notandi, quos lubet, cenſoria virgula; & reos peragendi criminis, qui Eccleſiæ, cujus membra ſunt, judicio cadere aut ſtare debent. Sed hæc eſt iſtius viri arrogantia, qua in omnes dictaturam affectat; & puto Eccleſiarum & reipublicæ intereſſe, ne unus tantum poteſtatis ſibi arroget, qua non rogatus publica authoritate, putet ſibi liberum eſſe in cives reipublicæ, & Eccleſię membra ſtringere cenſuram; & ita abuti ſuo Profeſſoris munere, & graſſari in famam proximi, cui minus bene vult. Quodſi hæc res obtineat, & Theologica facultas Ultrajectina eam æſtimationem ſibi parare poſſit, ut minus probi aut orthodoxi habeantur, qui ejus judicio notati ſunt, ab ejus nutu pendebit fortuna civis. Quod eo iniquius erit, ſi reo dictio cauſæ non concedatur, aut illatę injuriæ ulla actio: nam quamvis ejus in me ictus cecidit in irritum, nihilque eo aliud effecerit, quam quod ſuum in me & Carteſianos, quorum cauſam agebam, odium prodiderit (quare etiam ejus teſtimonio nulla fides eſt habita, utpote odio elicita) poſſet tamen alio tempore, alia in cauſa, & perſona, majori noxa cives premere: ſaltem cum conditione civium & ſtatu reipublicæ libero pugnat hujuſmodi cenſorem noſtris capitibus imponi, cui liberum ſit, nulla addita cauſa, ex ſuo beneplacito cives ex honeſtorum albo removere.

Indignis itaque exceptus modis à Domino *Voetio*, id, ut æquum erat, ægre graviterque tuli; tantoque acerbius id mihi evenit, quod hoc proficiſcebatur ab eo, cui nulla à me orta erat injuria: qui ejuſdem civitatis mecum civis eſt: qui me prius admonere potuit, & debuit ex officio, ſi malè inſiſterem, antequam id largiretur Dominus *du Bois*, quod à famę meæ diſpendio ſejunctum eſſe non poterat: & quod Dominus *du Bois* ſibi datum iri à facultate Theologica Leydenſi diffidit. Honoris itaque mei intereſſe exiſtimans, aliquid iſti judicio facultatis Theologicæ opponere; in præfatione Tractatus, cui titulus Luculentior Probatio, ea inſerui, quę juſtę defenſioni idonea duxi: & puto me continuiſſe intra modeſtiæ limites: & provoco illum ut ullum verbum aut ſententiam proferat ex meo Tractatu, quo fidem faciat, me illi inclementer aliquid dixiſſe: cum tam acerbe eſſem habitus ab illo; & illis paſtoribus, qui ejus authoritati ſe tradiderunt, publice & privatim, in ſcriptis & concionibus. Contra illud meum ſcriptum nihil hactenus oppoſuerunt adverſarii, cum tamen jam ferme annus elapſus ſit: & cum ab eo tempore omnia expiſcatus ſim, non potui ab ullo amicorum *Voetii* audire, me meæ cauſæ non ſatisfeciſſe. Sed nuper prodiit *Paulus Voetius* ab

# PRÆFATIO.

omnibus, qui eum probe norunt, habitus pro leviſſimo hiſtrione, qui, quia ſe à me læſum putavit, maledicta & calumnias pro juſta reſponſione in me ſpargit: eo liberior, quod ea in ſe admiſiſſe ſcit, quæ à verecundo inimico audire non poteſt. Præterquam quod ille bonus vir putat ſibi cum fungis, non cum hominibus rem eſſe, & cum pater hærcat in luto; ſeque purgare non poſſit, quod falſo in me ſententiam tulerit, & dogma Socinianum in Dominum *du Bois* laudaverit, reſponſionis loco dicit, me indignum eſſe cui reſpondeatur: & tam doctos viros, (ut eos appellat: mulus mulum ſcabit) cum quibus mihi lis eſt, me infra ſuam iram ponere: ſe etiam nihil operæ pretium facturum putat, ſi ſacra ſua excutiat in me refutando; ſatiſque habet mihi exprobrare: quod *Carteſii in Philoſophia rationabili abſurda dogmata Atheiſmi & ſcepticiſmi veneno infecta, & Enthuſiaſtarum, imprimis Borelii aliorumque libertatem illam prophetandi ſpirantiam libertiniſmo tincta, recocta, illiterata plebi pro meis proponere & inculcare ſatagam*; nihilque addit, quo probet me illis erroribus affinem eſſe. Et cum tam ordo, quam æquum poſtulet, ut primum patrem, ſeque purget, quam novas criminationes ventilet, putat ſe pulchre defunctum ſuo munere, ſi probet ſe mentiendo & maledicendo nemini eſſe ſecundum. Poſſem hic me probe ulciſci, ſi de cane latrante, ut habet proverbium, mihi placeret victoria: & ſi non duxerim ſatius eſſe, habere rationem ejus quod me deceat, quam quod in illum jure dici poſſit: nam quamvis nihil indigne fecerim, ſi minxerim in matulam; non tamen id fieri decet in publico theatro, & in hominum proſcenio.

Reſpondebo itaque ſimpliciter criminibus: & ſi mihi polliceri poſſem, adverſarii maledicta extra urbis noſtræ pomœria non dimanaſſe, conſcientiæ & civium teſtimonio ſubnixus, me temperaſſem ab omni defenſione; cum quia ſcio illum à multis haberi pro homine ſubleſtæ fidei, cum etiam, quia ſemper mihi perſuaſi parum fundatam illam virtutis famam & æſtimationem eſſe, quæ oratione opus habet: fuitque illa cauſa, quare ultro mihi à paſtore Eccleſiæ, cujus membrum ſum, oblatum teſtimonium repudiarim: nam indignum putavi me tueri Eccleſiæ teſtimonio adverſus tam levis hiſtrionis injurias. Sed ut omnium accuſationum anſam præcidam, paratus ſum tueri coram legitimis judicibus, nihil in Tractatibus meis, in quos adverſarius meus digitum intendit, contineri, quod articulis fidei noſtræ repugnet. Etſi *Paulo Voetio* tantum eſt animi & fiduciæ, indicet ipſe judices, coram quibus cauſam diſceptari velit, promitto me ad conſtitutum venturum. Excipio tantum presbyterium Belgicum Ultrajectinum: quia terrent me veſtigia D. *Profeſſoris de Bruyn*. Hic Rhodus, hic ſaltus: aut acceptet conditionem; aut agnoſcat ſe ſycophantam eſſe.

Hanc conditionem offero: non quod magni æſtimem me alicujus hominis judicio probum & orthodoxum cenſeri, (id enim cœleſti tribunali reſervandum eſt) aut in eo magnum crimen ponam, aliquem in iis, quæ religionis fundamenta non ſubvertunt, opinionem, à noſtra Eccleſia diverſam, fovere: aut inter honeſtos cives non putem habendos, qui diverſa à nobis ſacra, conſcientiæ dictamen ſequentes, colunt, ſed ut huic, & qui ejus inſtitutum ſequuntur, intervertam quæſtum, quem hactenus ex talibus criminationibus in alios jactatis, ceperunt uberrimum: & oſtendam, eum non veritatis zelo, aut pretio bonæ conſcientiæ ductum me, aliosque quos adverſos habet in hac urbe, heterodoxiæ accuſare: ſed id ab eo fieri ad faciendum ex hujuſmodi calumniis compendium. Nec puto in urbe Mercuriali Amſtelodamenſi ullis mercibus tam lucroſam exerceri mercaturam, quam hic homo, & ei ſimiles, religionis, pietatis & zeli prætextu, & teſtimoniis orthodoxiæ & heterodoxiæ in aliquos exhibitis, exercent. Si in aliquem adverſarium iram explere volunt, apud plebem, per eos, qui eam ducunt, illum traducunt pro hoſte Eccleſiæ: ſi alicujus commoda minuere volunt, quo ipſis unctior ſit conditio, eodem telo utuntur: ſi æmulum ſubvertere velint, valet eadem machina. Si reſpublica ex eorum ſententia non gubernetur, clamant indignos & Eccleſiæ adverſos promoveri. Si voti compotes fieri non poſſunt, dicunt ſui non haberi rationem, quia illi, qui rerum potiuntur, purioris reformationis oſores ſunt, & ita probe eos ulciſci norunt, ut pauciſſimi ſatis alti & excelſi animi reperiantur, qui eorum calumnias ſuſque deque habentes, rectum tamen curſum perſequi ſtudeant. Et ne quis putet hæc à me temere dicta. Non fraudabo cives meos illorum arte ſecreta.

Poſtquam ſeniorum paſtorum authoritas, qui ante aliquot annos Eccleſiam Ultrajecti digne & cum ſumma pace, ita ut omnibus fidelibus eſſet una mens & unus animus, curarant, everſa fuit; idque obtinuit, ut pars ipſis adverſa, propter nova quædam, & patribus noſtris inaudita pietatis præcepta, quibus in religionem trahebatur apud plebem, quicquid rationalis cultus; & ad ſolidam pietatem enitens animus, mentis minutæ, & ſuperſtitione captæ ſtudium eſſe putavit, aut ſaltem Chriſtianæ libertatis arbitrio relictum, poſtquam inquam hoc obtinuit ut illa pars menbrorum Eccleſiæ orthodoxæ religionis ſtudioſior haberetur; & maximum ex plebe numerum ſibi adjunxerit ducibus iſtarum partium Eccleſiæ purioris nomine, & arctioris reformationis ſtudio ſeſe jactantium apud plebem, tanta in hac urbe fuit authoritas, ut maxima pars civium, non minus eorum ducum ſupercilium & cenſuram timere cœpit, quam dictatoris gladium: & ſi erant ambitioſuli, aut rebus præſentibus minus læti, aut homines novi, qui clavo rei-

pu-

publicæ aſſidere optabant, ii ſeſe jungere illi parti, quæ plebi commenda-
tior erat: quæque, uti hic loqui ſolemus, pro eccleſiæ jure & bonâ cauſâ contendebat: etiam potior & honoratior civium pars, cum videret ſe vix poſſe plebis odium effugere, ſi ex diametro iſtis ducibus ſe adverſam præberet, plurimum propter reipublicæ quietem, & ut ſtatum ſuum tueri poſſit, iſti parti indulſit: unde evenit vix ullos homines meliori conditione fuiſſe in urbe noſtra iis, quorum nomina in illa parte civium, tamquam duces factionis jactabantur.

Præcipua autem machina, qua utebantur ad partem adverſam evertendam, erat, in litteratos falſò conjectum probrum & vitium heterodoxiæ; in alios, quod Eccleſiæ commodis adverſi erant, dixiſſes Lyceſterianę factionis reliquias excitatas; cum hoc tantum diſcrimine, quod quondam capitanei & tribuni plebis ſaga & habitu militari induti, metum ſui longe lateque oſtendebant, hi autem toga, pallio & ſupercilio eandem authoritatem ſibi conciliarint, eundemque metum civibus intentant. Noſter *Paulus Voetius* non ſolum illas factiones in Eccleſia & republica, qua cives & Eccleſię membra adeo diſſidiis ulceratos gerebant animos, ut nunquam, meo judicio, Eccleſia pejori conditione fuerit; & res ſciſma ſpectare videretur, niſi prudentia Magiſtratus ex arte tractata fuiſſet, non extinctas (quod tamen omnium bonorum votum eſt) ſed auctas optat atque in id incumbit, ut, ſi Dis placet, quandoquidem ſe ad hypocritandum ſatis aptum novit, unus ex partium ducibus haberi poſſit: & alterius defuncti, aut emeriti, & rude donati anteſignani locum occupare; atque ita cum aliis, authoritate ſuæ factionis munitus, humeris omnium civium pro libertate & ſplendore reipublicæ laborantium, tamquam jumentis inſidere. Hinc eſt quod in illa maledicendi arte exercere ſe incipiat, qua civibus, quos ſuis conatibus adverſos novit, Arminianiſmi, Libertiniſmi, Atheiſmi, Enthuſiaſmi &c. inſimulet, & tamquam veræ pietatis hoſtes traducat. Intereſt omnium Eccleſiarum cauſam illam cognoſcere: ne probi & honeſti, quorum vita & fides inculpata eſt, & illi conſentanea, pro qua tot martyres ſanguinem effuderunt, tamquam laxi & diſſoluti Chriſtiani; & omni honeſto in Eccleſia loco indigni habeantur: quia quibuſdam novitatibus, partim à ſynodis damnatis, partim Chriſtianæ libertati repugnantibus, partim ſuperſtitioſis & ridiculis, quæ noſtram religionem apud alios ludum & jocum faciunt, conſcientias ſuas aſtringere nolunt.

Hac autem præcipua impoſtura graſſari pergit hic meus adverſarius, qua ſimplicibus imponat, meque, quia novitatibus non aſſentior, traducat, quod paſtoribus ſanctæ vitę ἀκρίβειαν urgentibus minus bene velim: hoc con-

vicium mihi commune eſt cum potiſſima & honoratiſſima civium parte: & cadit in omnes eccleſias, quotquot in hoc fœderato Belgio extant; in quibus omnibus hujuſmodi novitates exulant. Et quia hic hiſtrio eo telo mecum experiri voluit, compello cujuſvis ordinis cives, cum quibus mihi ulla interceſſit conſuetudo, non enim tamquam Diogenes aliquis dolio incluſus vitam ab hominum conſortio ſejunctam ago, ſi unquam verbo aut nutu indicaverim, mihi non placere ſtudium quorundam paſtorum, qui arctis repagulis, & cancellis pietatem Chriſtianam circumſcribunt; neque ejus rei in meis ſcriptis vola aut veſtigium comparet: & habebo pro homine mendaciſſimo, ſi verba non cites & teſtes adducas, quibus probes me *Puritanorum* aut *Praciſiſtarum* nomen unquam, aut ſcriptis aut verbo traduxiſſe; aut ad luſum abuſum fuiſſe. Imo teſtis mihi Deus eſt, me mihi conſcium non eſſe, quod unquam vel leviſſima cogitatio menti obrepſerit, qua paſtorum, etiam juniorum, ad pietatem urgentem zelum improbarim. *Quod autem mihi exprobret, quod gratiam, quam meo merito apud viros celebres inter Reformatos; & præſertim fideles Dei miniſtros, provocare non potuerim, eam apud præciſitatis oſores, vitæ laxioris amatores; etiam apud aliquos ſectarios Remonſtrantes & ſemi-Socinianos quæſierim.* In hoc admirari licet hominis impudentiam, fraudem & levitatem. Nam addendum erat, quinam illi celebres viri inter Reformatos ſint, quorum gratiam fruſtra petierim: quibus moribus me indignum reddiderim favore alicujus, & præſertim illorum *fidelium paſtorum*: ſed cavebit ea ſingulatim enumerare. At ego huic mimo detraham perſonam, & ſublato velo producam in ſcenam: *per viros inter Reformatos celebres* intelligit Parentem ſuum. *Per paſtores fideles*, illos ſolummodo, quos beneficio promotionis parens ejus in hac urbe ſibi conciliatos habet; quique ideo ejus partibus ſtudent. Per *præ-ciſitatis oſores & laxioris vitæ amatores* intelligit probos & prudentes noſtros ci-ves; qui novitatibus non applaudunt; aut in peculiaribus quibuſdam quæ-ſtionibus à parentis ejus ſententia diverſi ſunt; & quas Eccleſiaſtica quorundam factio laxos caſuiſtas vocare ſolet. Mihi autem exprobrat, quod apud *ſectarios gratiam quæro*; & Remonſtrantibus, & Socinianis me gratioſum reddere la-boro: quia docui in Tractatu meo Belgico, quod etiam ex parentis ejus diſci-plina hauſeram, dogmata Remonſtrantium de quinque articulis non incurrere in fundamenta: & ideo concluſi à communione Eccleſiæ illos non eſſe arcen-dos; multiſque id argumentis probavi, quæ tu refelle ſi poſſis, profeſſio-nis Theologicę candidate: ſed me vivo & vidente non facies impune.

Hoc meum crimen eſt; hoc eorum, quos *præciſitatis oſores & laxioris vitæ amatores vocat.* Si propter alias cauſas ſim minus in gratia *celebrium* virorum & *fidelium paſtorum*, profer crimen, & vitæ labem, qua dignè eorum favore

careo:

# PRÆFATIO.

qui laxioris vitæ
careo: & nomina cum quibus mihi interceſſit conſuetudo; quibus, non
amatoreſſunt. Cum mihi in proclivi eſſet nominare multos, communicaſti, qui in
tantum uſus es familiariſſime, ſed cum quorum vitiis honeſtis eorum nomen
hac urbe tam parum integræ famæ erant, ut omnibus bonos, & oſtentando ar-
inviſum ſit. Et cave, ne tu nimium inſultando multa intus foriſque
ctioris pietatis zelum atque ſtudium, quem tamen tam hypocriſin cœlo terraque
circumſonant, aliquem excites, qui volens tuam non amplius per ambages,
oſtendere, te à puero introſpiciat; & recenſeat ſociis in re & domeſticum
ſed aperta oratione utens, quæ te ferunt cum illis intermiſſa eſt comme-
dedecus parum pie commiſiſſe. Nam licet multorum Interrogo con-
moratio; non tamen ſublata eſt memoria. Sed ad rem. cujus ſe ducem
ſcientiam civium meorum anilli inter nos ab ea civium parte, Eccleſiæ & pietatis
meus Adverſarius præbere ſtudet, non putentur parum Apoſtolum Jo-
amore teneri, qui non verentur ſternutanti bene precari: ſupercilio geſta-
hannem, aut Petrum *ſanctum* vocare; capillum longiorem Chriſti feſtos no-
re: dies ſolemnes Paſchatis, Pentecoſtes, & nativitatis feſtorum cele-
minare: & Eccleſiarum Reformatarum inſtitutum de horum conſueto, *Mercu-*
bratione laudare, & ſequi: dies hebdomadis antiquo & ſejunctis Ju-
*rii*, *Jovis*, *Veneris*, *&c.* nomine vocare: diem dominicam concentum
daicæ ſuperſtitionis obſervationibus, ſanctificare; organorum conſecrata cultui
inter pſalmos in cultu publico laudare; bona idololatrico conſtitutam,
profana ducere: fœnoris menſuram à Magiſtratu Chriſtiano quando Magi-
equam æſtimare: eoſque honeſto civium numero habere, lucro & quæſtu
ſtratus declaravit poſt debitum adhibitum examen, illos juſto adverſario-
vitam tenere, qui in hujuſmodi fœnore exercendo occupati ſunt.

Sed non eſt neceſſe, tantum ſtare judicio civium. Legantur nuper prodiit
rum ſcripta: & hæc, quam nunc peto, præfatio: & ille qui trapezitas in
liber contra fœnus trapeziticum, quam aſperè tractat eos, qui excludendos, &
hoc Belgio, ex authoritate magiſtratus conſtitutos, cœlo Eccleſiarum
cœna arcendos non putant: qui Doctores tamen maximam Adverſarius
partem hac in re authorem & fautorem habent. Quam atrociter veneno
invehitur in Carteſianos, eos Atheiſmi, Scepticiſmi & Enthuſiaſmi diſciplinæ
infectis accenſens: quamvis plurimi docti paſtores in Belgio illi non poſſunt
aut faveant, aut addicti ſint. Et quid mirum hoc ab iis fieri; æſtimatio,
enim philoſophemata *Carteſii* eſſe in pretio, quam Adverſarii mei increpavit
ſi quam apud ullos probos habeat, cadat: tot enim maledictis nomen
iſtum virum, traduxitque ejus diſciplinam, ut honeſtorum in albo Et hoc ne-
ſuum conſpicere non poſſit, ſi *Carteſii* cauſa ſuperior evadat. go-

gotium tam pulchre procedit, ut in nullis ſynodis, in quibus de *Carteſii* diſciplina diſceptatio inſtituta fuit, ulla ſententia in illam lata ſit: incipitque illa doctrina tam late ſe diffundere ut nullus in Europa angulus ſit: nulla ferme Academia, in qua ſuos defenſores non ſit nacta. Cum itaque mihi exprobrat Carteſianiſmum, Scepticiſmo & Atheiſmo infectum, cogitate Lectores meum Adverſarium omnes Carteſianos eadem calumnia petere: & cum millies ad hujuſmodi calumnias reſponſum ſit, non deſinit eaſdem repetere: quod deſperatæ cauſæ argumentum eſt; & ultimus agonizantis anti-Carteſianiſmi conatus. Et tam parum hujuſcemodi fides incipit haberi: ut, quo magis hujuſmodi calumniis proſcindatur *Carteſius*, eo commendatior ejus fama eniteſcat. Et ex epiſtolis *Carteſii* familiaribus, non ita diu editis, liquet tam egregio illum virum in religionem animo fuiſſe, ut rubore ſuffundi deberent, ſi prorſus depuditum non eſſet, nec ulla iis frons, qui hujuſmodi falſis criminationibus *Carteſium*, & ejus aſſeclas in invidia & crimine apud plebem ponere voluerunt. Et metuendum, ne illi potius Atheiſmo vicini ſint, qui tot indiciis convicti, tamen iiſdem malis artibus pergunt eniti; ne videantur culpam agnoſcere quod temere & per invidiam viri famam maledictis lacerarint. Certe nihil miſerius eſt, quam id negari non poſſe, quod turpiſſimum ſit confiteri.

Quam turpiter traducti ſunt per ora plebis Canonici, tam in ſcriptis belgicis, quam in concionibus? Quibus dicteriis non excepti? Dubito an in fures manifeſtos crudelior oratio effundi potuiſſet: ipſis Canonicis; & nonnullis, ni fallor, ex primo ordinum membro, quod ex Canonicis componitur, præſentibus. Et cum Canonici à quibuſdam Theologis tam acerbe excepti ſint, queruntur illi Theologi tamen aliquos inter canonicos reperiri, qui hujuſmodi calumniarum & injuriarum impatientes, & non ita animi potentes, viciſſim iiſdem armis & artibus ſe ulti ſint. Et illi Theologi & ſacrorum miniſtri imponunt plebi, qui tradunt hæc adverſa ipſis evenire, quia auditorum conſcientiam ſuper poſſeſſione bonorum Eccleſiaſticorum inſtruere laborarunt: ideoque hi Theologi, tamquam iis res eſſet cum profligatæ impietatis hominibus, cives hujus civitatis, in qua tam liberaliter habiti ſunt, & feliciter degunt, deſcribunt, tamquam corruptiſſimos Romuli nepotes, & nullarum bonarum partium: legat lector Pag. 177.178. Tractatus, cui titulus *Nubes teſtium*. Cum tamen odii cauſa non ſit judicii Theologorum quorundam à Canonicorum ſenſu, diſcrepantia: aut ſententiæ pro concione modeſta expoſitio, ſed ſæva, criminoſa, & virulenta dicta & ſcripta in canonicos, vindictæ & ulcerati animi notas undique præ ſe ferentia. Agnoſcimus enim controverſiam de bonis, quæ poſſident Canonici Reformati admo-

modum intricatam eſſe, quæ tamen ſuos inter hujus urbis paſtores doctos & probos patronos habet; qui publico ſcripto hoc teſtari parati ſunt, ſi Eccleſiæ judicetur intereſſe: aut ſuum judicium publica authoritate petatur. Imo ultro proferrent in apricum, ſi pacis Eccleſiæ non haberent rationem: & niſi forte ſæva quorundam paſtorum dicta, & tribunicias ad plebem concitandam conciones, quibus adverſarios apud pullatum circulum adducunt in contemptum, & eorum dona ædificationi Eccleſię inutilia reddunt, metuerent: & multi ex Voetianorum aſſeclis hujuſmodi potius armis ſolent protelare adverſarios; quam rationes ſe dignas inire; & veritatis probatione, cum omni manſuetudine ſe manifeſtare hominum conſcientiis. Cum tamen oporteat ultionis metum tantum ex Scripturis intentari; ne miniſtri in ſua poteſtate, ſed Deus in eorum ſermone timeatur.

Præfationis anguſtia non permittit ire per ſingula: & ex narratis ſatis intelliget lector; *celebribus* (ut loquitur) *inter Reformatos viris, & fidelibus Dei miniſtris in hac urbe* nihil aliud cauſæ eſſe, quare à potiſſima, & præcipua civium parte animum alienum habeant, quam quod, ſicut illa pars uſu, doctrina, & experientia præſtat, ita inſtar ſervi pecoris à vatibus ſe duci non ſinit. Qui hoc æquo animo ferre non poteſt, oſtendit ſe plus quam papali ſpiritu agi; & ſe velle imperium exercere in conſcientias Chriſtianorum: quæ tamen unica hominis pars eſt, quæ mancipio non datur.

Revertar ad ea, quæ propius me tangunt: quod Adverſarius me *Borëeliſtis* & *Enthuſiaſtis* annumerat, id plane novum & inauditum: neque ſcio an hoc unquam Carteſianis objectum ſit. Hoc itaque telo in me ſolum collineavit. Sed primum, quid *Boreëliſtis* cum *Enthuſiaſtis*, Juris, & Philoſophiæ profeſſor, & Theologiæ ſi voluiſſes? Titulus libri Domini *Boreëlii ad legem & teſtimonium* te erroris redarguit: & doctrina, libro contenta, tam remota eſt ab errore Enthuſiaſtarum, ut nullus articulus in omnibus confeſſionibus eorum, qui Chriſtianos ſe vocant, reperiatur, qui longius recedat ab Enthuſiaſmo: etiam ſcripta eorum, contra Quakeriſmum edita, idem teſtantur: & cum etiam paſtores noſtræ Eccleſiæ ſingularem eorum hominum pietatem, charitatem, manſuetudinem atque animi lenitatem laudent; neque iis exploratum ſit, in eorum ſcriptis contineri dogmata, quæ cum vera pietate conjuncta eſſe non poſſint, metuere debebas de iis criminoſè loqui; ne audias aliquando increpationem illam: tu quid judicas alienum famulum, ſtat aut cadit ſuo domino.

Hæc in medium adfero, non quod mihi aliquid commune ſit cum eorum dogmate; ſed quia improbo eorum artes, qui aut levibus ſuſpicionibus nimium indulgentes, aut nocendi libidini obſequentes, potius conviciis, & plebis

plebis odio adverſariorum incredulitatem expugnare laborant, quam ſolidis argumentis, & vitæ ſanctæ exemplo.

Sed jam aperiam totius rei ſcenam, quare mea ſcripta Boreëliſtarum veneno infecta putet: docui in Tractatibus Belgicis contra Dominum *du Bois*, nulli hominum, neque ideo etiam paſtori, licere populo annunciare, aliquid credendum aut agendum eſſe *ex juſſu & mandato Dei*, cujus ſe profitentur legatos; & ex cujus nomine id populo præſcribunt, cujus infallibilem ſcientiam non habent: idem tradit Dominus *Boreël*; ſed ex ea hypotheſi educit hoc dogma: cum nulli nunc dentur infallibiles doctores; & qui infallibiliter norunt, qui articuli fundamentales ſint, & quinam in eo numero non ſint collocandi, docet nulli homini jus eſſe erigendi aut colligendi Eccleſiam; & alios ab ea arcendi, &c. Deinde nullos paſtores fallibiles, quales ſe eſſe omnes agnoſcunt, ſe gerere poſſe tamquam *legatos* Dei, & *ex Dei nomine* aliquid populo annunciantes, niſi cujus infallibilem habent ſcientiam. Hoc poſterius dogma meum feci: ſed hoc Boreëliſtis cum omnibus religionibus, qui unquam extiterunt, commune eſt: & eſt fundamentum omnis cultus. Non conſiſtit enim cum ulla religione, imperare *nomine Dei* fidem & obedientiam; & ſimul fateri, ſe *errare poſſe in exponenda numinis voluntate*. Ex hoc fundamento elicui has doctrinas. Culpandam eſſe multorum, & præſertim paſtorum quorundam arrogantiam, qui tam imperioſè inculcant quaſdam doctrinas, quæ altiſſimæ ſunt indaginis.

Deinde laudavi modeſtiam in admittendis aut arcendis hominibus ab Eccleſia: & cum hactenus à noſtris doctoribus deciſum nondum ſit, quinam ſint articuli fundamentales, & tamen nulli ab Eccleſia, *propter errores* removendi ſint, qui in fundamentalibus non errant, dixi eorum inſtitutum laudandum, (quandoquidem in hiſce tenebris vix ſine prolapſione inſiſtere licet) qui Eccleſiæ clauſtra potius laxanda, quam nimium contrahenda putant; ne Eccleſiæ privilegiis fraudentur, & cœlo, noſtro judicio excludantur, quos Deus ſibi adjunxit: cum præſtet potius peccare in illam partem, quam in oppoſitam. Hoc meum peccatum, hic meus error; qui quidem graviſſimus iis viſus eſt, quibus, ad probandum ſuum zelum plebi, prora & puppis eſt, audacter quidvis determinare: auditorum conſcientias eo obſtringere, alios condemnare; eorumque impietatem & ſtupiditatem increpare: claves *regni cœlorum*, ut vocant, ad metum circumferre: & in id incumbere, ut paſtoris munus omnibus terrori ſit. Hæc cauſa eſt, quare in me ex umbone tam gravis detonuit tempeſtas.

At omnium, quæ mihi objicit Adverſarius, conviciorum atrociſſimum eſt, quod per invidiam & æmulationem, quia ſc. bonis artibus ſtatum meum tueri

tueri non poſſum, res novas molior, & vetera bene conſtituta turbare laboro. Si hiſce ad religionem reſpectum habeat; quod omnes circumſtantiæ evincunt, non puto viro Chriſtiano graviorem imponi poſſe calumniam: & ſi illi culpæ vicinus ſim, non longe à peccato in Spiritum Sanctum abeſſe poſſum. At quo colore me huic peccato affinem putat: cum jam dixi me paratum eſſe tueri nihil novi in meis ſcriptis reperiri, quod religioni adverſum ſit. Et quamvis nihil mihi arrogem, hoc tamen mihi non derogo me non ſolidis argumentis; & quæ longe abſunt à levitate, aut quæ comparata non ſunt ad parandas auribus, & animo lectoris inſidias, rem ſuſceptam tractaviſſe. Et hoc velim animadvertant Adverſarii, an non potius ſit officium viri Chriſtiani infirmitatis ſuæ conſcii, commiſeratione alieni erroris tangi, qui ſingulis diebus proprio admonetur; quam tam ſiniſtras opiniones de proximo fovere. Video tamen hoc vitium meo Adverſario, eique ſimilibus, tam altè inſediſſe, ut ferme omnes eorum in adverſarios criminationes, leviſſimis tantum conjecturis, quas iis animus, omni charitate nudatus, ſuggerit, innitantur. Quod homine indignum eſt; *cum omnis ſapientiæ nervus ſit, nihil temere credere.* Si quædam phraſis, verbum, aut conceptus novus occurrat in ſcriptis eorum, quibus illi mediocriter tantum benevolunt, ſtatim auctorem rapiunt in odium; & tales hæreſes ex dictis exſculpunt, ut nullus, niſi qui ſęvo odio tranſverſus rapiatur, tam malè de proximo ſentire poſſit: & hac ratione totam religionem Chriſtianam apud multos adducunt in contemptum: quaſi ſalutaris doctrina tam arctis cancellis, & indomitis neceſſitatibus circumſcripta eſſet, ut ſi verbo erratum ſit, ſtatim tota concidat, aut labaſcat diſciplina.

Quibus ego propter eam rem petitus ſum telis, norunt omnes in hac urbe, qui à partium ſtudio animos vacuos habent. Illud recens eſt, quod cum à Clariſſimo Profeſſore Corollaria quędam eſſent poſita; quæ quidam Theologi, præcipiti judicio, ſicut poſtea apparuit, culpanda putabant, ſtatim terribilem inflarunt tubam, & horribilia mihi attribuerunt dogmata; quaſi ex ſcriptis meis hauſta: eaque in theſibus & corollariis oppugnanda ſuſceperunt: ut ſc. mihi ægre facerent; & me, quem pro inſtigatore, ut talia corollaria ponerentur habebant, ulciſcerentur: cum tamen ſancte profiteor, mihi nec Profeſſoris ſententiam cognitam; nec theſes aut corollaria conſpecta fuiſſe, antequam diſtribuerentur. Nec memini, tres à Clariſſimo Profeſſore Theſes examini & diſputationi ſubjectas, de quibus mihi aliquid communicaverit, antequam typis excuſæ eſſent.

Et cum ille Profeſſor ponat theſes & corollaria, quæ ſæpius à ſenſu meo aliena, quam ei conſentanea ſint, quis credat me Clariſſimi Viri operam aut indu-

induſtriam excitare in meum damnum? Hæc non profero, quaſi me inſtituti, aut doctrinæ *Clariſſimi* Profeſſoris *de Bruyn* pudeat, cum omnibus commodis & caritatibus mihi antiquior ſit illius viri innocentiæ defenſio: ſed ut doceam omnes veſtras criminationes leviſſimis inniti ſuſpicionibus, & me non uti amicis, ut vos ſoletis; quibus, ſicut magnatibus, amicitiæ aut inimicitiæ tantum ex uſu habentur; & quibus, cum nullis amicitiæ teſſera eſſe poteſt, niſi in omnibus ſeſe flectant ad obſequium. Et cum hactenus jugo veſtro preſſiſtis in hac urbe libera ingenia, miramini reperiri aliquem inter vos collegam, qui memorem libertatis vocem audeat emittere: & poſthabitis commodis ſuis, veſtriſque odiis ſe ſuaque ſtudia veritati conſecrare. At ego certe illum tantum virum puto, qui audet manum contra torrentem extendere, & vitam impendere vero. Et quamvis per calumnias commoda ejus imminuatis, ſtetit tamen ejus fama integra; ſemperque victor, vobis ringentibus, diſceſſit: quoties in legitimis collegiis licuit ei cauſam dicere: quamquam ſpargendis calumniis agnoſcam, vos longe ſuperiores eſſe.

Sed è diverticulo in viam: quomodo per livorem aut invidiam, ut dicit meus Adverſarius, à trita via deflecto ad aucupandam aliquam gloriam, ad quam parare mihi non potui aditum via pervulgata, cum nihil à me ſcriptis traditum ſit, cujus fundamenta non hauſi & jeci ea ætate, qua ſtudioſi tyrocinia ponere ſolent; quæque ab omni ambitione libera eſſe putatur. Quamprimum mihi videre contigit Gaſſendi, Verulamii, Sennerti, Carteſii &c. ſcripta, ab eo tempore parum delectatus fui Conimbricenſium, Arriagę, Hurtadi, aliorumque authorum ſcriptis: & exiſtimavi eos, utpote in logicis meandris & gyris, & neſcio quibus terminis inhærentes, quoſque primi Reformatores ab omni diſciplina; & præſertim Theologia abeſſe voluerunt, delendis potius, quam excolendis ingeniis aptos.

Sed ut cauſæ arcem oppugnem: ſi livore & invidia peſſimis conſultoribus utens, pervulgata contemno, ergo ad aliquod munus animum adjeci, quó fraudatus indolui alios mihi prælatos; video hoc convicium etiam ab aliis in me jaci, quo dictorum & factorum meorum fides labefactetur. Sed provoco ad conſcientiam civium meorum, etiam Magiſtratus; & ſingulorum, qui illum ordinem componunt, ſi unquam ab iis aliquid fruſtra petierim: aut ſi apud ullum unquam queſtus ſim mei nullam rationem haberi: meque inter cives iniqua eſſe conditione: ſi aliquod munus ambierim, quo præſentem meum ſtatum augerem, à quo excluſus; & in quo alius mihi prælatus, ideo meum ad invidiam animum concitare potuerit. Agnoſco me hominem eſſe, nihilque humani à me alienum puto; nec crimen eſſet abripi indignatione, ſi per promotionem indignorum, quos potius malæ artes, aut fortunæ nu-

tus,

tus, quam merita commendant, fructu laborum carendum eſſet: ſed tamen illa gloriatione nullus me privabit, quod teſtor me nullius gratiam propter munus captaviſſe, aut mea conſilia ad privatum quæſtum contuliſſe, aut per adulationes quoſdam mihi propitios reddere ſtuduiſſe: aut livore & invidia percitum duci me ſiviſſe in aliquos, quorum inſtitutum antea probaverim. Nullus mihi objiciet, propter munus aliquod obtinendum me officioſiorem alicui exhibuiſſe, aut aliquando repulſam tuliſſe. Quamvis per Dei gratiam talis inter cives meos ſim loci & ordinis: taleſque mihi in mea civitate intercedant cum multis, aut arctę neceſſitudines, aut ſplendidę conſuetudines, ut nulli nimius voti viderer, ſi cum reliquis aliquos mihi honores ex publico peterem. Et certe ſi tam ardenter honores concupiviſſem, quam adverſarii mei mihi illam maligne invident, non fuiſſem fruſtra: quamquam, ſi animus ambitione corruptus teneretur, non eſſet quare me meæ conditionis pigeret, cum & amicis in hoc ſtatu quo dego prodeſſe poſſim, & me ab adverſariorum injuriis tueri. Sed hujuſmodi exprobrationes Adverſariorum oriri non poſſunt, niſi à minutis & abjecti ingenii viris, qui nullum veræ virtutis ſenſum cœperunt; & titulis atque ſubſelliis homines metientes, & ex ſuo de aliorum animo conjecturam facientes, putant omnes iiſdem vitiis obnoxios; quibus ſe ſuperatos ſciunt: & neminem tam alti animi reperiri, qui ſine invidia carere poteſt honoribus, quibus ſui ſimiles ornatos videt: aut benefactorum conſcientia magis gaudere, quam laudum prędicatione. Quam vanitatem meus Adverſarius tam miſere captavit, ut hominum feſtivorum urbanitates maluerit incurrere, & omnibus noſtris civibus ludibrium debere, quam ipſe non exiſtere meritorum ſuorum buccinatorem.

Hęc opponenda duxi pręfationi *Pauli Voet*; qui nullo facto à me lęſus, in me inſurrexit, & maledictis me inſectans; & tamen ea omnia, de quibus mihi cum D. *du Bois* lis erat orta; quæque approbatores aſperrimi ejus in me ſcripti ſua fecerant, præteriens, oſtendit me immerentem tam ſeverè exceptum. Ut autem probem me animum à litibus alienum gerere; iiſque ſinem ſub æqua conditione imponere velle, paratus ſum eas pacis leges accipere; quas mihi præſcribet quodcunque in hac noſtra urbe eſt collegium civile, aut Eccleſiaſticum,(excepto Synedrio Belgico Ultrajectino) aut quæcunque ex Adverſarii arbitrio eligetur perſona, quæ odio & gratia vacua putetur. Quod ſi autem mihi æqua pacis conditio cum Adverſario meo eſſe non poſſit; eaque in me ſpargere & ſcribere pergat, quibus apud probos & honeſtos poſſim venire in diſcrimen de bono nomine, ſi me à defenſione temperem: edico me non amplius Latino, ſed Belgico idiomate litem meam conteſtaturum, idque in libellis paucarum paginarum: ut etiam plebi parvo pretio.

tio talium librorum poſſit eſſe copia eorumque fieri particeps, quæ in iis dicenda habebo ad propulſandam injuriam: ſimulque jam rogo, & obteſtor, ut me omnes ſine noxa habere velint, neque criminis loco ponere, ſi adverſariorum pertinacia, mihi imponens neceſſitudinem, quædam propalem in vulgus, quæ alioquin præſtaret tacita & tecta haberi. Et certe quam inique compoſita eſſent paria; ſi paſtores quidam, pro meo adverſario, ejus parentis cauſa, enitentes, me coram plebe ex cathedra, ſicut antehac fecerunt, traducerent; ego autem Latino aliquo ſcripto, quod in paucorum manus venit, laborarem me purgare à calumniis? Intentiſſimis itaque votis quidem deprecor illum vitæ ſtatum, qui inter lites & rixas occupatus, miſerrime agitur: ideoque neminem voco ad ullas inimicitias; Deumque quotidie rogo, ut me ab hoc malo liberet: ſed ſi depugnandum ſit, boni militis officium eſſe puto, iis armis inſtructum ſe cum adverſario committere, quibus ſe optime tegere, & hoſtem plurimum lædere poſſe confidit. Sed ſpero avertet Deus hoc malum; eamque mentem inſpirabit hoſtibus meis, ut conſilia potius in pacem conferant: talesque ſe vitæ exemplo præbeant, quales verbis ſe eſſe jactant.

TRACTA-

# TRACTATUS MEDICO-PHYSICUS DE LIENE.

## Cap. I.

*De Naturali Lienis conſtitutione; ejuſque proprietatibus.*

Quandoquidem ita natura comparatum eſt, ut corpus humanum variis ex partibus coagmentatum, & diverſis vitæ uſibus inſerviens, inde multis caſibus obnoxium, & morbis expoſitum ſit, evenit etiam illas corporis partes periculo principes eſſe, quæ in vitæ officiis ſibi vindicant præcipuum munus. Quod multis operationibus ſufficiens erit, id plurimis organis inſtructum ſit oportet; quorum ordo, & diſpoſitio etiam ideo facile turbari & labefactari poteſt. Horologium nobis documento eſt, quod, quia artificioſe conſtructum eſt, & multis rotulis indiget, ut monſtret horas, & diſtinguat temporum ſpatia; ideo etiam ſæpius ſub artificis manibus eſt, qui diſlocatum reſtituat, detritum reparet, fractum reſtauret; ita ut totus ferme ejus uſus diſpareat inter digitos & moras tractantis artificis, domino tantum ſuſpenſam curam, & impenſas inutiles relinquens. Digladiantur inter ſe Medici atque Philoſophi, quæ partes in corpore humano vocandæ ſint principes: & cum in varias itum ſit ſententias, unuſquiſque ex ingenio ſuo ab iis rebus ducit argumenta, quæ ſuo dogmati confirmando idonea putat; quæ hic ad calculum revocare non eſt operæ pretium. Hæc quidem mea eſt ſententia, eam partem nobilitate & uſu cæteris præſtare, quæ ut uſui, cui à natura deſtinata eſt, ſatisfaciat, plurimum organorum & partium corporis ſubſidiariam requirit operam. Et revera ſi quis in hanc rem contemplationem ſuam conjiciat, experiendo cognoſcet, etiam illam partem in ſuis operationibus nobiliorem eſſe, quæ à multis aliarum partium diſpoſitionibus pendet.

Ego ſpiritibus in homine primum inter partes corporis locum aſſignarem: quare autem ita ſentiam, per occaſionem fortaſſe in operis progreſſu ejus exponetur ratio: quot autem requiruntur organa & partes, earumque operationes, antequam ex aſſumptis alimentis ſpiritus generentur? Et nulla ferme nobilior pars corporis laborat, quin ſtatim ejus noxam experiuntur ſpiritus; & propter ſpirituum labem, illico totum corpus labaſcit: ex quo conjecturam facias, ſpiritus partem principem eſſe corporis humani, & reliquas corporis partes iis in miniſterium datas.

Ex hiſce conjicere licet, lienem non infimo loco & ordine inter corporis partes habendum, quia tot alias corporis partes ad ſui tutelam & conſtitutionem ſalubrem requirit; & eo labefactato, aut ægro, malorum ilias miſero homini incumbit; eo deteriora, quo pertinaciora & uberiora

in-

in gignendis peſſimis ſymptomatibus. Auſim dicere à mala conſtitutione hujus ſingularis viſceris tot morbos originem ducere, quot à reliquis omnibus; minus lethales tamen, aut ſi ſint tales qui mortem tamen in diem proferunt. Et neſcio quo malo fato contigerit, ut cum hoc viſcus male affectum tot noxis lædat corpus, tamen tam parca manu natura, & hominum induſtria remedia ſuppeditarit. Abundat medicina medicamentis, & remediis, quibus mala ex liene orta, leniant: mitigent, & eorum ferociam reprimant, & ut ita dicam, vincula injiciant; ſed eorum medicamentorum deſtituuntur copia, quibus malum expugnent:

Cum horum veritatem meditando & experiendo ſæpius expertus eſſem, cepit me libido ea omnia propius examinandi, quæ lienis beneficio, aut vitio homini bona malave contingunt; ſi forte per contentius ſtudium atque meditationem aliqua in aperto ponere liceret, quæ me, hactenus temere & interciſe ea inveſtigantem, fugerant. Non infelici ſucceſſu in privatum meum uſum in aliis quæſtionibus difficillimis id tentavi: nec pœnituit laboris ſuſcepti; ſed tales mihi conſtiterunt fructus operæ, ut denuo me invitent ad hujuſmodi exercitia. Non me hic jacto, aut eam ambitionem præ me fero, quaſi nova & inaudita in medium allaturus ſim, ſed ſtudeo mihi tantum formare de hujus viſceris natura conceptus accuratiores, ut eorum, quæ illud viſcus ſpectant, mihi in promptu & expedito ſint rationes; & ut ita majore cum fructu & animi tranquillitate verſari poſſim in ea vocatione, cui me addixi. An fruſtra autem, an ob rem fecerim quod haſce lucubrationes in publicum protruderim, ejus penes lectorem erit æſtimatio. Sic itaque naſcatur exordium.

Corporis humani, ut & ſingularum ejus partium, duplex eſt conſideratio, alia, qua ut ſanum, altera, qua ut ægrum intuenti objicitur. Corpus ſanum vocamus, quando iis operationibus exequendis eſt idoneum, ad quas à natura comparatum eſt: eadem partis ratio eſt. Tunc autem morbidum & ægrum putatur, quando deflectens à naturali ſua conſtitutione iſtis operationibus exequendis ſufficiens non eſt. Cæterum, quamvis fortaſſe medius ſtatus non detur inter ſanitatem & ægritudinem; ſingularum tamen partium in diverſis corporibus diverſiſſima temperies; & quæ ſeorſim conſiderata, non ſana vocanda eſſet, conſiſtere poteſt cum perfecta ſanitate: quia, quod viſcus in corpore, verbi gratia, ſicco deflectit à ſua naturali conſtitutione, id alius viſceris, aut partis diverſa temperie, & exundante humiditate compenſatur; ut ita alterum alterius auxilio vegeat. Ex his liquet, non ita pronum judicatu eſſe, quæ ſit naturalis lienis conſtitutio atque temperies: & tamen prius ſani lienis examen in anteceſſum dandum, antequam ad morbidam ejus conſtitutionem poſſit progredi oratio. Initium itaque hujus Tractatus expediam à naturali lienis conſtitutione.

Duplex eſt via inveſtigandæ naturalem conſtitutionem lienis, una, quam inſiſtit Anatomicus; ea de liene colligens, quæ manifeſto in oculos incurrunt: altera, quam rationalis Medicus & Philoſophus ingreditur, ex effectis & operationibus convenientibus conjecturam faciens, qualis ſit naturalis lienis temperies. Quæ in lienis contemplatione oculis expoſita ſunt, hiſce continentur. Quod ſit pars organica infimi ventris, ſita in ſiniſtro hypochondrio interiore facie ſinuoſus, exteriore gibboſus, linguam bubulam non inconcinnè referens, longitudinis ſex digitorum tranſverſorum, quod ſubſtantia ejus ſit carnoſa, ſed laxa & ſpongioſa, partes tamen ſatis firmas & tenaces habens, neque ita friabiles, quam hepar eas poſſidet, quamvis ad ſpeciem externam ejus ſubſtantia videatur eſſe concretum quoddam corpus ſanguineum: ſed accuratior iſtius viſceris inſpectio, & examen docet totum lienis

co:

corpus eſſe membranarum congeriem, in cellulas & concamerationes efformatarum & diſtinctarum. Poſterior Anatomicorum diligentia, & induſtria detexit in liene multas glandulas. Præditus etiam eſt lien copioſe vaſis lymphaticis, quæ liquorem ſuum effundunt in receptaculum chyli. Color ejus ex atro purpureus, & ubi provectior ætas eſt, plumbeus, venas nec ita multas, nec magnas complectitur; arteriarum autem copioſam multitudinem in ſe recipit, vaſa conſpectiora, & præcipua ſunt, vas breve & ramus ſplenicus. Per ramum ſplenicum nihil, propter valvulæ oppoſitionem, ad lienem venire, ocularis inſpectio fidem fecit: neque per vas breve ad ſtomachum à liene aliquid fluere ſecundum conſuetum humorum curſum, eadem experientia docet. Cum pancreate per venarum & arteriarum ductum atque complexum lien etiam conjungitur: & hæc ſunt præcipua, quæ Anatomia contemplantium oculis offert in lienis examine.

Alia ſunt præterea, quæ ex operationibus & proprietatibus lienis collecta, ejus naturam nobis propius aperiunt. Primum quidem illud obſervatu dignum eſt, quod infantibus, & tenerioris ætatis hominibus uſque ad annum duodecimum & decimum quartum infrequentes morbi ſint, qui ex intemperie lienis oriuntur (de obſtructionibus primarum regionum, & ſimul hepatis & lienis aliud nos docet uſus & experientia,) ſed nunc de iis morbis nobis ſermo eſt, qui ex lienis depravatâ temperie, & prædominante aliquâ qualitate manifeſtâ (ut ſcorbutum excludamus) ortus ſuos habent. Mania, melancholia, hæmorroidum dolor, cancer, cordis palpitatio, animi deliquium, ortum ex vaporibus à liene ſublatis, vomitus acidi ſucci, fames canina, faciei pallor, aut plumbeus color ſine febri, triſtitia, varices &c. ſunt morbi, quibus infantilis ætas raro, aut nunquam infeſtatur. Longe etiam abſunt infantes à morbis illis, ad quos provectior ætas abire ſolet; & qui ad lienis conſtitutionem, per ætatem mutatam, referri debent: in conſiliis & deliberationibus conſtantia, in penſitandis periculis prudentia, in concipiendâ ſpe tarditas, in gaudium & lætitiam minor animi effuſio, in contemplatione rerum fixa meditatio, magiſque in pectore recondita, corporis membrorumque inflexus gravior, iræ & concitati animi ſedatio tardior, in tuenda ſententia conſtantia: & quales plures hujuſmodi mores virilis ætas præcipuè prodere ſolet.

Quod autem hæc omnia potiſſimum lieni accepta ferenda ſint, qui per ætatis incrementa in corpore vim & efficaciam majorem nactus eſt, inde evincitur, quod omnes, in quibus vis à liene profluens in ſanguine & ſpiritibus dominatur, ad hujuſmodi mores ſe proripiunt, & quaſi præcipites capeſſunt: & ſi illa vis & qualitas modum excedat, tranſeunt in culpandos illos mores, qui familiares iis ſunt, quibus lien à naturali conſtitutione deflexit, reliquis viſceribus integris; aut ſaltem per ſympathiam tantum in mali & labis ſocietatem venientibus. Prædictorum etiam fidem facit contrariorum morum collatio cum enarratis, in quos illi migrant, qui vulgò dicuntur eſſe ſanguinei temperamenti; & qui mores iis communiter familiares ſunt, in quorum ſanguine prædominatur qualitas, quæ ab hepate fluit; & quæ ſpiritibus & ſanguini communicat humiditatem, tenuitatem, mollitiem, levitatem &c. ex quibus mores procedunt, qui infantili ætati priores ſunt. Accedit, quod nulli alii corporis parti aſſignari poſſit, quæ ſanguini & ſpiritibus, à quibus hujuſmodi morbos & mores proficiſci diximus, hujuſmodi qualitates impertiat: quod in ſequentibus fuſius exponetur.

Ex his manifeſtum eſt, lienem in infantili ætate vim & efficaciam ſuam nondum

dum in corpore humano magnopere exerere; ejuſque ferme eandem rationem eſſe, quam partium genitalium; quæ, poſt decurſam infantilem ætatem, libidinem primum accendunt: & inde forte eſt, quod ſplenetici & melancholici ſalaciores ſunt: ſed de his poſtea. Cauſam autem quare tardius lienis vim & operationes experiamur in noſtro corpore, referendam puto ad prædominantem humiditatem & tenuitatem partium ſanguinis, quæ infantium corpora irrigat; & quæ procedit à partium mollitie & humiditate. Non itaque in illâ tenellâ ætate effœta & emortua jacet vis lienis, ſed propter humorum qualitatem, longe remotam ab eâ, quam lien ſanguini tribuere ſolet, non poteſt ita eluctari inter iſthæc impedimenta, ut ſanguini imprimat qualitatem ſibi cognatam. Quemadmodum fieri videmus in generationis primordiis, ubi ſpiritus, qui ſunt cauſa formatrix fœtus, deſtituit effectus ille, à quo oſſium durities procedit; quia mollis & humida materia non ita facile in illam duritiem tranſit, quam oſſium natura requirit. Hæc autem nobis documento ſunt lienis officium eſſe, quando ſecundum naturæ inſtituta liberè operatur, primum à ſanguine illam humiditatem detergere & tollere, quæ in ætate infantili dominatum habet. Monendus tamen lector, ut diſtinguat inter humiditatem, & fluiditatem; non enim omnia fluida ſunt humida: argentum vivum eſt fluidum, & tamen ſiccum: oleum, & ſpiritus Vitrioli, ſpiritus vini rectificatus, acetum, & infinita hujuſmodi fluunt inſtar aquę, exſiccant tamen. Dicimus itaque lienem humiditatem à ſanguine detergere, & porro detergendo illam humiditatem ſimul aliquatenus illam mollitiem auferre à ſanguine, & ſpiritibus, quæ in tenellâ ætate excellit. Eo fermè modo, quo boreas, aut ventus orientalis ſiccitate & robore ſuarum partium aërem ventilans, & penitiſſimè penetrans, aëri & corporibus noſtris robur aſpirat; partim humiditatem tollens, partim inſtar fulcri humidis, & ſuâ ſponte ſubſidentibus partibus ſtabilimentum præbens; & ita ad alacriorem & firmiorem ſtabilioremque motum aptiora reddens: quemadmodum corpora ſuper planum durum, & non facile cedens, celerius & fortius moventur, quam ſuper planum molle.

Qualia autem illa corpora ſint, quæ ſanguini & ſpiritibus ejuſmodi robur & vires addunt, & de qua natura potiſſimum participent, id nunc examinandum venit; & id nos ex parte ducet in cognitionem naturæ lienis. Quicquid molle & tenue eſt, memoratis muneribus explendis ineptum eſſe omnibus phyſicis notum eſt: quod partibus craſſis & ad motum tardis præditum eſt, id etiam tales effectus, & operationes præſtare non poteſt. Quod autem corpus mediocriter tenuium & ſimul durarum & compactarum partium eſt, id explendæ iſti operę maximè idoneum: per mediocrem tenuitatem enim ſuarum partium facile ſeſe intimè miſcet maſſæ ſanguinis; propter corporis ſoliditatem motum impreſſum facilè conſervat; tenuiora, mollia, & facile ſubſidentia corpora ſuſtentat & motum ſuum ita communicat: atque ita omnes hujuſmodi corporis qualitates, ſimul conjunctæ, reddunt illud aptiſſimum ad penetrandum mollia corpora; & ſimul idoneum ad ferendum multiplicem & diuturnum motum; cum mollia, humida, & tenuia corpora, propter motum diuturniorem, facilè diſpareant, & diſſipentur. Cum autem extra dubitationis aleam poſitum ſit, mores noſtros mutuari ſuam naturam à temperamento corporis; & iſtius rei cauſam eſſe, quod anima, quæ ferme in omnibus ſuis operationibus, quamdiu corpori unita eſt, eget inſtrumentis corporeis, libentius iis operationibus ſe applicet, quibus peragendis inſtrumenta nacta eſt maximè congrua, ſequitur inde eas operationes homini frequentiores & familiariores eſſe, ad quas auri-

aurigatur temperamentum. Et hinc jam liquet, quare in puerili ætate mores ſint inconſtantes, leves, fluxi, & qui in adverſa facilè mutantur: ingenium ſequax, nulla acris & intenta cogitatio, &c. Quæ omnia contrario modo ſe habent, quando vis à liene profluens in ſanguine ſuas operationes exercere incipit. Rectè itaque primum concluditur, lienem maſſæ ſanguinis communicare partes ſolidas, conſtantes, firmas, nec facilè diſſipabiles. Eſtque tunc ea lienis naturalis & juſta temperies; quando hujuſmodi ſanguinis partes in ejus maſſa debita quantitate reperiuntur. Juſtæ autem quantitatis æſtimatio petitur ab operationibus homini convenientibus. Cum dicimus lienem iſtarum partium in ſanguine cauſam eſſe, id ſic exponimus; quod ſpiritus, qui generationis talis ſanguinis princeps cauſa ſunt, à lienis vi & operatione peculiarem illam qualitatem nacti ſunt. Cum autem ex quolibet non fit quidlibet; inde manifeſtò ſequitur illas nutrimenti & ſanguinis partes ad lienem propelli, quæ hujuſmodi qualitatum ſuſcipiendarum capaces ſunt. Quomodo autem id fiat in ſequentibus explanabitur.

Et hæc quidem hactenus ex effectis quibuſdam inveſtigavimus; quæ ſequuntur, ſuperioribus adhuc magis fidem adſtruent. Pallor & plumbeus faciei color, iis familiaris, in quibus qualitas, quæ ſanguini à liene impartitur, plus nimio dominatur; tum etiam in obfirmatam pertinaciam, vel in triſtitiam proclivitas, iiſdem familiaris, oſtendunt partes ſanguinis, quæ à liene veniunt, minus calidas eſſe iis, quę veniunt à jecore. Quantum autem frigiditas ad triſtitiam conferat, docet oppoſita lætitia, quę à potu liquoris natura calidi admodum intenditur. Præterea lienoſum ſanguinem frigidiuſculum eſſe evincitur ex prava qualitate humorum, in quam illæ partes lienoſi ſanguinis degenerant, ſi qualitas, à liene profluens, modum excedat. Notum enim eſt, quodlibet facilius degenerare in illam naturam, cum qua affinitatem habet. Morbi, qui fomitem ſuum habent in humiditate, minus affligunt ſenes, quam pueros: & morbis, qui ex ſiccitate & frigiditate peccante naſcuntur, minus obnoxii ſunt pueri, quam ſenes. Idem dixerim de morbis, qui ex partium tenuitate, aut craſſitie oriuntur. At nullus Medicus ibit inficias, morbos, qui ad lienem cauſam & originem ſuam referunt, frigiditatis potiſſimum participes eſſe: quales ſunt melancholia, triſtitia, metus, & alii ſupra enumerati. Febris quartana, quę ſedem ſuam in liene habet, etiam oſtendit illum humorem pręcipuè in liene reperiri, qui ſolidis, compactis, & ſimul frigidis particulis conſtat: ſenum corpora rarò illo morbo defunguntur propter partium humoris peccantis craſſitiem, duritiem & humorum frigiditatem; quam concoquere non poſſunt: & ideo ut plurimum morbus eos ſuperat.

Id tamen animadvertendum eſt, diſtinguendum eſſe inter corporis alicujus calorem, & ejuſdem proclivitatem ad motum: in omni calore eſt motus, ſed non ubicunque eſt motus celer & vehemens, illic etiam calor eſt. Illud corpus propriiſſimè ſua natura calidum vocatur, quod eas in ſe complectitur particulas, quæ ſua ſponte promiſcue motu reciproco celeri, & in ſe reflexo inter ſe agitantur; qualem motum obſervare licet in ſpiritu vini, aromatibus, galanga, pipere &c. At illa corpora, quorum minimæ particulæ facile quidem agitantur, ſed non ſua ſponte, atque natura, aut non illa reciproca agitatione ſuarum partium, licet ſæpe plus motus habeant, quam corpora calida, tamen nullo modo ſunt collocanda in numero calidorum corporum. Spiritus acidi, qui ferme in omnibus fermentationibus præcipuam ſibi partem vindicant, ad motum agiles ſunt, & nihil minus quam torpidi aut languidi, frigiditatis tamen,

men potius quam caliditatis participes ſunt. In deſtillatione olei guacini ſpiritus acidus primum prodit, quod documento eſt, illas partes facile concitari ad motum: ſic lignum juniperum, & quercinum ſpiritu acido abundant, ſed vegeto; & qui facilè motum concipit, & ſuſceptum retinet. Plantæ, quas aſper & acer ſpiritus vegetat, citius reliquis plantis frondes & flores fundunt, ut ſpina, berberis &c. minimè tamen in calidarum numero ponendę ſunt. Cauſa autem quare hujuſmodi arbores reliquas in ferendis floribus antevertant, referri tantum poteſt ad illam proclivitatem ad motum, quæ in hujuſmodi ſpiritibus reperitur; & illa ad motum proclivitas oritur ex partium ſiccitate & ſoliditate: & hæc eſt cauſa, quare humores, qui hujuſmodi ſpiritibus abundant, tardius ad maturitatem provehantur; licet itaque hujuſmodi arbores citius vernent, tardius tamen fructus ſuos ad plenam maturitatem provehunt; quod enim ſiccum & compactum eſt, non facile miteſcit. Quod ſi autem in corporibus humidis & calidis iſtorum acidorum ſpirituum juſta quantitas reperiatur, fermentationem egregiè promovent; vegetant enim totam maſſam, & quaſi ventilant, ne mucum aut ſitum contrahat, aut in ſeſe ſubſideat; & ne ſpiritus iſti maſſæ incluſus, fixus, torpidus, & languidus maneat. Sed ad primum inſtitutum: ſic argentum vivum movetur celerrimè, imò etiam in minimis ſuis particulis; quod manifeſtum eſt ex ejus vi digerendi, & diſcutiendi tumores; frigidum tamen eſt, & ejus uſus immodicus frigidos inducit morbos: etiam nervis infeſtum eſt; qui frigoris minimè patientes ſunt. Qui mercurio uncti ſunt in cura luis Venereæ, iis difficilius movetur ſudor, iiſque magis torpent viſcera interna. Falſi ſunt, qui docent acetum liquorem torpidum & languidum eſſe, cum penetrantem vim acerrimam habeat, & candenti laminæ ſuperfuſum, longè latèque ſuum odorem ſpargat; & tamen rectè inter corpora frigida numeratur. Et in genere de omnibus acidis id affirmare auſim. Et falluntur, qui naſturtium, & cochlearia aromatum naturæ accedere putant, ſc. propter illam acrimoniam, qua linguam pungunt & vellicant; cum revera mercuriales ſpiritus, ſupremam volatilitatem nacti, cauſa ſint iſtius ſaporis. Argumento eſſe poteſt, quod tenui calore egeant ad producendum folia & ſemina; quod proprium eſt plantis & arboribus, in quibus mercuriales ſpiritus, qui acidis affines ſunt, dominantur. At quicquid aromaticum eſt, intenſo & continuato eget calore ut fructum ferat: præterquam, quod quicquid vere aromaticum eſt, adſtringat, partibuſque ſulphureis & ſalinis conſtet; quæ qualitates remotiſſime abeſſe debent à medicamentis, quæ in ſcorbuto proſunt: ſed in ſequentibus de iis agendi major erit opportunitas. Id tamen lectori jam propius cogitandum relinquimus, an non illud corpus frigidius paſſim eſſe ſoleat, quod celeres vegetoſque ſpiritus habet, ut nitrum, nix, mercurius, angues, bombices? Sic aër ſerenus laxat ſpiritus motuque vegetiores reddit: cereviſiæ quoque recentis in lagenam effuſio, potum vividiorem reddit, ſed pariter frigidiorem. Quantam autem agilitatem ſpiritibus, & ſanguini addant partes humoris ex bene conſtituto liene venientes, probant mores eorum, in quibus lien recte ſuo officio fungitur; & quando ſimul reliquæ corporis partes juſtum calorem illis communicant. Tales homines rebus agendis reliquis hominibus longe aptiores ſunt: ingenio acri & ſolerti, judicio prompto & bono, in meditando acriter intenti & infatigabiles, ad pericula fortes, ad labores impigri, ad uſum & diſciplinam periti, ad conſilia prudentes, denique in moribus gravitas & conſtantia; longe diſtans ab illa græcula levitate, quæ comitari ſolet eos, qui ſanguinei ſunt temperamenti: hoc eſt, in quorum ſanguine qualitas, quæ ab hepate procedit,

excellit. Sanguinei etiam quidem agiles ſunt, ſed propter ſpirituum humiditatem, & tenuitatem partium, ex quibus conſtant, facile languet & ſubſidet eorum animus; item illi ferendis laboribus & adverſis impares, periculis ſe potius impetu, & animo ira concitato objiciunt, quam verè forti & ſedato: & quicquid ingenio elaboratum ab iis provenit, multis id quidem floſculis & pigmentis exornatum, animum potius oblectat, quam paſcit: aut ſi ad acrem meditationem ſe convertat eorum mens, in minutis, jejunis & frigidis exhauriunt ingenii ſuccum; & nimia ſubtilitatis affectatione frangunt quicquid eſt in nobilioribus ſcientiis generoſius: & ita omnem induſtriam in populari levitate conſumunt, ſed de his ad rei neceſſitudinem ſatis.

Ex hiſce ita expoſitis & illuſtratis liquet illum humorem, qui præcipue particeps eſt illius qualitatis, quæ à liene ſanguini communicatur, defectu juſti caloris facile degenerare in frigidam, ſiccam, & terreſtrem materiam: unde melancholicorum hujuſcemodi eſſe ſolent: cogitatio fixa, ſtabilis & uni rei affixa, ſed occupata in triſtibus, horridis, formidoloſis, inceſſus tardus, vultus triſtis, frons contracta, quæ omnia teſtantur frigidos & ſiccos humores in eorum corpore dominari. Quod ſi autem calor juſto major, quod propter arteriarum in liene copiam facile evenit, lienis naturales operationes vitiet, concitatiſſimus ſpirituum motus excitatur, & calor acris & depaſcens, & ſanguinis in arteriis & venis dilatatio; unde cordis palpitationes, febres hecticæ, mania, & acres in liene punctiones. Sanguis enim lienoſus cum ad acres, intentos & vegetos motus, propter partium ſiccitatem & ſoliditatem, aptiſſimus ſit, namque aliter comparatum eſſe non poteſt, quo calore juſto majore impellente, & motum concitante hujuſmodi partes, homo ſupradictis morbis obnoxius reddatur. Quam autem acris, ſiccus, & omni ſoliditate, ac mucoſitate deſtitutus ſit ſanguis ille lienoſus inde liquet, quod febres longæ & lentæ in lue Venerea nunquam deſinant in febrem hecticam, quia lues illa in viſcido & mucoſo humore hæret: at febres longæ, lentæ, atque continuæ, quæ ex liene veniunt, hecticam portendunt: & quia in infantili ætate lienoſus ſanguis, propter abundantem humiditatem, non ſit ſatis ſiccus & acer, ideo febres hecticæ iſtam ætatem non infeſtant. Quibus ſi addatur, mulieres, morbis qui ex liene veniunt, minus obnoxias eſſe, aut ſaltem cum minori noxa eos ferre, id documento eſt, qualitatem ſiccam in ſanguine lienoſo excellere: humida enim mulierum temperies mitigat morbos, qui ex ſiccitate oriuntur. Idem evincit, quod tumores, qui ex ſanguine lienoſo oriuntur, minus inflammentur; & febres ex iis humoribus rariores ſint: omnia enim ſicca putrefactioni minus obnoxia. Eodem referendum, quod Medicorum princeps docet, eos, qui acidum eructant, non facile pleuritide, quæ ſemper cum febri eſt, corrumpi. Ad humorem autem acidi ſaporis, lienoſum ſanguinem proxime accedere, poſtea evidentiſſimis argumentis demonſtrabitur.

Defluxiones etiam, quæ frequentes eſſe ſolent iis, qui longiori triſtitia ſe macerant, aut quorum propter animi dolorem, partes circa lienem comprimuntur, docent lienoſum ſanguinem aſperum, durum & frigidum eſſe: [illegible] enim illa animi paſſio efficit, ut [illegible] ab aliis corporis partibus ſanguis [illegible] hepate, aut habitu corporis (ut fieri [illegible] in lætitia) ad cor confluere non poſſit, [illegible] acrior fit illa maſſa ſanguinis, quæ [illegible] triſtitia potiſſimum corpus permeat. [illegible] Et quod malo cumulum addit, cum [illegible] partes ſint duræ, & ſolidæ, & de[illegible] partibus mollibus, facilius à reliqua maſſa ſanguinis ſe ſeparant; & extra vaſa [illegible] quibus ſanguis naturaliter continetur [illegible] corrumpunt; & quibuſcunque tunc [illegible] partibus, acrem in iis excitando [illegible]. Hæc to-

ties mihi uſu & experientia comperta ſunt, ut non temere hos morbos referam ad morbos lienis.

Prioribus ſi addamus, ſplenericos non ita facile ſudare, quam illos, in quorum ſanguine dominatur qualitas ab hepatis vi profluens, id etiam argumento eſt ſanguinem lienoſum ſiccum eſſe, & ſua natura frigiditatis potius, quam caloris participem; quamvis concitato motu facile ferri poſſit; & ex illa proclivitate ad motum fortem, & conſtantem, inflati lienis palpitatio oritur; quæ etiam ſæpè manibus ſentitur: ſcatet enim arteriis lien, & vividiore ac fortiore ſanguine turget, quam hepar; quamvis iſti palpitationi etiam plurimum conferre poteſt acidi ſucci proprietas, quæ dilatando ſanguini maxime eſt accommoda: documento eſt vehemens ille riſus, qui ſpleneticis familiaris. Nam licet in lætitiam minus proclives ſint; & riſus lienoſis minus ſit frequens, quam iis, qui ſanguinei temperamenti ſunt, contingit tamen iis aliquando tam potenter in riſum diſſolvi, ut nullum ei modum adhibere poſſint. Fluit enim tunc ex liene acidus ſanguis, qui cor ingrediens cum reliquo ſanguine, ab aliis partibus veniente motu caloris, in corde ſtabulantis, ita expanditur & dilatatur: quemadmodum acidi ſucci aliis humoribus mixti, ebullitionem magnam faciunt.

Nec obſtat, quod liquores acidi per ſe frigidi ſint; quod & in ſe flammam non concipiant; & ideo forte ab imperitis minus apti putentur ad ſanguinem dilatandum. Nihil inquam hujuſmodi natura acidorum obſtat, quare ſanguini dilatando minus idonea forent; longo enim intervallo diſtant dilatando ſanguini conducere, & facile flammam concipere. Quod ſua natura volatile eſt, calore vacans, & penetrandi facultate præditum propter partium ſoliditatem, qualia ſunt omnia acida, id fermentationi eſt accommodatiſſimum: eſt tamen in omni fermentatione dilatatio illorum humorum, in quibus fermentatio perficitur, & tamen quod fermentationis cauſa eſt non facile flammam concipit; dilatatur enim maſſa, non calore intenſo, ſed promotione ſpirituum à ſtatu fixationis ad ſtatum fuſionis & volatilitatis; in quo ſpiritus motum nacti, & à vinculis craſſioris, & torpidi corporis liberati, liberius agitantur; atque ita majus ſpatium requirunt, & ideo maſſam dilatant. Hunc ſtatum, fateor, ſequitur ſæpe calor intenſus, & flammæ emicatio, ſed ipſa inflammatio, & calor intenſus non conſiſtit cum fermentatione. Præterquam quod diſtinguere oporteat inter ſpiritus exaltatos per fermentationem, & inter ſpiritus, qui fermentationis cauſa ſunt, quales ſunt ſpiritus acidi. Aër ſudus, ventus orientalis, potus frigidus, vinum acidulum expandunt, & recreant ſpiritus, non tamen eos incendunt vel inflammant: idem facit acetum, quod etiam egregie ſudores promovet, hæc tamen non ſunt calida. Quicquid autem per inflammationem expanditur, corrumpitur eo motu, diſſipatur, & fermentationis ulterioris incapax redditur. Medicina docet, quoties fermentationem humorum in corpore humano interruptam promovere velimus, nunquam aromata, aut ejuſmodi calida, quæ humores inflammept, admoveri. Sed acida, aut ſale mercuriali volatili repleta. In ſcorbuto præcipue laborat ea vis lienis, quæ effectrix eſt ſpirituum fermentationem in ſanguine producentium: à probatione hujus rei ſuperſedebo, quia omni Medicorum conſenſu id vindicatum ab ancipiti; & extra contentionem poſitum eſt: at in depellendo illo morbo acidis uti ſolemus cum fructu, quæ ex ſale volatili mercuriali macro & ſalino conſtant, quales ſucci pomorum aurantiorum, limonum. Tamarindus, acetoſa, cochlearia, naſturtium, & raphanus iſti morbo etiam conducunt, ſed in corporibus frigidioribus: & vis medicamentalis, quæ iis ineſt, na- riter oritur ex ill-

& ſalino, qui longe differt à mercurio volatili, ſulphureo, & pingui: quid per haec intelligam poſtea exponetur. At Acetum, licet acidum, hujus morbi mala auget; nec mirum, quia ſapor acidus in aceto oritur ex ſale fixo, parum tamen exaltato, & extenuato, propter fermentationem: dum enim ea fermentatione, qua fit acetum, ſpiritus volatiles [illegible] vini, aut cereviſiæ ita exhalantur, ut fuga dilabantur, ſal fixum, quod eſt in iis liquoribus, ex quibus fit acetum, producitur ad ſtatum fuſionis, qui ſtatus aceti non ſufficit in hoc morbo ad promovendam fermentationem. Quanta autem adhuc ſit fixitas in ſale aceti liquet inde, quod ſal in aceto, quod diximus in ſtatu fuſionis eſſe, tertio tantum gradu caloris [illegible]eoſtatur, & ſal ejus fixum quarto: cum alioquin ſal volatile primo gradu caloris in altum feratur in corporibus, in quibus reperitur.

Scorbutus autem, cujus fomes ſemper eſt in liene, nobis etiam viam pandit ad indagandum, quod ſit lienis officium: Quibus lien bene eſt conſtitutus, illi ab eo morbo immunes ſunt; qui illi morbo obnoxii ſunt, iis lien à naturali ſtatu deficit. At fermentationis defectus eſt præcipua in eo morbo cauſa ſymptomatum: ergo recte ſtatuitur vim fermentationis à liene proficiſci, cujus fermentationis beneficio ſpiritus [illegible] in cibo ad ſtatum volatilem promoventur, mitigantur, cruditatem, co[illegible]quuntur; & aſperitatem [illegible] exuunt: & dum ita lævigantur, & mutuo in ſe agunt, intentis qualitatibus [illegible], mediis inter ſe vinciuntur; & [illegible] commodum humorem temperantur; quibus peractis, corpus inde [illegible] & alacre redditur: fermentatione [illegible] effectum & languidum jacet: [illegible] cruda atque inconcocta [illegible] ut maturatione & con[illegible] ſanguini propria, tota maſſa ſan[illegible], & torpida atque ſpiritibus [illegible] languet; & cum propter cruſi-

tatem tales ſanguinis partes nullo vinculo uniantur, & facile à ſe invicem ſeparentur, ſingulæ eo damno mulctant humanum corpus, cui producendo aptiores ſunt. Spirituum vacuitas in maſſa ſanguinis, torpidum reddit corpus, nec ſinit hominem ſeſe erigere ad alacritatem, partes fluidæ, & acres, propter immaturitatem nervos ubique lancinant, mollem carnem exedunt: partes craſſiores & fixiores oſſibus gravitate ſua atque acrimonia, quibus qualitatibus ſal fixum prædictum eſt, moleſtiam & dolorem creant. Et hinc jam liquet, unde veniat nullum alium morbum, tot, tamque diverſis malis hominem obnoxium premere, atque urgere, quam ſcorbutum. Pariter manifeſtum eſt, quare omnis cibus, qui caret ſpiritibus volatilibus, & abundat ſale fixo, noxius ſit ſcorbuticis.

Sed unum adhuc lienis officium exponendum reſtat; [illegible] quod egregie lienis muniera, ei à natura conſtituta, declarat. In hoc conſentiunt omnes Medici, famem excitari ab acido humore: & in ſame canina acidum humorem eructari ſæpius experientia docuit. Medici autem norunt tales ægros ex liene laborare: & conſtat ex ſymptomatibus, melancholia, triſtitia, obſtructione lienis, &c. illum acidum ſuccum ex intemperie lienis originem habere. Et confirmandæ huic rei non leve argumentum eſt, quod corpus hujuſmodi humorum copia abundans, à febri tamen immune maneat: & id omnibus humoribus [illegible] qui à liene temperamentum ſuum [illegible] qualitatem mutantur, peculiare, [illegible] rariſſime inſtantur [illegible] mentur. His adde, [illegible] acidula magis famem excitare, [illegible] dulcia: & Chymici non præter ra[illegible] macros. & jejunos ſpiritus, aci[illegible] vocant. Corporea, quæ natura hom[illegible] ad paſtum conceſſit, quo magis a[illegible] mercurio macro & ſalino, [illegible] faciant, & famem arcent; quo[illegible] magis referta ſunt ſulphureo pingui [illegible], [illegible] ſolutione famem

mem explent: quale reperitur in carne, pinguedine, butyro, medulla, pane & dulcibus rebus, &c. Qui juſto largius ſeſe repleverunt cibo, & ſtomacho valido prædi- ti ſunt, ut cibum bene in ſuccum & ſanguinem poſſint convertere, illi mane ſalivam dulcem in ore guſtando experiuntur: & quo dulcedo illa major, eò minor appetitus, quo autem fames major, eo minor dulcedo in ſaliva; eſtque tunc ſaliva acrior; & ideo tumoribus atque inflammationibus tollendis aptior. Neque ad aliam cauſam referre licet, quare quidam adeo præ aliis edaces ſint; iidemque ſæpe macilenti, & mole corporis minores: & contra quare pingues & vaſtiori corpore citius ſatiantur, quam quod in quorundam ſanguine, vis à liene fluens, in corpore exundans, ſanguinem acriorem; in aliis pinguedo ſulphurea, quæ ab hepate procedit, ſanguinem humidiorem, pinguiorem, & molliorem reddit.

Atque dico, non ſolum quid ſentiam, ſed etiam quid contendam, omnes, in quorum ſanguine dominatur qualitas fluens ab hepatis naturali conſtitutione, minus edaces eſſe iis, in quibus exundat lienoſus ſanguis; dummodo maneat intra terminos & gradus, quibus ſanitas continetur. Hæc omnia confirmant opinionem eorum, qui docent appetitum famis oriri ex acido ſucco in ſtomachum penetrante. Quo referendum, quod narrant hiſtoriæ medicinales, quoſdam ſc. ex triſtitia nimia cruorem evomuiſſe. Non venit itaque acidus ſuccus, famem excitans, ex vaſe brevi, propter valvulam aditum obſtruentem huic humori: neque per venas gaſtricas, coronariam &c. propter eandem rationem, ſed per ramos arteriæ celiacæ; cum aliæ viæ oſtendi non poſſint: & fluit hic ſanguis lienoſus, & acidus per inediam factus, ad ſtomachum, eo modo quo ſeroſus ſanguis ad renes, biliosus ad hepar, tenuis, & cumulatiſſime coctus ad habitum corporis: frigidiorem, craſſiorem & compactiorem ad lienem fluere, experientia & accuratior naturæ humanæ contemplatio convincit.

Quantum autem à calore abſit ille ſuccus, qui famem excitat, inde manifeſtum eſt, quod in omni febri, in qua fere ſemper exceſſus caloris eſt, appetitus pereat: & nulli magis à cibis abhorreant, quam in quorum ſtomacho bilis abundat. At vice verſa, frigidi ſucci in ſtomacho, licet vitioſi atque corrupti, famem acuunt. Et referunt hiſtoriæ, famem caninam non ſemel excitatam intento frigore proficiſcentibus per nivoſas & frigidas regiones. Virginem quandam ille morbus invaſit poſt immodicum horariorum fructuum eſum; & frigus in orificio ſtomachi ſentiebat. Quod autem infantes, & pueri ita edaces ſunt, quamvis acidus ſuccus in iis, propter humiditatem, & mollitiem partium ſanguinis, videatur non poſſe exerere efficaciam ſuam, id tribuendum tenellæ infantium carni atque cuti, & ſanguinis atque humorum tenuitati, qua evenit ſpiritus cito diſſipari, & ſanguinem benigno ſucco deſtitui; qui defectus reparari debent frequenti paſtu. Præterquam quod ideo infantes frequentius cibo refici debeant, quia cibo nutriuntur, in quo partes plurimæ, nutritioni aptæ, ad ſtatum volatilitatis perductæ ſunt: aut quod cibo paſcuntur, qui ſolido nutrimento caret; & ideo hujuſmodi particulæ volatiles maſſam ſanguinis citius deferunt. Notum omnibus carnem ſalinam, aut fumo induratam præbere nutrimentum ſolidius & firmius. Qui veſcuntur cibis, qui ſulphureo pingui abundant, eoque tantum parum exaltato, nutriuntur uberius, & latrans ſtomachus rarius interpellat; quia tardius iſtorum ciborum partes nutrientes ad ſtatum volatilitatis perducuntur, & ideo diutius in ſanguine hærent. Fructus horarii minus ſatiant & nutriunt, quia quod in iis nutritioni aptum eſt, id exiguum eſt, & facillime ad ſtatum volatilitatis evehitur: quod autem [illegible]

pereſt, caret ſulphureo pingui; & ideo parum aut nihil nutrit.

Id adhuc penſitandum reſtat: unde tanta ſit ſympathia inter ſpiritus, qui Venerem excitant, & inter eos, qui tunc dominantur in ſanguine, quando lien prodeuntibus annis efficaciam ſuam exerere incipit in homine. Qui Veneri inepti ſunt, rarò iis morbis obnoxii ſunt, quos lien producere ſolet. Eunuchi varicibus, & hæmorroidibus rarò, aut nunquam infeſtantur. Stimuli ad Venerem homini adeſſe non ſolent antequam lien, evicta humiditate, & mollitie, quæ eſt in ſanguine, & ſpiritibus juniorum, hominis temperiem flectere incipit. Caſtrati rarò, aut nunquam arthritide laborant: etiam illi, qui languide Venerem exercent, & quorum ſanguis humidus & mollis eſt, ab eo morbo feriari ſolent, quorum autem ſanguis abundat ſolidis & ſiccis particulis, quæ à liene oriuntur, iis articularis morbus familiarior. Et ſi quando fœminæ arthritide corripiuntur, quod iſti ſexui infrequens eſt, tunc ſolent illæ eſſe temperamento atrabiliario, corpore ſicco, compacto & ſolido, cute fuſca, capillis nigris, animo intrepido, voce ſonora, quæ omnia ſunt indicia vim lienis in hujuſmodi corporibus dominari. Solent etiam illæ acrioribus Veneris ſtimulis agitari propter ſpirituum & ſanguinis acrimoniam, niſi ſiccitas temperamenti modum excedat. Experientia docet omnia animalia circa tempus coitus alacriora eſſe; & quantam alacritatem addat ſpiritibus, qualitas illa à liene procedens, ſupra expoſuimus. Quam parum conducat ſanguis lienoſus pinguefaciendis corporibus ſupra traditum. Sed etiam Veneri parum idonei, qui propter humidiorem & viſcidiorem ſanguinem facile pingueſcunt. Vites hircire dicuntur, cum luxuriant frondibus, & tamen paucas uvas ferunt; hinc tranſlatione ab hircis, qui, cum pingueſcunt ultra modum, non generant; [illegible]andi ſunt, antequam generare poſſint. Lepus ſalacillimum animal eſt, at caro ejus indicat atrabilarium ſuccum in eo dominari: equus, & taurus acerrimè & impetuoſè concitantur ad Venerem; & canis animal libidinoſum eſt: non ſunt tamen iſtæc animalia ſanguinei temperamenti, in quo humiditas & calor dominatur, ſed ſicci & calidi; quam temperiem lien producit, quando calor intentior, ab aliis partibus corporis procedens, ei ſuccenturiatur. Gallus gallinaceus valide Venerem exercet; etiam gallina victrix in pugna tales animos aſſumit, ut maſculam Venerem exercere conetur: hæc autem animalia generoſitate equi indolem referunt; & ideo veriſimile eſt ſimilibus ſpiritibus ſanguinem iſtorum animalium vegetari. Nimia Venus viſum lædit, memoriam labefactat, ſtomachum debilitat, quia præcipue eos ſpiritus exhaurit, qui lienis vim impreſſam habentes, ſupradictis partibus robur addunt.

Agnoſcimus quidem tales lienoſas & acidiores ſanguinis partes effœtas jacere; neque ullos ſtimulos appetitui Venereo addere, ſi corpus frigidius ſit. Id tamen ſupra enumerata argumenta, & exempla docent, lienoſum ſanguinem, calore accedente, robuſtas & validas vires Veneri ſuppeditare. Sanguinem temperamentum molles & effœminatos quidem reddit homines, etiam fœcundos, pruriuntque libidinoſè, ſed citò [illegible] illa virtus; & exhauſto quicquid [illegible] ſpiritibus ſolidius atque vegetius eſt, [illegible] lieni imputandum. mollitie & hu[illegible] diffluit animal. Nec id quidem [illegible] poſſumus, plurima animalia circa [illegible] tempus incipere libidinari; quia [illegible] tempus humidum & calidum eſt [illegible] notandum id præcipue obſervari in [illegible]alibus ſicciori-bus, ut in felibus, [illegible] damis, cervis, avibus, &c. [illegible] enim aliter evenire poteſt, quam [illegible] ſiccitas, mediocri humiditate temper[illegible] ad libidinem animalia incitet. Et [illegible] percenda præcipua

Oooooo

pua cauſa, quare fermè reliqua animalia omnia ſtatis temporibus libidinentur; homo autem omnibus tempeſtatibus illam voluptatem expleat: eſt enim homo temperatiſſimum animal, quod nec veris humiditate, nec æſtatis calore ad generandum indiget; at animalibus ſiccis veris humiditas affundit gratam humiditatem, qua libidinoſa fermentatio excitatur: & hæc eſt ratio quare damæ & cervæ conſuetum anni tempus libidinando anteverttant; quando tempeſtas humidior eſt.

Jam ultimum dicemus, quod forte reliquis omnibus præmittendum fuit, quia uſum & officium lienis egregie manifeſtat, quod ſcilicet quicquid in cibo & ſanguine craſſius, & fœculentius eſt, ad lienem rapitur; ut illud ſuo calore adventitio, quo præditus eſt propter arteriarum copiam, & propria fermentandi vi, ſubigat & mitiget. Qui in paluſtribus habitant, iis lien major, & melancholicus ſanguis craſſior: quia lien corruptus craſſiorem ſanguinem attenuare, & ad ſtatum fuſionis, aut volatilitatis convenienti fermentatione evehere non poteſt. Et hæc eſt ratio, quare medicamenta, acribus, duriuſculis & craſſioribus partibus prædita, in lienem primo operationes ſuas prodant, virtutemque ſuam manifeſtent. Aloë, iis, qui hæmorroidibus ſubjecti ſunt, præcipue ſua acrimonia moleſta eſt: medicamenta, quibus Medici uti ſolent in obſtructione lienis, craſſioribus & durioribus partibus conſtant; qualia ſunt ſcolopendrium, agrimonia, cortices radicum capparum, centaurium, Ariſtolochia, &c. Ferunt Piſces, qui ſquammas habent, liene carere, concedit illud nimirum in ſqammarum ſubſtantiam, quod propter lienis abſentiam, per fermentationem commodè attenuari non potuit. Febris quartana, ut notum eſt, oritur ex craſſis humoribus, qui concoctione difficulter ſuperantur. Pulſus intermittens, qui familiaris ſcorbuticis, & etiam aliis ſpleneticis, non commodè referri poteſt ad aliam cauſam, quam ad fæculentum & craſſum ſanguinem, hærentem in liene. Id etiam Medicis experientiâ non poteſt non eſſe compertum, nullum vaporem aut humorem, ex aliis partibus, aut viſceribus hominis ad cor venientem, ei ita inimicum eſſe, quam illum, qui ex liene procedit. Et ægri, qui ex ſplene laborant, ut plurimum conqueruntur ex illa parte corporis, quæ ſedes lienis eſt, vaporem ad cor aſcendere, qui eos in cordis anguſtias conjicit, & lipothymiæ periculum creat. Scorbuticis illud ſymptoma invadit ſæpius. Exiſtimamus cauſam referendam ad craſſum, auſterum, & fixum vaporem, qui ad cor pergens, partim difficilius in corde dilatatur, partim ſpiritus animales, qui in cordis nervis ſunt, & per quos cor movetur, opprimit, & ſtrangulat: quemadmodum contingit in ſopore, in quo craſſus vapor ad cerebrum, calore febrili ſublatus, plexum choroidem & nervorum principia obſidet, & ſpirituum itum & reditum liberum impedit. Eadem mortis cauſa iis eſt, qui carbonum fumo in camera, quæ ad nullum aëris flatum patet, ſuffocantur. Et cum cordis palpitatio ex variis oriatur cauſis, ſæpeque iis accidat, in quibus calidioris ſanguinis, aut ad dilatationem aptioris non comparet ullum veſtigium, (quod alioquin ſæpius palpitationis cordis cauſa eſt) ſed de quibus potius ex multis argumentis veram conjecturam facere licet, eos fermentationis defectu, & frigiditate ſanguinis, in liene hærentis, laborare, non erit præter rationem, ſi dicamus, palpitationem efficere aſperum, incoctum, & fixum ſanguinem, qui cor lancinans & pungens irregularem & inconcinnum illum motum efficit: quemadmodum ſternutatio & pandiculatio ab hujuſmodi humoribus producitur. Et ſæpe ea conſtitutio ſanguinis cauſa eſſe poteſt iſtius lypothimiæ, quæ ſcorbuticis frequens; quatenus partes illæ fixæ, & craſſæ, quicquid in reliquo ſanguine vola-

tile eſt, ligant: quemadmodum ſal fixus, mixtus aquæ vitæ, eam nudam deſtitutamque omni virtute relinquit; imbibens quicquid eſt ſalis volatilis in aqua vitæ: eo fermè modo, quo additione ferri vitriolum miteſcit; & acetum plumbo affuſum: ſic ſpiritus ſulphuris pulveri corallorum affuſus aciditatem exuit; & ſuccus cydoneorum, aquæ chalybeatæ mixtus, ſaporem perdit: ſic acetum mixtum lytargirio aureo triturato exuit aciditatem ſuam. Sexcenta hujuſmodi referre liceret, ſi non eſſet præter ſcopum, nec ſpes eſſet alio loco de iis fuſius diſſerendi.

Priuſquam his finem imponamus, dubio obviam eundum eſt: quare ſcilicet lienem frigidum vocemus, cum tamen arterioſo & calido ſanguine abundet; & quare calor ille lieni non ſit naturalis, quandoquidem ei à natura datum ſit hujuſmodi arterioſo ſanguine abundare, & lienis vitio tribuendum ſit, ſi eo careat: cum alioquin non ſufficiat iis operationibus, quibus deſtinatus eſt à natura, & quibus ceſſantibus, corpus humanum ilicò ægrotat? Reſpondemus lienem jure meritoque potius frigidum, quam calidum vocandum; idque duplici de cauſa. Primum, licet arterioſus & calidus ſanguis lienem copioſè permeet, ſubſtantiæ lienis temperiem tamen non immutat; imo nihilominus fortaſſis plus, quam pulmones ſanguinem arterioſum refrigerat. Deinde, etiamſi lien per affluxum calidi ſanguinis acquireret vim calefaciendi, non ſtatim tamen ideo calidus vocandus eſſet; ſed id corpus propriè eo nomine inſigniendum, cujus particulæ ita ſunt [illegible], ut vel ſuâ ſponte, vel leviſſi[illegible] externâ accedente inter ſe [illegible] celerrimè agitentur; ita ut ad [illegible] cauſam externam referri poſſit, quæ corpus, quod calidum vocatur, [illegible] in ſuum obſequium, & [illegible] motum calori proprium. Sic [illegible] poris ferri candentis, & [illegible] tenuiores particulas, ferro vim adurendi communicat, non ideo tamen ferrum, ejuſque particulæ tenuiores agitatæ, corpora calida vocanda ſunt. Sic nec metalla, nec ſucci metallici, utcunque præparati, calidi ſunt vocandi, quia de terrea natura præcipue participant; quamvis corrodendi vi prædicti, ſæpe caloris ſenſum in partibus corporis viventis excitent: ſi autem illud ſufficeret ad corpus aliquod calidum vocandum, auſim dicere nullum ferme corpus in natura eſſe, quod non ſit in calidorum numero ponendum. Aqua, terra, marmor, adamas &c. erunt dicenda corpora calida, quando minimæ eorum particulæ vi caloris extranei concitatæ, calorem & aduſtionem efficiunt: imo corpora natura ſua frigidiſſima, erunt dicenda calidiſſima: quo enim corpus compactius, ſiccius, & ſolidius eſt in ſuis minimis particulis naturalibus, eo frigidius eſt; at eædem illæ particulæ, per motum & calorem peregrinum ad motum calori proprium, impulſæ, acrius urunt, quam quodvis corpus naturale (quantum ego uſu comperi) ſua natura calidiſſimum. Illud corpus itaque natura ſua calidum eſt nominandum, quod nullo, vel tam levi calore peregrino intercedente, caloris ſenſum efficit, ut cuivis conſtare poſſit, tam debilem cauſam non poſſe ſufficere ad producendum in corpore naturali illum motum, in quo formalis ratio caloris conſiſtit. Quis ſanus [illegible] calorem qui in lingua eſt, par[illegible] producendo illi calori, quem guſt[illegible] experimur in aromatibus? Et contra[illegible] quis negabit, quin in flamma [illegible] quæ emicat in corpore ſolido, præſ[illegible] cauſæ, quare corpus ſua natura frig[illegible] & à motu, qui calori proprius eſt [illegible] horrens, moveatur ad leges motus, [illegible] eſt in flamma. Atque ita quis nobiſcu[illegible] non agnoſcet, illas partes corporis ca[illegible] non eſſe vocandas, quæ peregrin[illegible] coactu vehementi, concitantur [illegible] motum calori affinem? Generale au[illegible] noviſſimum duci-

diſcrimen, quod eſt inter corpus natura ſua calidum, & inter id, quod peregrino calore calet, illud eſt, quod corpus natura calidum, ſi refrigerantibus ſiſtatur motus illi corpori & calori proprius, corrumpatur: corpus autem, quod peregrino calore calet, ſi pariter refrigerantibus calor ejus ſupprimatur, revireſcat potius ad priſtinum, & majorem vigorem. Calorem autem formaliter in certo motu conſiſtere tot eruditi viri jam probatum dederunt, ut fruſtra eſſet id argumentis aſtruere. Poſſem jam pergere ad reliqua; & eorum quæ dicta ſunt ſummam faciendo, concluſionibus ex præcedentibus elicitis, totam lienis œconomiam pertexere: ſed cum in præcedentibus frequens ſit facta mentio ſaporum, & præſertim acidorum: ſtatus fixationis, fuſionis & volatilitatis ſpirituum in cibo: & ex cognitione maſſæ ſanguineæ innoteſcat clarius lienis munus, ob rem erit, ſi de cibis atque ſaporibus aliquid in medium proferamus: cujus cognitio Philoſophica fructuoſiſſima iis erit, qui ſupra Medicorum vulgus in Medicina ſapere ſtudent; & ſine qua cognitione, partium mercurialium, ſulphurearum, & ſalinarum naturam nemo rectè intelliget; & quibus non explicatis, fruſtra foret in exponenda lienis natura operam ponere.

---

## Cap. II.

### *De Cibis, atque ſaporibus; & ea occaſione de natura partium mercurialium, ſulphurearum & ſalinarum.*

Accuratior Philoſophandi methodus rejecit omnes qualitates diſtinctas à corpore, & rectè omnes corporis operationes ad motum, quietem, figuram &c. retulit. Sapores itaque ex iiſdem cauſis originem ſuam habent; & id corpus ſapore præditum dicend[illegible] ſum guſtus ita afficere aptum natum eſt, ut inde in illo ſenſu, prædictis corporum proprietatibus, talis operatio excitetur, quam ab anima perceptam homines guſtationem vocare ſolent. Quod itaque linguam tantum pungit, lancinat, adurit, corrodit, aſtringit, illud ideo ſapore non erit præditum, quia guſtatione non percipitur: & corpus quod proprio loquendi modo inſipidum vocatur, illud eſt, in quo nihil ſaporis guſtamus. Saporis ſpecies decem diverſæ communiter recenſentur, dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, & ſalſus: plures, dari, qui ex his mixtis oriuntur, certum eſt, ſed hi principes ſunt, & nomine donati.

His ita præmiſſis, venit nunc in diſquiſitionem, quid illud proprium ſit in corporibus, quod guſtum ſapore afficit. Viſum affici globulis æthereis certo modo motis, demonſtravit *Cl. Carteſius*: aër tremulus & colliſus, auditum verberans, ſonos excitat; tactiles qualitates in plurimis corporibus oculis etiam cognoſcuntur: & per analogiam talium cum reliquis non eſt difficilè de cæteris formare judicium. Exiſtimamus autem lectorem non refragaturum, id recta via, & methodo aſtrui eſſe cauſam ſaporum, quod omne corpus, in quocunque reperitur, ſapore præditum conſtituit; & id corpus rurſus inſipidum reddit, quod eo deſtitutum eſt. At verò in quocunque corpore reperitur mercurius, ſulphur, aut ſal, illud ſaporem prodit; modo id corpus ſenſum guſtus attingere poſſit: quod his tribus ſimul caret, illud mihi inſipidum vocatur. Quid autem hiſce tribus velim, exponam: quia apud Medicos, & Chymicos non ſatis conſtans, & ſtabilis iſtorum nominum uſurpatio eſt. Per mercurium intelligo tales corporis naturalis particulas, quæ quidem duriuſculæ & compactæ ſunt, tamen di[illegible]urnam concoctionem non ferunt, [illegible]tim avolant: ad motum ce-

tamen corpus ſuum deſerunt, quia non diſficulter ad ſtatum fuſionis aut volatilitatis perducuntur: & ideo in quocumque corpore hujuſmodi mercuriales ſpiritus copioſi ſunt, illud non fert ætatem, & cito corrumpitur; & corruptum vappeſcit, neque alium ſaporem in eo ſuperſtitem relinquit. Suntque illæ particulæ mercuriales præcipuæ cauſæ acidi ſaporis ſine aſtrictione; quales experiri licet in vinis acidulis, pomis citri & aurantiorum, in piris & pomis acidis communibus.

Per ſulphur contra hujuſmodi corporis particulas intelligimus, quæ pingues ſunt, diuturnam concoctionem ferunt, non cito evaneſcunt; aut corpus, in quo ſunt, deſerunt; neque citò ad ſtatum fuſionis aut volatilitatis perducuntur; diutius coctæ amareſcunt, minus vivide & acriter linguam feriunt, & cauſa ſunt ſaporis ſuavis, & ad dulcorem accedentis: particulæ autem hujuſmodi plurimæ reperiuntur in carne, pinguedine, pane, medulla, &c. Per ſalem intelligo tales particulas, quæ macræ, duræ, aſperæ, & craſſiores, atque terreſtriores ſunt: quæ diuturnam concoctionem ferunt: non cito evaneſcunt; nec facilè ad ſtatum fuſionis, aut volatilitatis perducuntur: linguam acriter feriunt; & cauſa præcipue ſunt ſalſi & acerrimi ſaporis: qualis in ſale, vitriolo, alumine, tartaro, &c. reperitur. Tartarum [illegible] in numero, licet acidum præſeferat ſaporem, cum illa aciditas eſt à ſpiritibus volatilibus mercurialibus, quos admixtos habet; quibus à tartaro ſeparatis, ſtatim ſalſus & acerbus ſapor ſe offert.

Omnes autem hæ particulæ in triplici ſtatu differentia conſiderari debent: in ſtatu fixationis, fuſionis, & volatilitatis. Statum fixationis vocamus, quando illæ particulæ, aut aliis particulis ad motum ineptis, aëre incluſæ ſunt, aut particulis viſcidis deſtitutæ ſunt, quarum opera emergere poſſunt & exaltari. Particulæ mercuriales in tali ſtatu ſunt in fructibus, & vinis immaturis: particulæ ſulphureæ in hujuſmodi ſeminibus & eduliis, quæ initio ferme inſipida ſunt; & ubi matureſcere incipiunt, dulceſcunt; & reliquas ſulphurearum particularum qualitates, ſupra recenſitas, acquirunt: particulæ ſalinæ in vitriolo & tartaro & ſale illo, quem communiter fixum vocamus. Status fuſionis eſt, quando hujuſmodi particulæ liberari incipiunt à ſtatu fixationis, &, ut ita dicam, incarcerationis; aut per volatilitatem aliarum partium incipiunt exaltari. Talem ſtatum præcipue obſervare licet in eduliis, quæ ſulphureis particulis abundant, ut in carnibus: & quo magis in ſtatu fuſionis ſunt, eo plus ſaporis præbent; quo minus, eo magis inſipida ſunt: ut ovum, farina tritici, gummi tragacantum, Arabicum &c. In aliis cibis iſtum ſtatum non ita obſervare licet: quia aut particulæ fixæ manent, aut cito tranſeunt à ſtatu fuſionis ad ſtatum volatilitatis: aut quia idem corpus mixtum ex diverſis particulis conſtans, eas partim exaltatas, partim fuſas, partim fixas habet; eaſque vel mercuriales, vel ſulphureas vel ſalinas: & hujuſmodi edulia gratiſſimi ſunt ſaporis. Status volatilitatis eſt, quando, aut omninò liberati ſunt ab aliis particulis ad motum ineptis, aut copiæ particularum volatilium ita innatant, ut ad leges motus earum agitentur: & hujuſmodi particulæ exaltatæ parant abitum, & fugam reſpiciunt: & unumquodque corpus tunc in ſuo genere maximè ſapidum eſt. Sed raro tale corpus reperitur, quod omnes particulas fixas, fuſas, aut volatiles habet, ſed ita natura comparatum eſt, ut corpora naturalia ſimul ſub triplici ſtatu illas particulas contineant; licet in aliis partes volatiles, in aliis fuſæ, in aliis fixæ abundent.

His ita generatim conſtitutis, propius ad ſingularia quædam contemplationem convertere lubet. Primò quidem liquet ex ſulphurearum partium natura, illa edulia, ſi nihil aliud in [illegible], plurimum nutrimenti conferre, [illegible] abundant partibus.

tibus ſulphureis, qualia ſunt, quę ſuo ſapore ad dulcedinem vergunt. Notandum autem, dulcedinem eſſe duplicem, pinguem & mixtam: pinguis reperitur in carnibus, medulla, pane &c. eaque plurimum nutrit. Mixta & macrior in ſaccharo, melle, ficubus, paſſulis, &c. quæ omnia minus nutriunt, ſed etiam minus olei continent. Et quamvis edulia, quæ pingui dulcedine abundant, bene nutriant, non ita tamen alacres ſpiritus generant, quale vinum; tum quod per naturam noſtram ad ſtatum volatilitatis non facile perducantur: cum etiam, quod longiſſime abſint ab acidorum natura. Licet itaque cibus ſulphureo pingui abundans, plurimum nutriat, & copioſos generet ſpiritus, alacritatem tamen corpori non addit, niſi ſpiritus mercuriales iis miſceantur. Talibus itaque particulis quidem abundat ſanguis nutritioni aptiſſimus. Et eſt hepar, quod ſua ſulphurea & pingui humiditate atque calore, ſanguinem in ipſo ſtabulantem, aut potius chymum, ei mixtum, ad illum ſtatum fuſionis perducit; & ſulphureas ac pingues illas qualitates in ſanguine generat; unde evenit eos, qui hujuſmodi ſanguine abundant, facile pingueſcere. In talibus autem hepar communiter humidius eſt, ideo facilè ſudant; ſudorque pinguior & ſquallidior iis ex corpore exhalat; quod ex induſiis, & linteis, quæ proximè corpora eorum contingunt, apparet: ſed ſolent illi etiam eſſe ingenio liberali, & moribus candidis, atque commodis &c. Quibus autem hepar ſiccum eſt, aut alia ratione ſulphureo illo pingui deſtitutum, illi macilenti & graciles ſunt: & ideo in iis, qui hydrope laborant, caro difficulter generatur: quia caro ex ſulphureo pingui fit; & ſanguis hepatica qualitate, ut ita dicam, præditus, potiſſimum humano corpori materiam, ex qua conſtat, præbet. Hinc etiam liquet, quare carnes putridæ, & fæces humanæ tam male oleant; omne enim calidum pingue, quod male

olet: oleum, ex carne humana arte chymica extractum, fœtet inſigniter; quemadmodum allium, in quo calidum, & humidum male coctum, abundat, ingratum odorem à ſe ſpargit. Hinc etiam aqua arte chymica deſtillata ex carnibus, non nutrit: partes enim nutrientes in carne, ſtatum fuſionis non tranſcendunt; & ideo non facile tolluntur in altum. Præterquam quod propter pinguedinem & viſciditatem ſuam non facile liberari poſſint à partibus fixis: quicquid enim pingue eſt ramulis abundat, quibus aliis corporibus implicatum eſt, & tenacius iis adhæret: & hæc cauſa eſt, quare maculæ ex oleo in veſtibus tam difficulter tollantur.

Alterum, quod notandum exiſtimamus, eſt, quod ſulphurea pinguia, ſi nimium adurantur in fermentatione, amareſcunt. Quod pinguia, quæ aduruntur, amareſcunt, coqui quotidiano uſu experiuntur. Carnes omnes ſi adurantur, amarorem contrahunt. Omnes amaritudines, quæ dulcedinem ſequuntur; & quæ ſedem ſuam habent in ſulphureo fixo; quod ſc. longa fermentatione volatile fieri non potuit; & ita diutius agitationem caloris fert, ex nimia concoctione ſulphurei fixi oriuntur. Poma dulcia, quando putreſcunt, quo plus ſulphurei pinguis habent, eò amariora fiunt. Huc referendum, quare caro hominis inedia extincti, & à reliquis ſociis itineris, extrema penuria laborantibus, comeſta, amarum ſaporem exhibebat: & præſertim circa venas. Jam obſcurum eſſe non poteſt, quomodo fel in corpore humano generetur: ſulphureæ enim ſanguinis partes aduſtæ amareſcunt, & convertuntur in bilem: neque puto in hepate tantum bilem generari, ſed ubique in toto corpore, ubi fit concoctio & fermentatio ſanguinis; quemadmodum etiam reliqua excrementa, ſerum, & fæculenta nutrimenti pars, ubique invenit & arteriis ...

evacuationi talium excrementorum. Sic Medicamenta purgantia ex omnibus venis, & arteriis inſita ſua qualitate, ſeparando partes fæculentas à benigniori ſanguine, & facultatem expultricem irritando, eaſdem ad alvum depellunt. Idem ſtatuendum de lotio. Non tamen puto ipſum hepar eſſe receptaculum bilis; ſed ſanguinem, ad bilis naturam vergentem, ad hepar propelli, ut ibi hepatis benigna qualitate, humida ſcil. & pingui, noxam & damnum reſarciat, quo nimia coctione, diutius in corpore hærens, auctus eſt. Quod autem ita deflexit à priſtina natura, ut hepatis facultate ſuperari nequeat, id ad veſiculam biliariam relegatur. Et hæc cauſa eſt, quare circa hepar bilioſi ſanguinis copia ſemper reperiatur: quare in ira, à cava hepatis parte, nervorum & fibrillarum ope, ſanguis in cor influens iſtam animi paſſionem augeat & intendat. Inde etiam eſt, quod ii, quibus hepar ſiccum & calidum eſt, bile abundant; hepar enim ſic affectum, potius auget, quam temperat ſiccam & calidam ſanguinis intemperiem.

Liquet etiam ex ſupradictis, plurimum poſſe intereſſe inter bilem & bilem. Quorum ſanguis conſtat partibus ſulphureis pinguibus, in iis ſanguinis aduſtio tardior fit; & generatur tunc bilis flava, acris, [illegible], & conſtans particulis, quæ non ita diſſipantur; quare etiam iis ira vehementius accenditur, & diutius durat. Quod ſi caliditas in hujuſmodi temperamentis excedet, in talium hominum corporibus regnat aduſta bilis; quæ eos ad pertinacem & ferocem iram pronos reddit; ſed ſunt etiam animo intrepido, & ad pericula fortes: hujuſmodi tempera[illegible] dominari in Wallonibus, [illegible] Leodienſibus. Bilis autem, quæ generatur ex partibus minus ſulphureis & aquoſioribus, minori eget calore ad generationem; acris & flava quidem eſt, ſed aquoſioribus conſtans particulis, [illegible]eſcunt: qui ea bile abundant, facile excandeſcunt; ſed cito eorum ira ſubſidet. Bilis autem, quæ generatur ex ſulphureis partibus macribus, & aquoſis, qualis in fructibus horariis, ea porracea eſt, & conſtat partibus potius frigidis, quam calidis; amaritudinem contrahens ex levi calore, & fermentatione prava, qua partes pingui, & bene cocto humido carentes, & levi coctione ſubactæ; atque ideo aſperæ, & parum levigatæ, facile aduſtionem contrahunt. Et hinc cholera morbus non raro ex fructibus horariis; aut ex cibis malo ordine ingeſtis, majorique quam fert natura copia: inde fermentatione convenienti impedita, qua accidit partes chyli, chymi, & ſanguinis convenienter miſceri non poſſe, eædem facile aduruntur. Iſtius rei effectum, quem periri licet in ardore ſtomachi, quem Belgæ vulgo de *ſoy* vocant. Medicorum alii morbi iſtius cauſam referunt ad frigidos, crudos, & male coctos humores; alii ad bilem: vera cauſa, meo judicio, eſt crudus & male coctus humor, ſed parum aduſtus; quæ conſtrictio humorum ſi non corrigatur, poſtea porraceæ bilis naturam induit.

Liquet etiam [illegible] quare carnes animalium ſanorum nunquam amaro, auſtero, acerbo, acido [illegible] falſo ſapore prædictæ ſunt: quod enim [illegible] nutritioni aptum eſt; & corporis partibus per nutritionem apponitur, id ſulphureum eſt; & ideo nunquam tales ſapores producere poteſt. Et hæc dicenda habui de ſulphure in animalibus; & præcipue in homine; circa quem præcipue medicina verſatur.

Nunc pauca dicemus [illegible] intelligimus ſalem [illegible]. Per ſalem non tantum [illegible] communiter ſic [illegible]; aut quem ex plantis & vegetabili[illegible] norunt elicere Chymici: quales ſunt [illegible] abſinthii, cardui benedicti, &c. ſed [illegible] illud, quod qualitatibus, ſupradictis, prædictum eſt; quas hic denuo [illegible], non eſt operæ pretium. Nullum [illegible] mixtum eſt, quod hujuſmodi [illegible] non contineat;

Digitized by Google

neat; & quicquid hujuſmodi particulas multas poſſidens in corpus aſſumitur, difficulter ſubigitur: ad ſtatum fuſionis, aut volatilitatis vix perducitur, nutrit parum, ſpiritibus vix miſcetur; quare nec cerebrum turbat, nec vigorem ſpiritibus addit: ideoque vix alium uſum corpori humano præſtat, quam quod cibis ſaporem conciliet, & putredinem arceat: & ſi in cibis plurimum ſalis fixi ſit, fermentationem impedit, imò reliquos humores ad ſtatum fuſionis, & volatilitatis perductos, figit, & conſtringit: quod experientia ſatis docet in uſu ſalſamentorum. Et novimus aquam vitæ, quæ ſpiritu acido, & ſale volatili abundat, omni virtute deſtitui, ſi ſali fixo miſceatur. Cum autem lien deſtinatus ſit ad fermentationem promovendam; & ideo ad illum, quicquid fæculentius fixiuſque eſt in ſanguine, vehatur, inde evenit cibum illum tam noxium eſſe, qui ſale fixo, aut fuſo abundat: & hæc cauſa eſt, quare acetum ſcorbuticis, & acidum vomentibus adeo noxium exiſtat: aciditas enim, quæ in aceto eſt, non ex partibus mercurialibus, neque ex ſale volatili, ſed parum tantum fuſo oritur: in eum ſc. ſtatum nimia illa fermentatione perductum, qua novimus acetum fieri: & fermentatione, qua ſpiritus volatiles attenuati, & fugientes ex liquore, ex quo fit acetum, reliquum ſalem fixum in eodem liquore ad ſtatum fuſionis perducunt, & nonnihil attollunt. Et ideo ſal ille in aceto tertio caloris gradu attollitur, cum ſal ejus fixum quarto tantum gradu attollatur: & ex illo ſtatu fuſionis ſpirituum in aceto, oritur illa vis attenuandi & penetrandi. Spiritibus autem ſulphureis, acidis, ac volatilibus diſſipatis, in eo liquore, ex quo fit acetum, prodit ſe acidus ille ſapor; atque ita conſtat iſtum ſaporem non eſſe à mercurio; non magis quam aciditas ſpiritus ſalis. Liquet etiam, quare acetum ita æſtum temperet, & ignem extinguat; ejus enim partes ſatis duræ, fixæ & compactæ ſunt; & ideo non facilè vis ignis illius partes flectere poteſt ad regulas ſui motus; quemadmodum flectit aquam, quæ luculento igni injecta, flammam ampliorem facit: illud acetum tamen, propter ſtatum fuſionis, ſatis ſubtile eſt, & ſufficienti vi agendi præditum ad ſeſe inſinuandum poris materiæ incenſæ.

Acetum autem ita generari inde conſtare poteſt lectori, quod, quo ſulphureum pingue copioſius in liquoribus reperitur, eò tardius aceſcunt; ſpiritus enim non ita diſſipantur. Præterea, quorum liquorum partes minus ſunt volatiles, illæ etiam diutius immunes ſunt ab aciditate. Spiritus amari in lupulo, volatiliores ſunt, quam in abſynthio, & ideo amaror in liquoribus ex lupulo citius perit, quam qui ex abſynthio. Neque ſufficere tantum fugam ſpirituum volatilium ex liquoribus, ad efficiendum acetum, ſed etia[m] ſalem requiri, liquet, quod illi liquore[s] qui ſale carent, aut parcius illum po[ſſi]dent, poſt fugam ſpirituum non aceſcu[nt] ſed vappeſcunt aut amareſcunt; illi ſc. [qui] ſulphure abundant amareſcunt, ſucci [au]tem limonum, aurantiorum, &c. [poſt] ſpirituum abitum, non aceſcunt [nec] amareſcunt, ſed vappeſcunt: pauco [enim] ſale præditi ſunt; & ideo hi ſucci ne[que] nè muriæ vicem præſtant; acetu[m au]tem optimè putredinem arcet, ſic [ut] omnes. Nemini itaque mirum vi[deatur] quod ſuccus limonum, aurantioru[m] ſcorbuticis proſit; acetum aute[m] plurimum: quandoquidem tant[um] illorum naturam interſit. Sic tam[en ni]hil aliud obſtet, modo vere a[cida] & ex mercurio orta, & non ex [fixo] aut volatili aciditatem ſuam hab[ent, ta]lia ſunt ſpiritus ſalis, vitriol[i,] tartari, &c.

Reſtant de mercurialibus quædam dicenda; ...
etiam deſ...

ticulis id proprium ſit, quod facilè ad ſtatum volatilitatis evehantur, & celeri motu ferantur; cibiſque & potui gratiſſimum addant ſaporem: qualem experiri licet in vinis acidulis & pomis acidis, ſequitur illas alimentis vividum quidem ſaporem conciliare, ſed qui citò petit: cum ſulphureum pingue pauca quantitate in iis rebus ſit, in quibus ſapor acidus excellit; & ideo volatilitas partium mercurialium nullo vinculo tardatur: cujus vicem optimè in corpore præſtat ſulphureum pingue. Quantopere autem in vinis abundent iſti ſpiritus mercuriales, liquet, quod ex fructibus, qui oleo aut ſulphureo pingui abundant, vina non fiant: ex amygdalis & olivis nullum fit vinum. Vinum rhenanum etiam mercurialium particularum copiam habet: quamvis vividus ille ſapor etiam ſit à partibus ſalinis; & ideo diutius ætatem fert; ſed podagricis noxius potus eſt. Supra autem indicavimus ſalem ad ſtatum fuſionis, ſed præſertim volatilitatis perductum, acidi ſaporis participem eſſe.

Liquet jam etiam, has particulas mercuriales viſciditate, & ſulphureo pingui carentes, non multum nutrire, neque eas facile agglutinari corporis partibus. Hoc quidem iis proprium, quod aſſumptæ in corpus, ſubito ſpiritibus jacentibus & languidis vigorem & alacritatem addant; ſicut id experientia docet in vinis acidulis, ſuccis aurantiorum, &c. Et hæ particulæ mercuriales eo majorem ſpiritibus conciliant vigorem, quo magis exaltatæ, & ad ſtatum volatilitatis perductæ ſunt. Excitant etiam famem; quia detergunt viſciditatem, & ſulphuream pinguedinem à partibus; & ita augent acidum ſuccum, qui in ſtomachum penetrat, [illegible] excitat. Hujuſmodi autem particulæ mercuriales generantur in liene: & horum ſanguis hujuſmodi particulis, ut ſtatum volatilitatis perductis, abundat; & ingenio & induſtria multum poſſunt; & omnia munera parati & idonei ſunt; præſertim autem, ſi etiam multos ſpiritus volatiles habeant ex ſulphureo pingui: ita enim ſpiritus mercuriales minus diſſipantur.

Puto autem ſpiritus animales quam proximè accedere ad naturam partium mercurialium, ad ſtatum volatilitatis perductarum, tum quia ad motum celeres ſunt, cum etiam, quia nullum calorem per ſe excitant in corporis partibus, in quibus ſunt. Imo ſupra exemplis adductis probavimus, corpora illa frigidiora eſſe, per quæ vividus ille mercurialis ſpiritus copioſè diffunditur. Cuivis notum eſt nervos, quibus iſti ſpiritus continentur, frigidos eſſe; etiam cerebrum frigiditate reliquas partes ſuperat. Lien licet arteriis abundet, ſua tamen ſubſtantia frigidus eſt: & morbi ex lienis frigiditate frequentiores, quam ex ejus caliditate exundante. Dolores colici frequentes iis, quibus lien à naturali temperie deſcivit: quod quidem indicium eſt eum frigidæ temperiei quam calidæ viciniorem eſſe. Lien longè melius fert medicamenta calida, quam frigida, tam foris appoſita, quam intus aſſumpta. Partes corporis in quibus ſpiritus animales abundant, ſunt frigidæ præ reliquis; ſicut in genere omnes partes, quæ deſtituuntur ſulphureo pingui. Notum eſt partes genitales minus reliquis partibus frigus ferre poſſe: equis per nivoſas & frigidas regiones pergentibus, [illegible] in partibus corruptela primò naſcitur [illegible] nulla pars corporis citius frigiditatis [illegible] à functionibus ſuis deficit. Poſt coitum [illegible] effluxum adventitiorum ſpirituum [illegible] partes illæ nive Gallica frigidiores jac[illegible] & torpeſcunt. Calidis etiam & acribus [illegible] dulis maximè [illegible] extinguitur. Quod vis excitatur, [illegible] venerei maximè earum amplexus [illegible] ope, in- Quod autem [illegible] nervi, & reperagantur ſpirituum [illegible] potiſſimum deliquet, quod cerebr[illegible] ent; ſicut & reliquæ corporis partes [illegible] tur: quid igitur ſpiritibus animalibus [illegible] oculi nimio coitu debili[illegible]

tur aliud ſtatuendum, quam iſtius temperiei illas partes participes eſſe, qualem hujuſmodi ſpiritus apti nati ſunt imprimere: & qui Venere pruriunt, ideo majorem calorem in corpore non experiuntur; neque quicquam eorum iis accidit, quæ intenti caloris comites eſſe ſolent: non febricitant, non ſitiunt, non rubent; ſed fermè omnia his contraria illis eveniunt: pallent potius, ſitim ferunt diutius, & febri minus obnoxii ſunt. Verum equidem eſt, teſtibus exſectis animal torpeſcere, pingueſcere, vigorem & alacritatem perdere, ſed id non fit propter caloris, ſed fermentationis defectum; quæ in teſtibus fieri ſolet; & cujus fermentationis effectus pares & analogi ſunt iis, quos fermentatio in liene producit: at ſupra oſtenſum eſt, non ſemper calidum eſſe, quicquid ebullitionis cauſa eſt.

Ex his nunc liquet, quales ſunt illi ſpiritus, quibus mens indiget ad cogitandum, acidis ſc. & frigidiuſculis. Quoties autem multi ſpiritus ſulphurei feruntur ad caput, turbatur mens, nec ſui potens eſt. Vina aſſumpta, quo calidiora, eo magis menti officiunt: & quicquid calidum & vaporoſum eſt, ut ſulphureis particulis caput ferire aptum ſit, mentem facilius à ſtatu ſuo depellit; at ſi acidis corrigatur, minus noxium eſt. Vina acidula minus mentem turbant: & ſuccis acidis additis vinis ſulphureis & pinguibus, ſolent tunc illa minus mentem lædere: & contra, ſi vinis dulcia miſceas, veluti ſaccharum, multò citius inebriant. Non itaque ex ſpirituum copia mens turbatur, ſed ex pinguium & ſulphureorum ſpirituum evaporatione ad cerebrum. Et jam cauſa nota eſſe poteſt, quare ægri verſantes in agonia, mente & judicio ſæpè plus valeant: calore ſc. naturali deficiente, pauci ſpiritus ſulphurei aſcendunt ad cerebrum, aut ad ſtatum volatilitatis perducuntur: & ſufficit tamen ille calor exiguus ad excitandos ſpiritus mercuriales, quæ intellectioni ſufficiunt.

Et cum hæc ſit mercurialium particularum natura, & operatio in corpore, liquet jam quomodo ſpiritus animales generentur in cerebro. Exiſtimo iſtos ſpiritus in cerebro nova concoctione, aut fermentatione non fieri, ſed ſimplici percolatione & ſeparatione particularum ſulphurearum. Notum eſt omnibus, quomodò à corpore liquido, per pannum laneum tranſcolato, oleaginoſæ partes ſeparantur; & quomodo idem accidat ſalinis ejus partibus, quando per arenam trajicitur. Qui in mollem cerebri ſubſtantiam contemplationem injecit, intelligit eam peridoneam eſſe ad præſtandam vicem lanei panni, ſeparantis oleaginoſas partes. Nec facilè Medicus, aut Philoſophus aliam rationem reddet redundantis pituitæ in cerebro, quam quod in illo, generatione ſpirituum animaliu[m] fiat ſeparatio partium viſcidarum. Qua[m] autem viſcidum corpus ſit pituita, o[m]nium ferme ſenſuum teſtimonio pro[...] tur. Meritò autem in dubium vo[...] tur communis, & vulgata Medico[rum] ſententia, docens pituitam frigidam [...] cum enim facile vertatur in alimentu[m] ſanguinem, qui temperiei calidæ eſt [...] gida qualitas in eo minima ſit oport[et] cum pituita præcipue abundet in c[...] bus puerorum, & juvenum, in [...] calor in vigore eſt, à frigiditate o[...] poteſt. Nulli magis pituitoſis hu[...] obnoxii ſunt, quam illi, qui h[...] & pinguem ſanguinem habent, [...] molli, & ſucco plenâ ſunt; qu[...] calidi & humidi temperamen[...] ſunt. Fœminæ frigidioris te[...] ti ſunt, quam viri, minus [...] ſcida, hoc eſt, vera pit[...] dant. Exiſtimamus itaque [...] ideo potiſſimum abundare p[...] in eo partes oleaginoſæ & [...] generatione ſpirituum anim[...] rantur à ſanguine: & hæ[...] ciant.

Priuſquam [...]

monendus eſt lector, nos non arbitrari in corpore humano particulas illas diverſas, mercuriales, ſulphureas & ſalinas ita puras ſemper reperiri, ut in ſingulis omnes earum proprietates ſupra traditæ, ſine admixtione aliarum, aſſignari poſſint; ſed exiſtimamus eas ſanguinis partes, quæ propius uni harum trium accedunt, eo nomine notandas; & Medicum atque Philoſophum rectè facturum, ſi in examinandis corporis humoribus contemplationem ſemper convertat ad harum trium particularum naturam, & triplicem earum ſtatum: nam multas ſanguinis ſpirituumque proprietates, multas morborum cauſas harum beneficio cognoſcet. Nunc rurſus ad lienem revertamur.

## CAP. III.

*Propius exponens lienis uſum.*

QUÆ in ſuperioribus tradita ſunt, talem nobis aditum fecerunt ad cognoſcendum latentem, abditumque lienis uſum, ut is nullum ferme amplius poſſit latere. Princeps ejus officium eſt, illi fermentationi incumbere, qua craſſæ & ſiccæ in ſanguine partes ad ſtatum fuſionis & volatilitatis perducuntur. Hinc [illegible] natura, quicquid hujuſmodi fermentatione indiget, aut qualitate ſua ei accedit, quodque fermentatione tali deſtinatum eſt, ad lienem ablegat: qui inſitam ſibi qualitatem, quam nactus eſt in generationis primordiis, eam vim imprimit ſanguini, & ſpiritibus in eo aliquandiu immorantibus, ut mixti reliquæ maſſæ ſanguinis ad lienem fluentis, eam maſſam fermentatione [illegible] velitatione ad ſtatum fuſionis & volatilitatis evehant; & ex hac fermentatione ſpirituum copia in ſanguine oritur. Nemo enim eſt, nullos ſpiritus poſſe e corporibus elici, quæ prius fermentatione ſubacta non ſunt; in quorum autem corporibus fermentatio optime procedit, illi ciborum aſſumptione ad alacritatem & hilaritatem egregie diſponuntur: non minus aliquando, ac ſi vinum aut potum aliquem inebrietantem modice ſumpſiſſent. Et certe nulla alia ratio eſt, quare potus coctus, aut expreſſus ex fructibus, aut frugibus, inebriet, quam quod coctione, & fermentatione partes fixæ ita diſpoſitæ ſunt, ut quam facillime in noſtro corpore ad ſtatum volatilitatis perduci poſſint: & quæ corpora iis ſpiritibus, qui præſertim de ſulphureorum ſpirituum natura participant, plurimum abundant; & qui jam volatiles ſunt; aut ad volatilitatem à natura facilè perduci poſſunt, ea fortiora vocantur, & cerebrum citius turbant. Hæc etiam ratio eſt, quare multi cibi, priuſquam per os in alimentum ſumantur, prius coqui debeant; ita enim fixiores partes præparantur ad fuſionem, aut volatilitatem; & ita facilius ſubiguntur à natura; magiſque nutriunt & recreant. Hinc quidem cauſa manifeſta eſt, quare ex fructibus, in quibus oleum abundat, potus inebrians non fiat? Et quare nullum pingue, & oleum proprie ſic dictum, inebriet: ad ſtatum enim volatilitatis perduci non poteſt, aut ſaltem qualitas, quæ à liene oritur, in ſanguine, ab hujuſmodi alimentis procedente, difficulter dominatum obtinere poteſt; ut ita reliquis ſpiritibus, qui ex ſulphureo pingui ortum habent, alacritatem addat; & hæc quidem prima & præcipua cauſa eſt. Et ideo qui ſcorbuto laborant, in quo morbo præcipue fermentationis defectus ſe prodit, etiamſi vinum largius hauriant, difficulter tamen ad hilaritatem eorum animus erigitur.

Maſſa itaque ſanguinis impraegnata hujuſmodi fermentandi facultate, coquitur, dilatatur, &, ut ita dicam, ad maturitatem diſponitur in toto corpore; ſingulis ejus partibus id conferens quod lex naturæ imperat. In corde ſanguis calefit, in

in pulmonibus ventilatur, in hepate humectatur ſuavi & pingui humore; hepar ſc. id ſanguini præſtans, quod aqua pluvialis leguminibus, quæ in ea coquuntur; quæ in aqua puteali coqui non poſſunt: quia crudior & craſſior eſt; ideoque ſeſe non bene inſinuare poteſt inter minimas particulas leguminum: & hæc etiam cauſa eſt, quare ea in aqua calida prius humectanda ſint quam coquantur: & farina panici, niſi aqua calida miſceatur, & ita φύραμα fiat, non fermenteſcit; non quod aqua calida fermentandi vim habeat, ſed quod laxet & emolliat partes ad recipiendas fermenti particulas. Hepar itaque humectans, emolliens, & laxans ſanguinem crudiorem, præparat eum ad fermentationem; ſed lien proprie fermentationis cauſa exiſtit.

Non eſt itaque lien receptaculum excrementi alicujus in corpore, non magis certe quam pulmo, cor, aut hepar. Sanguis equidem bene exaltatus, & percoctus, non ea copia fluit ad lienem, quam ad habitum corporis: recipit etiam copioſius incoctum & craſſum ſanguinem, ſed qui fermentatione exaltari debet: non quia à natura eò pellitur, tanquam inutile excrementum. Languente autem lienis vi; aut ipſo liene abſente, quod rarò contingit, quid mirum fæculenta materia corpus redundare, & præſertim circa lienem eam hærere? Sed male inde concluditur, lienem receptaculum eſſe iſtius fæculentæ materiæ. Fermentatio itaque lieni debetur, tanquam primarium ejus opus. Sunt aliæ ejus operationes, & officia ſecundaria, nata ſc. ex partium natura, quæ fermentationem efficiunt: quia ſc. illæ partes ſiccæ ſunt, detergunt humiditatem à ſanguine, & egregie putredinem arcent.

Præterea cum iſtæ particulæ duriuſculæ ſint, facile corpus permeant, ſanguinem ventilant, robur, vigorem, & alacritatem ſpiritibus addunt. Et cum hujuſmodi particulæ compactæ ſunt, ...

operationes eorum hominum, in quibus abundant, conſtantiores & firmiores ſunt; & tardius fatigantur. Et hæc eſt cauſa, quare in peſte, & febribus malignis præcipue, acidis utamur: cum enim in hujuſmodi morbis ſpiritus præcipue laborent, unde, iis collapſis, in hujuſmodi morbis virium infirmitas, & pulſus debilitas; & ſine magno calore, & ſanguinis agitatione, ſpirituum ſuffocatio, etiam nulla medicina aptior excogitari poteſt ad addendam ſpiritibus alacritatem, & ſanguini robur; & ſimul ad reprimendam vim veneni, quam acidorum uſus.

Eſt etiam alius, & ſecundarius lienis uſus, quod ſc. fames excitetur ab humoribus, qui acrimoniam, & aciditatem mutuati ſunt à liene; ſed de eo ſupra
quantum ad rei neceſſitudinem ſufficiebat
actum eſt. Cæterum, cum dicimus
liene ſanguinem imprægnari acidis illis h
moribus; quibus ſanguis per totum c
pus fermentetur, id tamen à lectore
ſervari velim, nos non negare in ſto
cho cibum ad chyli tenuitatem perduc
mentationis opera; nihil enim imp
quo minus in diverſis corporis pa
fermentatio fiat: cum ille ſuccus a
diffuſus per totum corpus, ubique
tiones ſuas exerceat, ubi locum &
riam aptam nactus eſt. Neque e
ſtat, quod aciditas illa in ſaliva g
percipi non poſſit; eodem enim
gaveris fermentum in pane eſſe,
ditas non guſtatur. Vis incider
trandi, digerendi & diſſipand
jejunorum ſaliva reperitur, ſa
acidas particulas in ea copioſas
eorundem ſalivæ tenuitas, &
ditas, præ ea, quæ in eoru
ritur, qui cibo ſatiati ſunt
eſt, plurimis acidis particu
tam eſſe. Albicans & tena
tium idem evincit. In ſiti
reæ & ſalinæ deſtituuntu
miditate, ...am acid...
ideo quic...

dæ aptiſſimum eſt. Cibus etiam mediocri tantum partium fluiditate præditus, modo ſit acidus, ſitim minuit, ut tamarindi: oleum contra, corpus humidiſſimum iſti uſui non ſervit: ſuccus citri, aurantiorum, limonum egregie ſitim arcet; & eſt ille ſuccus potius ſiccus quam humidus. Sal prunellæ corpus ſiccum eſt, eundem tamen uſum egregiè præſtat, quia ſc. nitrum conſtat ex plurimis acidis & mercurialibus particulis: neque ponendum in claſſe eorum ſalium, quos ſupra mercurialibus particulis oppoſuimus: quod cum multis argumentis evinci poſſet, ea tamen adhibebimus tantum, quæ ab uſibus, quos in medicina præſtat, deſumuntur: qui omnes tales ſunt, ut ex diametro oppoſiti ſint veri & proprie dicti ſalis effectibus: refrigerat, urinam movet, diſobſtruit, incidit, detergit, temperat calorem purgantem medicamentorum, ſanat combuſtiones, &c. Hoc tamen notandum, in nitro, ſicut in ſulphure proprie dicto ſulphureas quaſdam & pingues partes reperiri, ſed quantitate longe pauciores partibus mercurialibus; quarum partium ſulphurearum beneficio, nitrum & ſulphur ignem concipiunt: quod quibuſdam impoſuit, quaſi hujuſmodi ſucci eſſent natura calidi, & pingues: ſed rurſus in viam.

Non itaque poſſumus in eorum ſententiam tranſire, qui putant chylum, aut ſanguinem liquidiorem, & magis aqueum ad lienem ferri. Nam præter ſupra tradita, etiam hæc obſtant, primo: quod lien viſcus ſiccum ſit; & quando à temperie ſua declinat, [illegible] ad intemperiem ſiccam quam humidam labitur. Deinde ſæpe ii, qui ex liene laborant, os ſiccum, [illegible] craſſi tartareique humores, qui in [illegible] generantur, argumento ſunt, illud viſcus tanta humiditate non pollere, quemadmodum quidam exiſtimant. Quarto nulli aut pauci, quos vitio [illegible], cachexia laborant, aut [illegible] humore multum turgent, aut

tumeſcunt; quod mihi certiſſimum indicium eſt, lienem nihil operis, aut muneris habere circa humores in corpore redundantes. Fateor equidem me ſæpius uſu comperiſſe, catharris & defluxionibus acribus & tenuibus inſigniter eos obnoxios eſſe, quibus lien juſto frigidior eſt; aut obſtructus, aut triſtitia & dolore compreſſus: aut qui natura ita conſtituti ſunt, ut iis lien nervorum & fibrillarum ope minus dilatetur: ſed hujuſmodi defluxiones oriuntur, quod in tali lienis conſtitutione viſcidior ſanguis minus fluat, aut aditum habeat ad cor, tenuiore & liquidiore ſanguine eo penetrante; qui deſtitutus mixtura pinguioris ſanguinis, tunc pungit, lancinat, & extra vaſa facile ſe effundit; atque ita ægrum multis anguſtiis & doloribus mulctat: ſed ille ſanguis non tam copia peccat, quam qualitate: & quia loco non convenienti hæret; & eo ex parte referendum, quod melancholici ſputatores ſunt, iiſque os madet: & vidi non ſemel ægram hujuſmodi compreſſione lienis laborantem, limpidam aquam ex ſtomacho rejicientem. Et hæc documento eſſe poſſunt non repugnare ſanguinis circulationi, quod non ſemper homogeneus & ſui ſimilis ſanguis in venæ ſectione educatur; quodque, qui in principio fluit, ſæpe non referat eum, qui ſub finem educitur. Et præter hanc cauſam aliæ multæ dantur, quare in quibuſdam corporis regionibus ſanguis reperiatur, qui ei ſimilis non eſt, qui alias partes alluit; ſed has recenſere præter ſcopum foret. Hactenus itaque nullas rationes, aut experimenta cognovi, quæ mihi perſuadeant, humiditates ea copia fluere ad lienem, quemadmodum nonnulli tuentur.

Id autem adhuc explicandum reſtat, quo modo ad lienem veniant ſucci, & humores craſſiores, & crudiores; [illegible]que fermentatione ulteriori egent: ut ſpiritibus acidis imprægnati, fermentationis opera ſubtiliores reddantur. Dico non attractione, ſed pulſione iſtas [illegible] particulas ad

ad lienem ferri: neque quemquam admiratio teneat, quomodo partes corporis humani, ratione carentes, ita diſcriminatim ſingulos humores eo pellant, quo uſus & neceſſitas eos vocat, cum tot experimenta, tanquam faces, iſti veritati præluceant. Mentem quæſo lector convertat ad ſympathiam partium, & humorum in corpore humano, quomodo propter cauſam leviſſimam ſpiritus in nervos certos propellantur. Oſcitante uno oſcitat & alter, habet proverbium: ita ad intuitum oſcitantis tot muſculi ſubito, & tamen certo moventur, ſpirituſque in eos influunt. Ad conſpectum rei horrendæ; aut ad cogitationem cibi ingrati, nauſea & vomitus, qui vehementiſſimus motus eſt, excitantur. Levis cogitatio de re Venerea, ſpiritus & ſanguinem ad partes genitales propellit: levis titillatio in naſo ſternutationem excitat. Errhina medicamenta talem in cerebro motum excitant, ut ſuperfluas humiditates per naſum evacuent. Suppoſitorium muſculum ani vellicans, motum inteſtinorum mutat; & hæc mota venas meſeraicas incitant ad illum motum, quo fæces per inteſtina exonerant. At quam abſurdum hujuſmodi medicamentis attractionem adſcribere. Ipſa coprocritica medicamenta, ſanguini mixta, ita venarum fibras afficiunt, ut quicquid in ſanguine fæculentius eſt, purgetur & evacuetur: quod per pulſionem fieri nemo poteſt negare. Sed quid frequentius in medicina, quam criſis. Qua impuri humores, atque corpori noxii, iiſdem vaſis cum ſalutaribus incluſi & invicem mixti, fibrarum in venis opera à ſe invicem ſeparantur, & ad certas corporis partes propelluntur? Nec materia eryſipelatis, aut arthritidis aliter quam fibrarum beneficio in corpore humano ad habitum corporis pellitur. Nec puto lotium ad renes venire eo motu, quo reliquus ſanguis totum corpus permeans, etiam caſu renes alluit; & ita per occaſionem ſeroſitatem à ſanguine renum opera ſeparari: ſed exiſtimo id hac ratione fieri: quando ſeroſitas incipit in ſanguine abundare; aut minus intime cum eo miſceri, ita venas & arterias afficit, ut fibrarum beneficio talis motus fiat in venis, & arteriis, qui appoſitus ſit movendis illis partibus ſeroſis: eo ferme modo, quo ruſtici paleam à frumento certa quadam motus modificatione ſeparant. Non poſſum aliter cauſam aſſequi, quomodo fiat, quod in ſanguinis & humorum colliquatione tam frequenter æger mingat; & quare qui potu ſe ingurgitant, veſicam toties exonerent. Sed præcipue nos eam ſententiam amplecti cogit operatio medicamentorum diureticorum: nulla enim experientia nos docuit iſtæc medicamenta celeriorem ſanguinis circulationem in corpore efficere; qua frequentiore ſanguinis itu & reditu ad renes major eſſe poſſet opportunitas copioſius ſeparandi ſerum à ſanguine: ſed po-
tius exiſtimandum medicamenta diuretica
aut fibras venarum & arteriarum ita af
cere, ut ſerum à ſanguine facilius ſep
retur, ſecernatur & relegetur ad rene
aut in ipſis venis ſanguini permixta ſer
ab ipſo ſanguine ſeparare; quod ſep
tum fibras vaſorum incitat ad motum,
commode ſerum ad renes pellatur.

Nihil autem magis illuſtrat hanc d
tationem, quam motus humorum &
guinis in animi paſſionibus: in quib
diverſitate affectuum alia atque al
guinis pars variè temperata ad cor o
vorum, & fibrarum in venis pellitu
ſio amoris nervos, & fibras circa
chum, & primam regionem ita a
dilatando illas partes commodu
tum præbeant ſuccis alimentoſis
nandum iter ad cor: hinc in iis
tenſior, & robuſtior ſolito: ca
in corpore; & celer ciborum di
titia & cupiditas, cum paſſione
amorem comitari ſolent, no
effectus in corpore operantur.
dium, triſtitia, dolor, nervos
chum & præcordia conſtringu
tia quidem præſertim orifica c

ideo concoctio [illegible], qui hujuſmodi affectibus laborant, tardior, appetitus proſtratus, corporis languor in corpore, pulſus lenteus & debilis; ſentiuntque quaſi vinculum circa cor; quod illud coarctat, & quaſi congelat: hinc, quando tenuior & frigidior ſanguis cor & corpus permeat, & craſſior atque calidior circa præcordia hæret, evenit corpus copiâ ſpirituum deſtitui; nec amplius ſuavi ſucco & calore conſueto perfondi: & inde in iſtis affectibus tot obſtructiones in liene, hepate, & venis meſeraicis. Craſſus ſc. ſanguis, motu carens, ſeſe conſtipat; & morâ ad motum ineptior redditus, hæret in priſtino loco: & quicquid ſibi proximum eſt adurit, conſtringit, & exſiccat. Omnia hæc argumenta cordato, ut credo, lectori facilè perſuadebunt, humores, non attractione, ſed pulſione per humanum corpus variis, ſed determinatis tamen motibus, ferri.

## Cap. IV.

*Compendioſa collectio morborum lienis, eorumque cauſarum expoſitio.*

NUnc reliquum eſt, ut agamus de morbis lienis, non ulterius tamen ingreſſuri hanc orationem, quam inſtituti ratio fert; & quatenus eorum cognitio conducet exponendæ lienis naturæ. Cum naturalis lienis conſtitutio frigidior, & ſiccior ſit (de adventitia ejus conſtitutione, per arteriarum copioſam multitudinem in illud viſcus ſeſe inſinuantium, jam nihil dicemus) in tenella infantium ætate, in qua calida humiditas principatum tenet, pauciſſimi eſſe poſſunt morbi ex vitio lienis contracti. Cum enim natura comparatum ſit, ut quicquid in corpore labefactetur, citius in cognatam ſibi naturam deflectat, illi lienis morbi frequentius homines infeſtant, quibus ſiccitas, & frigiditas cauſam atque ortum præbent; at cum in infantili ætate hæ duæ qualitates lienis ab humido calore admodum temperentur, ratò evenit hanc ætatem cum morbis, qui ex lienis vitio veniunt, conflictari. Verum quidem eſt, obſtructionibus lienis infantes aliquando laborare, ſed rarior tamen iis obſtructio in illa parte corporis, quam in hepate & venis meſeraicis: & illi in iſtas obſtructiones incidunt, qui cibis ſiccioribus, quam ætas fert, nutriuntur. Porro cum arterioſus ſanguis, qui in liene ſatis copioſus eſt, in ætatis primordiis ab humido admodum temperetur, nunquam contingit in pueritia calidum, & ſiccum arterioſum ſanguinem, qui in liene continetur, ita in illud viſcus efficaciam ſuam exerere, ut ipſum lienem & humores in eo præparandos, cogat migrare in ſuam naturam: & ideo febris hectica, mania, cancer, varices, ſcirroſi tumores, melancholia, &c. pueris moleſti non ſunt.

Scorbuto juxta ac adulti, infantes laborant: & omnium conſenſu morbus ille eſt ex vitio lienis; ſed illud etiam iſti ægritudini proprium eſt, quod ad ſui procreationem ſubſidiariam primarum qualitatum operam non requirat, ſed eam tantum, quæ volatilitatem ſpirituum acidorum, quibus lien abundat, ligare & figere poteſt: cum autem humidum & calidum infantile temperamentum, hujuſmodi acidorum ſpirituum volatilitatem nec promovere, nec tardare poteſt; quamvis copioſa humiditas retundet ſpirituum mercurialium in corpore efficaciam, quid mirum hic nihil inter puerum & conſtantis ætatis hominem intereſſe? Scorbutum autem ex nulla alia cauſa oriri id inde manifeſtum eſt, quod ocularis inſpectio teſtetur, neque obſtructionem, neque ſiccitatem, neque ſcirrum aut duritiem lienis in ſcorbuticis defunctis ſemper reperiri, ſed ut plurimum mollem, flaccidam, & facilè cedentem lienis ſubſtantiam; ut digiti extremitate facilè & ſine conatu eam penetres. Neque opus eſt in cura ſcorbuti ſemper aperientia adhibere, multo minus emollientia; neque calidorum, aut frigidorum medicamen-

mentorum hic habetur ratio. Præterquam quod omnium practicorum ſententia ſit à fortioribus purgantibus in curatione hujus morbi abſtinendum eſſe: quod pro documento eſſe poteſt in curatione hujus morbi ad obſtructionem non attendi. Et omnia medicamenta, quæ expugnando huic morbo apta ſunt, volatili ſua aciditate lieni hunc uſum præſtant, ut torpeſcentes & fixos in liene ſpiritus ad conſueta munera excitent: qui fixi ſpiritus, niſi corrigantur hujuſmodi remediis, cruda ſua acrimonia, & fixitate lieni incumbentes, ejus ſubſtantiam diſſolvunt.

Priuſquam autem alios lienis morbos enumeremus, illud animadvertendum eſt, nonnullos morbos ex liene oriri, qui ortum ſuum debent ipſi lienis ſubſtantiæ: alios, qui à copioſo ſanguine arterioſo, confluente in lienem, originem ſuam habent. Quibus ex naturali conſtitutione ſanguis arterioſus calidior, & ſiccior exiſtit; quod iis evenit, quibus hepar moderata ſiccitate calet; & lien pro ſuæ temperata ſiccitate minus frigidus eſt, illi ſicut ingenio, & induſtria valent, ita etiam iis morbis affines ſunt, qui originem trahunt ab exundante arterioſi ſanguinis calore: quales morbi ſunt furor, mania, aneuriſma, febris hectica, ſubitaneus quidam calor præcipue caput, & ſuperiores hominis partes petens; & ſubito rurſus recedens; cordis palpitationem ſæpius, nec raro lypothimiam inducens cum ſudore ſquallido: & hic ultimo enumeratus morbus ſæpius in praxi ſeſe offert; & vix ex toto curari poteſt: quia arteriæ in liene propter calorem, & vehementem ſpirituum motum nonnihil dilatatæ, copioſiſſime arterioſum ſanguinem admittunt; & partes vicinæ illo calore alteratæ, affluentem arterioſum ſanguinem intentiore calore imbuunt; & ita Medicus laborans minuere illum calorem medicamentis frigidis, citius aliarum partium principum vigorem extinguet, quam mitigaturus ſit illud lienis malum. Et nihil utilius compertum in hoc morbo

poſt venæ ſectionem, quam externis medicamentis frigidis, & linimentis lieni appoſitis, iſtum calorem, ut ita dicam, conſtringere; & ita morbum mitigare: quod ſæpius feliciter ſuccedit, ita ut ipſi ægri teſtentur, ſe ſentire calorem illum ad tempus compeſci, & conſtringi: quia licet tunc paroxiſmi moleſtia liberati ſint, experiuntur tamen perpetuum conatum ejuſdem morbi, ita ut facile cognoſcant mali radicem non eſſe ſublatam. Et quibus cordis palpitatio etiam ex hujuſmodi cauſa procedit, iis, poſt venæ ſectionem, nunquam meliori ſucceſſu medicinam facies, quam frigidorum externorum applicatione: quod eo commodius procedit, quia calor ille ſemper in aliqua determinata parte corporis ſeſe prodit; neque in reliquis corporis partibus ſimilem ſui ſenſum efficit; ita ut ægri non querantur calorem
alibi, quam in illa corporis parte ipſi
moleſtiam creare; quamvis interim mim
tatim totum corpus extenuet. Et id qu
dem arterioſo ſanguini peculiare eſt; cu
contra ſanguinis calor, in quo domina
illa proprietas, quam hepar ſanguini co
municat, per totum corpus calo
ſuum excitet; & calida atque vapo
ſua humiditate omnibus partibus cor
moleſtus ſit; qui calor etiam facile t
in febrilem calorem. Cum lienoſu
guis nullum ferme vaporem à ſe ami
corporis partibus exterioribus; 
quis, quas proxime magna copia
tingit, ſuum calorem non imper
ideo talibus manus, & pedes ſa
gent; imo totum corpus exteriu
calorem de ſe amittit; cum tame
riis fluat ſanguis calidiſſimus. S
entia docet infantes omnes ad t
gis calere, quam homines prove
quia in his qualitas, à liene ſa
preſſa, dominatur: in infantib
quæ ab hepate venit. Et cum
lienoſus admodum acer ſit,
particulis duris & compactis
re vehementiori agitatus, p

ſara carnis ſubſtantiam; & in ſulphureo pingui, & tenaci ſedem figit; ibique continuum, & perpetuum febrilem calorem accendit; quem nos febrim hecticam vocamus: qui calor, quia hæret in partibus ſolidis, ſulphureis, & pinguibus firmiter ſibi invicem adhærentibus, non facile depellitur: & pauciſſima medicamenta reperire licet, quæ ſua humiditate eouſque penetrare poſſunt: ſi enim partes molles habeant, humectant quidem, ſed non penetrant; ſi acres, penetrant quidem, ſed non ſatis humectant: & ideo raro, aut nunquam morbus ille expugnatur.

Sunt alii morbi, qui à lienis vitio proficiſcuntur; quando peccante frigiditate, & ſiccitate laborat; & illi morbi frequentiores ſunt. Cum itaque in corporis humani œconomia alimenti, & ſanguinis partes craſſiores, & ulterioris fermentationis indigentes, ad lienem relegantur: quod ſi vel propter peccantem diætam, vel propter defectum humoris in liene, vel propter animi dolorem & triſtitiam, illæ craſſiores ſanguinis partes conſtipentur in liene, primò quidem obſtructio oritur: depravato ſc. diæta partes ſanguinis juſtò craſſiores ad lienem mittit, quæ cum juſta fermentatione deſtituuntur, & convenientem volatilitatem nanciſci non poſſunt, morantur in & circa lienem, & ita obſtructionibus cauſam præbent: triſtitia & dolor partes circa lienem conſtringens, dilatationem ſanguinis impedit, quæ in omni perfecta fermentatione neceſſaria eſt; & ideo licet in tali affectu vis fermentandi in liene integra ſit, & maſſa ſanguinis non omnino deſtituta fermentatione; integra tamen ea frui non poteſt, hinc compactior & fixior manens in liene hæret; & obſtructionis cauſa materialis exiſtit: quam auget effluxus liquidioris & frigidioris ſanguinis, de quo ſupra: unde in dolore illa cordis frigiditas, pulſus debilitas, faciei pallor, & ferme totius corporis refrigeratio.

Supra autem indicatum eſt in ſingulis animi affectibus alium atque alium ſanguinem ad cor mitti; & nullus id inficias ibit, qui concedit varietatem pulſus, coloris faciei mutationem, cogitationum diverſitatem ſine diverſi ſanguinis affluxu fieri non poſſe: quemadmodum itaque ſanguis bilioſus, & ſulphureo pingui deſtitutus circa hepar in ira, ſanguis floridus, ſubtilis, & bene coctus ab habitu corporis in gaudio & lætitia ad cor fluit; ita in triſtitia, conſtrictis partibus circa cor, atque lienem, aquoſiores & frigidiores ſanguinis partes ad cor penetrant: & inde eſt quod omnis ferme triſtitia, quæ in diem abit, comitata ſit obſtructione. Et experimento didici brevi admodum tempore, nulla prava diæta intercedente, tam pertinaces ex dolore & triſtitia natas obſtructiones, ut non niſi longo tempore, & iterato medicamentorum uſu tolli potuerint.

Hæ autem obſtructiones, quamdiu lien propter eas, aut prava qualitate non laborat; aut ipſa materialis obſtructionis cauſa hujuſmodi pravam qualitatem non induit, fortioribus purgantibus commode tolluntur, neque ad tales morbos extendenda regula practicorum; ſc. in ſcorbuto, & morbis melancholicis, qui etiam morbi lienis ſunt, lenibus purgantibus utendum eſſe: nam in poſterioribus morbis materia peccans malignam qualitatem induit: & hanc Medicorum regulam in hujuſmodi morbis tam certam, & probam repperi, ut ferme nihil magis ex uſu ſit, quam ei inhærere: ſi enim in talibus ægris aliter curam inſtituas, fruſtra eris. Sed contra, ſi ſimplex obſtructio lienem occupaverit, niſi fortioribus medicamentis agas, operam luſeris. Modo iis diebus, quibus feriatur ab uſu medicamentorum purgantium, humectantibus materia expulſioni apta reddatur. Cæterum quibus lien robuſtior eſt, hanc obſtructionem diutiſſime circumferunt; & tarde peccans materia, obſtructioni cauſam præbens, degenerat in pravam qua-

qualitatem; ita ut nec melancholia, nec febris quartana, nec ſcorbutus, nec ſimile quicquam ex ea generetur.

Quibus autem lien debilior eſt, in iis peccans humor facile malignam qualitatem acquirit: & illud lieni cum utero proprium & ſingulare, quod vitiatus & debilitatus peccantibus humoribus imprimat labem, non ex primis qualitatibus ortam, aut iis analogam, ſed longiſſime ab iis diverſam, occultiorem ſc. & noxiorem; qualem obſervare licet in ſcorbuto, melancholia, palpitatione cordis, lipothymia illa, quæ oritur ex vaporibus à parte corporis, in qua lien ſitus eſt, ad cor penetrantibus: cum tamen vitiato aut labefactato hepate, in humoribus nihil hujuſmodi malignitatis reperiatur; ſed tantum manifeſtis qualitatibus illi humores noxii exiſtant. Quod ſi acida illa qualitas, quam in liene eſſe diximus, juſto major fiat; & vis fermentandi aliunde non ſit corrupta, oritur inde appetitus cibi juſto major. Quod ſi illa aciditas redundet admodum, tunc non raro appetitus ille immoderatus in famem caninam degenerat; quæ certis temporis periodis recurrit. Quod autem hic morbus ex acido ſucco oriatur, multis indiciis mihi compertum eſt cum cuidam ægro, hoc morbo laboranti, medicinam facerem: nam præter alia argumenta, quæ ſupra enarrata ſunt, ad probandum appetitum famis oriri ex ſucco acido deſtillante in ſtomachum, hæc addi poſſunt. Noſter æger acidum humorem ſæpius vomebat; ſubito illi aliquando facies ſine febri, aut pulſus acceleratione rubebat, propter fermentationem ſc. factam ab his acidis humoribus; quod etiam plurimis accidere ſcio ex uſu aceti. Præterea omnia acida morbum augebant, & mali exacerbationem accelerabant: dulcibus delectabatur, iiſque malum mitigabatur; & nullo cibo citius famem explebat quam libo. Cum à diverſis Medicis multa & varia medicamenta eſſent præſcripta ſine levamine, nulla pejus ceſſere quam quæ ex acidis componebantur: qualia erant cremor tartari, acidum tartari, tartarum vitriolatum; quæ Medici ſuis medicamentis ſæpius miſcebant propter obſtructionem pertinacem lienis, quæ cum hoc morbo conjuncta erat. Et cum multis argumentis hæc obſtructio ſeſe proderet, illud habendum inter præcipua, quod cibus ingeſtus ultrò, & ſine conatu in os redibat; quod etiam in aliis, obſtructione lienis laborantibus, obſervavi. Nulla autem medicamenta magis profuere, quàm purgantia lenia; & vinum medicatum ex aperientibus confectum, addito ſingulis hauſtibus ſyrupi Byſantini & de fumaria, ana ℥ij. His conſtitutio morbida lienis ita immutata fuit, ut omnia ſymptomata mitiora facta ſint; & ampliſſima ſpes ſit ægrum priſtinæ ſanitati reſtitum iri; modò ſe Medico obſequentem præbeat: Sed illud præcipuè probat acidum ſuccum iſtius morbi cauſam exſtitiſ quod licet multis humoribus ægri cor repletum eſſet, ne minimæ tamen fe culæ inſultum paſſus eſt, sed venter bus ſæpius murmurabat; ut ſolet ev iis, qui inediam patiuntur: frigidior erat peccans humor, præterea ſiccu ideo putrefactio non facile ſubſeque quæ febri cauſam præbere potuiſſe de fame canina ſatis.

Cum autem ex ſuperioribus rapi ad lienem partes ſanguinis cr & minus coctas; quæ ulteriori f tione, ſine qua nulla juſta conc poteſt, indigent, evenit lien modi humoribus facile repleri propter eorum copiam minus regendis, atque coquendis, f mores eam qualitatem acqui conſtitutioni lienis, & natu humorum proxima eſt. Cun factato liene, hi humores c præparationem non naciſcan craſſi, frigidi, ſicci, atque nent; & terreſtri naturæ p

rantur ſpiritu admodum auſteri, macri, fixi: in nimia enim ſiccitate humorum concoctio & fermentatio non ſatis benè procedit; & partes humidiores ſanguinis, nacti commodam viam cum reliquo ſubtiliore ſanguine profluunt in cor: unde evenit reliquas partes, juſta humiditate deſtitutas illas hærere circa lienem; atque illic magis magiſque exſiccari; atque ita in melancholicos humores degenerari: quibus id peculiare eſt, quod ſulphureo pingui deſtitutæ ſunt; & ideo admodum noxiæ, & omnino inutiles ſunt in corpore humano. Quivis autem intelligit illos humores melancholicos magna copia generari in triſtitia, quæ vaſcula circa cor & lienem comprimens, craſſiori ſanguini effluxum intercludit, & tenuiori viam liberam relinquit; unde major atque major ſiccitas in illis ſanguinis partibus oritur; & conſequenter melancholici ſanguinis productio: qui poſtea totam ſanguinis maſſam ſua corruptela inficiens, melancholici temperamenti, & triſtium cogitationum cauſa exiſtit. Rarò autem, ut diximus, ex hujuſmodi humoribus febris oritur. Quando autem corruptio eò proceſſit, ut febrilem putredinem ſuſceperit, tunc febres illę diuturnæ eſſe ſolent; quia difficilè concoctio in iſtis humoribus perficitur. Sed de febribus poſtea.

Cum autem hæc fæculentior ſanguinis pars in molles, & ſpongioſas corporis partes influit, ibique hæret, facile in illam malignitatem degenerat, ut cancri naturam induat; ſi præſertim pravis medicamentis exaſperetur. Cum enim ſanguis melancholicus ſiccus & terreſtris ſit; deſtitutus omni ſulphureo pingui, induit facile acrimoniam, aut corrodendi vim: qualem in calce, & omnibus corporibus terreſtribus, quorum ſulphureum pingue aduſtione conſumptum eſt, reperimus. Neque obſtat, quod ſanguis melancholicus natura ſit frigidus; nam quicquid corrodit, id ideo calidum non eſt: ſicut id ſupra expoſuimus. Sed ad corrodendi vim ſufficit hujuſmodi corpora naturalia fixa & dura ſecundum ſua minima naturalia à noſtro naturali calore agitari; & ita caloris inſtrumentum fieri ad corrodendam, & depaſcendam carnem. *Sic ferri candentis* partes, ſua natura frigidæ, adurunt efficacius quam ipſe ignis. Cum autem cancer ex hujuſmodi generetur humoribus, quid mirum, quod perfectam curationem non admittat? Nunquam enim tales humores ad maturitatem & concoctionem perduci poſſunt; deſtituti enim ſunt omni pingui humido, atque omni vegetante ſpiritu, ſine quibus nulla concoctio in corporibus perficitur. Præterquam quod ſua gravitate & acrimonia ita præponderent, ut naturalis calor, corporis poros laxans & aperiens, ſuo motu impedire non poſſit ne hi corrodentes humores circumquaque virus ſuum ſerpendo ulterius ſpargant; & quicquid immediate attingunt, corrumpant. Cæterum cum humores illi ſicci & auſteri ſint, atque omni ſpiritu deſtituti, non agunt in diſtans; neque ſuis exhalationibus ſanguinis maſſam vitiant; ſed tantum per contactum malignam ſuam qualitatem communicant; & ideo mortem non inferunt ſubitò, ſed in diem protrahunt: quod etiam lui venereæ proprium eſt; qui morbus in pituita viſcida, ſed etiam ſicca ſedem ſuam habet; illicque malo ſuo pabulum præcipuè reperit; & in illo ſanguine potiſſimum hæret, in quo qualitas, quæ ab hepate venit, dominatur. Et ideo iis partibus corporis lues venerea maximè infeſta eſt, quibus hujuſmodi ſanguis præcipuè nutrimentum præbet. Et hæc eſt cauſa, quare in hoc morbo hepar maximè laboret: deinde in mali communionem & ſocietatem veniant illæ corporis partes, quæ ex viſcida & ſicca pituita plurimum nutriuntur; quales ſunt caput, oſſa, & ligamenta. Sed jam non eſt tempus, aut locus agendi de hoc morbo.

Ex hoc melancholico ſanguine etiam tumores ſcirroſi naſcuntur; qui ideo difficillimè concoctionem & maturitatem acqui-

quirunt; & induſtria curari debent, alioquin ſi exſiccentur nimium, aut acribus medicamentis irritentur, in malignam cancri naturam ſæpè abeunt. Ideo humidis, calidis, & gummoſis medicamentis tentanda iſtorum tumorum diſſipatio; & ſi id minus ſuccedat, ad maturitatem perducendi ſunt. Quod ſi illa fæx ſanguinis circa lienem hæreat, hæmorrhoïdes producit, quæ, ſi ſanguinem ſtillent, ſaluti ſunt, ſi ſiccæ maneant, graves & acerbos dolores creant. Fiunt autem hæmorrhoïdes fermè eo modo quo varices; tantum cum hoc diſcrimine, quod varices generentur ex ſanguine craſſo & melancholico; qui in venis per totum corpus ſparſus eſt: ſed qui propter ſuam gravitatem & pondus non potens ſe componere ad communes leges motus ſanguinis, paulaim circa inferiores corporis partes colligitur; idque præcipuè in venis à corde, caloris fonte, longius diſtantibus, quia illic motus circulationis ſanguinis tardior eſt.

Adhuc unius morbi natura, quæ vitio lienis adſcribitur, explicanda reſtat, ſc. febris quartanæ; quæ eſt morbus, ſi externa ſymptomata ſpectes, vulgò notiſſimus; ſi abditam latentemque ejus rationem, perſpicaciſſimis etiam incognitus, quemadmodum etiam reliquarum febrium natura in obſcuro poſita eſt. Hujus, ſicut & reliquarum febrium rationem propius nunc intueri lubet, periculum facturi, an ex hactenus dictis, & in poſterum dicendis, ea haurire liceat, quæ ad cognitionem hujus morbi aditum faciliorem parent. Non enim id ambitionis præ nobis ferimus, ut polliceri audeamus expoſitionem febrium omnibus numeris abſolutam.

---

## Cap. V.

### *Continens Apparatum ad facilius intelligendam naturam febrium.*

PRiuſquam aggrediamur febris quartanæ naturam propius exponere, quædam in anteceſſum dabimus, quæ mea quidem ſententia magnopere ad rem pertinent. Cum febris præcipue ſedem ſuam habeat in ſanguine, & ſpiritibus; & diverſum à naturali motum in iis producat; quod ex pulſus celeritate, virium diſſipatione, ſudore, æſtu, & totius corporis ægritudine liquet, videndum qualis cauſa ſit, quæ ſanguinem & ſpiritus movendo, œconomiam corporis humani tantopere turbet. Cum ſanguis ſit corpus fluidum, quivis concedet, eum ſecundum minimas ſuas particulas agitari: & cum nihil ſeipſum moveat, erit aliquid ſanguini intimum, illumque permeans, quod ſanguini motum & fluiditatem conciliet. Cum autem certis motus legibus ſanguis, & ſpiritus in eo moveantur, quibus turbatis, ſanguis & ſpiritus à naturali ſua conſtitutione deflectunt, erit aliqua vis in na tura, quæ per motum ſuum ſanguini corpori fluido conſervet naturam, & pr prietates, quibus indiget, ut ſanus, corpori nutriendo & vegetando aptus tetur. Niſi enim aliqua vis dominar ſanguini & reliquis liquoribus; qua ſecundum certas motus regulas cor fluidi particulas minimas movendo ret, ne ad momentum quidem in ſua gritate perſeverarent: quandoq enim hujuſmodi liquida conſtent pa heterogeneis, ſi illæ promiſcuo, tuito motu moverentur ſine ordin modo, ſingulis momentis diver ſpecies & formas induerent: exemplum habemus in vino, & c quæ tonitru (turbatis ſc. per illuc tis motus legibus,) confundu turbantur. Sic ſæpè evenit vi menti, ſi illud effluendo radat tis digitum, turbidum redd commode ad aliam cauſam ſubitaneas aëris mutationes ir alem conſtitutionem, aut f corpore humano inexſpectata [illegible] qua ſæpe ita degenera

ſanguinis proprietates referat. Sed de his experimentis, & obſervationibus poſtea fuſius ad aſtruendam ſententiæ noſtræ veritatem. Eſt itaque aliqua vis, ſive motus corporis ſubtilis, regentis maſſam ſanguinis, & ejus minimas particulas cogentis ad certas leges motus, quibus liquidum illud corpus in ſtatu ſuo conſervetur. Cum autem ab hujus corporis ſubtilis proprietate pendeat quicquid ferme in ſequentibus dicturi ſumus de febribus; quæque procul dubio fidem non ſunt inventuræ apud lectorem, niſi prius hujus corporis exiſtentia, origo, proprietates & effectus demonſtrentur, operæ pretium me facturum puto, ſi quæ de eo dicenda habeam, nunc recitem: ut ita apparem lectoris animum ad reliqua proclivius admittenda; & me vindicem à quibuſdam calumniatoribus, qui novitatis, & vanæ gloriæ ſtudio nos ferri dicunt ad propinandum populo paradoxa; quaſi in doctrinis, tamquam in præſtigiis mirifici videri velimus. Cum bona itaque venia altius hujus corporis ſubtilis originem, & proprietates acceſſam.

Mundum à Deo creatum eſſe in tempore teſtantur Sacræ Litteræ. Recte tamen diſtinguitur inter creationem primam & ſecundam: creatio prima eſt, qua Deus ex nihilo produxit materiam, & molem illam corpoream, ex qua quicquid in univerſo corporatum eſt, & extenſionem habet, conſtat. Creatio ſecunda vocatur, qua per ſuam omnipotentiam ex illa maſſa enaſci & oriri fecit diverſitatem illam corporum, figura & facultatibus diſtinctorum; quæ tantopere molitoris & artificis Dei ſapientiam & potentiam commendant; & ordine atque pulchritudine ſua homines rapiunt in admirationem, & ad creatoris ſui laudes decantandas invitant. Deus itaque hac ſecunda creatione varie figuravit atque diſpoſuit maſſam primam; quod ſine motu fieri non potuit. Non cadit enim in mentis perceptionem, quomodo variæ formæ atque figuræ ex materia fingi, atque fabricari poſſint ſine partium materiæ diverſa locatione; nulla autem locatio ſine motu. Involvit enim contradictionem, Deum Opt. Max. ſitum partium materiæ mutare ſine motu. Tardare aut accelerare motum pro arbitrio Deus poteſt: & inde exiguo temporis ſpatio efficit per motum, quod natura longiſſimis temporum intervallis tantum effectum dare poteſt. Præſuppoſito itaque in ſecunda creatione novam materiam non fuiſſe productam, ſequitur Deum operâ motus ſecundam creationem molitum. Formæ enim, qualeſcunque eſſe imaginentur, poſt diſpoſitionem materiæ tantum corpori uniuntur, aut ex ea emergunt. Et qualeſcunque iis attribuuntur vires in corpore, cui inſunt, motu eas exſerere debent: omnis enim alteratio materialis motus ſpecies eſt; at omnis motus mutatio loci.

Cum autem recte doceatur à Theologis atque Philoſophis, conſervationem rerum eſſe tantum continuatam creationem; & etiam ſenſuum teſtimonio conſtet, res creatas ortus atque occaſus ſuos certa lege habere, recte ſtatuitur hujuſmodi alterationes, & rerum mutationes motu peragi. Præterea, cum hujuſmodi mutationum viciſſitudines poſt naturam conſtitutam lege naturæ fiant, non miraculo; dicendum eſt Deum certas definitaſque leges motus naturæ indidiſſe; ad quarum normam res creatæ oriuntur & occidunt. Eſt enim lex immutabilis in natura, unumquodque manere in ſuo ſtatu donec inde deturbetur. Neque quicquam corporeum à ſtatu ſuo deturbari poteſt, niſi motu: cum autem hæc in natura ordine fiant; ordinem & leges motus in natura eſſe oportet. Et putamus præter neceſſitudinem eſſe alia inſtrumenta providentiæ Divinæ circa res naturales excogitare; quibus eæ aut oriuntur, aut ſtatum tuentur, aut occidunt. Doctrina doctiſſimorum virorum & obſervatio manifeſtum fecit, animam humanam nihil omnino immediatè con-

conferre ad corporis mutationem; non coquit, non digerit, non generat ſpiritus, ſed hæc omnia agit admirabilis corporis compages; & nexus atque ordo partium inter ſe. Omnibus legitime in corpore humano diſpoſitis, tunc lege naturæ anima corpori humano jungitur; deſtructa juſta temperie aut compage, eadem lege recedit; per ſuam unionem cum corpore hominem conſtituens; per ſuum abitum mortem & ejus deſtructionem inferens. Cum autem nullæ ſint animæ operationes, quæ corporis humani viventis actiones naturales aut dirigant, aut compleant, ſed hæc omnia in corpore legibus motus fiant; ſuſtulit enim jam etiam vulgata Philoſophia animam ſenſitivam, & vegetantem in homine, jure meritoque aſſeritur reliquis omnibus corporibus naturalibus ortus atque interitus cauſam motum eſſe; ſecundum certas definitaſque naturæ leges.

Porrò, cum rerum ortus atque interitus naturalis motu fiat, quo partes corporis diſponuntur eo modo, quem rerum ordo, & lex mundi requirit, ſequitur inde nullum fermè corpus eſſe, quod intimè in ſua penetralia non admittat aliquod corpus, partes intimè, & ſecundum minima naturalia diſponens. Cum enim nihil corporeum quieſcens ſeipſum movere poſſit; & quicquid movetur ab alio moveatur, ratio jubet credere, ſemper aliquod corpus eſſe, aut fuiſſe ſaltem, quod ſuo motu partes materiæ diſpoſuit, ut certam definitamque naturam res naturalis inde induerit. Quod de ſolidiſſimis corporibus negari non poteſt: metalla fundi non poſſent, niſi eorum minutiſſima naturalia motu agitarentur; cum autem nihil ſua ſponte moveatur, neceſſe eſt corpus aliquod ſubtile illa permeare, quod partes concutiat, & diſponat.

Cæterum cum tot ſimul res generentur, atque occidant, idque fiat certis legibus; cum tamen rerum natura diverſa ſit, nec in rebus corporeis quicquam ſua ſponte moveatur; neque formæ aut ſpiritus, aut Deus immediatè res diverſas certo ordine ad motum concitent, ſequitur vim quandam ſtatuendam, diffuſam per univerſum, quæ ſingulis rebus adſpiret, ut ita dicam, facultatem atque initium agendi: quæ vis cum, ſicut conſtat ex ſupra recenſitis, non ſit, corpus aliquod ſubtile eſſe debet, quod permeans totum univerſum, in rebus motum cieat. Quod corpus ſi vago atque fortuito impetu ferretur, non eſſet certus ordo, ſeries, atque viciſſitudo ortus atque interitus in univerſo; quem ordinem, naturam vocamus. Non poſſet enim ſine certa lege motus in natura eſſe fixus, atque ſtabilis ille ordo; præſertim in rebus fluidis, atque liquidis; quæ ſecundum minima naturalia ſua ſunt in motu
perpetuo; & ſpeciem tamen & certum
ſuum ſtatum tuentur ad tempus: cum t
men eorum corruptio documento ſit, pa
tium naturam, ex quibus componunt
non impedire quo minus aliam motus
terminationem facile ſuſcipere poſſint
bitò enim aliquando vinum corrump
aër alteratur, ſanguis in febrem exa
cit: ſequitur inde hujus corporis ſu
beneficio, liquores definito motu a
& liquores in ſtatu naturali con
His adde, multa corpora, putre
obnoxia, diu ab illa conſervari,
qui foris eſt, & ideo varias alte
ſubit, aditus ad ea corpora interc
ad quæ tamen corpus ſubtile pen
tio, & experientia docuit: qu
ſubtile, niſi determinato motu
corpora flueret, & partes fluid
in ſuo ſitu naturali, citius flu
illo corporis ſubtilis corru
quam aëris appulſu; quia co
longè efficacius eſt, & mini
corporis naturalia attingit.

Præterea, cum in vitri ar
ductione tanta appareat hu
ſubtilis efficacia, ut ignis vir
lis materiæ mollities non imp
certa lege penetret vitrum,
fabricet, per quos lumen a

ratio ſuadet eandem efficaciam illud corpus exſerere in omnibus corporibus naturalibus, cum generantur; atque ideo certo atque determinato motu per illa fluere; & partes cujuſque corporis naturalis ita diſponere, ut liberum & naturæ ſuæ convenientem motum per ea ſibi conſervet. Docuit vir doctus, quæ ſit hujus fluidi corporis vis & efficacia in ferro, & magnete, & quales in iis corporibus ſibi formavit poros atque meatus, ut motum ſibi convenientem per ea corpora conſervaret. Neque ad aliam cauſam rejiciendæ licet ſubitas illas ebullitiones, quæ oriuntur in quibuſdam liquoribus, quando ſimul miſcentur; quod à vulgo antipathiæ adſcribitur: novus ſc. liquor admixtus inſinuat ſeſe intime alteri liquori, & impedit corpori ſubtili certo modo per illum fluenti, continuare ordine conſueto ſuum motum; inde lucta, conatus, & pugna inter liquores, quæ ebullitio vocatur. Qui etiam intelligit quomodo fœnum, mediocriter tantum exſiccatum, & arctius coacervatum, ignem & flammam concipit, is concedet corpus ſubtile per gramen cum creſceret, certo motu fluxiſſe: qui meatus, cum ita obſtruuntur, aut arctantur, quando gramen exſiccatur, ut corpus ſubtile conſueto modo illos permeare non poſſit, tunc impetu per eos penetrare nititur; unde calor & ignis. Plura in hanc rem non proferam in medium, cum ab aliis id pereruditè factum ſit.

Exiſtimamus itaque nos recte concludere eſſe tale corpus ſubtile diffuſum per totam naturam, quam non male animam mundi vocaveris; quæ eſt principale creatoris inſtrumentum, quod naturam vegetat, recreat, atque conſervat: quam vim alii vocant calorum, atque aſtrorum influxum, & non male: nam aſtra, quæ proprio lumine lucent, ex hujuſmodi ſubtili corpore conſtant, & ex iis præcipue per totum univerſum illud corpus ſubtile diffunditur, rurſuſque reciproco motu ad illa redit. Et quandoquidem juxta certas leges motus ex hujuſmodi aſtris fluit, diverſa etiam hujus corporis ſubtilis erit vis atque efficacia in mundo inferiori, prout diverſimode his aſtris ſunt oppoſita. Et inde eſt, quod omnis tellus non fert omnia. Et in prima creatione Deus in diverſis mundi plagis & oris, talia animalia, plantas, metalla, atque alia corpora naturalia oriri fecit, quæ ſingula propter diverſum aſtrorum influxum ex varia poſitione eorundem ad diverſos mundi tractus ortum, recreari, vegetari, atque conſervari poterant. Nam licet omnia ex certis ſeminibus, atque principiis naturæ impreſſis in prima creatione generari putem; iſtæc tamen ſemina, niſi aſtrorum, aut corporis ſubtilis influxu conſerventur, & foverentur, diu ſtatum ſuum tueri non poſſent, ſi ſc. ita aſtrorum influxum exciperent, ut eo turbari poſſet naturalis partium ſitus. Sic experientia docet quanti referat qualem ſitum ferrum & magnes habeant ad terræ polos. Et quomodo tota vis magnetis ignis vi pereat, licet reliquas ſuas proprietates integras conſervet. Quamvis itaque in omnibus corporibus naturalibus non poſſimus demonſtrare tales effectus corporis ſubtilis; ratio tamen ſuadet credere illud in omnibus corporibus ſuam virtutem exerere: & ad ejus efficientiam præcipuè referenda eſſe naturæ miracula, & reliqua experimenta, quæ abditas latenteſque cauſas habent.

Et id præſertim manifeſtum fiet, ſi conſideremus hanc præcipuam corporis ſubtilis proprietatem eſſe, quod ita ſe moveat in corporibus, ut ea ratione in iis motum continuare nitatur, qua movetur liberrime: & ideo iis ſeſe inſinuat corporibus, iiſque inhæret, quæ partes ita diſpoſitas habent, ut quadrent legibus ſui motus: manifeſtum id eſt in ſuperficie liquorum ferme omnium. Corpus ſubtile corpora permeans, partes eorum cum generarentur, ita diſpoſuit, adjuvantibus aliis cauſis ſecundis; & præcipue figura par-

partium ejus rei, ex cujus principio aut ſemine ortum habent, ut in nullo alio corpore determinationem, tarditatem, aut celeritatem ſui motus melius conſervare poſſit: & ideò non facilè illud corpus deſerit, niſi incumbente aliqua neceſſitate ab aliis cauſis producta. Corpus itaque ſubtile quod v. gr. in aquæ gutta eſt, non poteſt ita conſervare proprietates ſui motus in aëre, quam in aqua: & rurſus idem illud corpus in aëre, non poteſt ita tueri leges ſui motus in aquâ, quam in aëre: ideo etiam quando pervenit ad extremum ſui corporis terminum, ubi corpus alterius naturæ occurrit, refluit ad interiora ſui corporis: & inde oritur, quod ſuperficies omnium liquorum compactiores ſunt.

Eodem referendum eſt, quod aër, qui foris eſt, aliquando multò calidior eſt aëre, qui ædibus continetur: corpus ſc. ſubtile, quod aëre concluditur, qui in domo eſt, deſerit ſuum locum, quia aër qui foris eſt, alteratus per aliquam cauſam, quæ eadem efficaciâ agere non potuit in aërem domo incluſum, acquiſivit illam diſpoſitionem, ut corporis ſubtilis particulæ majores, & caloris præcipuæ cauſæ in aëre, qui foris eſt, liberius moveri poſſint; ſecundum eas leges motus, qui corpori illi maximè conveniunt: & ideo properat ſe movere in aëre, qui foris eſt: cum autem hujuſmodi particulis corporis ſubtilis aër domeſticus deſtituitur, frigidior redditur. Et fit id eo fermè modo, quo artificioſè ad ignem aqua vitro incluſa, quod nive cum ſale mixta tectum eſt, in glaciem concreſcit: quod experimentum omnibus notum eſt.

Notandum tamen eſt: cum dicimus corpus ſubtile morari in iis corporibus, in quibus ſecundum leges motus ſibi convenientes quam liberrimè moveri poteſt; quod omnibus corporibus, quæ moventur, proprium eſt, non id volumus, quaſi ita inhæreret corpori, ut nihil, aut parum diſſipetur: cum enim ſit corpus ſubtiliſſimum, & verſetur in continuo motu, fieri non poteſt, quin maximâ copiâ diſſipetur: & ideo corpora continuo influxu indigent ſi à corruptione libera conſervanda ſint. Præterquam quod multorum corporum naturalium ea natura ſit, ut corpus ſubtile, & æthereum continuo illud permeet, eorum ſc. corporum ea eſt natura, quæ in minimis naturalibus firmitatem partium, & propter earum partium oppoſitionem determinatam ad influxum corporis ſubtilis poros certo modo diſpoſitos habent; ita ut motus corporis ſubtilis in iis non multum variari poſſit. Prodidit ejus rei exemplum vir doctus in ferro & magnete; & ratio jubet credere in multis aliis corporibus rem ſe pari modo habere: quandoquidem influxum corporisætherei etiam in ſe admittunt. Quæ corpora itaque eam partium mollitiem habent, ut ſemper facilè cogi & flecti poſſint ad leges motus corporis ſubtilis, in iis vario motu movetur, neque recto pergit; & ideo diutius in iis hæret: quæ autem iſtam ſta bilem & fixam partium conſtitutionem a quiſiverunt, ut ſtatum atque ſitum, que primo impetu iis impreſſit influxus æth reus, tueri poſſint, talia citò perm at; & propter impetum, quem na eſt, cum flueret motu quam prox recto per corpus durum, ſuperfic aëris, & aliorum corporum facile rumpit.

Ex vario hoc influxu corporis æ in corpora naturalia; & varia diſp ne partium eorundem corporum fa hujus corporis incurſu atque influx ſimul ex alteratione varia in motu te, figura, magnitudine, quam lud corpus ſubtile cum in oppo curſui corpora influit, exiſtimam omnes corporum naturalium prop Cum enim natura inſtituta à Deo ſas naturales in eodem ſtatu conſ nullam vim excogitare licebit, penetrantem totam naturam rerun corpus illud ſubtile, quod agen

tiendo in natura ſpecies rerum in ſecula propagat.

Liquet jam, quis ſtatus naturalis corporum naturalium in genere ſit vocandus; ſc. qui corpori ſubtili eam movendi facultatem præbet, quam prima corporum per creationem efformatio, & corundem ad influxum æthereum expoſitio flagitabat. Qualis autem influxus determinatio cuivis corpori propria ſit, id non facilius edoceri poteſt, quam omnium corporum naturalium intima natura explicari. Rurſus corruptio corporis naturalis in genere eſt, quando partes ejus ita diſponuntur, ut debitum influxum corpori ſubtili non præbeant. Sed hæc generalis deſcriptio nullam utilitatem confert; cum inde nullius rei naturalis ſtatus, aut corruptio innoteſcat; ſed in genere tantum definitur, in quo rerum naturalium conſtitutio, & earundem corruptio contineatur: ſingularum autem rerum ſtatus naturalis innoteſcere tantum poteſt ex contemplatione proprietatum corporis naturalis; quæ certis legibus, definitiſque temporum ſpatiis ei inſunt. Ejuſdem autem corruptio, quando ad eum ſtatum deflectit, in quo nec priſtini ſtatus qualitates retinet, nec eas acquirit novas, quæ eam evehunt ad ſtatum excellentiorem. Quis autem ſit ſingularum rerum præſtantiſſimus, & perfectiſſimus naturalis ſtatus, id petitur ab hominum teſtimonio; qui ex uſu rei, aut ejuſdem qualitatibus, homines maxime afficientibus, judicant de dignitate, & pretio cujuſque corporis naturalis. Sic judicant fructus immaturos in ſtatu perfectiſſimo nondum eſſe, quia commodiorem uſum præſtant cum ad plenam maturitatem pervenerunt: & ideo illa alteratione non rem corrumpi, ſed meliorem reddi aſſerunt. Et aurum cum purius redditur, non corrumpitur, ſed melioreſcit; quia eâ alteratione ta les qualitates acquirit, quibus ex omnium gentium conſenſu, nobiliores uſus præſtat hominibus.

Notandum tamen eſt, in duplici ſtatu res, quæ deſtruuntur, conſiderandas eſſe: cum corrumpuntur, & cum corruptio peracta eſt. In corruptione facta, etiamſi res pejores qualitates acquirat, quam antea habuit, ideo non dicitur corrupta, aut putrefacta, quia nova res naturalis producta eſt; & quæ prius erat, non manet ſuperſtes in rerum naturâ. Quando autem res naturalis producitur legibus naturæ, id examinandum ad regulam generalem ſupra traditam, quando ſc. certis legibus aut definitis temporum ſpatiis materiæ ſubjectæ certæ imprimuntur qualitates. Sic cum cadaver in pulveres mutatum eſt, pulvis ille non eſt res naturalis, quæ eſt in ſtatu corruptionis; ſed quæ eſt in ſtatu perfecto. Res autem ut corrupta præcipue conſideratur, quando natura corruptionem molitur; & quando amiſſione priorum qualitatum, quas poſſidebat, tales novas acquirit, quæ eam non evehunt ad ſtatum excellentiorem. Sed hæc præter ſcopum. Revertamur ad contemplationem corporis ſubtilis.

Quia autem proprietatum, & naturæ hujus corporis ſubtilis cognitione continetur ferme omne, quod in ſequentibus dicturi ſumus, nonnulla adhuc alia de hoc corpore exponemus: quorum quidem præcipuum illud eſt, quod hujuſmodi cœleſtes corporeique influxus differant magnitudine; unde oritur motuum diverſitas, & influxus in diverſa corpora differentia, diverſæ magnitudinis & conſtitutionis pororum cauſa: & denique, quod rei caput eſt, & præcipuum ſympathiæ & antipathiæ fundamentum, naſcitur inde communicatio operationum inter hæc corpuſcula cœleſtia; qua uniuſmodi magnitudinis corpora communicant inter ſe varietatem ſui motus, & reliquos effectus, quos varia determinatio motus ſolet producere: intactis relictis, & habitis expertibus iſtarum operationum reliquis corporibus, quæ influxum corporis cœleſtis illius magni-

magnitudinis non admittunt. Sic videmus aliquando aërem ſubitaneo frigore aut calore immutari, nullo vento accedente; & manente aëre in loco priſtino: ad nullam aliam cauſam hanc mutationem retuleris, quam quod corpus ſubtile propter certas cauſas moveatur, & pellatur ex locis, ubi antea erat, immutata manente aëris & corporis ætherei craſſiore mole Et fit id ferme eo modo, quo injectis lapillis duobus aut plurimis in aquam circuli diverſi formantur; qui ſe invicem ſine ſui deſtructione penetrant. Sic ſoni diverſi orti ex certa modulatione corporis ſubtilis in aëre, & diffuſi quoquoverſum per templum aliquod ſpatioſum, ſe invicem non deſtruunt.

Porro cum ſonus audiatur, & non videatur, colores autem videantur, & non audiantur; & ſonus nec ex tam longinquo ſpatio ad nos deferri, nec tam ſubitò ad nos veniat, quam lux, & colores; qui ſunt tantum lucis modificatio, iſtorum conſideratio argumentum eſſe poteſt pro diverſitate corporis ætherei, & pro diverſis operationibus ex illa diverſitate molis, & motus, aut ſaltem ejus determinationis, ortis. Et quia tales operationes corporis ætherei nobis notæ, & ſenſibus noſtris familiares ſunt, ideo nulla nos afficiunt admiratione: & in hujuſmodi operationibus nullas occultas qualitates nobis imaginamur: quia ſç. ubique omnibus corporibus hujuſmodi proprietates inſunt. Ita ſi omne corpus virtute magnetica eſſet præditum, non magis admiraremur illam occultam qualitatem, quam gravitatem & levitatem in corporibus. Et cum corpus illuminatum, & aër colliſus ex tanta diſtantia, & tam parvo temporis intervallo ſuas operationes in nobis exſerat; quid miramur ſympathias & antipathias rerum? Miramur canes olfactu tantopere præcellere: aut corpus aliquod in aëre continuo motu agitato veſtigia ſua tam diu reli[illegible] ſed pari jure mirare, ſita habeat, quam nos; cujus beneficio corporis ſubtilis effluxum in aëre hærentem, percipere poteſt. Poſſet te eodem modo in admirationem rapere, quod juvenis viſum acriorem habet, quam ſenex.

Commendat magnopere artificis Dei potentiam & ſapientiam, quod quibuſdam animalibus tam ſubtiles ſenſus indiderit: ſed admirandas operationes beneficio horum ſenſuum perpetratas, ad occultas qualitates referre; & eâ cogitatione aliorum induſtriam ab inveſtigatione veri deterrere, id vitio vertendum puto. Admiramur animalia quædam, remota multorum miliarium intervallo à locis, in quibus nutrita fuerunt, tamen prioris heri domum facile reperire. Sic ciconias & hirundines admiramur, non tantum quo certis temporum periodis eant, & red ant; ſed quod locum priſtinum, ubi tea victitarunt, tam deſtinato volatu petere poſſunt: ſed qui attendit, vel e corpora exhalant vapores, qui diu in hærere, & ab acri iſtorum anim ſenſu percipi poſſunt: aut quod c ſubtile, ſive influxus æthereus ſec varias mundi plagas, diverſam ſui determinationem habeat; quæ animalibus cognoſcitur; & cuju moriam habent, ut relegere poſſ gia, ut ita dicam, totius viæ, tea peragrarunt, mirari deſinet ſimile quid nos in nobis exper dicamus accuratiſſimè à qua p globulorum, aut luminaris c pulſus, & licet in tunica reti pingantur inverſæ, illius ta corporis leviſſima impreſſio cit in nervo, percepta, nos judicandum ſit de ſitu objec oculis cernuntur. Sic qui judicamus ex quo loco ſon quo intervallo ſpatii à nob & ſecundum illam cognit dirigimus. Notum omnib

num ſeſtantur in obſequium temperamenti: nullus tamen ullis externis ſenſibus illam varietatem percipiet; imo nulla alia pars corporis, ſive interna, ſive externa ullis ſignis prodit ſe ab illa varietate motus, & determinationis corporis ſubtilis affici, præter illam partem, in qua anima reſidens, explet munera ſenſus communis. Quid itaque tantopere miramur ſupra notatas operationes animalium, cum nihil iis eveniat, quorum ſimilitudinem obſervare non liceat in nobis; & quorum tota occulta cauſa ſita eſt in organorum diverſa fabrica. Sed ad inſtitutum. Demonſtrant hæ obſervationes, corpus æthereum, univerſum permeans, diverſæ magnitudinis eſſe; diverſamque motus determinationem ſuſcipere: unde operationum tanta diverſitas. Imo inde eſt, quod in uno eodemque corpore naturali tot diverſæ ſint qualitates; recipit ſc. diverſos ætherii corporis influxus; qui diverſas proprietates producunt: unde etiam una corporis proprietas deſtrui poteſt, altera manente integra. In metallis fixitatem partium ex quiete ortam fuſione tolles, metalli tamen proprietates reliquæ manebunt. Chymici argento vivo infinitas induunt ſpecies, & rurſus illud ad priſtinam naturam revocant. Impediunt ſc. per aliquarum partium in ſitu, motu, quiete, figura &c. mutationem conſuetum corporis ætherei influxum: reliquis iſtius corporis particulis minimis naturalibus, in infinitum tamen diviſibilibus, principalem influxum admittentibus; & illius corporis influxus reſpectu, nullam mutationem ſubeuntibus. Idem de glacie, butyro, ſevo & aliis liquoribus, qui facile liqueſiunt, & rurſus ad naturam redeunt, dixerim. Quæ omnia argumento ſunt, corpus æthereum diverſimodè pro diverſitate molis ſuæ, & determinationis motus in corpora inferiora influere.

Sic ſanguis, nulla externa ſpecie, quæ ſenſibus percipi poſſit, mutatus, veneno tamen peſtilentiali labefactatus, documento eſt, eum non ſimplici, aut ſingulari influxu frui. Idem de aëre dixerim. In plantis & aromatis alius influxus, & vis eſt, quæ illas partes in ordinem cogit; quæ oculis, & ſenſibus hauriuntur; & externa ſpecie plantam ornant: alius influxus, qui vires illas iis indidit, quas ſenſus non percipit; & quæ ſæpe evaneſcunt, ſpecie externa manente integra; & quæ rurſus in oleis, extractis, aquis deſtillatis integræ manent; deſtructa ea forma plantæ, quam ſenſus indicat. Cum enim hujuſmodi extracta, & ſublimata tanta agendi vi prædita ſint, non poſſunt carere motu: neque ille motus, & operatio eſſe poteſt abſque influxu corporis ætherei: & cum horum corporum operationes eædem ſint, quas edebant cum craſſiori & fæculentiori materiæ immerſa erant, ſtatuendum eſt æthereum illum influxum non fuiſſe interturbatum, qui in generatione iſtarum virium, adjutus figura plantæ, princeps cauſa extitit; & eaſdem conſervavit, & cum planta eſſet producta, & cum rurſus, quantum ad formam externam, deſtruitur. Et hinc manifeſtum eſt id, quod magneti proprium à nonnullis vocatur, fermè corporibus omnibus, & præſertim plantis eſſe commune: dari ſc. corpus æthereum certæ magnitudinis, certæque figuræ ſingulis corporibus proprium; quodque ideo potius uni quam alii corpori ſuum influxum impartit; eòque magis vergere, quo commodiorem ſuo motui locum reperire poteſt. Sic ad plantas diverſas diverſa fluunt alimenta; & terra, quæ ſterilis habetur alendæ huic plantæ, alteri copioſum præbet alimentum: cum enim vis attractrix in natura non detur, nulla cauſa aſſignari poteſt, præter eam, quam & à reliquis tradidimus, quare ſc. certum & diſtinctum alimentum in hujus potius, quam alterius plantæ radices fluat: & rurſus illa planta, quæ iſtoc alimento crevit, per putrefactionem deſtructa, & terræ reddita, abundans hujuſmodi particulis

culis alimentoſis, eaſdem per terram ſpargit; quæ rurſus in eas radices ſeſe inſinuant, in quibus commodius motum ſuum continuare poſſunt. Et ita quidem per hanc circulationem natura univerſa ſubſiſtit. Sic mercurius auro celerrimè adhæreſcit: & referunt Chymici, aurum aqua regia ſolutum, ſi ei argenti fruſtum injiciatur, argento ſe adjungere, & argento diſſoluto, ſi cuprum injiciatur, argentum cupro ſe copulare, & cuprum, ſi ferrum injiciatur, ferri ſocietatem eligere: ſi autem auro ſoluto argentum vivum miſceatur, præcipitari aurum cum mercurio ad fundum. Sed hæc præter ſcopum.

Ita quidem per totum noſtrum corpus ſubtile aliquod corpus certo modo fluere nemo negaverit: nonnunquam tamen aliud quoddam ſubtilius in illud ſeſe inſinuare, quod priorem motum turbet, præter alia docent dolores; quibus multi obnoxii ſunt, quando tempeſtatis mutatio imminet; eoſque ſentiunt in cicatricibus, clavis &c. qui pedibus moleſtiam creare ſolent; aut in illis corporis partibus, quæ debilitatæ ſunt. Alterius ſc. figuræ & magnitudinis corpus æthereum, propter mutationem tempeſtatis imminentis, permeare incipit plagam illam, in qua habitamus: & cum poros corporis noſtri ad ſuum motum non ſatis diſpoſitos reperit, impetum in eos faciens, dolores & punctiones efficit; & quidem præcipue in iis corporis partibus, quæ compactiores, & duriores, & ſimul ſenſus acrioris participes ſunt: in corporibus enim laxioribus, & mollioribus, aut poros ſatis ſpatioſos invenit, aut facile partes corporis ita flectit, & diſponit, ut motui ſuo convenit, nullo interea excitato dolore propter flexibilitatem partium. Cum hæc ferme omnes, & ſinguli homines experiantur in corpore ſuo: & communes Philoſophi, etiam ex veteri familia, eos effectus referant ad influxum corporis alicujus ſubtilis, miratio me ſæpius detinuit, quid quoſdam moverit, quod tam male traducerent novorum Philoſophorum ſententiam, qui ſympathias & antipathias rerum referunt ad cauſam corpoream. An is male ſtatuit, qui dicit inter ſe, & ventum borealem v. gr. antipathiam eſſe, quia imminente flatu iſtius venti, in quibuſdam corporis partibus dolorem & alterationem experitur, minuti tamen ingenii eſſet, hunc effectum referre ad cauſas occultas; quia non incurrunt in ſenſus. Sic quidem plurima bruta hominibus portendunt tempeſtatum mutationem imminentem: & levis cauſa, quæque ſenſibus noſtris ſeſe ſubducit, faciem & aſpectum maris tam vaſti mutat, cum gravis tempeſtas imminet. Quid itaque miramur homines quoſdam ad felis conſpectum, aut ejus præſentiam, licet ſenſibus externis non perceptam, adeo turbari; & tam graves pati affectus ut nonnulli vomant, alii expalleſcant alii contremiſcant: & propter moleſtia amoliri omnibus modis conantur anim ſibi adeo inviſum. Non poſſunt ſcilicet corpore humido & vivo, quod ſecund minimas ſuas partes continuo agitatur tu, effluere partes ſubtiles, quæ a gentes quædam corporis organa, per uno homine excitent dolorem, triſti & averſionem in alio nihil huju operentur; quia aliter conſtituti Horribilis aliqua ſpecies, ad mu gravidam delata corpore luminoſ phantaſia apprehenſa, fœtum alic defædabit; tenuiſſimus ſpiritus in re fætus id effectum dare poterit fluxus corpuſculorum non poter tum, aut tremorem, aut aliam moleſtiam excitare in homine; pus propter præſtantem illam o fabricam, leviſſimorum corpor ſu magnos & validos motus ſub levis cauſa ſufficit ad excitandam onem; & uno oſcitante oſcit Aliquid aſperum pulmonibus tuſſim crebram excitat; & ſt

ſolis aſpectu, & [illegible]ſione exigui liquoris orta, quanta con[illegible]ntione movet muſculos thoracis. Notum Medicis, ex quam tenui aura ab extremis corporis partibus excitata, morbus epilepticus producatur: ſingultus ſæpius majores cauſas non requirit. Obſervarunt paſtores, & illi qui in [illegible]crutandis naturæ arcanis operam ſuam poſuerunt, plurimum referre qualis ventus ſpiret, boreas an auſter, quando oves pruriunt; humido enim vento flante fœminæ, ſicco & frigido, maris con[illegible]ceptum fieri dicunt. Si tantum poteſt tenuis vapor, ut generationis actum ad ſuas leges flectat, quare hærebimus iſti diſciplinæ aſſenſum præbere, quæ tradit à corpuſculorum tenuium effluxu, eorumque differenti motu, omnes admirandas in natura operationes proficiſci? Et quid mirandum levioribus de cauſis bruta moveri propter organorum conſtitutionem, aut in prima creatione iis inditam ab omnipotente Deo, aut contractam à parentibus. Hoc enim notum eſt omnibus, canes, natos ab iis, qui venationem edocti ſunt, vel ultro ſe proripere ad venationem: vel ſaltem minori cura & opera præceptoris, in ea arte magnos progreſſus capere. Hæc cum ita ſe habeant, an cuiquam à veritate alienum videbitur, antipathias ex ſimilibus cauſis oriri: prolem v. gr. ad felis conſpectum, aut præſentiam contremiſcere, & commoveri, cujus matri, cum haberet in utero, à fele aliquid moleſti accidit. Minima vultus lineamenta propagantur in poſteros in generatione, & propter leviſſimam cauſam: & vehemens alteratio, & humorum commotio in prole nihil operabitur?

Sed meo judicio nihil illuſtrius probat ætherei corporis diverſitatem in magnitudine, & determinatione motus; atque inde præcipuè oriri operationes illas, quas vulgus tam latentes, & abditas cauſas habere putat, quam illa obſervatio, quod teſtudinis chorda aliqua pulſata, in alia teſtudine ſimilis chorda, nulla hominis opera, ſonum excitet. Hujus effectus nulla alia cauſa reddi poteſt, quam chordam certo tenore & contentione tentam, in aëre certas ætherei corporis particulas movere proprio & ſingulari motu, qui propagatus per ſimilis naturæ corpora, chordam alterius teſtudinis everberat, & ita ſonum excitat. Eodem modo, quo ex ſtridore ſecantis ferræ ſtupor dentium excitatur; & nonnullis ea ſpirituum commotio in corpore, ut quidvis potius ferre poſſint, quam hujuſmodi ſtridorem. Certa ſc. aut ſpirituum conſtitutio, aut organorum fabrica ſenſibilem in uno reddit operationem ſubtilis corporis, quæ in alio corpore non percipitur. Tonitru durum corpus confringit, molle tranſit illæſum. Idem, vinum doliis contentum turbat; & corporis ætherei conſuetum & determinatum in eo liquore motum, quo à corruptione conſervabatur, deſtruit: & fit illud, non craſſi aëris ſimplici commotione; idem enim caſus eveniret, quoties ventis aër concutitur, ſed ſubtilioris corporis ætherei vehementi everberatione; qua conſuetum motum continuare non poteſt. Sexcenta hujuſmodi colligere liceret, ſi foret operæ pretium: ſed quæ hactenus de vi corporis ſubtilis dicta ſunt, ſufficient ad explicandam occultam naturam febrium.

---

## CAP. VI.

### De Febribus, & ſpeciatim de Quartana.

QUÆ hactenus explicata ſunt, nunc propius ad uſum revocare lubet: quantopere autem nobis conferent in obſcura illa quæſtione de febribus, ſequentia evincent. Præſupponimus itaque. Primò, utpote in ſuperioribus demonſtratum, corpus aliquod ſubtile maſſam corporis per-

permeare. *Secundò*, ſanguinem in ſtatu naturali conſervari, quamdiu rite & legitime fluxus corporis ſubtilis per ſanguinem peragitur. *Tertiò*, corporis ſubtilis particulas diverſæ magnitudinis, & conſequenter diverſis legibus motus agitatas, diverſimode ſanguinis particulas interfluere: quatenus ſc. ſanguis, conſtans particulis non undique ſui ſimilibus, pro diverſitate ſuarum partium, quæ non æque facile ad omnes leges motus, ejuſque determinationes componuntur, corpori ſubtili præſtat faciliorem ſui motus perpetuitatem: unde patet alias corporis ſubtilis particulas, & quidem aliter atque aliter motas, ſubtiliorem ſanguinis ſubſtantiam, quam florem ſanguinis vocamus, permeare; alias craſſiorem: & rurſus aliter corpus ſubtile moveri in bilioſo, aliter in pituitoſo ſanguine. *Quarto*, corpus ſubtile, omne corpus, in quo movetur, quodque permeat, eo verſus pellere, ubi commodius motum ſuum conſervare poteſt: id quidem inter alia ſupra adducta exempla evincit experimentum, ductum à nutrimento, quo plantæ nutriuntur. Cum enim attractio non detur; & tamen diverſa alimenta in terra contenta, certa lege cedant in nutrimentum alicujus frugis, ita ut terra tandem eo alimento privetur, & ſterilis jaceat ad producendas ſimiles fruges; conſervata fertilitate ad alias alterius ſpeciei fruges producendas, non poteſt id ad aliam cauſam referri, quam ad corpus ſubtile, quod fluens ex ſemine, aut radice plantæ, & regrediens ad eandem, cum commode alibi moveri non poſſit, ſecum adducat corpuſcula, quorum meatibus illud corpus ſubtile eſt implicitum, & quæ nutritioni apta ſunt. Et ideo in nimia diſtantia alimentum ad radicem non venit; ſed etiam neceſſe non eſt alimentum proxime radicem attingere. Et fit ea nutritio eo ferme modo, quo ex magnete, vitro, ſuccino, gagate, cerâ, reſinâ corpus ſubtile effluens, rurſus ad ea revertitur; quia alibi ita commode moveri non poteſt, ſecum tunc adducens corpuſcula, quorum meatibus implicatum eſt: eſtque id, quod vulgus per attractionem fieri putat. Et ex his principiis inquirendum in cauſam, quare inter quaſdam fruges, plantas, & arbores pugna, aut antipathia exiſtat. *Quinto*, præſupponimus in omni febre eſſe motum irregularem humorum, vel ſpirituum, vel utriuſque ſimul; unde etiam quædam ebullitio & fermentatio oritur. Cum enim humores, aut ſpiritus aliter moventur, ac ſolent, corpus ſubtile non poteſt illud conſueto modo permeare; ſed impingens in corpuſcula, nec liberum tranſitum inveniens, naſcitur inde major, atque major humorum & ſpirituum confuſio, & ſimul conatus, atque lucta ſubtilis corporis, ſtudentis conſervare motum ſuum; unde quædam fermentatio, quæ ſanguini naturalis non eſt, oritur: quemadmodum in antecedentibus indicavimus ſubitaneam liquorum ebullitionem oriri, quando quędam differentes liquorum ſpecies miſcentur. Ab ulteriori probatione ſuperſedebimus. Cum ferme omnes docti hujus ſæculi conſentiant, in omni febre fermentationem eſſe; eamque ea ratione fieri, quam in ſuperioribus expoſuimus.

His ita præmiſſis, liquet quidem. *Primum*, quare ſingulas ferme animalium ſpecies ſua peſtis infeſtet; fluunt enim ex peſtis ſeminario μιάσματα quædam, & iis implicatum eſt corpus ſubtile certæ magnitudinis, quod hæc μιάσματα ſive inquinamenta per aëra defert, & ea loca petit, in quibus optime motum ſuum conſervare poteſt; & ibi labem propagat. Cum autem quorundam animalium partes, humores, aut ſpiritus ita affecti ſunt, ut commodiorem & liberiorem motum præſtent illi corpori, quam aliorum, inde evenit talia animalia citius iſta labe infici: quæ labes ſanguine, aut ſpiritibus hauſta, conſuetum ſanguinis, & ſpirituum motum turbat; unde tunc vere morbus & peſtis naſcitur. Neque quemquam miratio tene-

tenent, quod tam exigua inquinamenta totam ſanguinis maſſam ita turbare poſſint, cum natura infinita hujuſmodi exempla exhibeat. Sic labes rabidi canis, exigua licet quantitate corpus hominis attingens, quam graves excitat morbos in ſanguine & ſpiritibus? Et in genere omnes morſus venenatorum animalium exiguum virus transfundunt in corpus, cui labem ſuam communicant. Norunt Medici ex quam levi & tenui vapore, ſæpe tantum ab extrema aliqua parte corporis ſublato, morbus Epilepticus oriatur. Quam exigua aromatum quantitas longe lateque odorem ſuum ſpargit? Sic Opii pauciſſima grana ſpiritus ad quietem componunt, atque ita ſoporem inducunt. Una gutta olei, aut ſpiritus vitrioli, quales operationes producit in liquoribus, fermentationem, aciditatem, coloris mutationem, & quid non? Vinum viribus antimonii imbutum, qualem vomitum convulſivumque motum excitat: cum tamen tam tenuis ſpiritus ab antimonio procedens, vino miſceatur, ut licet vicies infuſionem repetas, nihil tamen ponderis antimonio decedat. Argentum vivum exigua quantitate per ignis calorem in fumum exhalans, quam late ſpargit virus ſuum: ſed rurſus in viam.

Cum autem à tradita cauſa oriatur, quod quædam venena certis, & quibuſdam tantum animalibus noxia ſint, ſic exiſtimandum eſt, eandem cauſam atque rationem eſſe, quare peſtis nonnullos homines invadat, alios autem non attingat: non ſunt enim omnes homines ejuſdem temperamenti: & ſicut in ejuſdem ſpeciei fructibus & frugibus nonnulla eſt diverſitas, orta ex accidentibus; ſic non eſt ſtatuenda minor temperamentorum diſcrepantia inter homines. Et referunt hiſtoriæ quondam peſtem graſſatam Bazileæ, quæ ſolos Helvetios infeſtabat, Gallos, & Italos à noxa immunes habebat. Sic in Gallia morbus peſtilentialis, quem *trouſſegaland* vocabant, plures robuſtos, quam debiles, plures divites quam pauperes interimebat. Scilicet inquinamentum illud Bazileæ graſſans, non inveniebat in Gallorum atque Italorum ſanguine, atque ſpiritibus commodum locum, in quo morari poſſet: & labes illa Gallorum corpora, in quibus ſulphureum pingue abundabat, citius ſubibat; quemadmodum odores non æque omnibus corporibus adhærent. Et notum, argentum vivum nulli corpori facilius adhærere, quam auro: & idem argentum vivum cerebro, nervis, atque medullis pernicioſius, quam aliis partibus corporis: ſicut lues venerea in pingui & ſulphurea humani corporis parte præcipue ſedem ſuam figit. Et inquinamentum ex Pthiſicis fluens, pulmonibus præcipue inimicum exiſtit: ſicut aſperitas, quæ eſt in cantharidibus veſicam præ aliis corporis partibus lædit. Ita qui Opthalmia laborant, inquinant eos, qui obtutum in ipſos dirigunt, atque eundem morbum iis communicant. Quomodo oleaginoſæ partes panno citius, quam linteo adhæreant, ſupra memoratum eſt. Quo referendum, quod urinæ citius lapideſcant in terreis, & præcipuè in plumbeis, quam in vitreis, aut ligneis vaſis: & quod albumen ovi, & ſanguis aquæ ſalſæ mixtus, imbibunt ſalſedinem, & aquam dulcem reddunt. Sic bibula charta orificio alembici applicata, liberum tranſitum præbet ſpiritibus, ſed phlegma chartæ adhæret. Experientia docet, radios ſolis, quos corporeos eſſe mille experimentis probari poſſet, in rebus colore deſtitutis, hoc eſt nigris, facilius hærere, quam in coloratis; & in nullis corporibus minus, quam in albis. Et hæc cauſa eſt, quare vitro radios ſolis congregante citius chartam, atramento illitam, quam albam incendas. Sed de his ſatis ſuperque.

Non adhærent itaque inquinamenta æquè facilè omnibus corporibus; neque corpus ſubtile in omnibus inquinamentis, & locis pari facilitate movetur; & ideo

eò ſe prorumpit, ubi commodius motum ſuum continuare poteſt. Et cum flos ſanguinis, ejuſque ſpiritus proprietate ſuarum partium longè diſtent à reliqua ſanguinis maſſa: quemadmodum ſpiritus vini longè differunt à reliquo liquore, qui ſupereſt, quando vinum vappeſcit, aut aceſcit poſt evaporationem ſpirituum, præcedentibus conſentanea ſententia eſt aliud corpus ſubtile ſpiritus in ſanguine movere, aliud ſanguinis ejuſdem craſſiores partes; & ideo aliquando craſſiorem ſanguinis partem turbari, & confundi poſſe propter impeditum motum corporis ſubtilis, & permeantis craſſam ſanguinis partem, ſpiritibus manentibus integris: & vice verſa, turbari & confundi aliquando ſpiritus, tuente craſſa ſanguinis maſſa ſtatum ſuum. Quemadmodum aliquando vinum turbatur, ut perſpicuum eſſe deſinat, ſpiritibus manentibus in ſtatu naturali; unde etiam illud vinum priſtinas vires ſuas retinet. Argumentum manifeſtum, conſuetum corporis ſubtilis, permeantis craſſiores vini partes, motum turbatum, atque confuſum eſſe; manente legitima motus determinatione in ſpiritibus. Et rurſus vinum & fructus vappeſcunt, aut aceſcunt, externa ſpecie integra conſervata. Sic cum pluvia imminet, plus aqua ſpadana turbatur, quam cum pluit; ſc. propter pluvioſam tempeſtatem imminentem ſubtiliſſimum corpus peniriſſime intrat aquam, & conſuetum in ea corporis ſubtilis motum confundit & turbat. Novimus omnes ex quam levi cauſa fermentatio in cereviſia, cum coquitur, turbetur: & quomodo ſubtiliores ſpiritus, qui fermentatione ad ſtatum volatilitatis evehuntur, labem concipiant, quæ poſtea toti maſſæ communicata, tetro fætore reliquam cereviſiam inficit, totamque maſſam corrumpit. Omnium Medicorum ſententia ratum eſt, peſtem, febreſque malignas præcipuè ſpiritibus inimicas eſſe: & liquet id ex ſubito virium lapſu, pulſus debilitate, urinæ colore naturali, cum omnibus bonæ concoctionis ſignis, ita ut ſæpe nulla nota à ſanorum lotio diſtingui poſſit: etiam conſtat ex exanthematis, puſtulis, delirio in hujuſmodi febribus frequenti, contagio; & quod in diſtans, ut loqui ſolemus, operetur, convulſionibus, medicamentis & antidotis, quæ contra hoc malum adhibentur: quæ hujuſmodi ſunt, ut ſpirituum agilitatem, & robur conſervare poſſint; & novam fermentationem excitare; ſine qua ex nullo corpore veri ſpiritus elici poſſunt. His addendum, quod omnibus peſte laborantibus, quibus per venæ ſectionem ſanguis eductus eſt, venenum peſtilentiale pernicioſius exiſtat. Quæ omnia, quandoquidem peſtis naturam egregie exponunt, propius exponemus.

Cum omnis vis corporis in ſpiritibus ſita ſit, non poteſt in peſte tantarum virium collapſus tam repentinus eſſe, niſi venenum peſtilentiale primum ſpiritus occuparet, ſtrangularet, & extingueret: unde etiam illæ maculæ purpureæ, & aliquando ſubrubræ; quæ non tantum in corporis ſuperficie, aut cute hærent, ſed totam carnis ſubſtantiam penetrant: ſpirituum enim ſuffocatorum ſubſtantia, cum amplius non ventilatur, inſtar vaporum exhalat, & ita corpus maculis inficit; quemadmodum extincta candela nigrum & craſſum de ſe amittit vaporem. Et experientia docet omnes plantas, quando naturalis vis in iis extinguitur, maculis nigris in ſuperficie tingi. Et memini me ſæpius vidiſſe in pomis, quibus corruptio imminebat, ea maculis fuſcis intus deſædari, quæ in rectum totam pomi ſubſtantiam pervadebant. Cæterum cum ſpiritus in peſte ita laborent, quid mirum pulſum in ea debilem, & ſæpiuſcule parum dilatatum eſſe. Præterquam enim quod ipſum cor, quod tamquam muſculus movetur, propter ſpirituum defectum vehementem motum præſtare non poteſt, ita etiam ſanguis ſpiritibus deſtitutus, minus ala-

ductis, & vividus eſt; ideoque, arterias per cordis ſyſtolem ingrediens, minorem pulſum facit. Sed meo judicio id præcipue documento eſt, ſpiritus primum in peſte infici, quod lotium hujuſmodi ægrorum ſanorum lotium referat: id enim fieri non poteſt, niſi quando, turbatis ſpiritibus, & ſubtiliſſimis partibus ſanguinis, reliqua maſſa fruatur motu libero, & convenienti: ita ut concoctioni chymi, & crudioris ſanguinis adhuc incumbere poſſit. Nubecula enim in lotio nihil aliud eſt, quam pars nutrimenti, & ſanguinis, quæ coepit concoqui, ſed in maſſa ſanguinis, quæ fermentationis ſuavi motu coquebatur, contineri non potuit, ſed ſero immixta, una cum illo per ureteres & veſicam excernitur. Quemadmodum enim in ſtomacho concoctio prima legitimè per-agi non poteſt, niſi partes chyli commode & ſuaviter uniantur; atque ita ex cibo maſſa aliqua fiat: ita nec in venis nec rteriis rite concoctio, & fermentatio rocedit, niſi ſanguinis partes, ulterius oquendæ & fermentandæ, commode ſuaviter uniantur, atque ita mutuo ca-e foveantur: ſic fermentatione magis giſque procedente, partes etiam pro-s ad ſe invicem uniuntur, unde contin-partes crudiores, & aſperiores ſemi-as, quia reliquis propter aſperitatem tinari non poſſunt, à maſſa ſangui-ecerni, & ſero, atque ſalinis parti-quæ ſanguinem in venis circum-t, miſceri. Et hæc eſt cauſa quare tio, & præſertim ex ſedimento, aut cula tot indicia Medicus colligere ſt. Quod autem craſſius illud corpus, l in lotio cernitur, nihil aliud ſit, inde citur, quod, quo copioſius & largius imentum ſumatur, quod à naturali re ſubigi poteſt, eo ſemper copioſior lla craſſior pars, lotio innatans: quo au-diutius corpus inedia extenues, eo is magiſque imminuitur. Non poteſt natura coërcere tantum nutrimenti, que commode ſubigere, ut tranſeat in naturam plene concocti ſanguinis: cum autem parcius nutrimentum aſſumitur, poteſt illud natura melius ſubigere, & vi ſui caloris fovere; atque ita reliquis partibus ſanguinis adunire: quæ ſuavis unio ferme prora & puppis eſt in omni concoctione, quæ per fermentationem fit. Sic experimur iſtos fructus, qui ſub dio in arboribus pendentes plenam maturitatem adipiſci non poſſunt, citius auſteritatem & cruditatem deponere, quando plures ſimul componuntur, quam ſi ſinguli ſeorſim locentur; ſic enim calida evaporatio melius invicem communicatur: ſed de his ſatis.

Cum hęc itaque ſic ſe habeant, fieri non poteſt aliquam concoctionem ſeſe in lotio manifeſtare, quando fermentatio in ſanguinis maſſa non procedit. Neque poteſt procedere fermentatio, quando ſpiritus, & corpus ſubtile, quod craſſiores ſanguinis partes permeat, in motu ſuo turbatur: ſed poteſt illa fermentatio procedere ſubtilioribus in ſanguine ſpiritibus turbatis, aut labe infectis, aut ſuffocationis malo minutatim exhauſtis: & licet ad tempus fermentatio procedat, indeque novi ſpiritus generentur, labes tamen naturæ vim ſuperans, extinguit, ut plurimum, novos ſpiritus; & ideo mors peſte laborantes ſæpius occupat. Et falſi quidem ſunt animo, mea ſententia, qui exiſtimant ex ſpiritibus in ſanguine labefactatis nunquam febrem excitari; & tunc peſtem, & febrem ſe prodere, quando venenum ſuperatis ſpiritibus, maſſam ſanguinis aggreditur, atque invadit: quod quia non longe poſt conceptam à ſpiritibus labem fieri poteſt, inde fieri arbitrantur, peſtem ſemper febri comitatam eſſe. Quomodo enim ſpirituum in venis adhuc contentorum, & facientium partem ſanguinis; & iiſdem legibus motus obnoxiorum, turbari poteſt motus, ut cor tamen febrili calore inde non afficiatur. Præterquam, quod, ut dixi, nulla ratio aſſequi valeat, quo-

quomodo tunc homo febri laborare poſſet, & tamen habere concoctionem in lotio: quod tamen non tantum in febribus peſtilentialibus contingit; ſed ſæpe etiam in aliis febribus: & tunc infallibile ſignum eſt ægrum evaſurum; ſi modo æger & Medicus officio ſuo pulchre fungantur: cum enim nullum venenum ſpiritus extinguat, & ſimul fermentatio & concoctio procedat; per quam ſingulis momentis novi generantur ſpiritus, indicio eſt naturam longe ſuperare vim mali: & ideo ægrum evaſurum.

Quibus etiam manifeſtum redditur, quomodo peſtis ſuum venenum tam facile in alios transfundat: cum enim illud venenum præcipue in ſpiritibus hæreat, quid mirum illud longe lateque virus ſuum diffundere. Lues, quæ in craſſis, tenacibus, ac viſcidis humoribus hæret, vix etiam per contactum, ut ita dicam, in alios migrat; ſicut id manifeſtum eſt in lue venerea, ſcorbuto, ſcabie. Quæ autem in flore ſanguinis & ſpiritibus nidulatur, etiam in diſtans labem ſuam propagat; cujus rei experimentum habemus in variolis & morbillis, quorum virus præcipue hærere in ſubtiliori ſanguinis parte (quamvis forte radix iſtius mali intime hominis naturæ infixa ſit) inde manifeſtum eſt, quod per criſin in habitum corporis propellantur: qualis criſis nunquam in talibus morbis eſt, qui originem, & cauſam ſuam trahunt ex fæculentiori ſanguinis parte; ſed ſi tales morbi per criſim ſolvantur, vel alvi fluxu, vel hæmorrhagia &c. mali fomes expellitur. Per criſin autem variolas, & morbillos ad habitum corporis propelli, inde liquet, quod in manibus, plantis pedis & facie præcipue erumpant; cum, maculæ in peſte in iis locis raro, aut nunquam ſe manifeſtant; ſed præcipue in lumbis, pectore, & dorſo. Spiritus enim extincti & ſuffocati, illic ſuæ ſuffocationis veſtigia potiſſimum relinquunt, ubi naturâ copioſiores ſunt ſc. in venis amplioribus: quales reperiuntur in locis ſupra enumeratis.

Nec obſtat, quod radix variolarum & morbillorum tam diu lateat, & hæreat integra in humano corpore; ita ut ſæpe tantum poſt plurimos annos noxam ſuam proferat; id inquam non impedit ipſarum variolarum & morbillorum venenum in flore ſanguinis hærere; quia ſeminarium iſtius mali non ante in fructus erumpit, quam vel totum, vel ex parte volatile ſit redditum; & ita ſeſe ſubtiliori ſanguinis parti miſceat. Et hæc eſt cauſa, quare hujuſmodi morbi aliquando tam longe lateque regnent. Cum enim qualitas quædam dominatur, quæ apta ſit ad excitandam aliquam fermentationem in hoc ſeminario, tunc partes ejus volatilitatem adipiſcuntur, & ſpiritibus ſeſe miſcent, eorumque motum naturalem turbant & intervertunt; unde lucta, & ex lucta victoria in bonum, vel in malum. Sic ſeminalis virtus in maribus, ad producendos pilos in regione pubis, & in mento ad certum tempus torpidum jacet, donec prodeuntibus annis, temperamento eorum nonnihil immutato, illa virtus ad fermentationem excitetur. Sic hæreditarium podagricum malum latet diu in corpore, & raro ante virilem ætatem ſeſe manifeſtat.

Quod ſi autem illud ſeminarium, quod mali cauſa exiſtit, & per occaſionem ad fermentationem, & productionem ſpirituum excitatur, in tali corpore moretur, quod difficulter in totum ad ſtatum volatilitatis perduci poteſt, ſed ſemper aliquot ſui partes fixas retinet, ex quibus nova poteſt ſumere incrementa, & inde de novo pullulare, evenit homines iterum atque ſæpius eodem morbo affligi; quoties nova fermentatione excitata, ſpiritus per eam eliciti, ſanguini ſeſe miſcent. Et quo craſſius atque fæculentius illud ſeminarium eſt, & corpori penitius infixum, eo difficilius morbum illum expugnare licet. Quod ſi ſeminarium hujuſmodi ſit, ut ad fermentati-

tationem excitari poſſit calore, aut qualitate homini propria atque indita, tunc aut ſtatis temporibus periodice ille morbus hominem affligit; ut fit in febribus intermittentibus: aut ſaltem neceſſe non eſt extrinſecus advenire cauſam, quæ fermentationem producat; ut fit in podagricis, & in iis, in quibus pubes & barba generatur; etiam in variolis & morbillis: licet illæ fermentationes cauſis extrinſecis accelerari poſſint. Quod ſi mali ſeminarium ſedeat in hujuſmodi humoribus, qui ſingulis momentis ſpiritus, aut partes volatiles à ſe amittant, tunc homo continuò eo malo laborat, donec totum ſeminarium exhauſtum ſit; ſicut fit in febribus continuis longioribus. Quod ſi ſeminarium certa temporum ſpatia requirat, antequam vel in eo fermentatio excitetur, vel ſpiritus exhalet, certis etiam temporum periodis malum renovatur, ut fit in febribus intermittentibus; ſed de his in ſequentibus.

Diximus ex medicamentis etiam, quæ in peſte adhibentur, colligi poſſe ſpiritus præcipue in illo morbo laborare. Solent enim ſemper talia medicamenta adhiberi, quæ ſpiritus egregie roborare, & concitare apta nata ſunt; qualia eſſe acida medicamenta, ſupra indicatum eſt. Et notum eſt in peſte nullum ferme uſum præſtare ea medicamenta, quæ in febribus communibus adhiberi ſolent; in quibus ſpiritus, non tam ſuffocationis aut ſtrangulationis periculo laborant, quam diſſipationis ex intentiore motu, atque calore. Et cum venæ ſectio magnopere agitationem & motum ſpirituum retardet, & ſiſtat, unde illa refrigeratio in corpore, doloris imminutio; & ſi largiter ſanguis educatur, alvi profluvium, lypothymia, ſudor copioſus, quæ omnia ſequi ſolebant phlebotomiam antiquorum, quibus in uſu erat non raro uſque ad animi deliquium ſanguinem educere: ideo illa in peſte noxia eſt: hæc enim omnia ad unam eandemque cauſam decet referre; ſc. ad agitationem ſpirituum retardatam; unde εὐτονία totius corporis labefactatur; & diffluit, quicquid vi naturæ coërcebatur. Et hæc etiam cauſa eſt, quare ex arteriotomia tam cito vires, & ſpiritus diſſipantur. In venæ ſectione ſpiritus, qui copioſiſſime in arteriis continentur; aut ſaltem cordis calore inſigniter in actum educti ſunt, minus laborant, & ideo hominis naturam tuentur in ſtatu; licet ſpiritus in venis contenti, venæ ſectione partim exhauriantur, partim adhuc torpidiores reddantur. At in arteriotomia agiliſſimi atque actuoſiſſimi ſpiritus tum exhauriuntur, & tum, quod præcipuum eſt, refrigerantur. Et ſi homo cor minus calidum habeat, cujus calore, ſpiritus non tam generantur, quam impetum acquirunt, cito in lipothymiam incidit; ſicut ut plurimum etiam illi eodem afficiuntur malo, quibus in venæ ſectione, aut metu cor conſtringitur, aut vapor ad cor penetrat; qui cordis dilatationem nonnihil impediat. Sed hæc de peſte dicta ſufficiant. Nunc pergat oratio ad aliarum febrium naturam; ex quarum explicatione ſe ultro prodet natura febris quartanæ.

Ex iis, quæ ſupra in medium attulimus, manifeſtum fecimus œconomiam corporis humani ſic ſe habere, ut diverſæ ſanguinis partes ad diverſas corporis regiones amendentur pro diverſitate paſſionum, & qualitatis ſanguinis, qui corpus irrigat. De paſſionibus nihil hic dicendum ſupereſt. De aliis cauſis, quæ diverſis ſanguinis partibus ſua aſſignant loca, nunc loquendum. Cum in ſuperioribus ageremus de liene, de duabus ſanguinis partibus præcipuè egimus, una erat, quæ ad lienem ablegabatur, ut in eo novas ac debitas acquireret qualitates, altera, quæ ad hepar. Quæ partes qualitates mercurialium partium, quarum naturam ſupra expoſuimus, facilius ſuſcipere poſſunt, earumque naturæ ideo propiores ſunt, ad lienem: quæ autem ſulphureæ naturæ magis

magis participes ſunt ad hepar fluere, ſupra indicavimus. In priori ſanguine latet, atque hæret febris quartanæ, in poſteriori febris tertianæ ſeminarium. Dari præter has duas etiam tertiam partem, pituitam ſc. omnes norunt. De duabus illis in ſuperioribus ad rei neceſſitudinem ſatis dictum eſt; de pituita parum: quare reliqua, quantum inſtitutum requirit, addemus.

Putamus itaque pituitam illam partem ſanguinis eſſe, quæ accedit propius illi ſanguini, qui proximè homini in ſubſtantiam corporis abit; & qui ideo ſulphureis abundat partibus: quas ſupra indicavimus præcipuè tranſire in ſubſtantiam corporis: ideo etiam caro excocta albicat; ſic etiam hepar: & cibus largius nutrimentum præbet, qui ex nervis, medullis, & oſſibus conficitur: quæ omnia quam viſcida & albicantia ſunt, atque adeo pituitæ affinia, oculi teſtantur. Notum eſt ſpiritus animales non confici niſi ex ſanguine perfecte cocto: quomodo autem in cerebro ſpiritus illi eliciantur, ſupra indicavimus. Et ideo eſt, quod provida natura eo magna copia perfectiſſime coctum ſanguinem mittat, ut in cerebro ſpiritus animales copioſe emulgeri poſſint: & ideo ſtatuimus pituitoſum excrementum ex cerebro emanans nihil aliud eſſe, quam partem ſanguinis perfectiſſime excocti; ſed ſpiritibus deſtituti: quemadmodum atra & flava bilis ſunt partes ſanguinis mercurialis & ſulphurei, ſed non ita perfecte cocti; etiam ſpiritibus deſtituti; & tamquam caput mortuum ſanguinis.

Cæterum cum hujuſmodi ſubſtantia ſit pituitoſa pars ſanguinis, non poteſt non conſtare partibus tenuiſſimis, ſubtilibus, & leviſſimis: quia cum ultimam, & perfectiſſimam concoctionem adepta ſit multo itu & reditu per cor, & totum corpus, fieri non poteſt, quin ſubtiliſſimarum & tenuiſſimarum partium fiat: qualem naturam etiam acquirit ipſe ſanguis: quod liquet ex illa qualitate imbuendi liquores rubro colore. Novimus quomodo una gutta ſanguinis ſatis magnam copiam aquæ tingat: quod, niſi ex ſubtiliſſimis & tenuiſſimis partibus conſtaret, fieri non poſſet; quæ partes quaſi in infinitum multiplicatæ, diviſæ, atque à ſe invicem divulſæ, omnibus aquæ partibus ſe miſcent; atque ita eam rubore tingunt. Sic crocus, quia ſubtiliſſimus, ideo etiam tingendis rebus aptiſſimus. Et exiſtimo vix quicquam reperiri, quod propius naturæ ſanguinis perfectiſſime elaborati accedat, quam crocus. Ideo etiam tantopere recreat hominem, & melancholiam fugat. Cum autem ſanguis pituitoſus conſtet tam tenuibus particulis; & quidem tantopere concoctis, in illo nullæ particulæ adeo craſſæ, aut fixæ reperiri poſſunt, quæ longum tempus requirant, ut fermentatione ad volatilitatem perducantur. Ideo ſeminarium mali alicujus, quod iſtius naturæ eſt, ut ſe non prodat, niſi cum ſanguini intime miſcetur, & volatilitatem adeptum eſt, non poteſt longis temporis intervallis egere, ut novo fermentationis motu eructet, ut ita dicam, vaporem, qui ſanguini mixtus, febrim excitet. Et hæc mihi ratio eſſe videtur, quare febres ex pituita breviori temporis intervallo recurrant, quam illæ, quæ ex bile & lienoſo ſanguine. Ejus acceſſiones itaque ſingulis diebus renovantur.

Quare autem febres ſtatis temporibus ita eant atque redeant: febris quartana intervallo duarum dierum, tertiana unius, quotidiana ſingulis diebus, id me fugere libenter agnoſco; quemadmodum natura illa omnia adhuc tecta eſſe voluit, quare ſc. ſingulæ creaturæ certis temporis periodis ſuas operationes incipiant, & finiant. Nulla certe admiratione dignum eſt, quod febres ſtatis temporibus hominem aggrediantur & deſerant, imo mirandum potius eſſet, ſi id non eveniret. Sed id occultum, quamvis non magnopere admirandum, (cum quotidie id in natura cernere liceat) in quo conſiſtat, quod humor melancholi-

cus quæ certa die exhalat vaporem, bilioſus tertia. Pullus gallinæ vigeſima prima die perficitur, & infans novem menſibus: & in genere bruta omnia certo tempore pariunt: & ſemina in terram conjecta, ſi nihil aliud obſtet, certo tempore pullulant: & arbores & plantæ ſtatis temporibus frondes & flores ferunt. Menſtrua ſtatis temporibus mulieribus fluunt. Pubeſcitem certo ætatis tempore: & lanugo atque barba malis proſerpit, cum juvenis certum ætatis terminum attigit. Gallus certa diei hora canit; ſic multi certo horæ puncto expergiſcuntur; nonnullos hemicrania octava die præciſe invadit. Sic nonnullis certa diei hora fames oritur, aliis alvus ſolvitur? Neque iſtæ periodi fixæ atque ſtatæ tantum in viventibus, ſed etiam in inanimatis. Certis anni tempeſtatibus in multis regionibus ſtatæ pluviæ, & venti. Sic norunt Ægypti Incolæ, quando Nilus regiones inundat. Et revera, quomodo res aliter ſe habere poteſt, cum cauſæ ſuperiores, à quibus vita & vigor ad hæc inferiora dimanat, conſtanter & ſine ullo errore, aut fruſtratione curſus ſuos abſolvant; & pro vario ſuo ſitu, & poſitione hæc inferiora afficiant. Præterquam quod in prima creatione ſingulis ſpeciebus ſua attributa ſit natura; quæ ſecundum certas leges operantes, limitatis etiam periodis operationes ſuas abſolvunt.

Non itaque mirandum, quod ſtatis temporibus, certiſque temporis periodis res operationes ſuas peragant: neque illud, quod iteratis vicibus redeant ad ſuas operationes, eaſque finiant: ſuperius enim adducta exempla rem poſuerunt in aperto atque miraculo exemerunt. Pharmacopœis id compertiſſimum eſt, liquores quoſdam iteratis vicibus, & certis temporis periodis pelliculam in ſuperficie producere, quę rurſus ſubſidet, fundumque petit; & iterum novam materiam fermentatione ad ſummum ferri, unde rurſus nova pellicula: idque multis vicibus evenire in nonnullis liquoribus. Imo vix ulla res in natura datur, quæ, cum corruptionis initia experitur, mucorem, ſitum, ſordes, atque illuviem aliquam depravata fermentatione non generet in ſuperficie. Alia quidem ſemel tantum, effundens ſc. una vice, quicquid illegitimæ fermentationi cauſam præbere poteſt. Alia florem, & partes volatiles malignæ ſubſtantiæ tantum expellens; mali radicem, & ſeminarium relinquens; quod rurſus certo temporis intervallo novæ fermentationis cauſa exiſtens novum mucorem, ſitumque producit.

Imo hoc non tantum obtinet in rebus ad labem & corruptionem tendentibus, ſed ipſa naturæ vis ſua ſponte in omnibus rebus naturalibus profundit, aut ſemel, aut iteratis vicibus humorem aliquem ad ſummum, & ad corporis extrema, ſicut id ſupra indicavimus. Semel tantum id res naturalis peragit, quando uno impetu & radicem & florem, atque partes ſubtiles ejicit: ſæpius quando radix & ſeminarium fixis, & craſſis partibus inhæret: ita ut diuturna concoctione & fermentatione egeat, antequam ipſum ſeminarium diſſipari poſſit. Exemplum manifeſtum habemus in tenellis arboribus, quæ aliquando tantam fermentationem experiuntur, ut tota vis fructifera uno vere in flores prorumpat; quod periculum non eſt metuendum in arboribus majoribus: quia vis illa fructifera tunc inhærens humido craſſiori, non ita facile tota ſimul ad volatilitatis ſtatum perducitur. Et inde eſt, quod illi, qui in juvenili ætate voluptatibus indulgent, brevioris ævi ſunt, iis, qui illa ætatis initia inviolata & intacta ab hujuſmodi vitiis præſtiterunt.

His ita ſatis ſuperque expoſitis, neminem jam omnino latere poteſt febrium natura? quare ſc. quædam ſint continuæ, & ſine intermiſſione hominem affligant donec natura, aut morbi vis illi finem imponat: quare aliæ certis intervallis recurrant; & quædam ex his duodecim horarum, aliæ

aliæ unius diei, aliæ duarum dierum ſpatio. Quæ originem trahunt ex partibus homogeneis, ſuique ſimilibus; quæque ſucceſſive evehi poſſunt ad ſtatum volatilitatis, illæ febres ſine induciis & intermiſſione ægrum oppugnant. Sunt quoque acceſſiones aliquando acriores, aliquando remiſſiores, prout materialis cauſa febrium nunc copioſior, nunc parcior ſanguini & ſpiritibus miſcetur: & ita ac cor impetum facit. Quæ oriuntur ex materia, quæ ita ſucceſſive incendi non poteſt, illæ interpoſitis temporis ſpatiis impetum ſuum iterant. Quibus materia crudior & craſſior, illæ longiores concedunt inducias: quibus tenuior eſt, illæ celerius impetum ingeminant. Et ideo febris, quæ in pituitoſo humore nidulatur, citius redit, iis, quæ in bilioſo & lienoſo. Quare autem tres tantum primariæ intermittentes ſpecies febrium reperiantur, arbitror id commode referri poſſe ad tres præcipuos & diſtinctos humores, qui in corpore reperiuntur, ad pituitam, bilem & melancholiam. Quid autem cauſæ ſit, quare præciſe iſtis jam dictis temporum intervallis recurrant, id me fugit, & aliorum induſtriæ id penſitandum relinquo.

Quam autem veritati conſentanea ſint, quæ ſupra in medium attulimus, id febris quartanæ, & reliquarum febrium propius examen docebit. Quia humor, in quo qualitas, quæ à liene procedit, dominatur, ſiccior, frigidior, craſſior, atque compactior eſt, ideo tardius acceſſiones quartanarum febrium redeunt; & difficilius radix & ſeminarium illarum febrium concoqui, & ad ſtatum volatilitatis perduci poteſt, ut ita tandem tota noxa expellatur; & ideo ſenes raro illo morbo defunguntur, ſed ut plurimum ſuccumbunt. Raro infantes & pueros occupat; tenella enim illa ætas, humida & calida, non ſinit in iis talem humorem generari: ideo adultis & provectioris ætatis hominibus familiarior eſt.

Et hæc etiam cauſa eſt, quare in quartana horrores & rigores, ut oſſa quaſi tundi & obteri videantur gravi pondere; cum enim harum febrium materia miſcetur ſanguini; unde acceſſio nova oritur, partes aſperæ, duræ, & craſſæ impingentes in membranas & nervos talem motum efficiunt: quemadmodum frigus, aut cutem conſtringens, aut vapores craſſiores, aut partes rigidiores reddens, producit vellicationem in membranis, & nervis, unde horror & rigor. Eadem craſſior & compactior febrium quartanarum materia cauſa eſt, quod raro aut nunquam per ſudores criſis, aut ſolutio morbi fiat: illius enim morbi ſeminarium nimis craſſum & fixum eſt, quam quod ad habitum corporis expelli poſſit. Non quod exiſtimem ſudores tantum ex habitu corporis provenire, nullo modo, nam multa argumenta, quæ hic recenſere fruſtra foret, evincunt etiam ex viſceribus, & partibus interioribus corporis, præſertim ex hepate, & meſenterio procedere: ſed aſſerimus nihil per ſudores attolli, ex quacunque etiam parte illi venire poſſint, niſi quod per volatilitatem ſuarum partium ſeſe facile liberare poteſt à vinculis, quibus alii corpori implicatum eſt.

Quod autem in febri quartana; ſicut etiam in reliquis febribus intermittentibus acceſſiones per ſudores fiant, id mirum non eſt; cum, ſicut ſupra indicavimus, quicquid acceſſionum novarum cauſa eſt in febribus intermittentibus, illud ſit factum volatile; & ſanguini intime mixtum; & ideo impeditur liber corporis ſubtilis itus & reditus more conſueto per ſanguinis maſſam: unde ebullitio, effervеſcentia & lucta; in qua natura victrix atque ſuperior exiſtens corpus ſubtile expellendo cauſam acceſſionum febrilium ex maſſa ſanguinis, munit ſibi viam ad continuandum conſuetum motum; & quod noxium eſt à ſe removet per ſudores. Quale etiam experiri licet in vino, quando fermenteſcit. Ideo nunquam tales ſudores in initio acceſſionum. Quod autem in nonnul-

nullis febribus nulli erumpant ſudores, quia natura in lucta manet; & continua acceſſione novæ materiæ morbificæ ita laborat, ut ultimum conatum adhibere non poſſit ad talem motum in fibris excitandum, qualis requiritur, ut ſudor erumpat. Cui aliquid ſimile obſervare licet in conatu ſternutationis, & vomitus, qui effectu deſtituitur; ſed præcipue in dolore gravi & acri, quo evenit medicamenta purgantia ſæpe fruſtra aſſumi. Acer dolor ſpiritus avocat, ut commode influere poſſint in fibras arteriarum, & inteſtinorum, ad fæces expellendas. Ea etiam cauſa eſt, quare in aqua nullus ſudor exciteatur, nec penis intendatur. Sic etiam ce[illegible]opolæ ſuo damno experiuntur, vinum nonnunquam ita ad fermentationem excitari, ut nulla induſtria rurſus ad quietem componi poſſit; ſemperque id patet ex granulis, quæ illi ſemina appellare conſueverunt, quæque intuenti ſe offerunt in ſcypho. Verum equidem eſt ſudores frigidos ſine calido conatu effluere; ſed etiam omnibus notum eſt, tales oriri ex naturæ defectu atque imbecillitate, ſinentis elabi propter fibrarum laxitatem, quod amplius imperio coërcere non poteſt: & ideo tales ſudores ab interiori parte corporis non procedunt: neque viſcera illi ſudori ſuccenturiantur; fluuntque illi ſudores eo modo, quo in hepatis imbecillitate ſanguis ex naribus fluit; & quomodo multis metu alvus ſolvitur, aut lotium, aut ſanguinis ſudor effluit. In metu enim & angonia ſpiritus ad interiora corporis fluunt, & manent iis deſtitutæ partes exteriores & remotiores à corpore; unde fatiſcunt, effluitque ſua ſponte, quicquid antea miniſterio ſpirituum per fibrarum tonum coërcebatur alienis terminis. Sed rurſus in viam.

Non itaque illi ſudores evincunt ſeminarium febrium ſubtile & volatile quid eſſe; ſed ſudores in quartana nos docent partes illas, ex quibus acceſſiones febrium quartanarum oriuntur, non conſtare ex oleaginoſa, viſcida, & hamulis prædita materia; quę tota non facile expelli poteſt: quemadmodum maculæ ex oleo in veſtibus laneis fixius hærent, ſed contra ex partibus duris, ſiccis, & compactis; quales illas eſſe diximus, quæ acidis particulis affines ſunt; qualeſque à liene veniunt: & ideo per ſudores in febri quartana volatilis noxia materia, quæ acceſſionum cauſa eſt, univerſa expellitur; ita ut pro illo tempore nullum veſtigium febris remaneat, & æger alacris, quaſi omni morbo defunctus eſſet, degat, uſque ad novæ acceſſionis impetum. Quod certe in febri quotidiana, quam ſedem habere diximus in viſcida, & ſulphurea pituita, non evenit; ſed acceſſionis impetu finito, manet corporis gravitas, & vaporoſus quidam calor præter naturam, cum ſtomachi debilitate: quia peccans materia propter viſciditatem ita à natura expelli non poteſt; & nervis atque membranis incubans, corporis gravitatem efficit: ſimulque hæ particulæ viſciditate ſua appetitum tollunt, & ſtomachum debilitant. Ex ſuperioribus enim conſtat, quam adverſæ ſint hujuſmodi particulæ iis, quæ famis cauſa exiſtunt. Et hæc etiam cauſa eſt, quare in acceſſione febrium quotidianarum rigores nulli, aut pauci ſint: particulæ enim illæ, ex quibus illa acceſſio oritur, molliores ſunt, quam quod lancinando membranas & nervos, rigoris aut horroris motum concitent. In febri tertiana impetus in acceſſione novâ omnino ceſſat cum ſudore: ſuntque in illa febri horrores atque rigores: ſed ſupra etiam indicavimus illam febrem ſedem ſuam habere in partibus ſulphureis humiditate & vigore exhauſtis, & ad hepar relegandis, ut novo ſulphureo ſucco imbuantur: & ideo deſtitutæ cum ſint oleaginoſis partibus, facilius à corpore ejiciuntur: & aſperitate ſua nervos & membranas vellicantes, rigores, & horrores producunt. Etiam in talibus ægris lingua admodum ſicca eſt, & ex bile flaveſcens, æſtus, atque calor acer, ſitis magna: quibus ſymptomatis producendis aptiſſimæ ſunt tales ſulphureæ particulæ. At

in

in febri quotidiana lingua ſæpius eſt humida, calor minus acer, & ſitis minor. Sed pergamus ad reliqua.

Cura febris quartanæ diverſa longe ab aliarum febrium curatione naturam ejus manifeſtat: ſolemus enim medicamentis ad curationem præſcriptis, miſcere medicamenta calida & humida; aut ſaltem ſtudet Medicus mixtione ingredientium medicamento tales qualitates conciliare: ideo inter alia illi miſcemus cuſcutam, lupulum, polypodium, fumariam, radices Apii, petroſelini, fœniculi, paſſulas majores, &c. Et qui rectâ methodo; & ſecundum artem hunc morbum curare inſtituit, ad calida humectantia etiam attendet: & frigidorum hic non tanta habetur ratio: quia cura eo dirigenda eſt, ut crudus, ſiccus, & compactus humor concoqui poſſit; & ad ſtatum volatilitatis, aut ſaltem fuſionis promoveri; & ſi aliter procedatur operâ luditur: & quartana tunc non raro in continuam febrim migrat, curatu difficillimam; quia materia concoctu difficilis mala cura, & præſertim medicamentis vehementioribus rapta in venas; quæ antea alibi commodius hærebat; nec ſe ſanguini citius miſcere conſueverat, quam cum ſtatum volatilitatis adepta eſſet, febrim excitat; eamque continuam & pertinacem; quia natura crudam, fixam, & torpidam materiam, ſanguini mixtam, expellere non poteſt. Et hæc eſt univerſalis ratio, quare febres intermittentes aliquando degenerant in continuas. Omnium continuarum materia ſemper in venis ſanguini mixta eſt; ſicut intermittentium materia volatilis in acceſſione febrium intermittentium: ſed cum hoc diſcrimine, quod febrium continuarum materia & cauſa tota ſimul in venis ſanguini intimè mixta ſit; & ideo tamdiu durat acceſſio, donec aut illa materia expulſa ſit, aut ipſa hominem ſubegerit. Eſtque continua febris tanto periculoſior, quanto ejus partes crudiores, & craſſiores, & rurſus tanto minus periculum intentat, quanto illæ partes tenuiores ſunt. Ideo infantibus febres continuæ frequentes, ſed minori cum periculo; quia cum humor peccans in tali ætate tenuis exiſtens, facilè & levi de cauſa ſe ſanguini miſcet, ſed ſępe leviori adhuc ejicitur & exturbatur: cui rei etiam conducere poteſt tenella & ſpongioſa infantium caro. Et hęc etiam cauſa eſt, quare pororum conſtrictione, per quos vapores exhalant, ſæpe febris generetur. Vapores enim illi, qui antea ſenſim & ſucceſſive exhalabant, & ideo liberum & conſuetum corporis ſubtilis motum non impediebant in ſanguine, nec febrim producebant, propter ſubitam pororum conſtrictionem copioſe rurſus ſe miſcent ſanguini; febrimque accendunt: quæ tamen ut plurimum diu non durat; & ſudore ſolvitur. Eſt enim illa febrilis materia tenuis.

Sed cauſa febris continuæ, ortę ex cauſa materiali febris quartanæ, cum craſſa, dura, ac cruda ſit; neque maturitate & volatilitate in altum ſublata, & ſanguini mixta, ſed vi, & mala curatione, difficulter ideo matureſcit, & difficilius adhuc expellitur. Cruda enim, ut habet axioma medicum, purgari non debent; imo nec poſſunt: citius enim omnem bonum ſuccum exhaurias, quam malum evacues. Quid mirum itaque febres ex quartana ortas tam difficulter expugnari. Quodſi autem febris quotidiana migret in continuam, periculum longe minus eſt; & facilius materia rapta in venas, ſanguinique mixta, miteſcit, & expellitur; quia materia minus cruda & craſſa eſt, ſicut id ſupra expoſuimus.

Animus erat inhærendi hiſce diutius, & rem longius per experimenta ducere, ſed dum in eo eram, intelligebam ea, quę dicenda ſupererant, tam cognata eſſe cum ſupradictis, & experimenta tam fallacia, incerta, atque fluxa, ut ſatius duxerim ad ταυτολογίαν evitandam; & ne falſa aut dubia veris, & certis miſcendo rem pulchre conſtitutam perderem, finem huic Tractatui imponere: aliorum induſtriæ relinquens, quod ſummę rei deeſt. Contentus digito intendiſſe, quo, & qua via ulterius pergendum ſit.

TRACTA-

1271

# TRACTATUS MEDICO-PHYSICUS DE GENERATIONE.

# TRACTATUS DE GENERATIONE.

## Cap. I.

### *De Generatione in Genere.*

POſt creationem rerum ex nihilo; & naturam inſtitutam, duplex rerum novarum origo eſt: alia à generatione, alia à productione, ſive procreatione ſimpliciter ſic dicta. Generatio vulgo definitur ortus rerum naturalium ex ſemine. Et iude liquet productionem vocandam rerum omnium ortum, qui ſemen tamquam præexiſtentem materiam non habet; eoque referre licet, tam artificiales, quam naturales rerum novarum productiones. Diſtinctionem generationis à ſimplici productione Scriptura Sacra innuit, *Gen.* 1: 11. 22. 28. Ubi Deus plantarum & animalium productionem per ſemen futuram in poſterum, inſtituit: reliquis rebus, quæ prioribus non continentur, alia originis ſuæ principia aſſignat. Animalibus autem benedixit Deus, plantis non item: quia per benedictionem indidit animalibus mutuum maris & fœminæ ad producendam prolem amorem; qui amor oritur quando animal geſtiente libidine prurit; & qui in plantis fruſtra fuiſſet. Cum plantarum ſemen maris ſimul & fœminæ virtutem contineat. Et Deus tunc quidem terræ vim ſeminalem omnium plantarum conceſſit; cum dixit: *herbaſcat terra herbulas, herbas ſementantes ſemen, arbores fructiferas; edentes fructum in ſpecies ſuas: in quibus ſuum ſit ſemen ſuper terram; & fuit ita.* Per ſemen autem intelligimus omnem illam corpoream vim, quæ intrinſecum principium eſt determinationis motus, & figurationis materiæ ex ea determinatione ortæ: à quo principio plantæ & animalia ſuam naturam & proprietates mutuantur. Quodcunque autem ab hujuſmodi principio originem ſuam non trahit: & de novo in rerum natura oritur, illud à productione, generationi oppoſita, ortum ſuum habet.

Cæterum quamvis alia in natura principia corporea non agnoſcam præter motum, quietem, figuram, &c. iis tamen non aſſentior, qui productionem & generationem novarum rerum fieri arbitrantur ſimplici ſeparatione & conjunctione corpuſculorum, quæ in prima creatione producta, tam in generatione quam productione nullam experiuntur mutationem; ſed ſitum & ordinem cum aliis corpuſculis tantum mutantes, diverſorum corporum naturalium materialis & formalis cauſa exiſtunt. Agnoſcimus equidem corpora quædam naturalia tam firmam compagem, arctamque unionem nacta eſſe; tamque exilibus corpuſculis minimiſque naturalibus totam eorum naturam contineri, ut nulla vis hactenus in natura reperta ſit, quæ compagem illam diſſolvere, ejuſque naturam deſtruere potuerit. Quale natu-

...orum ; quæ ſeſe inſinuantes inter partes animalis & plantæ, in ſemine contentas, augmentum & molem majorem illi conciliant : ſed tamen animali, aut plantæ formam non dant. Non poſſum tamen hoc largiri animal, aut plantam in ſe non habere vim, qua formare & producere poſſit aliud animal, aut aliam plantam ; ſed animal & plantam infinita ſui generis animalia & plantas, in prima creatione in ipſis reconditas & collocatas continere, quæ per actionem, quam nos generationem vocare ſolemus, ſucceſſive in aperto ponuntur ; & hominum ſenſibus ſubjiciuntur.

Docet equidem uſus totam naturam cujuſque animalis & plantæ, aut ſaltem plurium, in tam exigua materiæ quantitate contineri, ut facile effugiant vim multarum alterantium cauſarum naturalium : ita ut ſemina ab illis non afficiantur ; & quod ita in multis corporibus, quæ magnas ſubeunt alterationes & mutationes, ipſa tamen ſemina integra & illibata maneant ; & quæ nacta opportunum cauſarum naturalium concurſum tunc ſoboleſcunt & germinant : & ideo forte reſurrectio corporum tantis difficultatibus, ut quidam arbitrantur, non laborat : quia ſubſtantia aut materia, in qua tota natura corporis noſtri conſiſtit, valde exigua eſt: reliqua corporis maſſa tantum præſtante vicem farti : & ita illæ partes, quæ naturam corporis conſtituunt ; Deoque ſemper præſentes ſunt, facile, aut ſe, ſuumque ſitum conſervant, effugiuntque eſſentialem mutationem, aut in primum ſitum reſtitui poſſunt ; non læſa parte eſſentali alius humani corporis, in cujus nutrinentum alterius humani corporis pars eſentialis conceſſiſſe ab imperitis putetur.

Supeiora argumenta mihi etiam perſuadent tot tamque innumera elementa non dari, ex quibus corpora naturalia prius fiant ; & in quæ ultimo reſolvuntur : quæque nullam mutationem ſuſcipiunt : ſed eam, quam nacta ſunt à prima creatione naturam, ſervant. Cum nulla in natura experimenta nos doceant tot hujuſmodi incorruptibiles particulas dari. Et cum rerum universitas non iners quieſcat ; ſed perenni vigore atque motu vigeat floreatque, quid cauſæ eſt, quare infinita corpuſcula eximemus ; quæ ex illo motu & vigore, quo mundus ad tot res producendas fœcundus eſt, non experientur intrinſecam mutationem : cum tot ſint ſubtiliſſima corpora, quæ meando atque remeando per univerſum facile in omnia obvia corpora vim ſuam exerunt ? Et cum motus, quies, figura &c. ſint affectiones omnibus corporibus propriæ ; atque ex earum mutatione corporum diverſitas oriatur, quid cauſæ erit quare infinitorum corporum tam conſtantem, & invariabilem in his proprietatibus conſervandis naturam eſſe dicemus, ut nulla vis in natura concedatur, quæ eam mutare poſſit : cum tamen ſupra enumeratæ affectiones in ſpecie tantum corporis ſunt accidentia, quæ abeſſe & adeſſe poſſunt abſque naturæ deſtructione. Itaque quam facile in corpore naturali motus, quies, figura &c. mutari poſſunt, tam in proclivi eſt aliquod corpus ſubſtantialem mutationem ſubire.

Quemadmodum itaque omnia ferme corpora mutationem intrinſecam naturæ vi, & inſtituto pati poſſe exiſtimem ; & ideo cauſas ſufficientes dari, quæ ea corpora immutare poſſunt ; ſi modo ea attingere valeant, ita etiam non admitto nutritionem fieri per ſimplicem alimenti ſeparationem ; illaſque partes alimenti parti noſtri corporis in alimentum cedere, quæ cum reliquo alimento per corpus latæ, iſti parti ſimiles ſunt ; atque de ejus natura participant : illam ſententiam repudio propter eaſdem rationes, quas ſupra tradidi. Neque ideo attractio in natura admittenda ; quandoquidem ſingulis partibus ſeminalis quædam vis ineſt, qua alimentum in

in ſui naturam & ſubſtantiam convertant; de qua vi in ſequentibus. Neque tamen exiſtimo ex quolibet quidlibet fieri: aut partes nutrimenti natura ſua longe diſtantes ab iis corporis partibus; quibus in nutrimentum cedere debent, ab iiſdem partibus ſemper immutari: experientia enim contrarium evincit. In hydrope ſanguis aquoſus, & ſulphurea pinguedine carens, in naturam non tranſit. Et in formatione fœtus, propter alimenti liquiditatem & tenuitatem, vis plaſtica deſtituitur effectu ſuo in efformandis oſſibus embryonis: embryonis enim oſſa ſunt omnia mollia; & ad cartilaginis naturam prope accedunt. Sic plantæ & herbæ in omnibus regionibus non æque læte proveniunt: ſed quæ terra alicui plantæ large nutrimentum præbet, illa aliis diverſæ naturæ plantis non affundit illam ubertatem. Quale experimentum non extaret in natura, ſi vis altrix ſemper quodlibet nutrimentum poſſet ſubigere, & in cujuſvis plantæ naturam convertere.

## Cap. II.
### *De Semine in Genere.*

Supra probatum dedimus productionem rerum novarum fieri, non ſimplici ſegregatione, aut congregatione quarundam particularum, ſed ipſa corpora, ex quibus res naturalis componitur, intrinſecè mutationem ſubire. Idque obtinere tam in productione, quam generatione rerum. Nunc ordo poſtulat, propius ad examen vocare, qua ratione res naturales ſingulæ definitam certamque naturam ſortiantur. Et cum noſtrum inſtitutum ſit de iis tantum agere, quæ generatione producuntur, reliquarum rerum productionis narratione ſuperſedebimus. Per *Semen* intelligimus tale principium rerum, quod inſita & propria vi complectitur totam formatricem facultatem, qua res, quæ de novo producitur, omnes ſuas interiores proprietates, atque naturam adipiſcitur. Eſt quidem in hoc univerſo natura quædam univerſalis, oriens ex pulchro ordine rerum, quæ univerſum hoc conſtituunt; quæ huic univerſo inſita atque naturalis, rebus ordine immutabili ortus atque occaſus cauſa exiſtit; atque ita quaſi formatrix facultas eſt rerum omnium, quæ producuntur; ſed de ea nobis ſermo non eſt: & foret nimis inſolens hoc univerſum *ſemen* vocare. In hac itaque ſeminis deſcriptione reſpectum habemus ad corpora quædam diſtincta, quæ in hoc univerſo reperiuntur; & quæ obſervatione comperta ſunt, modo ſupra tradito, principium exiſtere quarundam rerum, quæ de novo exiſtunt. Quicquid itaque putatur produci à cauſa una, aut pluribus *externis* & *principalibus*, quæ corpori, quod producitur, eas proprietates tribuunt, quibus in nova rerum claſſe ponitur, illud nòn generationi, ſed ſimplici productioni ortum, atque originem ſuam debet. Sic facile concedimus, lignum vi caloris in ignem, & aquam in aërem mutatam, inſita ac intrinſeca vi formatrice has eſſentiales mutationes non accepiſſe, ſed cauſis externis id imputandum eſſe.

At non idem credimus, quoties ex exiguo corpuſculo *quercum* naſci videmus: neque arbitramur cauſas ullas externas hinc illinc advenientes ita in unum conſpirare potuiſſe, ut in ſemine quercus collocarint eas proprietates; quibus poſtea accedentibus cauſis extrinſecis *minus principalibus*, quercus natura & proprietates extiterunt. Multo minus exiſtimamus arborem cauſis extrinſecis principalibus ita formam & proprietates ſuas nanciſci, quemadmodum hieme vitra, & januæ ex congelatis vaporibus diverſis figuris pinguntur. Neque credimus aut vitris, aut vaporibus ineſſe ſeminalem vim, qua ex ſe producunt hujuſmodi figuras. Facile itaque quiſque percipit, quid per *ſemen* intelligamus.

Nunc

Nunc ſupereſt inveſtigare, quæ ſit illa vis inſita & formatrix in ſemine; quæ intrinſeca & principalis cauſa eſt, qua res quæ generantur, & naturam & proprietates ſuas habent. Hoc in confeſſo eſt apud omnes Philoſophos craſſum illud, terreſtre, & oculis expoſitum corpus, quod ſemen vocamus, non eſſe principium, aut cauſam illam principem, à qua natura ejus, quod à ſemine producitur, pendet: nam & ſemen emortuum externam figuram retinet. Et experientia conſtat in omnibus plantarum ſeminibus gemmulam quandam eſſe, qua abraſa, perit omnis ſpes generationis; quam formicas arrodere, ne granum frumenti pullulet, & germen mittat, naturæ ſcriptores referunt. Sic conſtat ex inſpectione ovi gallinacei prolifici cicatriculam quandam, ſive parvam maculam in ovi extremitate conſpici; unde primum pulli efformatio proficiſcitur: & licet in plantarum ſemine alia aliqua ejus pars lædatur, aut abradatur, non deſinit fœcundum eſſe. Sic vis ſeminis in cæpis ebullitione tollitur: & quæcunque ſemina in ſpiritum vini immergas, in eoque maceres, illa vim ſeminalem exuunt. Eſt igitur occultior quædam vis; quæ latens & abdita in ſemine ſenſibus non percipitur, ſed ratione inveſtigatur, & eventis ſe prodit.

Ut autem hæc recte explicari poſſint, notandum duplex ſemen eſſe, fœcundum unum, infœcundum alterum. Deinde unum, quod in ſuo genere fœcundum eſt, nec tamen germinaturum, niſi vi à mare aut fœmina profecta, imprægnetur: alterum, quod in ſe infœcundum & improle, nec maris aut fœminæ adjutamento fœtificans redditur: ſemen abſolute fœcundum appello, quod omnia intrinſeca principia in ſe continet; quæ requiruntur ad producendum germen: quale eſt ſemen fœcundum omnium plantarum; quod licet externas cauſas requirat ad germinandum, inſtructum tamen eſt ſufficienti principio intrinſeco ad producendam plantam: neque à mare aut fœmina ullam opem deſiderat, qua tali operationi apta reddatur. Et talia fœcunda ſemina ſunt illa omnia, in quibus diſcrimen ſexus nullum habet momentum. Et ſimul jam liquet quid per ſemen infœcundum, huic fœcundo ſemini oppoſitum, intelligam. Semen in ſuo genere fœcundum voco, quod omnes illas vires & proprietates poſſidet; quæ requiruntur ut abſolute fœcundum dicatur: quando vis, quæ à mare aut fœmina foris advenire debet, in illud influxit: vocaturque illud antequam extrinſeca illa vi imprægnatum eſt, proprie ſemen. Poſtquam autem prolifica & genitali vi, quæ ab altero ſexu advenire debet, præditum eſt; ita ut abſolute fœcundum vocari poſſit, tunc ſpeciali nomine à multis *genitura* vocatur. Eſt itaque infœcundum in ſuo genere, quod nec intrinſeco, nec extrinſeco genitali principio, & vi præditum eſt.

Nunc primum de ſemine plantarum & aliorum agam, quorum abſoluta fœcunditas non pendet à diſcrimine ſexus. Ut aliquid ſemen vocetur, non eſt attendendum ad externam aliquam figuram corporis ſeminalis: dantur enim tot ſeminum figuræ, ut nulla externa ſpecies, aut figura generalis excogitari poſſit, ſub qua recte comprehendantur; ſed tantum reſpiciendum eſt an corpus aliquod complectatur tale internum principium; quod ſit formatrix facultas, per quam res naturalis, quæ generatione producitur, omnes ſuas proprietates eſſentiales, atque naturam adipiſcitur. Ego quidem arbitror omnes plantas, & herbas revera, & proprie loquendo ex ſemine ortum habere: neque puto iis herbis tantum hujuſmodi originem adſcribendam, quæ oriuntur ex ſemine aliquo, quod oculis cernitur; ſed etiam iis omnibus, quæ vi ſeminali latente oriuntur. Nam cum revera vis ſeminalis non ſit illud corpus, quod oculis percipitur, & quod vulgo ſemen vocatur; & aptum tantum ſubjectum eſt, in quo vis

vis ſeminalis latet, atque integra conſervatur, omne illud corpus merito *ſemen* vocatur, quod effectibus prodit ſe talem virtutem ſeminalem continere. Ex quocunque itaque corpore per modum generationis aliquid producitur, de illo corpore recte aſſeritur, id ſemen iſtius plantæ aut animalis in ſe habere. Cum autem nulla herba, quamvis exilis, oriatur, niſi per modum generationis, etiam ſtatuendum eam ex ſemine oriri. Nam quod ſupra de quercu, & grandioribus arboribus dixi, ratio ſuadet id etiam attribuendum eſſe ſingulis herbis: cum viliſſima & abjectiſſima ex iis herba, non minorem apparatum requirat, quam illa, quæ ſpecie & magnitudine hominum mentem percellit, & in admirationem rapit: & nullus, niſi qui ſuæ cauſæ ſervire velit, à cauſis externis principalibus ſemen aut plantam produci ſtatuet; quemadmodum aër, ignis, aqua, metalla, & mineralia producuntur. Credimus itaque in prima creatione terram imprægnatam infinitis ſeminibus; quæ corpus terreſtre pro idoneo ſubjecto habent; in quo commode hærere, & virtutem ſuam conſervare poſſunt. Et cum ſeminalis vis in ſubtiliſſimo corpore conſiſtat, etiam in minimis, & admodum exilibus corporis terreſtris particulis ea vis foveri atque conſervari poteſt. Ita ut in exiguo corpore latere poſſint varia ſemina; vel potius virtutes ſeminales: quatenus iis commodam & aptam, ut ita dicam, matricem præbere poteſt. Quia utcunque corpus illud terreſtre exile ſit, ex variis tamen conſtat particulis, quæ quo magis natura diverſæ ſint, eo plura & diverſa; quo autem magis partes ſui ſimiles habet, eo minora in ſe ſemina habet. Quod quidem ipſa experientia comprobatur. Nam cum terra non ſtercoratur, ultro non producit tot genera herbarum, quam cum fimo aut lætamine fertilior reddita eſt. Quia ſc. fimus conſtat ex diverſiſſimis particulis, quæ diverſa multarum herbarum ſemina in ſe continent. Sic terra argilloſa, arenoſa &c. & quæ ubique ferme ſui ſimilis eſt, ſponte quidem zizania producit: ſed minor in iis apparet diverſitas. Et quod quædam terræ minus fœcundæ ſunt, etiam in zizaniis producendis, id eſt, quod commodam matricem ſeminali virtuti præbere non poſſunt.

Continet itaque mea quidem ſententia, aliquando corpus exile diverſa ſemina, ſed quæ pullulant, prout cauſæ externæ, & minus principales hanc potius, quam illam virtutem ſopitam excitant, & in actum producunt. Quemadmodum enim non omnibus anni tempeſtatibus eædem herbæ oriuntur; neque ſingulis annis eadem frugum eſt ubertas: quia cauſæ externæ minus appoſitæ ſunt producendis iis frugibus; & excitandæ virtuti ſeminali: ita etiam quæcunque ſemina non ita ab externis cauſis afficiuntur, ut vis eorum ſeminalis in actum poſſit erumpere, quaſi effœta jacent; cum tamen eædem cauſæ externæ ſufficientem efficaciam habeant ad alias virtutes ſeminales excitandas. Et cum vis ſeminalis in exili corpore hærere poſſit, evenit ut plurimum corpus aliquod plantæ, vel animali in nutrimentum cedere; quod tamen eouſque naturam ſuam conſervat, ut idoneum ſubjectum, receptaculum, & matrix maneat ſeminalis virtutis, quam antea in ſe fovebat; atque ſic ſeminis naturam retineat. Et cum plantæ & animalia non promiſcue quodvis alimentum aſſumant; ſed quod ſuæ naturæ convenientiſſimum eſt, inde primum cauſa petenda quare ex quibuſdam corporibus, ut plurimum certæ quædam herbæ, aut animalcula, & inſecta naſcantur. Propter hanc enim cauſam evenit aliquarum rerum ſemina copioſius in uno quam in alio corpore reperiri; quæ concurrentibus aliis cauſis externis, poſtquam nacta ſunt commodum locum, germinant atque pullulant. Cui accedit alia cauſa non minus momentoſa, quod cum ſingulæ corporum ſpecies definitam, atque terminatam

aturam habeant, etiam proprietati-
ais diverſimode operantur in corpo
ſibi conjunctis: & ideo unum cor-
onge aptius eſt alio ad excludendam
em virtutem ſeminalem; & quidem
s hanc virtutem ſeminalem, quam
- Ita corpus aliquod continens varias
ales virtutes, ſive ſemina, ſæpe re-
omnia ſopita, ſed tamen integra,
ſervabit, & unum tantum in actum
vehet per proprietates illas, quæ cor-
illi inhærent.

Et meo quidem judicio longe illi er-
r, qui exiſtimant virtutem ſeminalem
facile evaneſcere. Quamvis enim
cedam tenuiſſimo ſubtiliſſimoque eam
rpore contineri, probatum tamen dabo
lam virtutem, quando commodam ma-
icem nacta eſt, tam fixe atque conſtan-
t ei inhærere, ut licet iners & ſenſibus
xpoſitum corpus, in quo ſemen hæret,
arias ſubeat alterationes & mutationes,
ea tamen integra, atque illibata maneat; ſuamque virtutem exerat, quando cauſis externis adjuvantibus, opportunitatem nacta eſt. Notum eſt quædam ſemina aliquot annos fœcunda manere; & quidem eo diutius, quo ſemen tenacius atque gummoſius aut viſcoſius eſt. Virtus ſeminalis pilorum, quæ in mento virorum & regione pubis eſt, per multos annos illic conſtanter perſeverat; virtutem ſuam exerens tantum circa pubertatis annos. Idem dixerim de virtute ſeminali dentium, & morborum quorundam hæreditariorum; quæ ſemina ſua à primo conceptu in embryone ſparſa habent: ſæpe tamen ſe non produnt, niſi in provecta ætate. Et hoc conceſſo, ſemina non fortuitis cauſarum externarum concurſibus, non magis quam plantas & animalia ipſa, quæ ex ſemine oriuntur, produci; ſed aut à plantis provenire, aut à prima creatione extitiſſe; & terram iis imprægnatam eſſe per Dei benedictionem, nullum ſupereſſe poteſt dubium, quin multæ vires ſeminales plurimos annos latere poſſunt in corporibus; & poſtea per accidentales operationes cauſarum externarum ſe prodere. V. Gr. cum poſt multos annos in lignis, quæ putredine corrumpi incipiunt teredines, aut coſſi, in veſtibus tineæ, in libris blattæ generantur, alterutrum ſtatuendum eſt: aut ſemen iſtorum inſectorum in iſtis corporibus antea extitiſſe; quemadmodum ſemen, ex quo barba & pubes generatur circa pubertatis annos: aut illud in ligno per productionem proprie ſic dictam; & generationi oppoſitam, de novo efformatum. Sed poſterius nulla veriſimili ratione nititur; ut liquet ex argumentis ſupra allatis: docendum itaque ſemen iſtorum inſectorum antea latitaſſe in illis corporibus; ſed poſtea poſt aliquem temporis decurſum, cooperantibus cauſis externis germinare cœpiſſe: aut ſaltem illud ſemen ab animali cognati generis, & cui ſimile animal ex ſemine excluditur, in iſtis rebus poſitum & excretum fuiſſe. Nam quod regeri poſſit ſemen, ex quo generantur inſecta, & herbæ quædam, recens in corporibus produci: quemadmodum in animalibus recenter ſemen fit poſt aliquot ætatis incrementa, id ſententiam noſtram ſtabilit; quia vis illa ſeminalis, qua ſemen in animalibus fit, ab alio ſemine ortum ſuum trahit, & generatione, non productione ſimplici in natura exiſtat. Iis itaque ſimiliter ſtatuatur, vim illam ſeminalem, qua ſemen inſectorum, aut ipſa inſecta producuntur, ab alia ſimili ſeminali virtute originem habere: & ita evincitur omnia inſecta, & herbas, quæ ſponte naſci putantur, non minus, quam reliqua animalia & plantas ex ſemine generari.

Quod itaque quidam arbitrantur de virtute ſeminali hominum, eam ſc. tam cito evaneſcere; & ne ad momentum quidem extra uterum integram conſervari poſſe, id non ſatis probis experimentis comprobatum eſt. Præterquam quod à ſemine animalium perfectiorum ad ſemen herbarum, & inſectorum quorundam non recte argu-

Vvvvvvv

argumentatio inſtituitur: cum perfectiorum animalium ſemen nullibi niſi in utero commodam matricem reperiat; in qua ſeminalis virtus à corruptione, & diſſipatione conſervari poſſit. Præterquam quod ſemen quod ab alterutro ſexu procedit; & plenam ſuam fœcunditatem tantum adipiſcitur per ambarum virtutum ſeminalium concurſum & complicationem, nondùm verum ſemen ſit; ſed tunc demum veri ſeminis naturam adipiſcatur, cum factus eſt conceptus. Ex ſequentibus manifeſtum fiet, tale ſemen, ſive genituram aut fœturam longum tempus in utero ſupereſſe; & à corruptione liberum manere. Puto itaque nullam generationem æquivocam vocandam, ſed omnem univocam. Neque quicquam ex putri materia generari ſtatuo, quamvis putrefactio ut plurimum cauſa exiſtat, quare per diſſolutionem quorundam corporum & Temperamentorum, virtus quædam ſeminalis, antea ſopita, atque conſtricta, emicet & virtutem prodere incipiat. Neque quemquam admiratio teneat, quod in multis corporibus, longe diverſis à natura animalium, quæ in iis generantur, etiam lateat vis ſeminalis; non tantum inſectorum, ſed etiam fortaſſe perfectiorum animalium. Nam quid repugnat quare terra non tam commoda matrix eſſe poſſit quorundam animalium, quam aqua? Notum eſt piſces fœminas ſemen in aquam excernere; quod tunc extra ſeminis receptaculum piſcis fœminæ, à piſce mare per aſperſionem ſui ſeminis fœcundum redditur. Et narrat *Ariſtoteles* omnia piſcium ova improlifica eſſe, quando ex matre profunduntur. & piſces mares fœminam jam parituram turmatim ſectari, ut ova recens poſita lacte aſpergant.

An autem ſemen animalium imperfectiorum, & inſectorum, quod in terra, & aliis corporibus heterogeneis hæret, atque latet, in prima creatione terræ inditum ſit, an vero ſemen ſit, quod à talibus animalibus profectum; & in terram profuſum, concurrentibus cauſis externis in actum prorumpit, id ulteriori inquiſitione indiget. Cum conſtet mures, quos ex putri materia vulgo naſci arbitratur, mutuo maris & fœminæ congreſſu ſui ſimiles mures generare, mihi eſt extra dubium poſitum, tale ſemen ita excretum, non eſſe prolificum, niſi à mare & fœmina vis prolifica ei imprimatur. Id inde etiam manifeſtum eſt, quod diverſi ſexus mures inde generentur: & diverſa in iis temperamenta exiſtant; propria cuique ſexui: quod mihi documento eſt vim formatricem talium animalculorum tam à mare, quam fœmina proficiſci. Idem conſtat de limacibus, muſcis, bombycibus, & multis aliis inſectis, quæ vulgus ſponte, & citra ſemen naſci exiſtimat. Merito itaque dubitatur an ſemen, ex quo hujuſmodi animalcula producuntur, Deus in terrâ in creatione collocaverit quod fœcundum ſit; etiamſi neque à fœmina proficiſcatur, neque virtute ſeminali maris imprægnatum ſit. An vero dicendum ſit hujuſmodi animalculorum fœminas à maribus imprægnatas, ſemen profudiſſe in terram, & alia corpora, quod commodum locum nactum, diu integritatem & vires ſuas conſervare poteſt; & cujus vis ſeminalis tam exili corpore continetur ut in varia corpora migrare poſſit; & tamen virtutem illam ſem[inalem] non exuere. Ego quidem hanc p[oſ]teriorem ſententiam amplector. Id exp[e]rientia conſtat, muſcas, cum impræg[na]tæ ſint, ſemen promiſcue deponere, [&] excernere in iis corporibus, quibus i[nſi]dent; & ſi ſemen illud commodam [ma]tricem nactum eſt v. gr. *carnes*, verm[icu]lus brevi enaſcitur: quodſi minus c[om]modo loco poſitum ſit, nihil inde gen[era]tur ad tempus. Sed inde non eſt co[ncl]udendum ſemen illud emori; ſed poti[us di]cendum virtutem ſuam conſervare, [ſi] nec nanciſcatur commodum locum [&] cauſas convenientes externas, qu[arum] ope, etiam poſt longum temporis inte[rval]lum, germinat, & animalculum prod[ucit] ei ſimile, à quo ſemen primum ema[navit].

[...]ucis etiam conſtat, ſæpius vento [...]en earum in aliquas regiones deferri; [...]us vis verno tempore excitatur, & in[...]itam [...]icit istorum inſectorum ſobolem pro[...]. Sic non exiſtimo ex ſolo rore, qui [...] folia deciderit, inſecta naſci, ſed illi [...]mplicata & admixta eſſe exigua cor[...]ula ſeminalia, quæ prout incidunt in [...]dam plantas, quæ præ aliis aptiores ad excitandam vim ſeminalem, illud [...]n in actum producunt; & inde ani[...]cula excludunt: quod ſemen, ſi in [...]s herbis & plantis hæreat, ad tempus [...]itum jacet; donec aut totum pereat, [...] loci & temporis mutatione in actum [...]umpat.

Et, errat, ſi quis arbitretur, exiguo [...]ntum tempore poſt congreſſum maris [...]minale principium, quod à fœmina ex[...]mitur, fœcundum manere; aut fœ[...]inam ad fœcundanda ova, aut ſemen, [...]requenti congreſſu maris indigere: cum experientia teſtetur ex uno congreſſu galli gallinam multis menſibus ova prolifica parere; licet in vitellario nulla adhuc ovi rudimenta comparerent. Poſſunt itaque inſecta ſemel à maris virtute imprægnata per longum tempus ova, aut ſemen deponere; eorumque numerum in infinitum augere; atque ita inſectorum rudimenta infinita quoquoverſum ſpargere. Nequis putet à vero alienum eſſe ſubito tot inſecta, ut erucas, & pulices naſci poſſe certo quodam tempore; certiſque regionibus, quaſi inſecta tot ova ponere non potuiſſent: & quaſi ideo ſtatuendum eſſet, illas ex putri materia oriri, nullo ſemine præexiſtente. Certe quo imperfectius, & brevioris ævi animal eſt, eo fœcundius, & plura ova ponit; aut plus ſeminis emittit: quod eodem redire infra docebitur. Fit itaque juxta ordinem in natura inſtitutum, quod inſecta copioſa ova ponant: & cum imperfectiora ſint animalia, non indigent eorum ova tanto apparatu, cura, aut cuſtodia, ut eorum prolifica vis integra conſervari poſſit. Neque huic doctrinæ refragatur, quod multis inſectis Philoſophi diſcrimen ſexus denegent: illa enim doctrina non eſt firmo nixa fundamento, quia in hujuſmodi animalculis ſexus diſcrimen per Anatomiam non ita invеſtigari poteſt: neque diſcriminis ſexus nota in omnibus animalibus eadem eſt. Non omnes mares pene præditi ſunt, quem in fœminam immittant in coitu. Teſtatur *Harveus* Anatomicus celeberrimus in Tractatu ſuo *de Generatione animalium*, quædam animalia non immiſſione penis, ſed tantum affrictu fœminam imprægnare: imo teſtatur de ovis piſcium, ea non coitu maris plene fœcunda reddi, ſed marem, poſtquam à fœmina excreta ſunt, iis lac ſuum, hoc eſt, *ſemen aſpergere*, & ita ea prolifica reddi; ita ut nec pene, nec illi aliquo analogo videantur indigere. Et de gallo gallinaceo refert, eum pene carere: ita ut ſæpe diſcrimina maris & fœminæ in inſectis admodum obſcura eſſe debeant.

Sed concedamus in aliquibus animalibus ſexus diſcrimen non reperiri: quandoquidem Ariſtoteles ita teſtatur Hiſt. Animal. lib. 4, cap. 11. Non ideo ſententia noſtra evertitur: poſſunt enim illa animalcula, in quibus ſexus diverſitas non eſt, ſemen excernere ſine maris congreſſu: quia maris & fœminæ virtutem continent; quemadmodum arbores. Neque id creditu difficile eſt, quia quo imperfectiora ſunt animalia, eo propius ad naturam plantarum accedunt. Exiſtimamus itaque ſemina inſectorum non eſſe recondita in terra in prima creatione; ſed ab ipſis inſectis profecta: atque illa ita conſuetó generationis modo ſuam ſpeciem in ſecula propagare. Eoque ordine habeo omnia animalcula, quæ vivipara non ſunt; & vulgo ex putri materia naſci putantur. De muribus itaque cum *ovum* in utero excludant; & animal perfectum pariant, aliter ſermo inſtituendus eſt. Eos non produci ea ratione ex ſemine ut inſecta, primum inde manifeſtum eſt, quod matrix genitu-

turæ, ex qua generantur mures, uterus tantum eſt muris fœminæ: neque extra illam matricem; quemadmodum etiam neque reliqua vivipara animalia, genituram profundunt: & quod alias morbo excernitur, perit. Non eſt itaque putandum mures, ſicut faciunt inſecta, ova extra uterum in terra ponere; ex quibus aliquando mures orituri ſunt. Secundo, ſi mures ex ſemine extra uterum profuſo, vel ex putri materia naſcerentur, licuiſſet aliquando obſervare rudimenta, & progreſſus efformationis murium per diſtincta tempora; quemadmodum inſectorum & reliquorum animalium, quæ ex ovo excluduntur; rudimenta, & efformati corporis incrementa videre ſæpe contigit. Sic quidem ſub finem Junii gyrinis pedes adnaſci ſolent; cum jam aquas deſerunt, caudam amittunt, & ranulæ formam induunt: & ita ranæ efformationem per incrementa, & tempora diſtincta intueri datur. De pullis avium, & præſertim gallinarum, res notior eſt, quam ut neceſſe ſit de iis aliquid in medium adferre. Sic in gallarum quercinarum centro intra cruſtulam rotundam, primo liquor limpidus continetur; qui ſenſim craſſeſcens, & coagulatus, ſubtiliſſimis lineamentis diſtinguitur; galbæque formam induit: manet autem aliquantiſper immobilis; poſteaque motu & ſenſu præditus fit animal; tandemque muſca avolat. Sic *Ariſt. Hiſt. Animal. lib. 5. Cap. 19.* hiſtoriam generationis papilionum deſcribit: *fiunt papiliones ex erucis, hæ autem ex foliis virentibus, potiſſimum raphani illius, quem braſſicam vocant aliqui. Primum milio minor eſt; deinde minuti vermes: tunc creſcentes intra triduum erucæ puſillæ: poſthæc aucta, à motu ceſſant, & formam mutant; vocanturque chryſallydes; cruſtaque dura continentur: atque ſi attingantur motum edunt. Cruſta multo poſt tempore abrumpitur; tandem alata animalia volant, quæ papiliones vocant.* At nullus, quantum ego edoctus ſum, fide dignus author teſtatur mures extra uterum capere hujuſmodi formationis incrementa; ſed contra vulgaris experientia docet mures, quamvis tenellos, in nidis totos formatos, & omnibus numeris completos reperiri; & quidem copioſos; illicque à matre poſitos: etiam iis tempeſtatibus, quando illud animal multitudine abundans, frugibus & annonæ noxiſſimum exiſtit; & ſubito ita numero creſcit, ut miraculi inſtar haberi poſſit. Quæ etiam multitudo tam ſubito exorta in quibuſdam tantum regionibus, præbuit multis cauſam docendi, eos ex putri materia generari; quaſi tam pauci mares, qui paulo ante in iiſdem regionibus conſpiciebantur, producendæ tam innumerabili ſoboli pares non eſſent. Sed ſi quis perpendat illud animal, ex omnium authorum teſtimonio, fæcundiſſimum eſſe, non diu ambiget noſtris fidem adhibere. Quidam ſcriptis prodiderunt in quorundam murium utero, qui ipſi nondum excluſi erant, tenellos mures repertos, ita ut jam novam ſobolem viſceribus incluſam haberent, antequam ipſi eſſent editi. Quæ hiſtoria licet apud me de fide laboret, vanaque videatur, probat tamen murium fœcunditatem ſemper ſingularem habitam fuiſſe. Id ſaltem experientia docuit, iis tempeſtatibus, quibus illud animal agricolas numero ſuo adeo infeſtat, incredibilem murium multitudinem repertam uno in nido. Et cum conſtet lepores & cuniculos ſtatim poſt partum rurſus marem admittere; & etiam imprægnari, nihil vetat idem de muribus credere. Præterea, cum pariendi tempora omnibus animalibus eodem intervallo circumſcripta non ſint; nec graviditatis tempora æquent: ſed alia menſium, alia aliquot dierum tantum circuitum ad excludendos ſuos fœtus requirant; ratio jubet credere, mures breviſſimo tempore fœtus ſuos parere. De inſectis conſtat v. gr. de muſcis, quam citiſſime ex earum ſemine vermiculum generari: nihil itaque etiam repugnat fœminas poſt factum conceptum citiſſi-

...ſime abſolvere efformationem fœtus. ...ibus ſi addatur, mures tenellos parvo ...mpore indigere, quo maturi ad concipien... ...ium & pariendum fiant: & aliunde cauſis ...xternis impellentibus, mares, antea varie ſparſos, in unam regionem confluere poſſe, ...s facile à ſe impetrabit murium ſubi... ...auctam multitudinem procedere poſſe ex generatione univoca conſueto modo per... : atque ita neceſſe non eſſe recurrere ...generationem ex putri materia; quæ nul... ...atione, teſtimonio, aut experimento ...lo innititur. Hoc tamen lubenter da... ...us, cauſas externas extraordinarias, Dei ...ovidentia excitatas in pœnam, & caſtiga... ...onem peccatorum, præbere muribus ...itamenta ad generationem; eoſque fœ... ...undiores reddere.

Ex his jam liquet, quam inepta ſit eo... ...m ſententia, qui docent etiam homi... ...em, animal perfectiſſimum, ex putri materia generari poſſe, cum ne minimum quidem animalculum, quantumvis vile, nec ulla herba enaſcatur, quæ à ſemine originem, & primordia ſua non habeat. Quod autem inſectorum ova, aut ſemen (de plantarum ſemine dicere ſuperſedeo, quia nulla conſideratione indigent) tam diu in corporibus quibuſdam integra manere poſſunt; & tam facile, & levi de cauſa externarum quarundam cauſarum concurſu in actum produci; perfectiorum autem animalium oviparorum eandem rationem non eſſe, id attribuendum majori apparatui, quem perfectiora animalia requirunt: & quod vis ſeminalis majus corpus requirat, in quo ſe tueatur. Quæ etiam cauſa eſt, quare grandiores arbores non ita promiſcue oriuntur & creſcunt, quam zizania. Nam quamvis principium formatrix fœtus, & plantarum exiguo contineri poſſit corpore; neque ex copia, aut magnitudine ſeminis æſtimanda ſit ejus fœcunditas, tamen ut ſe integrum conſervet, & formationem corporis moliatur, quibuſdam adminiculis eget; quæ in reliqua ſeminalis corporis parte ſparſa ſunt: & niſi ea pariter illibata conſerventur, irritus fit conceptus. Sic chalazæ, ſive albicantes, & criſtallinæ illæ glandulæ, quæ in omnibus ovis conſpiciuntur, ſed in fœcundis paulo nitidiores, & quas imperitum vulgus ſemen galli eſſe putat, licet in iis vis illa ſeminalis non hæreat, ita tamen neceſſariæ ſunt in generatione pulli in ovo, ut ſeminalis virtutis conatus fuſtra ſit, fiatque conceptus depravatio, niſi illæ adſint. Ita quidem, ut ſi in ovo duos vitellos reperias, unumque *externum* tantum albumen; quatuor tamen chalazæ appareant: ſicut etiam duo albumina interiora. Indiget illa vis ſeminalis præparata materia, ſine qua formationem pulli abſolvere non poteſt; quæ materia cum rurſus multis indigeat diſpoſitionibus, mirum non eſt, iſtius ſeminis vim corrumpi facilius, quæ & majori apparatu indiget; & latius atque diffuſius ſua adminicula per majus corpus diſperſa habet. Quemadmodum itaque quædam arbores, & plantæ longe minori cura & cuſtodia indigent ad germinandum, quam aliæ: ſic unum ſemen alio facilius effloreſcit. Salicis ramus commoda anni tempeſtate terræ inſitus facillime radices agit; cum multæ aliæ arbores ſeſe non propagent, niſi per ſemen, aut ſurculis, arboratoris multa cura atque induſtria, plantis inſitis. Et quemadmodum talis ſalicis ramus extra ſemen ſibi radices format: non indigens magno externarum cauſarum apparatu, ſic inſecta ova ſua imperfecta excernunt; quorum prolifica vis tam facile in iis conſervatur, & excitatur; ut etiam extra uterum & terræ expoſita incrementum, & perfectionem ſibi moliantur. Quod judicio atque argumento eſt, prolificam eorum vim à talibus cauſis pendere, quæ non facile aliqua tempeſtatis injuria, aut aliarum cauſarum incurſu, ſuis effectibus deſtituuntur. Et notandum, poſitionem talium ovorum imperfectorum iis animalibus etiam propriam eſſe, quæ perfectionis gradibus reliquis inferiora, quæque fœcun-

fœcundiora ſunt. Voco autem animal imperfectius, cujus partes ad ſui formationem, aut tam operoſa delineatione non indigent, aut tot alterationum, aut concoctionum viciſſitudines ſubire neceſſe non habent; quodque ideo, ſicut minori temporis ſpatio perficitur, etiam brevioris ævi eſſe ſolet. Et hæc optime cohærent: quorum enim animalium vis ſeminalis, nec multo artificio, nec multa opera indiget in efformando animali; cujus vim ſeminalem in ſe complectitur, illa etiam non indiget ſubjecto multis diſpoſitionibus elaborato; in quo ad tempus integra latere poſſit. Sic experientia nos docet ſemen garyophillorum noſtratium facilius virtutem illam ſeminalem conſervare, qua ſimplicem & unicolorem garyophillum producit, quam illam, qua quidem ſimilis garyophillus producitur, ſed coloribus variegatus atque diſtinctus. Eadem ratio eſt, quare triticum in zizania, æram, & lolium; hordeum in ægilopem, avena in avenam fatuam degeneret ſi negligentius iſtorum ſeminum cura habeatur; & arvo ſterili inſpergantur. Cum enim poſteriores herbæ viliores, & imperfectiores ſint frugibus illis, à quibus degenerant, virtus ſeminalis imperfectiorum conſervatur adhuc, quando perfectiorum evanuit. Ita multæ arbores folia & frondes producunt, quæ tamen nullos fundunt flores: & multæ floribus læte ornatæ ſunt, quæ nullos proferunt fructus: ſeminalis ſc. virtus facile enititur ad imperfectiora, cum deficit in magis perfectis. Et ita forte non præter rationem ſtatuitur, foeminei ſexus generationem procedere à virtute ſeminali debilitata & impedita, quæ cum in pleno vigore marem productura eſſet, viribus deficiens, machinatur minus perfectum. Eadem cauſa eſt quare ſæpe ſemen quamvis aliquo modo foecundum, tamen ad perfectam foetificationem vim ſuam continuare non poteſt. Sic mola in muliere generatur, cum vis ſeminis infirma perfectum hominem efformare non poteſt. Neque miretur quiſpiam, me ſtatuere eandem virtutem ſeminalem, quæ perfectiores herbas producit, cum vegeta ſummeque efficax eſt, etiam producere alias minus perfectas, cum viribus deficit. Aut illam eandem virtutem ſeminalem in arboribus folia producere, quæ, cum plenior, vegetior & robuſtior eſt, etiam flores & fructus generat: nam experientia teſtatur eſſe unam eandemque virtutem ſeminalem, quæ horum plurium facultatem generatricem & formatricem in ſe complectitur; eamque diverſimode exerit ſecundum diverſitatem circumſtantiarum. Primum hoc quidem eſt manifeſtum in ſurculis & ramuſculis arborum, qui de novo radices agunt iis in partibus, ubi vis eadem ſeminalis, ſi ab arboribus avulſi non fuiſſent, produxiſſet folia, flores, corticem, librum, ligna, medullam &c. Sic notum eſt herbas bulbis turgidulas, ſuccum, quem in germen & herbam mutaturæ fuiſſent, in radicis ſubſtantiam convertere, ſi terra, cui commiſſæ ſunt, pedibus conculces, compingas & comprimas: cum enim in ſublime emergere non poteſt ſuccus, ad imum retrovergit: & ibi vis ſeminalis illum ſu cum in radicem efformat, qui alioqu migraſſet in ſubſtantiam herbæ. Et ſi fru cum partes, quæ ſupra terram emine ſubſidere facias, & terra tegas, radices ex parte enaſcentur, quæ cortici & ſtoloni locus fuiſſet. Et hæc etiam cauſa eſt, re ſurculus arbori diverſæ naturæ inſi iſtius arboris folia, flores, & fructus ferat, ex qua ſurculus exciſus eſt, autem illius, cui inſitus eſt: nam arboris, ex qua ſurculus, continet in minalem virtutem omnium eorum, q bori, à qua circulus exciſus eſt, propri Ex his jam etiam manifeſtum eſt, ſemen, non ſemen tantum, ſed pla una cum ſemine producat; ſemen poſterius quia ſc. illud reliquis per eſt: & antequam planta id perfe culmen attingit, reliquarum planta

tatum ſeminalis virtus ipſi ſemini impreſſa eſt. Inhæret eadem ſeminalis vis, quæ communicata eſt ſemini, etiam ſurculo, ex quo tandem arbor fit, ſed debilior, & ideo majori cura & arte illa vis indiget, ut in actum poſſit produci, & tempore eo magis, quo planta eſt perfectior. Hinc jam etiam cauſa reddi poteſt, cur liberi non ſemper patrem, ſed ſæpe avum, aut attavum referant; neque id tantum humano generi proprium, ſed in aliis animalium ſpeciebus evenit, ut in columbis: nam non raro quæ tertia generatione productæ ſunt, calore & aliis proprietatibus potius referunt eas columbas à quibus duobus, quam eas, à quibus uno generationis gradu diſtant. Poteſt enim proprietas ſeminalis, aliquando accidentali cauſarum externarum concurſu ita per tempus ſopita jacere, ut eo tempore, quo efformatur fœtus, nullas exerat virtutes, quas alio tempore efficacius proferet: quemadmodum fruges & arborum fructus ſingulis annis non æque læte proveniunt; licet eadem cura agricolæ ſollicitent & excitare conentur earum virtutem: & quia virtus ſeminalis imperfectior eſt, qua folia & frondes producuntur, ideo omnium annorum conſtitutiones ſufficiunt producendis frondibus, quæ fructibus generandis impares ſunt. Pariter manifeſtum eſt, quomodo plantæ deſciſcant à primæva ſua perfectione; & ex mitibus ſilveſtres fiant, & quomodo rurſus excitentur ad priſtinam virtutem. In plantis ſilveſtribus non perit ſeminalis virtus earum proprietatum, quæ in mitibus ejuſdem generis plantis reperiuntur: ſed ita ſopita & obruta jacet, ut ſe excitare aut erigere non poſſit; quia majori indiget apparatu: imperfectior autem ſeminalis vis; quæ non tantum in plantis ſilveſtribus ſupereſt, ſed etiam ſat apparatum habet ut ſe exerat, plantam producit; quæ ſuis perfectionibus iſti virtuti reſpondet: quia virtus illa imperfectior eſt, ideo facilius conſervatur & viget: cum perfectior curâ, commodo loco, & tempeſtatibus convenientibus deſtituta, ſtatim langueat. Sed de his ad rei neceſſitudinem ſatis dictum eſt. Duo adhuc excutienda reſtant, quæ ſupra traditis etiam facem allucebunt: unum eſt, in quo formalis ratio ſeminalis virtutis conſiſtat: alterum, quid conferat ſexus diverſitas in generatione animalium.

---

## Cap. III.

### *In quo conſiſtat formalis ratio ſeminalis virtutis.*

PRimum ſtatuo ſeminalem virtutem eſſe corpoream. De ſeminali virtute plantarum quivis id mihi facile concedit, de animalium, illi facile largientur, qui attendunt neque animam brutorum, (ſi quæ detur, diſtincta à corpore,) neque etiam hominis, in corpore exiſtere, antequam illud apte efformatum ſit, & organis diſtinctum; ut domicilium aptum præſtare poſſit animæ. Ex eorum itaque ſententia vis plaſtica & formatrix fœtus non eſt ipſa anima. Qui animam jam in ſemine exiſtere arbitrantur; & eſſe cauſam tam artificioſæ corporis conſtructionis, illi conſiderent: primum animam hominis tunc debere eſſe ex traduce; quod mihi plane rationi adverſari videtur. nam cum anima rationalis ſit ſpiritus, diſpeſci in partes non poteſt; neque ideo ex ſua ſubſtantia quicquam producere: & ſi anima, quæ ex traduce eſſe dicitur, non producatur ex anima traduce, tamquam ex materia, creabitur, & non generabitur. Perirent etiam tot animæ, quot in ſemine fœcundo, ex adverſariorum ſententia, exiſtunt; & ex quo tamen nullus fit conceptus. Et ſi anima rationalis cauſa formatrix fœtus exiſteret, eſſet ſibi conſcia iſtarum operationum, & virtutum; cum nihil in anima aut ab anima fiat, cujus non habet conſcientiam. Deinde patriæ, an-

an matris anima, an utraque ſimul exiſteret cauſa formationi fœtus? Et cum in generatione ab utroque parente ſemen emittatur, in quo anima habitet, eruntne duæ animæ in fœtu? Cumque moribus & corporis lineamentis fœtus patrem & matrem ut plurimum referat, dicendum utriuſque animam in ſemine exiſtere cauſam formationis fœtus; unamque poſtea fœtus animam ex duabus coalitam: quæ omnia à vera Philoſophia mihi remotiſſima videntur. Et qui conſiderat animam in animali adulto, neque cibum coquere, neque ſanguinem conficere, is facile à ſe impetrabit, animam efformationis fœtus cauſam principalem & proximam non eſſe: ſi enim abſque ope animæ unum à corpore proficiſci poteſt, quidni & alterum. At inter plurima argumenta, quæ adduci poſſent ad probandum animam nihil omnino conferre ad cibi concoctionem, aut ſanguinis confectionem, illud mihi non exigui ponderis eſſe videtur, quod anima in operationibus, quas corporis ope exercet, organis illis corporeis non bene diſpoſitis, experiatur ſe ſuas operationes, vel non poſſe exercere, vel ſaltem majori cum moleſtia: ſic cum imaginari volumus, ſæpius anima ſuæ infirmitatis conſcia eſt, & experitur ſe uno tempore longe felicius animo cogitare quam alio; cum tamen ſemper æque facile velit, quicquid velit: quæ operatio animæ ſpiritualis eſt. Quodſi itaque anima idem præſtaret in nutritione, quod præſtat in imaginatione, obſtacula & moleſtiam nonnunquam experiretur in illa operatione; quemadmodum in imaginationis operatione id non raro evenit. Et cum anima ex corpore emigret, quia ita ejus ſtructura labefactata eſt, ut animæ commodum domicilium & idoneum inſtrumentum præſtare non poſſit, eſtne veriſimile, animam in tali ſemine adeſſe, quod nullis organis diſtinctum eſt. Denique cum omnes concedant formas ſubſtantiales indigere in ſuis operationibus ad efformandum fœtum, ſeminali aliqua virtute, & quidem corporali, eodem pede pergere licebit in examinanda virtute ſeminali: ſive illam virtutem ſtatuas cauſam principalem, ſive miniſtram, minusque principalem, & inſtrumentum cauſæ primariæ, ſc. formæ: ideo etiam hac in re plus operæ non ponam; & ad naturam ſeminalis virtutis enucleatius examinandam pergam.

Eſto itaque vis illa ſeminalis corpus. Corpus cum ſit, ad leges corporis etiam operationes ſuas inſtituet: oportet itaque in omni ſemine primum ponere aliquod actionis principium materiale; id ſtatuimus eſſe ſpiritum, ſive ſubtiliſſimum corpus ſemini infuſum; eique inhærens fixius: quemadmodum cordi omnium animalium calor quidam inditus eſt, qui ibi perennans naturalis caloris princeps cauſa exiſtit. Operoſe huic rei probandæ non incumbam, cum omnes agnoſcant, & experiantur ſingulis rebus naturalibus vim quandam inditam; quæ primariarum operationum cauſa exiſtens, aliquamdiu in cor-
poribus hæret; & tandem temporis de
curſu in aliis corporibus citius, in aliis tar
dius, evaneſcit. Cum autem ille ſpiritu
licet ſubtiliſſimum corpus ſit, aliquid ag
in corpus, ita etiam ab eodem aliquid
titur: ſic novimus lumen, quod cor
ſubtiliſſimum eſt, à corporibus, q
aut tranſit, aut à quibus reflectitur,
affici, ut inde omnis colorum vari
oriatur. Et ſpiritus ſubtiliſſimi, qui
ſtillatione per aſcenſum eliciuntur, v
tes eorum corporum referunt, è q
ſunt extracti. Et ſupra probatum
mus, in generatione & nutritione
mutationem, etiam plurium minut
rum & ſubtiliſſimorum corporum fi
ſpiritus itaque, utcumque ſubti
influentes in corpus vegetabile, m
nem veram illic ſubierunt, atque
quid paſſi ſunt à corpore vegetab
hiſce quæ hactenus dixi, mihi quiſq
le largietur fidem. Quod ſequetu

ilius fidem inveniet apud le-
npe omnium corporum for-
figuram tantum oriri à ma-
ia compoſita ſunt, varia con-
Probatum eſt ſæpius à mul-
nino accidentia dari; quæ re-
cta ſunt à corpore, cujus ac-
ſe dicuntur: quidquid itaque
conſpicitur, eſt tantum ipſum
verſimode affectum: ita ut
io non differens realiter ab ip-
e, neceſſario ſit ipſum corpus
do affectum. Tota itaque ge-
& ſatus atque plantarum effor-
eo conſiſtit, quod corporis par-
& debito conſtituantur modo.
taque id certa lege fieri. Id autem
a infinitis exemplis probare li-
ſpiritus eam figuram, atque mo-
terminationem acquirere poſſe;
nis duobus proficiſcatur, quicquid
in natura fit: natura per figuram
otus determinationem imprimente
oribus eas formas & qualitates, qui-
eas in natura ornatas conſpicimus.
iat ut ita dicam, à ſingulis corpori-
, eorumque minimis particulis vis
ædam, quam ſpiritus, ſive corpus
otile vocare licet: quæ ab eo corpore,
quo fluit, eam impreſſionem acquirit,
illi ſimile producere poſſit, à quo il-
s impreſſas notas acquiſivit. Omni-
m oculis expoſitum eſt; lumen ita à
corporibus reflecti; ut in ſpeculo, aut
charta alba, in camera obſcura effor-
met effigies omnium illorum corporum,
à quibus reflectitur. Neque hujuſmo-
di ſpiritus tantum ſuperficiem corpo-
rum, à quibus radiant, efformant;
ſed quando materiam aptam nacti ſunt,
etiam in longum, latum & profundum
hujuſmodi corpus delineant. Si quis at-
tendat quo pacto infans nævis, propter
matris à metu aut terrore ortam con-
ſternationem, notetur, nobis non re-
fragabitur. Quivis concedit ſpeciem rei
horrendæ, & ſenſibus illapſæ, & ad ani-
mam perlatæ, conſiſtere in corporis ſub-
tilis in aëre ſparſi certa modificatione, cr-
ta ab ipſo horrendo objecto, quod corpus
ſubtile in ſe impingens, repercutiens, ita
ſicut conſtitutio particularum ſui corpo-
ris id requirit: & hæc ſpecies, in hu-
juſmodi efformatis & modificatis ſpiri-
tibus conſtans, in animam illapſa, rur-
ſus ab illa ope eorundem ſpirituum ad
fœtum mittitur; atque ibi molle cor-
pus offendens, modificationem illam,
quam ſpecies, ſive ſpiritus, qui ſpeciem
conſtituunt, habent, illi communicant;
atque in fœtu nævum efformant: eam
ſcilicet modificationem corpuſculorum
operantes in corpore craſſiori, quemad-
modum eſt fœtus corpus, qualem ipſi ha-
bent in corpore ſubtiliori; ita ut revera
ſpecies nulla alia re differat ab illo nævo,
qui à ſpecie efformatus eſt, quam quod
illa ſit efformata in ſpiritibus, hic in cor-
pore ſolidiori.

Novimus omnes, & Sacra Scriptura
nobis exemplum ſuppeditat in pia fraude
Jacobi *Gen.* 30. quid poſſit imaginatio
in efformando fœtu: at vis illa ab imagina-
tione profecta, & præſtans ex parte vicem
ſeminalis virtutis iis in rebus, quas fœtus
acquirit in ſui generatione & efformatio-
ne; nec quæ tamen à parentis natura
fluunt, eodem modo operatur, & mo-
litur ſuos effectus, quo propria vis ſe-
minalis ſuos; eſtque illa nihil aliud,
quam quod ſpiritus ab imaginatione cer-
tam modificationem accipientes, &
pergentes ad fœtus corpus, illic ſui ſi-
mulacrum tenello corpori imprimunt:
quemadmodum ſpecies in oculos lapſæ
pingunt in oculi fundo ſuas imagines.
Meo quidem judicio nulla verior & faci-
lior cauſa virium imaginationis reddi po-
teſt eâ, quam deſcripſimus. Cum enim
in confeſſo ſit; & de eo agendi in ſe-
quentibus futura ſit major opportunitas,
fœtum vivere in utero matris vitâ propriâ;
& ita à matris vita diſtinctâ, ut à matris ani-
ma non pendeat, anima matris immedia-

te fœtui vires ſuas imaginationis imprimere non poteſt; debet ergo illa vis propagari à matre in infantem: ſed quæ alia cauſa imaginari poteſt, qua id peragatur, quam ſpiritus: cum in natura omnes imaginum propagationes fieri videamus per ſpiritus. Sic etiam ſonos per aëra deferri per ſpiritus omnes Philoſophi conſentiunt. Et quamvis fœtus ſua vita vivat, habet tamen mater canales & ductus quoſdam, per quos ſuccus alimentaris ad fœtum tranſit, ductibus à fœtu propagatis connexos, per quos certa illa ſpirituum modificatio, ſive ſpecies communicari poteſt fœtui: quemadmodum ſpecies in fundi oculo picta, per nervos opticos cerebro communicatur. Neque cuiquam mirum videatur per tam obſcuros, & anguſtos canales iſtas ſpecies propagari: nam cum illæ ſpecies nihil aliud ſint quam modificatio motus, requiritur quidem ut illæ à nobis conſpici poſſint, illas in corpus planum, æquale & lævigatum incidere, atque inde rurſus eodem modo ad oculos noſtros reflecti; quemadmodum fieri videmus in ſpeculo: ſed ut ſpeciei naturam ſimpliciter habeant, requiritur tantum ut eadem ſpirituum modificatio maneat, quæ tam in ſpiritibus qui nervis continentur, quam qui in oculo, aut alia parte corporis ſunt, conſervari poteſt: imo melius ſpecies conſervatur in ſpiritibus nervis contentis, quam in illo corpore ſubtili, quod in libero movetur aëre: quemadmodum vocis ſpecies per tubum delata integrior conſervatur, quam quæ in aëre libero effatur. Imo quemadmodum in omnibus rebus vis unitior efficacior eſt, ita ſpecies quæ per anguſtum evadunt, impetum atque impreſſionem majorem faciunt. Quemadmodum enim ſolis radii quo magis coadunantur, eo magis urunt atque illuminant; ita motus ſpirituum antea late diffuſus, quo magis in anguſtum cogatur, eo majori impetu ruit.

Id autem ante omnia obſervandum eſt, (ab eo enim pendet totum ferme generationis myſterium) ab unoquoque corporis puncto radios infinitos emitti, & quoquoverſum ſpargi: de corpore illuminato id Optici demonſtrant argumentis irrefragabilibus. Reliquorum corporum, in quæ ſpiritus, ſive corpus ſubtile impingit, eandem eſſe conditionem, ratio & experientia evincunt. Vox ore emiſſa per totum templum ſpargitur integra; & ab auditoribus ita percipitur auribus. Corpus ſubtile ſc. in organo loquelæ certam modificationem acquiſivit, in qua formalis vocis ratio conſiſtit; ille ſpiritus circumjacentes ſpiritus eodem modo modificat; & ita totum aërem, ſi nihil aliud obſtet, vocibus replet: atque ita radiat, ut ita dicam, quoquoverſum ſuas ſpecies: quæ rurſus in convallibus, & locis quibuſdam concameratis repercutiuntur; & ſæpe multas voces multis in locis reciprocas facit: ſic ut in urbe Cyzyco turres, ſeptem acceptam vocem multiplicarent. Singuli experientia novimus, quemadmodum ſigna, ſive ſpecies memoriæ impreſſæ ita ſpiritus ad ſe allidentes refle
ctant, ut in eandem ſpeciem mutentu
atque ita animæ rerum illic reconditaru
memoriam excitent. Et ratio ſuadet o
nibus corporibus eandem radiationem
tribuendam eſſe, quam corporibus il
minatis adſcribimus: nam quamvis o
corpora lumen non radient, aut à ſe r
ctant; unumquodque tamen tale qu
ſe reflectit, aut emittit, quod ſuæ
ræ conveniens eſt. Non poteſt enim
evenire, quin ſpiritus à contactu c
ris progredientes, ab eo aliquid p
tur; & aliquam modificationem r
cantur: quæ modificatio ſpecies &c
lachrum eſt alicujus proprietatis iſti
poris: dico alicujus proprietatis
multæ ſpecies requiruntur, ut tota
ris natura in ſpeciebus repræſentet
hæc eſt cauſa, quare in imagi
forti, & in conſternatione, ſa
parte tantum res imaginatione c

efformetur, non autem tota ejus natura; quia ſc. aliæ proprietates imaginatione non ſunt conceptæ: quamvis procul dubio diſpoſitio materiæ etiam maximum hac in re momentum habeat. Ita cum color & figura alicujus rei facilius imaginatione concipiantur, quam aliæ iſtius rei proprietates magis reconditæ, evenit in nævis iſtæc duo facilius ſimilitudine exprimi, quam alias magis abditas proprietates. Quamvis hiſtoriæ, quæ nobis referunt imaginationis vires, & naturæ miracula inde nata; ut & monſtroſos partus, multa exempla recenſeant, in quibus non tantum externa rei imaginatione apprehenſæ ſimilitudo expreſſa, ſed tota res cum omnibus ſuis proprietatibus efformata erat. V. Gr. quando mulieres animal, naturæ ab homine diverſæ, pepererunt: & quando homines, non tantum cornu figuram carni impreſſam, ſed ipſum cornu, proprietatibus inſitis à carne diſtinctum, produxerunt: ſic villoſi homines non ſemel producti ſunt. Et poſterior monſtroſa generatio tantum admirationis in ſe non continet; cum vis ſeminalis efficiendi os & pilos in homine ſit; & quidem in ſingulis corporis partibus: quemadmodum in quavis parte arboris vis ſeminalis eſt producendi radicem, folia, flores, & fructus; ſicut id ſupra innuimus. Requiritur itaque tantum ut per imaginationem ſeminalis illa vis excitetur in aliqua parte corporis, quæ citra illam imaginationem alioquin ſopita & obruta ſemper jacuiſſet. Et quo ſeminalis vis minori apparatu indiget, eo tanto facilius ſeſe explicat & exerit. Et hæc eſt ratio quare illi in corpore nævi, qui imagines ſunt animalium piloſorum, aut villoſorum, ſemper ferme pilis tecti ſunt, cum in reliquis præter figuram externam nihil præterea exprimant ſimile illis animalibus: imo hæc etiam cauſa eſt quare ſæpe ex conſternatione orta ex inexſpectato conſpectu piloſi aut villoſi animalis ſolummodo pili aut villi in toto fœtus corpore creſcant, nulla alia iſtius animalis expreſſa forma in fœtu. Eſt enim vis ſeminalis pilorum adeo imperfecta, ut quavis ferme occaſione illa excitari poſſit. Et hæc eſt ratio, quare in omnibus ferme noſtri corporis partibus pili creſcant. Et ſi monſtrorum & nævorum hiſtoriam ſcriptis proditam perpendas, comperies iis in rebus naturam plurimum aberraſſe à ſcopo, in quibus virtus ſeminalis, à qua hujuſmodi aberrationes pendent, facile excitari poteſt.

Et cum *hujuſmodi imagines*, de quibus paulo ſuperius, *nihil aliud ſint quam ipſi ſpiritus, ſive corpus ſubtile certo modo modificatum, quid mirum per imaginationem nihil hujuſmodi in corpore effici poſſe, cujus nullam phantaſiam habemus*; aut admodum tenuem & obſcuram. Cum enim omnes ideæ imaginationis, ſint corporeæ & imagines rei corporeæ, quicquid imaginatione repræſentari non poteſt, ſed intellectu tantum percipitur, illius ſpecies, ſicut ex ſpiritibus non componitur, ita etiam ope ſpirituum propagari non poteſt. Cum itaque nec ſanitas, nec morbus, nec ulla morborum ſpecies imaginatione exprimitur; ſed intellectu percipitur, inde eſt, quod nulli morbi immediate per imaginationem in corpore creari, aut ex eo pelli poſſint; quamvis talis motus eâ excitari poſſit, unde morbi aut ſanitas procedant. Et ita ſympathia & antipathia in animalibus generatur; nam cum amor & odium imaginari aut pingi non poſſint, motus tamen in ſpiritibus, qui cum hujuſmodi affectibus conjunctus eſſe ſolet, fœtus ſpiritibus communicari poteſt: & per motum aliqua in fœtu conformatio partium, quæ poſtea eas operationes producat, quæ iſti conformationi, &, ut ita dicam, principio ſeminali reſpondeant. Quemadmodum eâ ratione propagantur temperamenta animalium; & ex temperamentis ortæ operationes, & proprietates. Ita in canoris avibus, carduelibus, alaudis, luſciniis,

fringillis, &c. ipſum principium ſeminale cantuum earum propagatur; ſicut etiam nidificationis, & aliarum admirabilium indocta ars: quod principium, concurrentibus & adjuvantibus cauſis externis, certis avium iſtarum ætatibus, & anni tempeſtatibus in actum erumpit. Et ſæpius me miratio quorundam Philoſophorum, perfunctorie naturam contemplantium, tenuit, quod formationem fœtus abſque anima, realiter à corpore diſtincta, fieri concedant, ad reliquas tamen brutorum admirabilium operationes peragendas animæ opem implorent; cum tamen hæ operationes longe imperfectiores ſint iis, quas in fœtus conformatione conſpicimus: & cum priores, ab hominibus imitari videamus, generationem autem animalis, vel minimi, & abjectiſſimi, nulla ars, aut induſtria hominum aſſequi valeat. Et nihil aliud eſt quod Philoſophos impulit ad collocandam animam à corporis natura realiter diſtinctam in brutis, quam levis & perfunctoria nimis naturæ contemplatio; & præſertim corporis ſubtilis operationum; quæ tamen ferme in omnibus rebus naturalibus occurrunt: & quod, ſicut in omnium rerum ſpecies facile efformatur, ita etiam eaſdem aliis rebus imprimit, & impreſſas conſervat. Quemadmodum itaque in memoria ſpecies, quæ ſponte, nulla animæ rationalis, aut voluntatis directione, in ſomno ſæpius ita excitantur, cauſis quibuſdam externis cooperantibus, ut continua unius poſt aliam excitatione talia ſomnia efformentur, quæ pulchellam hiſtoriam complectuntur: idem in brutis evenire dicamus, quæ, ſicut à tali ſeminali principio ortum ſuum habent, quod adjuvantibus cauſis externis efformavit bruti corpus, ita in ſe, poſtquam efformata ſunt, complectuntur tale ſeminale principium, quod ſimiliter, adjuvantibus cauſis externis, nunc has, nunc illas operationes producit: idque eo modo, quo præter voluntatem noſtram varia excitantur phantaſmata. Ut itaque concludam, eſt corpus aliquod ſubtile, ab aliis ſpiritus vocatum, quod efformatur in ſpeciem illius corporis, à quo procedit: quod in aptum corpus, in quo nidulare poteſt, incidens, in eo manet, & adjuvantibus cauſis externis, ei ſimile corpus efformare aptum eſt, à quo primum ſuam modificationem accepit: & illud corpus ita modificatum, & commodo loco conſtitutum, eſt ſeminale principium, ſive vis illa, quæ in ſemine eſt; quæque principium eſt efformationis fœtus: quemadmodum idem ille ſpiritus principium eſt efformationis nævorum in fœtu: & porro principium aſſimilationis nutrimenti in eam ſubſtantiam, cujus in ſe complectitur principium ſeminale. In nævis tantum externa effigies ejus rei, quæ conſternationem incuſſit, ut plurimum exprimitur; cum propter alias cauſas, tum quia externa tantum rei ſuperficies in ſpiritus egit; iiſque imaginem ſuam impreſſit; & illa imago tantum fœtui imprimi potuit, quæ potenter Phantaſiam afficiebat; quæque materiam aptam reperiebat. At in vera generation à ſingulis, & minimis corporis partib tam intrinſecis, quam extrinſecis radi ſeminale principium, quæ radiatio, to corpori impreſſa, exiſtit in gener one ſeminale principium; non tantum guræ externæ rei, quæ generatur, totius naturæ.

Unum autem eſt præterea, quo hac radiatione magnopere obſervar eſt, quod, ſicut omne corpus lu tum radiat, ſive lumen reflectit quoverſum, ita etiam quodlibet aliquos in ſe incidentes, aut in tentos ſpiritus, quaquaverſum unde contingit ab infinitis corpor bus radiantes ſpiritus, tamquam in infinita puncta Phyſica coin quemadmodum evenit in radiis & ſoni. Nullum enim punctum imaginari licet, ad quod lumen poteſt, in quo imagines omnium

...a pictæ non ſunt, quæ radios ſuos ...ineam rectam, & corpus diaphanum ...lud punctum phyſicum mittere poſ-...nt; & inde eſt quod ubicunque, & ...um qualicunque aëris parte ponas ſpecu-...um, illic imagines omnium rerum pin-...tur in ſpeculo, à quibus recta linea ad ...ulum duci poteſt. Id operoſius pro-...e non præſumo, cum hæc apud Opti-...s in confeſſo, & extra dubium poſita ...t. De ſonis idem credere fas eſt, quia ...nulla parte templi, ad quam conciona-...ris vox penetrare poteſt, conſiſtere ...eat, in qua vocem integram non ex-...dias; ita ut vox concionatoris in infi-...tum, ut ita dicam, multiplicetur, & ...n ſingulis aëris partibus tota exiſtat. Sed ...uod hic notatu dignum eſt, ſonus non ...antum ab externa corporis ſuperficie eſt, ... quo dimanat, quemadmodum imagi-...nes quæ à lumine efformantur, ſed etiam ab intrinſecis ejus partibus. Quemadmodum autem id accidit in corpore ſubtili, in quo efformantur ſoni, ita ſimiliter evenit in aliis ſpiritibus, qui dimanant ab aliis partibus corporis; & efformatam in ſe habent iſtius rei ſpeciem, à qua manant. Porro licet in ſingulis punctis aëris ſoni, & imagines rerum illuminatarum formentur: & licet nervus opticus, & auditorius ſinguli hujuſmodi infinita puncta capiant: aut potius infinitas lineas ex punctorum continuatione natas, nihilominus tantum unus exauditur ſonus, & una tantum uniuſcujuſque rei videtur imago; ſi modo oculorum fabrica recte ſe habeat: quia iſtorum ſonorum & imaginum, ut ita dicam, tantum fit conceptus, quorum ſpiritus in unum coëunt; reliquorum autem nulla eſt tam firma receptio in cerebro ut illic aliquam imaginem efforment: quia cum ſint diſperſi, ſatis virium non habent, ut ſui motus modificationes conſervare poſſint.

Hinc jam petenda ratio, quare, licet in ſingulis ferme ſeminis partibus, antequam conceptus factus ſit, ſedeat tota totius animalis ſeminalis vis, ſingulæ tamen fœtum non efforment. Et quare à ſeminali vi maſculina & fœminina uniuſmodi tantum efformetur fœtus, quod utriuſque naturam referat. Supra exemplis, ex natura petitis, probavimus; etiam tunc in corporibus generatione productis, poſtquam jam conceptus factus eſt, eſſe ſeminalem vim toto corpore diſperſam, qua non ſolum ſingulæ corporis partes ex alimentis nutritionis facultate producunt partem ſibi ſimilem: ſed qua, ſi nihil aliud impediat, totum corpus naturale ſibi ſimile poſſent producere: & in multis plantis & arboribus, in quibus illa vis ſeminalis magno non indiget apparatu, id quotidie evenire ſupra indicavimus: in aliis corporibus naturalibus, quæ generatione producuntur, id quidem ita manifeſtum non eſt: quia illorum vis ſeminalis, antequam in actum prorumpere poſſit, indiget magno apparatu; non tamen plane in iis illud naturæ arcanum latet: ſeſeque prodit in generatione pilorum per totum corpus, & aliarum rerum, quas in partibus monſtroſis ſeminalis vis, excitata imaginatione, aut aliis cauſis externis, & fortuitis, produxit. Sed præcipue eluceſcit hæc veritas in generatione fœtus; qui eas corporis partes poſſidet, quibus parentes mas & fœmina etiam longe ante generationem deſtitutæ erant; ita ut ſemen vim formatricem talium partium à nulla parentum ſimili parte habere potuerit: cum tamen illa pars à ſeminali virtute producatur, ſtatuendum eſt, ab alia corporis parte vim ſive virtutem ſeminalem iſtius partis in conceptu profluxiſſe, quæ ſopita jacuiſſet, & irrita reddita fuiſſet, ſi in parentibus ab illa parte radiare potuiſſet actuoſior, & efficacior vis ſeminalis; ſed quæ nunc facile in actum prorumpit tum propter diſpoſitionem materiæ, cum etiam, quia nulla vis ſuperior illam retundit.

dit. Et illuſtrat magnopere hanc veritatem, quod illæ partes difficilius producantur, quibus parentes à generationis primordiis privati fuerunt, quam illæ, quibus carere inceperunt poſt generationem: & quo propius à generatione ea pars, aut organum in parentibus læſum, aut ablatum eſt, eo difficilius in prole ea pars integra, & illæſa producitur. Obvia experientia docet, cæcos, luſcos, mutilos, claudos, luxatos à nativitate, defectus & vitia ſua naturalia ſæpius, imo ut plurimum propagare in prole, præſertim ſi illius parentis vis dominatum habeat in conceptu, qui iſtis defectibus laborat: at quos longe à generationis primordiis caſus afflixit, & mancos & mutilos reddidit, ii prolem generant minus hujuſmodi defectibus obnoxiam. Quorum prima quidem cauſa eſt, quod vis ſeminalis iſtarum partium, cum jam in ipſo parentis conceptu proſtrata jacuit, multo difficilius in conceptu prolis excitetur, quam ea, quæ in conceptu parentis actuoſa extitit; & opus ſuum abſolvens, parti, cui efformandæ munus à natura acceperat, novam vim ſeminalem impreſſit. Sed neceſſario & alia cauſa ſtatuenda eſt in mancis & mutilis à natura: cum enim pars à generationis initio deficiens, nullam ſeminalem virtutem communicare poteſt corporis partibus; quæ virtus poſtea in conceptu prolis excitari poſſit: ſed quicquid virium eſt in partibus, id à parentibus hauſtum, ſed in prole & prima generatione ſopitum, in ſecunda, quando de novo non roboratur, & recreatur, effœta ut plurimum eſſe debet; & ideo rarius eluctata in ſecundæ generationis prole, partes illas efformare poteſt. At quorum parentum partes illæ fuere in generatione integræ: & poſtea caſu ſublatæ, ab illis, quamdiu integræ extiterunt in corpore, radiatio proceſſit; qua ſanguini & ſpiritibus vis ſeminalis impreſſa eſt; quæ iis inhæſit multum diuque, ita ut etiam poſtea ſemini vim illam ſeminalem imprimere potuerint: quæ ideo robuſtior exiſtens, facilius in conceptu effectum ſuum aſſequitur.

Sed irrefragabili argumento evincitur in ſingulis partibus ſeminis, vel etiam minimis reſidere ſeminalem vim totius animalis, quod ex unica ſeminis maris aſperſione plures generentur fœtus. Gallina ex uno galli coitu per totum annum fœcunda producit ova. Et Necydalus ex uno congreſſu vel octingenta femellæ ova fœcunda reddit. De piſcibus ſupra narravimus, mares aſperſione ſui ſeminis ova piſcium fœcunda reddere. Concedent omnes generationem fœtus fieri non poſſe, niſi à ſemine: & vim ſeminalem, quæ à parentibus procedit, eſſe cauſam plaſticam, & conformatricem fœtus. Deinde neque hoc ullus inficias ibit, ſingula ova in ſe recipere partem iſtius virtutis ſeminalis, quam mas excernit: ergo recte concluditur in ſingulis ſeminalis virtutis partibu[s] eſſe integram vim conformatricem: eam[-]que ita in infinitum dividi poſſe, mod[o] ſubjecta ſint, in quibus integra recip[i] reſervari poſſit. Cum itaque illa vis ſe[mi]nalis octingenta ova fœcunda reddere p[oſ]ſet, modo tot ova diſtincta adeſſent quibus complete ſuam virtutem p[...] exercere: & cum talis ſeminalis virtu[s] manat à corpore parentum; eaque mutuetur ſuam efficaciam, ſtatue[ndum] eſt ſicut à ſingulis partibus corporis ſeminalis virtus, ita eas omnes ſim[...] minare, ut ita dicam, in unamqu[amque] partem virtutis ſeminalis, latentis [...] mine: eamque virtutem, cæter[is] conſtitutis, tot fœtus efformare, [...] partibus uteri complete exercere ſuam virtutem.

Quod autem hic diximus de[...] idem ſtatuendum de fœminæ ſem[ine] quemadmodum in minima ſemi[nis] exiſtit tota ſeminalis vis, ita etia[m in mi]nima parte *genituræ*, ſic voco ma[...] fœminei ſeminis mixturam, ex[...] vis ſeminis fœminæ & maris ſi[...]

quemadmodum tot fœtus fiunt, in quot partibus vis ſeminalis complete exercere poteſt ſuam virtutem; tuncque conceptus dicatur; ita etiam maris aut fœminæ conceptus fit, quando vis ſeminalis à mare aut fœmina prædominans alterutrius vim cogit in ſuum obſequium, ſecumque rapit: unde & ipſa augetur. Eo modo quo plures radii ſolares, qui ſinguli ſpeciem habent radiantis, & illuminati corporis, in unum congregati beneficio ſpeculi concavi unam ſpeciem pingunt; ſed eo nitidiorem, & accuratiorem, quo plures in unam imaginem depingendam conſpirant. Quemadmodum etiam plures ſoni in unum concurrentes, aut plures aëris partes, à ſono everberatæ, in unum coaleſcentes majorem excitant ſonitum. In ſingulis itaque conceptibus, ſive unius fœtus, ſive plurium conceptus fiat, coaleſcunt in unum infinitæ ejuſdem generis virtutes ſeminales: quemadmodum in ſono & delineatione imaginis in ſpeculo, ab uno puncto infiniti radii procedentes, eorum rurſus magna multitudo in unum punctum congregatur. Colliguntur autem in conceptu virtutes ſeminales in unum, non quidem eo modo, quo radii ſolares, ſed potius quo in ſono plures partes everberati aëris; & quæ ſingulæ totum in ſe ſonum habent, in unum quaſi confluunt: una parte reliquas ducente. Quemadmodum in publicis cantibus præcentor reliquorum cantus ductu leni ad ſuum cantum flectit; fitque ex cantu plurium unus cantus. Aut quemadmodum ad centrum gravitatis, partes corporis gravidationem ſuam dirigunt. Eſtque nihil communius in natura, quam quod corpus aliquod, motu, & determinatione motus reliquis præcellens, ea cogat in ſuum obſequium. Experimur id ſingulis momentis in motu corporis noſtri, ſi aliquam ſpirituum partem verſus aliquod membrum dirigimus, ilico eo fit impetus aliorum etiam ſpirituum. Et in acri intentaque imaginatione omnes corporis noſtri ſpiritus ita occupati ſunt, ut reliquæ actiones corporis omnes ceſſent, & torpeant. Idem fieri arbitramur, quando fit conceptus: aliqua pars ſpirituum vi formatrice fœtus prædita, & dominatum habens, corporiſque delineationem aggrediens, reliquos ſpiritus eadem virtute præditos ita ad ſe allicit, ut quicquid habeant virium, conferant in partem ſpirituum, qui vi præpollent; & propterea reliquos ducunt & flectunt ad leges ſui motus. Et ſi uteri conſtitutio talis ſit, aut ea vis partis alicujus, ut aliqua ſpirituum pars emoliens fœtus delineationem, alios ſpiritus ad ſe rapere non poſſit, tunc plures conceptus fiunt. Quemadmodum plures cantus modulationes exiſtunt ſi præcentoris vox tam fortem modulationem aëri imprimere non poſſit, ut reliquorum ſuccinentium voces atque cantus alliciantur ut eam leni ductu ſequantur. Et hinc eſt, quod uteri ſeu potius cornua uteri animalium, quæ plures fœtus edere conſueverunt, cellulas diſtinctas habeant, in quibus ſinguli fœtus efformantur: & propter eandem cauſam fœtus quilibet binos humores, & utramque tunicam peculiarem ſortitur. Quotquot autem animalia rarius plures fœtus edere conſueverunt, ea, ſicut diſtinctis cellulis fœtus incluſos non geſtent, ita unico quidem chorion, & humore eo incluſo contenti ſunt, ſinguli tamen fœtus ſuum diſtinctum amnium habent; & colliquamentum eo contentum: & licet in utroque uteri cornu ſinguli fœtus exiſtant, ab utroque tamen cornu protenditur unicum chorion, quo uterque fœtus tamquam uno in ovo includitur; ſed ſinguli ſuum amnium habent: & licet plura ſemina plantarum una capſula includantur, ſingula tamen ſuas diſtinctas tunicas habent, quibus à ſe invicem ſeparantur. Et ſi ovipara animalia binos fœtus procreent uno in ovo, in eo tamen ſemper quatuor chalazzas, & duo albumina *interiora* reperies: quamvis unum tantum exterius albumen Harveus *Cap. 69.* reperiri vult.

vult. Quotquot ſc. partes ſpirituum genitalium uno interiori albumine continentur, illæ motum ſuum ad efformationem fœtus contulerunt in unum: quæ extra interius albumen ſunt, eæ novum emolitæ ſunt fœtum; & partes ſpirituum viciniores flexerunt ad leges ſui motus: quemadmodum in aqua non raro plures videmus vortices. Et quodſi contingat vel imaginatione forti, vel concuſſione, vel minus blanda tractatione humores, atque ſpiritus, interioribus albuminibus diſtinctos, miſceri, aut à generationis primordiis non ſatis diſtinctos fuiſſe; inde conceptuum & generationum perverſio & depravatio; indeque naſcuntur monſtroſi illi partus, qui partibus abundant, quando ſc. duo fœtus in unum coaluerunt: qualia monſtra plurima viſa eſſe hiſtorici referunt; ſed de his fuſius agendi jam non eſt locus. Rurſus in viam.

Statuimus itaque virtutem ſeminalem conſiſtere in illo ſpiritu, hærente in illo craſſiori corpore, quod ſemen appellare conſuevimus; & quod oculis cernitur, & manibus palpatur: qui ſpiritus vim illam ſeminalem, & conformatricem fœtus acceperunt à partibus corporis plantæ, aut animalis, cujus ſemen ſunt; eſtque illa vis iis communicata, quemadmodum ſingulis partibus corporis communicata eſt vis conformandi alimentum in ſui ſimilitudinem & figuram. Eſt tamen obſervanda diverſitas quædam inter ſemen plantæ, & ſemen animalis; & inter utriuſque fœcunditatem: ſemen, aut radix plantæ etiam quidem, ut plurimum, circa vernum tempus incipit à ſe effundere ſpiritus, tamquam radios; qui in ſe continentes *ſpeciem* plantæ, nutrimenti ſubtilioribus partibus eandem virtutem communicant, quemadmodum animalia plurima circa vernum tempus libidine accendi incipiunt.

Præterea, quemadmodum plantæ & arbores perfectiores, tenellæ cum ſint, fructus proferre non poſſunt; quia ſeminalis fructuum virtus perfectior eſt, majorique indiget apparatu: ita animalia, quo perfectiora ſunt, eo longius temporis intervallum à generationis initio ad ætatem, qua prolem producere poſſunt, requirunt, eorumque coëundi ætas tardior. Et quemadmodum vis ſeminalis producendi fructus, & flores, etiam à prima plantæ origine ei ineſt, quæ temporis ſucceſſu liberata ab impedimentis, & robuſtior reddita, accedentibus cauſis externis, eam virtutem prodit, qua flores, fructus, & ſemen producuntur, ita animalibus à primis initiis ineſt vis, qua ſemen & prolem producere poſſunt: ſed quæ per incrementa ætatis tantum liberari à ſuis impedimentis, ac roborari poteſt; atque ita debitas ſuas operationes exercere. Sed in hoc eſt ſumma plantarum inter & animalium ſemen differentia, quod plantæ ſemen fœcundum ſit citra ſexus commixtionem: diſcrimen enim ſexus proprie in plantis non datur; multo nus coitus, aut copula; aut aliquid hu juſmodi, quo alterum plantæ ſemen a terius auxilio tantum vigeat. At anim lium ſemen ad generandam prolem omn no infœcundum eſt ſi maris & fœminæ minales vires non conſpirent; & mutu ſibi invicem fœcunditatem communic Eſtque certe inveſtigatione dignum maris aut fœminæ ſeminales virtute gulæ ſeparatim ſibi non ſufficiant ac ducendam prolem, cum tamen ſi vim formatricem fœtus in ſe contir ſicut id ſupra abunde probatum eſt: que in coitu hujuſmodi vis ſpiritu imprimatur, ſed tunc tantum, c rum virium à mare & fœmina ſe profectarum commixtio fiat. H obſcuram rationem, cum inde naturæ arcana pateſcent, in apert conabimur.

Cum in ſuperioribus declarave am eſſe ſententiam, nullum animal materia generari; ſed omne ex ſuæ naturæ initia accipere; quod

lum ſemen prolificum ſit, quod maris & fœminæ ſeminalem virtutem in ſe non contineat, recte præſupponere licet brutum inter & animal rationale, hac in re nullum diſcrimen eſſe: atque ita omnia quæ circa generationem contingunt, ex iiſdem principiis & cauſis in utroque oriri. Expoſuimus etiam, quo pacto vis ſeminalis in idoneo corpore deliteſcens, accedentibus cauſis externis, excitetur, & vim ſuam formatricem explicet, qua tam pulchrum & omnibus organis, & partibus inſtructum corpus emolitur. Et ſicut in generatione, aut *conceptu* potius, ſtatim illa ſeminalis vis emergit, atque ſe prodit, quæ efformandis fœtus partibus appoſita eſt, ita conſtat ex ſuperioribus, quaſdam alias virtutes ſeminales propter apparatuum defectum, materiæ diſpoſitionem, & quarundam cauſarum externarum abſentiam ad tempus latere; quæ deinde, poſtquam maturuere, eodem, quo vis ſeminalis plaſtica fœtus, modo operationes ſuas exequuntur. Neque tantum refero ad principium ſeminale ortus *quarundam ſubſtantiarum naturalium* in corporibus animalium, ſed etiam operationes naturales: non tantum pilorum, cornuum, ungularum, pennarum &c. productiones imputo principio ſeminali, quo primum fœtus totus efformatus eſt; ſed etiam operationes animalium naturales ad ejuſmodi ſemen refero. Operationes naturales voco, quas animalia exercere videmus naturæ inſtinctu, ut loqui ſolemus. In qualium operationum numero ponere ſolemus fugam noxæ, & proſecutionem commodi, ſelectum ciborum, edendi, bibendi, natandi & volandi actiones, ſuctionem mammillarum; & qualia hujuſmodi infinita naturalium rerum ſcriptores ſingulis animalium ſpeciebus propria, naturalia, & toti ſpeciei communia eſſe enumerant. Eo itaque etiam refero illas actiones, quibus feles mures, lupus ovem, canis leporem, aves *rapaces*, vultures, milvi, accipitres, *falcones innocuas aves* perſequuntur. Quibus aranea telam texit, bombyx ſericum conficit, formica in futurum ſibi proſpiciens alimenti acervos congerit. Denique eo revoco omnes actiones, quas circa generationem tam admirandas in iis conſpicimus, copulæ deſiderium, amatorias illecebras, coëundi modum, nidificationem; ſollicitudinem circa prolem; denique omnem antipathiam & ſympathiam, quam in animalibus obſervavit uſus & experientia.

Puto autem me merito hæc omnia referre ad ſeminalem aliquam virtutem tamquam ad cauſam: docens omnes illas actiones procedere à principio materiali intrinſeco, eo modo, quo fœtus efformatio, & reliquarum rerum naturalium productio; quæ poſt efformatum fœtum diſtinctis temporum intervallis in animali oriuntur. Primum enim facile à lectoribus impetrabo iſtas operationes in brutis non procedere à cognitione, electione, aut deſtinatis conſiliis: nam plurima earum tam artificioſæ videntur, ut ſi conſilio, aut ratiocinatione dirigantur, brutorum ratiocinatio longe in multis præſtabit rationi hominum: præterquam quod hujuſmodi operationes, ſi judicio fiant, abſque voluntate exeri non poſſint. At quam à ratione alienum eſt, bruta ſuas operationes ratione & judicio dirigere; cum ſemper certis ſtatiſque temporibus ſimiles operationes exequantur, ſine ulla mutatione. Et cum ſine diſciplina, aut inſtitutione, imo ſine exemplorum prævia demonſtratione ſe ad ſuas operationes accingant: unde hauſerunt ſuam cognitionem, intelligentiam & prudentiam; & ad quæ præcepta & regulas collimantes ſingula bruta ſuo funguntur munere? Si dicas à natura & à generationis initiis hujuſmodi notiones iis impreſſas. Quæro an cum cognitione, conſilio, & prudentia ſuas actiones ad illas regulas componant; an potius ſingula ſuam naturæ indolem neceſſario, ſine ulla prævia deliberatione & intelligentia ſequantur. Si prior ſen-

Yyyyyy tentia

ſententia placet, cum cæteris argumentis jam allatis illud oberit, quod id cum conſilio & ratione in brutis fieri ſtatuas, quod in hominibus abſque rationis, conſilii, aut voluntatis opera fieri ſinguli agnoſcimus. Propter ſpirituum diverſum motum atque temperiem varia & diverſa nobis dormientibus excitantur inſomnia: propter eandem temperiem nobis de re triſti aut delectabili non cogitantibus explicatur, vel corrugatur frons; & omnia membra ad alacritatem vel torporem atque languorem componuntur. Circa pubertatis annos proclivitas in Venerem, & copulam in nobis excitatur; & ultro nos raperet ille appetitus naturalis ad explendam libidinem; niſi voluntatis frœno illi reluctaremur: itaque appetitus ille eaſdem actiones ſine ulla variatione in nobis excitaret, quas excitat in brutis idque ſponte, nullo conſilio, ratiocinatione, aut ſpontanea electione præcedente. Et certe cum cuivis experientia conſtet iſtas inclinationes, quæ temperamenti conſtitutione oriuntur, nulla alia re quam voluntate reprimi, aut diverſimode dirigi, ſequitur voluntate quieſcente illas inclinationes, eorumque executionem abſque rationis, aut voluntatis ope in nobis perfici. Et cum in inſomniis ſpiritus ultro excitentur; & ſua ſponte ad eas corporis partes fluant, ad quas eorum natura, determinatio, & proprius impetus eos rapit: ſi bilioſi, eo verſus, quo organa explendæ iræ: ſi venerei eo, quo organa explendæ Veneri deſtinata, ſita ſunt; quæ ratio ſuadet, aut urget nos ad ſtatuendum hujuſmodi ſpirituum influxum determinatum, membrorumque motum, illi influxui obſequentem, à conſilio, aut ratione in brutis oriri. Neque hujuſmodi ſpirituum motus tantum in ſomno juxta has leges perficitur, ſed etiam nobis vigilantibus ſæpiuſcule idem evenit. Etiam ante ullam conſilii, rationis aut voluntatis operationem, ad conſpectum rei horrendæ ſpiritus in organa corporis fluunt, quæ fugæ inſervire poſſunt.

Ita ad conſpectum vel cogitationem rei ingratæ, quæ quondam nobis nauſeam, aut vomitum movit, rurſus idem ſtomachi motus propter ſpirituum influxum antevertentem omnem animæ operationem, in nobis excitatur. Sic ad conſpectum, aut præſentiam Amaſiæ, in Juvene omnes illi animi affectus ultro oriuntur, quos amor conjunctos & comites habere ſolet: nec minus certo & infallibiliter in juvene illi affectus excitantur, quam in brutis: & porro ſequerentur omnes illi motus & operationes ſpirituum & corporis, quas paſſio amoris, niſi voluntate regerentur, pro circumſtantiarum varietate, quæ ſicut ferme infinitæ ſunt, ita non ſemper eoſdem motus cient in corpore, excitare ſolet. Sicut itaque circumſtantiarum varietas in amore varios citra rationis, aut voluntatis operationem excitat affectus; ideo ſolummodo quod varii in amore caſus nunc lætitiam nunc triſtitiam, nunc metum, nunc ſpe nunc invidiam, nunc zelotypiam prod xerunt; qui affectus ſæpius ad conſpect Amaſiæ ſolummodo, ſine ulla ulte cogitatione de iis rebus, quæ directe juſmodi affectus concitare ſolent, tantur: quia talis perſona quondam nium iſtorum affectuum cauſa extit quia ſpiritus per conſpectum & cog nem iſtius perſonæ, hujuſmodi m vibrari conſueti ſunt, ita ut rurſus iſtius perſonæ per ſenſus externos in ſenſum communem, eoſdem cieat. Ita in brutis, ſolummodo tum corporalem ſpirituum, ſine gnitione aut ſenſu, ſed modo m omnes illæ operationes excitari poſſunt. Quemadmodum in ir qui in conclavi aliquo caput ad tum alliſerunt, non tantum me tur, quando rurſus imminet la ſionis periculum, ſed etiam l quem impegerunt; imo totum fugiunt, ipſiſque inviſum eſt. motus ſpirituum ingratus, & i citatus conjunctos habuit eos

ſpecies, aut potius motus ſpirituum determinationem (in qua ſpecies corporales conſiſtere ſupra docuimus) quæ à loco & conclavi oritur; ita ut illa ſpecies illapſa rurſus ad ſenſum communem ſimul eos ſpiritus excitet; eorumque nervorum oſtiola recludat, quæ ſimul in lapſu aperta fuere. Unde eadem ſpirituum & organorum commotio oritur, quæ in lapſu excitata fuit. Quemadmodum itaque propter varias hujuſmodi circumſtantias, quæ nunc, aut quondam aliquid in corpore, & ſpiritibus operatæ ſunt, variæ excitantur actiones, ita etiam in hominibus variæ illæ operationes excitari poſſunt; licet nulla rationis aut voluntatis accedat directio: quæ ſingula cum in nobis experiamur, fruſtra in brutis rationem collocamus propter contemplationem hujuſmodi operationum.

Si itaque ſtatuamus à generationis initiis brutis quædam principia impreſſa eſſe, quæ omnium illarum operationum, quas in iis admiramur, cauſæ exiſtunt: ſine ulla rationis & voluntatis ope, veritatem propius aſſecuti erimus. Quamvis tunc id inveſtigandum ſupereſt, an corpori & ſpiritibus impreſſa ſint iſtæc principia? An potius tali brutorum animæ, quæ quidem cum ex corpore, & materiæ potentia educatur, corpus tamen non ſit: neque etiam ſpiritus: ſed tertia quædam ſubſtantia, quæ operationum in brutis cauſa exiſtens, etiam iſtæc principia ſibi impreſſa habet; eaque ex ſe in actum excitat: agens quidem ſecundum temperamenti & motus ſpirituum leges; non tamen ab iis petens leges ad quas ſuas actiones dirigat: neque habens illa principia & leges operationum ſuarum ab ullis proprietatibus, aut accidentibus corporis, tamquam cauſis primariis. Noſtra hæc ſententia eſt, iſtæc principia ejuſdem eſſe naturæ cum principiis ſeminalibus; quæ formationis fœtus & eorum omnium, quæ poſtea naturaliter in animalibus & plantis producuntur, cauſa exiſtunt: quæ principia ſupra probavi eſſe materialia; & corporis certas modificationes, quæ à parentibus proli communicatæ perennant in natura; & ſpecies animalium ab interitu vindicant. Eſt autem ratio omnium prima ac ſuprema quare hanc ſententiam amplector, quod nulla neceſſitas nos cogat hujuſmodi tertiam ſubſtantiam ſtatuere in natura, cum effecta, quæ in natura conſpicimus, ad tales corporis modificationes referri poſſint, tamquam ad cauſam principalem; quamvis Deo ſubordinatam: & quod pro ſimilium effectorum cauſa hujuſmodi modificationes corporis in multis naturę operibus & effectis agnoſcamus. De cauſis formationis fœtus ſatis ſuperque ſupra locutum eſt; eaſque à modificatione corporis diſtinctas non eſſe plerique libenter concedunt: ea tamen conformatio, operationum varietate, & admirabili fabrica ab iis operationibus animalium, quas vulgus naturæ inſtinctu, & ab anima brutorum tamquam forma ſubſtantiali à natura corporis, ejuſque proprietatibus diſtincta, fieri putat, præſtantia & nobilitate non ſuperatur. Negant hoc equidem plurimi; putantque actiones animalium, præſertim eorum, quæ induſtria, aut ſolertia reliquis præſtare putantur, qualia ſunt elephantes, formicæ, bombyces &c. propter ſuam varietatem; & quia à tam levibus cauſis externis mutentur, interrumpuntur, & rurſus excitantur; & tot, tamque diverſæ exiſtant, ab hujuſmodi cauſa materiali, & corporis modificatione non poſſe proficiſci; ſed longe nobiliorem iis adſcribendam cauſam: præſertim cum homines, ut illi putant, ſimiles actiones non exerant, niſi per cauſam omnibus corporis proprietatibus & modificationibus longe ſuperiorem. Nos autem arbitramur multo commodius etiam reliquarum actionum animalium cauſam referri ad corporis modificationes, ſicut conformationis fœtus cauſam atque principium ad hujuſmodi modificationem revocavimus. Et jam quidem in anteceſſum leviter

& per tranſennam argumenta quædam dedimus, quibus lectoris animus ad ſuſcipiendam hanc doctrinam appararetur: nunc autem rem totam enucleatius explicabimus. Et tunc ſimul manifeſtum fiet, quare utriuſque ſexus ſeminalis vis requiratur ad conceptum.

---

## Cap. IV.

*Operationes non proficiſci ab anima à corpore natura proprietate diſtincta.*

Ut autem recte procedat tota hujus rei explanatio, primo mihi fingam animal non tantum anima rationali; ſed omni ſubſtantiali forma deſtitutum. Deinde conſiderabo illud animal, ut anima rationali prædıtum; & examinabo, quæ ſint illæ operationes, quæ proprie iſti ſubſtantiali formæ adſcribendæ ſunt: quod in homine eo facilius fieri poteſt, quod omnium earum operationum, quæ ab ea fiunt, conſcius ſit: & ita ſub aſpectu ponam, quaſdam in homine actiones eſſe, quæ ita menti & ſubſtantiæ ſpirituali propriæ ſunt, ut nullo modo in brutis eſſe poſſint. Deinde oſtendam reliquas, quaſque cum brutis communes habemus, ita à corpore, ejuſque modificatione profluere ut imperitiam argueret, eſſetque contra conſcientiæ noſtræ teſtimonium, eas alii cauſæ adſcribere.

Aſſumam nunc, quod ante probavi, à ſeminali virtute corporea natam eſſe totam corporis machinam: tam intrinſecam, quam extrinſecam; tam eam partium configurationem, quæ in aſpectum cadit, quam eam, quæ exilitate ſua ſeſe oculis noſtris ſubducit. Erit itaque ab hac ſeminali virtute corporea cordis & ſpirituum motus, quos conſpicimus in fœtu in primis conformationis initiis. Si enim tota fœtus conformatio ab hujuſmodi virtute eſt multo magis iſti virtuti adſcribendi motus, qui illam conformationem ſequuntur: præſertim cum omnium conſenſu nulla anima in primis iſtis primordiis delitеſcere poſſit; eſt enim tantum actus corporis organici. Et nullus, niſi qui cauſæ ſuæ ſervire velit; & pertinaciam pro ratione induat, ſtatuet in puncto rubro ſaliente, quod cordis rudimentum eſt, ſedere animam; quia ſyſtoles & diaſtoles motus patitur. Imo cum anima noſtra dolores ſentiat, quando aliqua corporis pars ægrotat, & laborat; & tunc contra gaudio perfundatur, & ad hilaritatem diſponatur, cum corporis ſpirituumque conſtitutio optima eſt; cumque ea omnia eveniant lege naturæ, & ſubſtantialis unionis animæ cum corpore, quis credat animam prius in corpus infundi, quam cum cumulate eas perfectiones habeat, quæ neceſſariæ ſunt, ut mens ſine perceptione doloris cum corpore conjuncta maneat.
Anima enim alioquin à primo unionis mo
mento dolores & triſtitiam experiretu
Nulla enim veriſimilis ratio reddi poteſ
quare poſt corpus abſolutum anima triſ
tia & dolore afficiatur, quando corpu
male habet; nec tamen idem patiat
cum corporis fabrica nondum eſt ad fi
perducta; & juſta ſanguinis ſpirituun
temperies nondum in eo exiſtit. H
enim unionis formalis ratio con
quod non tantum anima ſimpliciter
piat quid in corpore fit; ſed corpor
ctionum tamquam ſibi propriarum
ceps reddatur: non poſſet itaque n
pter iſtius unionis naturam dolore
ſtitiam experiri, ſi corpori ita im
uniatur, ut partibus neceſſariis care
iis rebus inſtructum non ſit, ut
conjuncta manere poſſit abſque
ſine quibus anima defungi non
operationibus, quæ proxime cu
nione connexæ ſunt: quales ſ
& participem reddi affectionu
terationum corporis. Et quando
pore ruina fit, ut illarum affe
mediantibus ſpiritibus, anima

fieri non poſſit, tunc ſolvitur unio, & homo moritur: unde ſtatuo etiam unionem prius non fieri, quam cum ad eam perfectionem producta eſt corporis ſtructura, ut anima ſubſtantialis illius unionis proprietatum particeps eſſe poſſit. Propter quem itaque defectum ſolvitur unio, propter eundem ceſſat Deus eandem facere. Et ex his jam conſtat quouſque embryonis fabrica perfecta eſſe debeat, antequam mens humana ei per Dei omnipotentis operationem jungatur: ſaltem partes neceſſariæ, ſine quibus homo vivere non poteſt; & quales ſunt cor, pulmones, cerebrum, ſtomachus, inteſtina, hepar, exiſtere debent, antequam embryo homo putetur. Sed ad rem, cum itaque ſana ratio ſuadeat mentem humanam non eſſe unitam corpori in primis efformationis initiis, rectè omnes operationes & effectus, quos tunc conſpicimus, ad corpoream ſeminalem virtutem referimus: cum fruſtra, atque contra Philoſophandi ordinem ad aliud cauſarum genus recurratur, quando unum ſufficit: entia enim non ſint multiplicanda ſine neceſſitate. Præterquam quod amputato capite, in trunco cor adhuc diu ſaliat, imo jam extra pectus protractum, motum ſuum continuet: neque tantum ſuſtoles atque diaſtoles dilatatio atque contractio tunc adhuc conſpicitur: ſed ſi acu pungas, & lancines illud contrahit ſe: & cum motus ceſſat, aqua, aut ſanguine, aut halitu calido motus ille revocatur. Hujuſmodi itaque vitales motus abſque anima peraguntur: & hoc totum, quicquid eſt, adſcribendum ſeminali & materiali virtuti.

Ita etiam eidem principio aſſignatur ſanguinis, & ſpirituum influxus in partes: atque adeo & cerebri motitationem, ſpirituumque animalium confectionem; quorum omnium generatio, influxus, & reciprocatio à cordis motu, & reliquorum organorum fabrica atque conſtitutione pendet. Cordis enim, cerebri, venarum, arteriarum, nervorum conformationem, calorem cordi inſitum, &c. à ſeminali virtute procedere, facile omnes concedent. Sanguinis autem circulationem; & per eam nutrimenti ad partes propulſionem; ſpirituſque vivifici per corpus diſpenſationem, cum præcedentibus connexas eſſe, nemo etiam refragabitur: quandoquidem præcedentium tantum ſint conſequentia. Et nos ſinguli experimur in hiſce omnibus corporis œconomiam à mente noſtra non dependere; cum eodem modo ſe habeat ſive vigilemus, ſive dormiamus, ſive ad eam cogitationem noſtram convertamus, ſive in aliis mens elaboret: & ſi qua ex mentis operationibus in iis mutatio oritur, eam per accidens ad illas ſequi, uſu & experientia cognoſcimus. Et cum à plantis vitales operationes ſine anima perficiantur, temere eam requirimus in animalibus. De motu ſpirituum animalium ſimpliciter in ſe conſiderato, quivis æque facile concedet: nam ſpiritus animales in cerebro productos, poſſe ſine animæ ope huc illuc fluere, variaſque corporis partes, & organa ſubire, qua datur aditus; & ubi commodiſſime motum ſuum abſolvere poſſunt, id facile concedetur, cum id omnibus ſpiritibus corporique ſubtili proprium ſit. Et fide digni hiſtorici referunt quoſdam capite truncatos pedibus aliquod ſpatium confeciſſe: alios corde ex pectore avulſo quædam verba protuliſſe. Imo cuivis hoc experiri obvium eſt, caput, poſtquam à trunco præciſum eſt, multis variiſque motibus ſeſe movere, palpebris & ore nictare; & quaſi niſu aliquid conari. Multa inſecta, in muſcis exemplum omnibus expoſitum eſt, poſtquam caput ipſis præciſum eſt, nihilominus aliquandiu conſuetos motus exercent: quæ omnia argumento ſunt ſimplicem ſpirituum animalium influxum in quædam organa animæ præſentiam non requirere.

De motu membrorum, quem vulgus vocat ſpontaneum, paulo aliter loquendum eſt. Comperimur in nobis multorum ſpirituum animalium influxum in quædam organa:

organa à noſtra voluntate, & animæ noſtræ directione, aut affectione pendere; quorundam tamen ab anima, tamquam directrice cauſa, non dependere: hujus enim etiam nobis conſcii ſumus in lætitia cum frons exporrigitur, & tota facies nitet; ultro ſine noſtra directione ſpiritus in eos muſculos & fibras influunt, quæ hujuſmodi vultus in nobis effingere poſſunt. In inſomniis non raro membrorum motus fit, nobis inſciis. In multis hoc potuit mala conſuetudo, ut aut oculis nictent, aut os deducant, aut labia contrahant, aut frontem corrugent ultro; ipſis inſciis, & ne cogitantibus quidem: ita ut talis ſpirituum in muſculos quoſdam influxus ab animæ directione eſſe non poſſit. Imo ſæpius nobis invitis ſpiritus quoſdam muſculos ſubeunt: ſi quis pugnum in oculos intentat, quamvis perſuaſi ſumus per ludum & jocum id fieri, attamen oculis nictamus. Et cogitatio rei ingratæ horrorem & ſæpe nauſeam in nobis concitat: ſic inter quoſdam homines, & animalia ea antipathia eſt, ut præſentiam mutuam ferre non poſſint; ſed multis moleſtiis inquietantur, quamdiu inviſum animal præſens eſt. Lituum & tubarum ſonitus homines & equos ad alacritatem & animoſitatem concitat; idem præſtant muſica inſtrumenta: ſæpe tamen illi animi affectus omnem mentis operationem antevertunt. Ita cuidam ad nablii pulſum veſicæ muſculus excitabatur ad exonerandam veſicam. Et multis ſtridor limæ adeo moleſtus, ut quidvis potius ferant. Poſſem ſexcenta hujuſmodi proferre, quæ evincunt ſpirituum animalium motum non raro præter, imo contra animæ noſtræ directionem in nobis concitari; eumque ad certa organa pergere. Sed de his nullus forte mihi movebit controverſiam. De aliis magis laborandum erit: & quæ proprius ad noſtrum inſtitutum faciunt; & ad quæ jam progredior.

Illud compertum eſt, temperamentum plurimum poſſe in omnium animalium genere. Quid in hominibus poſſit, id ſinguli plus ſatis experimur. Et ſi recte rem æſtimemus, non tantum partes animalis craſſiores temperamentum conſtituunt: ſed præcipue ſpiritus; præſertim ſi mores & operationes ſpectes: cum enim horum omnium præcipua inſtrumenta in cerebro ſint; eoque verſus ſpiritus præcipue impetum faciant: neque corporis partes craſſiores aliter mores & operationes animalium temperare, aut moderari poſſint, niſi quatenus ſpiritus iſtarum partium qualitatibus imbuti, diverſimode iſtæc inſtrumenta, & organa in cerebro afficiant, recte in moribus, & operationibus, quæ à temperamento aliquid mutuantur, ſpirituum, eorumque modificationis habetur ratio. Fingam itaque primum animal nullis habitibus, diſpoſitionibus habitualibus, principiis, notionibus, inſtinctibus, diſciplinis &c. imbutum; ſolummodo inſtructum virtute ſeminali; qua totum animal, & ſingulæ ejus partes propriam naturam adeptæ ſunt; & per eam reliqua in animali perficiunt, eo modo qui iſti ſeminali virtuti congruit. Pro d verſitate itaque temperamentorum, ta totius, quam partium animalis, ut etia ætatum cum & alimenti, diverſi gene buntur ſpiritus. Hi autem ſpiritus ad rebrum lati, pro diverſitate ſua, tam motu, quam in aliis proprietatibus modificationibus diverſas illic op tiones edent: quales autem illæ fu ſint, id explorabimus per ea, qu nobis conſcii ſumus per mentem noſt & quæ tamen in modo operandi à non pendent. Primum itaque in experimur per appulſum quorunda rituum mentem noſtram proniorem di ad cogitandum de quibuſdam bus: illa ergo diſpoſitio non eſt a ma; ſed ſolummodo ab ipſis ſpir Et cum non tantum de quibuſdam tius cogitemus; ſed etiam ad qu pronius inclinemus, eaque exequi

mus; ita ut quaſi eo propellamur, ſequi- ur inde eoſdem ſpiritus propter motus, & modificationis ſuæ diverſitatem, ad us potius, quam ad alias partes corporis uere; hos potius, quam illos muſculos ubire; imo in eos influxuros actu, & naturali impetu, ſi anima eos non regeret; quemadmodum fieri videmus in tetano, & in maniacorum motibus, in lætitia, triſtitia, & aliis animi affectibus; quando rationis fræno non coërcentur. Sicut homines horum motuum conſcii ſunt per mentem, ita etiam ſciunt eorum determinationes à mente non pendere. Tolle ergo mentem ex homine; & finge illum exutum omni habitu, diſpoſitione, cognitione, diſciplina &c. ſpirituum motus eodem procedent modo: & ita quidem, ad materiam quod attinet, habebis in homine omnes paſſiones: dico quantum ad materiam, quia cum omnem cognitionem removerim ab homine, illud formale, quo cognito, apprehenſo aut percepto, affectus formales in nobis excitari ſolent, adeſſe non poteſt. Si itaque hujuſmodi affectus materiales in hominis corpore eſſe poſſunt; licet careat anima, multo veriſimilius eſt, eoſdem in corporibus brutorum eſſe poſſe, vel ſi anima careant.

Et ita quidem hactenus eouſque promovimus ut corpus habeamus ita efformatum; talibuſque extructum organis, & ſpiritibus, ut *materialiter* omnium paſſionum principia in ſe contineat. Porro ſicut illi ſpiritus primum proprietates ſuas mutuantur à natura cujuſque corporis naturalis, ejuſque partium, ita multis de cauſis novos, & tralatitios motus acquirere poſſunt; qui etiam materialis cauſa paſſionum ſunt. Sic potu vini ſpiritus & ſanguis acquirunt qualitates, quibus idonei fiunt ad excitandum affectum materialem lætitiæ, vel etiam aliquando iræ paſſionem; imo triſtitiæ, prout temperamenta variant: ita ſpiritus *appoſitus ad* producendam lætitiam, *excitat alios ſpiritus*, motumque eorum ita determinat, ut pariter lætitiæ affectum, ubi ad cerebrum pervenerint, fovere, & roborare poſſint. Quemadmodum autem illud ſemper fit in omnibus animi affectibus; ideoque omnibus affectibus ita eſt proprium, ut eo etiam eorum natura contineatur. Porro, ſicut cibo, potu, animi affectibus &c. ſpiritus, eorumque motus immutari poſſunt, ita præterea infinitis aliis cauſis, quas jam enarrare nihil attinet. Sed aliud majoris ponderis; & quod propius rem ſpectat, in medium adferendum; eam ſc. eſſe corporis fabricam, partiumque inter ſe conſenſum, ut una certo modo affecta, aliquot aliæ in ſocietatem motus veniant, non per determinationem ab anima profectam; ſed partium & organorum corporis ſtructura. Prætereo illos motus, quos in convulſionibus cernimus; in quibus nervi aliqua pars affecta, talis ſpirituum motus involuntarius in muſculis fit, ut inde illa nervorum intenſio ſequatur, corporiſque flexus, & motus, qui eos invadere ſolet, qui illo morbo correpti ſunt. Quam certo, & determinato motu fluunt ſpiritus in quoſdam muſculos in ſternutatione, in vomitu, in inſpiratione ac exſpiratione, in tuſſi, in excretione fæcum ac lotii, in cordis palpitatione, in priapiſmo flatulento; & ſimilibus muſculorum motibus: qui ſolummodo tales motus patiuntur, quia ita eſt conſtituta corporis fabrica, ut una ejus parte certo modo affecta, aliquot aliæ, tamquam in machina artificioſe conſtructa, ad motum invitentur: ita ut in omnibus hiſce motibus animâ ſenſuali facile carere poſſimus.

Porro, quemadmodum corporis partes varie moventur propter cauſam alicui corporis parti connexam; atque inhærentem, ita à rebus externis conſpectis, auditis, aut alio aliquo externorum ſenſuum beneficio hauſtis, varii motus & affectus in corpore excitantur; qui antevertunt omnem voluntariam ſpirituum determinatio-

tionem; atque ita à coporis fabrica, partiumque conſenſu pendent, quemadmodum illi omnes quos ſupra recenſuimus: unius oſcitatio alios ad oſcitationem provocat, & ille intuitus tam varie ſpirituum motum in diverſos muſculos determinat, ut inde oriatur illa oris contorſio & apertura, quæ in oſcitatione locum habet. Lux ad hilaritatem animum diſponit, ſicut tenebræ ad triſtitiam. Inſtrumenta muſica pulſata ita modulantur noſtros ſpiritus, ut vel inviti eorum effectus in corpore experiamur; & animum nunc attollant nunc demittant: nunc ſpiritus alacres reddant, nunc ad motum & quietem leniter componant. Sic quidem omnes novimus quid lituorum & tubarum ſonitus poſſit in hominibus & equis; & quantam alacritatem in bello iis addat.

Illud nunc etiam in conſiderationem venit, animam in capite, & quidem in aliqua ejus determinata parte functiones ſuas exercere: nam quamvis nihil ferme in corpore recte conſtituto fieri poſſit, cujus anima noſtra conſcia non ſit; non tamen fit illa perceptio niſi in cerebro, ad quod mutatio, & affectio in aliqua parte corporis excita per nervos defertur; quibus circa cerebrum præciſis, aut obſtructis, ſtatim omnis facultas ſentiendi perit: & quemadmodum tactus organis deſtructis, anima noſtra privatur perceptione eorum omnium, in quorum cognitionem veniebat per inſtrumenta ſeu organa tactus; ita aliis dirutis, omnis illa perceptio perit, cujus anima beneficio iſtorum organorum particeps erat. Hæc veritas ita cuivis obvia eſt; & tot experimentis comprobata, ut fruſtra eſſet illam novis argumentis illuſtrare velle. Non ſentit itaque anima niſi in cerebro; & eorum, quæ in corpore extra cerebrum fiunt, cognitionem habet per ſpirituum & nervorum affectionem; quam patiuntur, quoties pars aliqua corporis novam alterationem patitur: qui ſpiritus & nervi aliter atque aliter affecti in illa corporis parte, in qua nova excitatur affectio, novam illam mutationem, quam ſubeunt in illa parte, communicant ſpiritibus, & partibus nervorum ſibi viciniſ; & illi rurſus aliis ſibi proximis; idque per totam nervorum longitudinem: qui pertinentes in partem cerebri, in qua anima reſidens, omnium illarum affectionum ſpirituum & nervorum cognitionem haurit. Varia itaque ſpirituum & nervorum affectio per motum delata ad ſedem, in qua anima reſidet, facit animam diverſa percipere. Id nemo ibit inficias. Eſt itaque perceptio quidem, quatenus proxime ab anima eſt; & in ea manet ab anima ipſa: ſed illud quod extra animam exiſtens, animæ tam diverſæ perceptionis cauſa eſt, nil niſi motus eſt; & corporis diverſa modificatio. At quemadmodum anima ideo diverſimode afficitur, quia ſpiritus & nervi diverſimode affecti aliter atque aliter animam everberant: ſic iidem illi ſpiritus ita affecti, inquieti cum ſint, ulterius pergunt: & eo vergunt, quo natura motus, & cerebri, ac totius corporis ſtructura, ipſos ducit.

Quam autem illud verum ſit, inde m
nifeſtum eſt, quod nulla alteratio alicu
momenti in corpore excitetur, qu
alia, poſtquam prima ad cerebrum de
eſt, non conſequitur: in animi affecti
id ſe ita prodit, ut quivis experientia
ctus mihi facile ſuffragaturus ſit. Ita
perimur ad acrem in aliqua parte cor
dolorem excitari in nobis muſcul
quorundam motum; qui tam paru
animæ noſtræ determinatione prævi
det, ut hoc opus & hic labor anima
reſiſtere: & ut plurimum contra n
voluntatem ille motus ſpirituum, &
culorum peragatur; qui alioquin,
priis voluntatis, & animæ noſtræ
& facultatibus bene uti edocti eſ
animæ directioni parerent. Quam
datum eſt in acri dolore manus in
non contrahere, nervos non inte
dentes non mordere, vultum no

ate, non exclamare. At unde ex motu affectione aliqua in parte corporis excita; & quam dolorem vocamus, tot alii motus, & muſculorum contentiones excitantur? An à directione animæ id pendet, quæ dolorem ſentiens, ad illius apprehenſionem, ſpiritus tam diverſimode determinat? Sed contra experimur: quia viri fortes hujuſmodi ſpirituum determinationi reluctantes, vix illam ſiſtunt, aut alio flectunt, ergo ſpiritus illi in dolore certo modo affecti, & ad ſedem, in qua anima ſua munera explet, appulſi ultra pergunt; & eo vergunt, non quo anima eos dirigit atque ducit; ſed quo determinatio ſui motus, & corporis ſtructura eos vocat. Plane eo modo, quo motus, qui ex temperamento corporis oriuntur, non pendent ab anima, ſed animam ipſam ſuaviter, ut plurimum, flectunt. Poſſent itaque tot muſculorum varii motus in corpore noſtro excitari, etiamſi anima non adeſſet; neque eorum, quæ in corpore fiunt, ullam cognitionem haberet. Neque ulli hujuſmodi motus, qui cum omnibus hactenus recenſitis affinitatem habent, cogunt nos ſtatuere aliquam animam in brutis; ſed contra ipſa experientia nos cogit fateri, tam parum iſtos motus pendere à noſtra cognitione, aut voluntate, aut ab aliquo principio determinante in nobis, ut viris, qui ad rationis normam vitam inſtituere volunt, nec affectibus, aut corporeis motibus duci ſe ſinunt, nihil gravius ſit, quam ſentire corpus ſpirituſque eam vim & imperium in animam exercere; ut niſi continuo, tamquam in ſpecula ſtent, & advigilent, anima ſe à corpore regi ſinat. Et cum anima viribus quidem debilitata, & omni gratia vacans in corpore à Deo collocetur; non tamen ullis aut habitibus malis imbuta à Deo creetur.

Primum quæro, quare anima quoſdam motus ſemper excitaret in corpore, qui plane indifferentes ſunt, *neque voluptatem arceſſunt, neque dolorem depellunt*; quales *ſunt illi motus, quos ſupra enarravimus*; & in dolore acri communiter excitari diximus. Cum enim hujuſmodi motus neque ullum uſum habeant, neque electione exeitentur, unde tam conſtans, invariabilis, & eodem procedens motus muſculorum? Non ab anima certe: illa enim indifferenter cum ſe habeat, cum majori varietate & inconſtantia ageret: quemadmodum id evenire videmus in omnibus operationibus hominum; quæ homini nec noxam, nec damnum adferunt: ergo à motus proprietate, & corporis ſtructura illa indifferentia procedit: neque anima in iis actionibus alias partes ſibi vindicat, quam quod earum conſcia ſit: qua conſcientia licet deſtitueretur, illæ operationes tamen eodem modo fierent; cum neque eas dirigat; neque earum cauſa exiſtat non magis quam multorum motuum ſpirituum; eorumque determinationis, aut fabricæ, & ſtructuræ corporis.

Deinde, quare anima potius carnis voluptatibus ducitur, quam delectatur ſuis ſibique propriis? Nonne id inde eſt, quod corporis temperies, ſpirituumque ex ea orta natura ſuo modo, ſibique convenienti agat, per quem anima ſuaviter ducitur in obſequium: & cum homo ad pietatem edocetur; aliiſque principiis imbuitur, tunc cum lucta motui ſpirituum, & propenſioni à temperamento ortæ reſiſtit. In ætate infantili cum anima ſuis armis uti nondum eſt edocta, omnes actiones ſequuntur corporis ſpirituumque diſpoſitionem: cum enim actiones infantum ſibi ſint ſimiles, anima autem omni ætate æque perfecta ſit, iſtarum actionum directio ab anima tamquam à principio proficiſci non poteſt. Hoc itaque probatum eſto, tam à corporis ſtructura, ſpirituumque temperamento, quam ab externis cauſis, quatenus diverſimode in corpore operantur, varias in corpore actiones excitari poſſe. Nunc ſupereſt horum omnium, quæ tam longo ſermone explanavimus,

Zzzzzzz

vimus, uſum oſtendere in exponenda illa difficultate, quam præ manibus habemus: quare ſc. requiratur ad prolem generandam tam maris, quam fœminæ vis ſeminalis.

Cum tam mas quam fœmina habeat partes generationi dicatas; iiſque partibus ſit propria definitaque temperies ab aliis corporis partibus longe diverſa, (de qua poſtea fuſius loquemur) mutuantur ſpiritus, & à ſpiritibus totum corpus ab illis partibus aliquas proprietates. Hujus rei veritas neminem fugit: cum vis earum partium tot effectibus ſe prodat quando, ſuperatis impedimentis tenellæ ætatis, emergere incipit; & efficaciam ſuam diffundere per corpus. In juvene circa pubertatis annos pili circa mentum, & pubis regionem oriuntur, vox gravior evadit, moribus laſcivire incipit, cogitationes de Venere frequentes, copulæ appetitus; & amor erga fœmininum ſexum: denique ultro ita mores, & corporis habitum, & colloquia componere inſtituit, quibus putat ſe optime poſſe pellicere virginem in ſui amorem: & quamvis in quibuſdam circumſtantiis hæ actiones nonnihil varient, in ſe tamen ſpectatæ, in omnibus juvenibus, niſi præter naturæ curſum quædam temperamenti proprietas obſtet, ſibi ſimiles ſunt: ita ut ab inſtitutione & diſciplina hæc non proficiſcantur. Et cum anima in ſe ſpectata hujuſmodi inclinationibus à natura imbuta non ſit: dicendum omnes hujuſmodi actiones in genere ſpectatas procedere à partium genitalium temperie; quæ ſpiritus ſua qualitate impregnans, eas iis communicat corporeas proprietates, quæ corpus permeantes; & præſertim in cerebrum influentes, ita corpus afficiunt; eoſque nervorum tubulos ſubeunt, unde tales motus & actiones excitantur. Et quemadmodum juvenes in tales mores proclives ſunt, ita etiam virgines juvenculæ circa pubertatis annos multas experiuntur mutationes; mammulæ incipiunt ſororiare, menſtrua profluere, pubes excreſcere, amatorii affectus excitari, &c. De ſingulis animalibus longum foret dicere. Id omnibus notum, nulla animalia dari, in quibus libido venerea, & ad copulam proclivitas non excitetur; & quæ tunc temporis ſingula proprias ſuas actiones non habeant, quæ iſti copulæ conducunt.

Id autem in genere hic obſervandum, omnium animalium actiones ante coitum eo tendere, ut mas & fœmina propius uniantur invicem: in illo itaque affectu tales ſpiritus non dominantur, qui in animali excitant actiones, quibus à ſe invicem fugiunt; aut quibus ad iram incenduntur; aut quibus affectus odii, livoris, invidiæ excitari ſolent. Sed cum amor copulæ diſponit actiones animalis ad uniendum ſibi aliud diverſi ſexus animal; tamquam aliquid, quod ſibi, dum ille appetitus viget, deeſt, talis etiam à ſpiritibus motus imprimitur; taleſque in iis à partibus genitalibus utriuſque ſexus excitantur proprietates; ut quamdiu talis mix-
tio, atque unio non fiat, ſpiritus illi nc
intro, ut ita dicam, convertantur, n
que concentrentur: ut, ceſſante illo m
tu, qui appoſitus eſt illi actioni, qua p
lectat atque prolicit ſui generis, ſed div
ſexus animal, ſe convertere poſſin
conformationem fœtus. Et quando
quid interceſſit iſti motui, qui in ven
appetitu obtinet, ut motus ſpirituum
lectans & proliciens, ſive *unitivus*,
re incipiat; & poſtquam nactus i
cui ſe copulare poteſt tali copulæ g
quod iſti motui unitivo reſpondeat
ſit conceptus: & ab eo moment
illi ſpiritus, quorum ante concep
terminatio motus talis erat ut re
aliud ſibi uniendum, atque cor
dum, volentes frui illa unione int
miſcentes, ceſſant ita moveri, u
quod extra ſe eſt, prolicere ſtude
nacti quod appetebant, incipiun
mare tale corpus in materia idonea
imaginem & ideam in ſe habent:

ma à partibus genitalibus; quando mas & fœmina generationi maturi ſunt, excitatur talis vis, quæ libidinem accendens, facit partes omnes corporis à ſe vibrare & radiare ſpiritus verſus partes genitales: quibus ſpiritibus omnibus id peculiare eſt, quod motu agirentur, qui motui unionis conveniens eſt; & ideo per illas partes copula perficitur.

Quemadmodum itaque videmus in hominibus, ſed præſertim canibus voracioribus; & præſertim tunc, quando fame laborant, ad conſpectum alicujus grati nutrimenti concitari in ore ſalivam; ita in animalibus libidine venerea agitatis, arbitror excitari vehementiſſimum motum ſpirituum verſus illas partes, quibus ille appetitus expletur. Et quemadmodum vehemens appetitus cibi, quo cibo caret canis; & qui extra canem eſt; & quo tamen frui non poteſt, niſi illum devoret, primo foras mittit ſuccum illum, quem ſalivam vocamus: & tamen poſtea, ubi canis cibo fruitur, eandem revocat, ceſſetque totus ille motus, quo tam copioſe ſaliva ad palatum vehebatur: ita in appetitu venereo, quia ejus adimpletio conſiſtit in unione rei, quæ prius extra nos eſt, talis excitatur motus in ſpiritibus, qui ita foras, & extra ſe provolvitur; ut tamen illa propulſio ad extra & foras, ſi retrogreſſione careat, planè illi motui, qui in conceptu obtinet, conveniens non ſit, eumque deſtruat: ſed eouſque tantum foras ſe profundere nititur, quatenus unien- do animali, quo frui nititur, conducit; ita ut, dum motus videatur foras progredi, eodem tamen tempore, niſus ad regreſſum iiſdem ſpiritibus ineſſe putetur: quemadmodum talis motus ſpirituum in omnibus illis motibus eſt, qui eo tendunt ut quod extra eſt ad ſe non tantum alliciant, ſed eadem *juncta* re fruantur.

Quemadmodum etiam *in omnibus* blanditiis tales *motus imitamur.* Aſpectus & *oculorum intuitus ita dirigimus* in amore, ut eodem tempore & oculos, ut loqui ſolemus, projiciamus in amaſiam; & eos revocemus: unde ex duplici illo motu ſuavis ille & proliciens intuitus illecebrarum plenus; qui affectui amoris proprius eſt. Ita vox omnium animalium, quando ſe invicem ad Venerem proliciunt, non aſpera, ferox, vehemens, non etiam quærula, demiſſa, & metum exprimens, ſed blanda, ſuavis, illecebroſa & laſciva. Etiam geſtus, & actiones, quas adhibere ſolent animalia, & ante copulam, & in copula omnes ſuaves, placidi, amantiſſimi, & qui ad conglutinandos & copulandos animos conferunt.

Qualis itaque ſpirituum fœtus efformationem emolientium motus eſt, talem in omnibus actionibus, quas in amore producimus, exprimere ſtudemus. Ut itaque clarius me exponam: ita ſtatuo. Primo, partibus genitalibus ſeminalem quandam vim ineſſe, quæ temporis progreſſu matura facta in animalibus, excitat in iis tales ſpiritus; talemque eorum motum, ut robur addens partibus, radiare ab iis faciat verſus eaſdem genitales partes ſpiritus; idque quidem continuo, quam diu ardore venereæ libidinis agitantur: & quidem tunc præcipue, quandó copula perficitur. Illi ſpiritus continuo radiantes verſus illas partes in maribus quidem ſemen, quod in teſtibus generatur; & qui ſunt primarium in maribus organum generationis, imbuunt copioſe ſpiritibus in ſe habentibus imaginem corporis illius, à quo radiatio proceſſit. Quod ſi ſemen illud tales qualitates habeat, ut commodum talium ſpirituum habitaculum eſſe poſſit, tunc in ſuo genere prolificum eſt: ſed horum ſpirituum ea eſt ratio, ut ad aliquid conficiendum & elaborandum in ſe reflecti non poſſint (quod tamen requiritur in conceptu & in fœtus efformatione) niſi prius aliud ſibi unierint. Quemadmodum motus ſpirituum in affectu deſiderii excitatus, & foras vergens, prius retro vergere non poteſt; quam quando

re deſiderata, & cupita fruitur: neque ullo modo tales ſpiritus, affectu deſiderii manente, imitari poſſunt motum *fruitioni* proprium; quam diu re cupita potiti non ſumus. Ita ſpiritus venerei, princeps cauſa efformationis fœtus, *fruitionis*, hoc eſt, *conceptus* & efformationis fœtus motum acquirere non poſſunt, quamdiu rei cupitæ, hoc eſt, alterius ſexus ſpirituum venereorum in copula prodeuntium non potiuntur: & inde ab utroque ſexu in copula profluentium ſpirituum mutuus complexus. Et ideo licet ſemen maris prolificum; & in ſe continens potentiam efformandi fœtus; neque eam à fœmina mutuans, in uterum commodum profundatur, tamen fœtus efformationem inchoari non poteſt; niſi prius fruatur intima unione ſpirituum venereorum fœminæ. Similiter quamvis fœmina, utero maturo facto; & libidinis ardore percita, continuo imbuat vi prolifica aut ſemen ſuum, aut uterum; de quibus poſtea agendi erit locus: aut etiam in copula verſus loca generationi dicata copioſe ſpiritus mittat, qui in ſe habent vim efformandi fœtus, nihil tamen emoliri aggrediuntur niſi pariter fruantur unione ſpirituum efformatricium à mare venientium.

Neque aliquis arbitretur hæc longe petita eſſe: & excogitata tantum temere ad cauſæ patrocinium: ſunt enim hæc deſumpta ex media natura: ſuntque adeo obvia, ut in omnibus animi affectibus; & præſertim in iis, qui ex multis diverſis affectibus compoſiti ſunt, tot tamque varii hujuſmodi ſpirituum motus ſeſe manifeſtent, ut accuratum naturæ perſcrutatorem fugere non poſſint. Ita ut nihil alieni aut novi à me dictum arbitrabitur, qui phyſice affectuum naturam probe examinaverit. Id ſaltem probatione non indiget, ſingulos animi affectus, ſive paſſiones ſua propria objecta habere: quæ foris illapſa, in animali ſpeciales affectus excitant. Deinde omnes affectus proprios & peculiares ſuos ſpirituum motus habere; & cor diverſimode agitare: unde ſanguini motus etiam mutatur; & totum corpus aliquam alterationem patitur. Porro, omnes illos motus ſpirituum in affectibus conformes eſſe iis motibus, qui conducunt ad id efficiendum, quo affectus ducunt; quibuſque eorum natura indicatur. Ex. Gr. *Metus* formale objectum eſt malum, cui reſiſtere; quodve oppugnare non audemus; & quod propterea fugimus: & ideo motus ſpirituum in illo affectu pergit ad muſculos iſtorum membrorum, quibus nos ad fugam proripere ſolemus; aut periculo ſubducere. Eſt etiam præterea alius magis inteſtinus ſpirituum motus in eo affectu, & priori ſimilis, quo contingit ſpiritus ſe intra corpus, & ſimul eo motu etiam ſanguinem ad interiora rapere; unde pallor in metu. Rurſus *audaciæ* formale objectum eſt malum, ſed cui reſiſti poſſe confidimus: ideo ſpiritus in illo affectu illos membrorum muſculos ingrediuntur, qui propulſando malo aptiſſimi ſunt: neque interior ſpirituum in hoc affectu motus ad corporis pe
netralia pergit: ſed quia in oppugnand
malo periculi & noxæ impetum repell
mus, ideo ſpiritus & ſanguis à corde
corporis exteriora fluit. Sic poſſem
per ſingulos affectus, niſi id præter ſ
pum foret.

Pari ratione, quemadmodum for
le objectum amoris illius, de quo h
nus ſermo fuit, eſt res bona, qua fr
pimus; eique jungi, non tamquam
nobis inferiori, quemadmodum pec
& cibum cupimus: non tamquam
bis ſuperiori; & cui nos ſubjicere
quam rei nobis excellentiori & pot
rati ſumus: unde veneratio &
ſed tamquam rei, quæ ad noſtri ip
fectionem abſolutionemque requir
cujus ratione, quando ille amoris
propter corporis temperiem prod
cipit, nos tamquam adhuc imp
conſideramus, quamdiu illa carem
quor de amore caſto, vero & ſinc
ex ipſis naturæ principiis oritur:

ſtituto & corrupto per inordinatam noſtram voluntatem. Quia inquam *amor* tale objectum habet, ſtudet intime illi objecto uniri; eoque frui; non tamquam avarus pecunia, & Theſauro; non tamquam religioſus Deo; ſed tamquam nos nobis fruimur: ideo ad ſimilitudinem ſpirituum motus, qui eſt in affectu amoris, etiam ſpiritus qui efformationi fœtus inſerviunt, in coitu tunc demum ultimo ſuo fine fruuntur, cum complexi utrimque ſe invicem, tam qui à mare, quam qui à fœmina veniunt, ſua illa conjunctione intima fruuntur: neque amplius motum deſiderii, quo ſpiritus quaſi foras moventur ad amplectendam rem, cujus fruitione carent, patiuntur.

Quemadmodum itaque omnes animi affectus, in quibus deſiderium, ſpes, cupiditas, imperfectionem illius, qui iis ducitur, exprimunt, ita quoque imperfectionis indicia ſunt illi motus ſpirituum, qui in venerea libidine excitantur; & vim formatricem fœtus, ſed remotam, in ſe continent, quamdiu ſtatum iſtum non acquiſiverunt; eoque motu non ferantur, qui fruitioni proprius eſt. Neque ut diximus, de ſimplici fruitione cujuſque rei loquimur, ſed illius, quæ tamquam noſtri Partem conſtituit. Et inde affectus zelotypiæ tam frequens in amore: inde etiam in omnibus hominibus circa adoleſcentiæ ætatem propenſio excitatur ad alterutrum ſexum, maris ad fœminam, fœminæ ad marem: quæque propenſio finem ſibi conſtituit; non ſimplicem conjunctionem, ſed conjunctionem in unum corpus: ita ut ex ipſo naturæ inſtituto copula carnalis, qua illa ſocietas inter amantes in perfectiſſimo ſtatu conſtituitur, nos ducat in illam veritatem, quod, quicunque cum muliere conſueſcit, unum corpus cum illa fiat; quodque tantum inter duos illibatus ille amor; & prout ab incorrupta natura profluit, eſſe debet. *Hanc itaque præcipuam ratio*nem eſſe puto, quare *ſemen*, *ſive p*otius ſpiritus ſemine utriuſque ſexus contenti infœcundi ſito ad perfectam fœtificationem, neque ſeparatim conformationem fœtus abſolvere poſſint. Atque hæc dicta ſufficiant de ſemine in genere. Neque etiam video quid addendum reſtat de ſemine plantarum. Ordo itaque poſtulat, ut ad generationem animalium progrediamur.

---

## Cap. V.

### *Quare quædam animalia certis anni tempeſtatibus coëant.*

IN ſuperioribus tradidimus in omnibus animalibus poſt aliquod ætatis incrementum, excitari propenſionem ad generandum: neque ulli animali hoc proprium, ut ſtatim poſtquam in lucem prodiit, inire, aut iniri poſſit: ita ut vis prolifica poſtea tandem accedat. Nam quod de muribus fœminis narrant, quas in utero matris, & antequam editæ eſſent prægnantes repertas eſſe referunt, id puto præter fidem traditum memoriæ; & excogitatum ad exaggerandam murium fœcunditatem: quo refero, quod de iis narrare quidam ſolent, ſi ſalem mures lambant, impleri. Eſt itaque novellorum in omnibus animalium generibus prima ſeminis emiſſio aut infœcunda; aut ſi fœcunda ſit imbecilliora tamen animalia generat: idque præterea per experientiam, quibuſvis obviam, conſtat, ea animalia citius ad generandi maturitatem pervenire, quæ imperfectiora ſunt, & quibus vivendi ſpatium breve: quibus autem natura conceſſit longiorem vitæ uſuram, illa etiam tardius vim generandi acquirunt: inter homines fœmina citius generationi apta putatur, quam vir: & mihi nullum eſt dubium, quin vir ſi ſecundum leges naturæ vitam inſtitueret, longius quam fœmina vitæ ſpatium protenderet. Inſectis omnibus, ſicut vitæ terminus iis brevis eſt, ita brevi temporis curriculo iis adeſt pro-

probitas generandi. Et ſi de ſingulis animalibus rationem & calculum ineas, comperies vitæ ſpatium pro proportione reſpondere tempori generationis. Homo equo longævior eſt, tardius etiam copulam appetit: equus canem vitæ longitudine præcellit; ideo etiam in cane facultas prolifici coitus maturius exiſtit: lepores, & cuniculi citius libidinantur; ſed citius etiam quam canes vitæ ſpatium abſolvunt. Homini generandi facultas adeſſe putatur cum bis ſeptem annos explevit; circa autem annum vigeſimum primum Veneri aptiſſimus eſt: ſic equus in bimatu coire poteſt, ſed perfectius ea opera defungitur, poſtquam trimus aut quadrimus evaſerit; protendit autem equus vitam ad annum trigeſimum, imo quadrageſimum, ſi recte ejus cura habeatur; neque laboribus nimium conficiatur. Canes mares & fœminæ anniculi magna ex parte coëunt: quamvis nonnunquam menſe octavo; quod tamen fœminæ frequentius quam mari. Communiter autem canes equi longævitatem non attingunt. Plura non addam: cum naturalium rerum ſcriptores animalium coitus tempora & ætates deſcripſerint.

Cauſa autem quare in omnibus animalibus intercedit ſpatium inter naſcendi & generandi initia, ea eſt, quod omne ſemen prolificum animalium fiat ex iis humoribus; qui temperato calore concocti ad ſiccitatem potius quam ad humiditatem, pro ratione temperamenti cujuſque animalis, accedunt. Cum autem omnia novella animalia humiditate abundant; & temporis decurſu ſicciora reddantur: ideo etiam omnium juniorum animalium caro tenerior; inde evenit nullum animal fœcundum eſſe, quod propter ætatis teneritudinem, ſuperantem humiditatem nondum devicit. Et hæc etiam cauſa eſt, quare ea animalia citius Veneri apta ſint, & prurigine ſtimulentur, quorum ſemen ad fœcunditatem minori ſiccitate indiget. At eorum animalium ſemen tardius perficitur, quod viſcidam ſiccitatem requirit, quale eſt ſemen hominum; & ideo homo adeo longævus: quod enim ex hujuſmodi principiis coagmentatum eſt, aut ſuæ originis cauſam habet, id diſſipationi minus obnoxium; & ideo homini ferme per totam ætatem probitas coëundi durat. Quorum autem ſemen humiditate abundare poteſt, aut viſciditate multa carere, contentum autem eſt mediocri ſiccitate, illud, ſicut citius perficitur, ita generandi in animalibus maturitatem accelerat. Inter alia autem argumenta, quibus probari poſſit hominis radicalem & inſitum humidum ita pingue, & viſcidum eſſe, illud mihi non ex minimis videtur, quod vapores ex homine exhalantes, adeo graviter oleant: & odor rebus impreſſus tam tenaciter adhæreat: & oleta adeo fœteant. Nec obſtat, quod quædam animalia ad Venerem proniora reddantur humidis tempeſtatibus: quemadmodum alibi indicavimus, cervos conſuetum generandi tempus nonnihil antevertere, quando tempeſtas humidior eſt. Et omnes ferme aves quia ſicciores, ideo circa vernum tempus coëunt. Nam id tantum locum habet in animalibus ſiccioris tempera-menti. Et quia apis inſectum ſicciſſimum ideo tempeſtatibus pluvioſis copioſior [...]rum proles eſt, ſed mellis copia min[...] quod ſicciſſimum eſſe, cuivis con[...] Præterquam quod diſtinguere opor[...] inter id, quod libidinem excitat; & c[...] ſemini fœcunditatem præſtat, & coë[...] robur ſuppeditat. Non quidquid lib[...] geſtiente prurit, & laſcivit, id ideo [...] ſpecie generando aptiſſimum & va[...]mum eſt. Certe hæc tam parum coh[...] quam præceps ira, & pronus ad [...]ctam animus, cum viribus ad expl[...] vindictam ſufficientibus: aut facil[...] proclivitas ad ſe movendum, cum [...]re ad motum diu continuandum. [...] & minus firma anima citiſſime p[...] levem injuriam, & parumper [...] bilem in iram & vindictam exar[...]

c minus viribus iis, qui lente ad
m progrediuntur; ita etiam hu-
membrorum in pueris ad ludum
penſos reddit, non tamen longum
ie conficient quam adulti. Sic tem-
nti humiditas & flexibilitas plus
ciet in partibus generationi dicatis;
ius animal trahet ad Veneris luſum;
o initu non præſtabit cæteris: ci-
nim labaſcit, fatiſcit, & deficit:
admodum id fermè omnibus evenit,
umidioris temperamenti ſunt. Nar-
de polypo, piſce humidiſſimo, &
is parum conſtantis, quod poſt coi-
adeo debilitetur, ut vix feſſa membra
trahere poſſit. Sed in ſequentibus de
rit agendi locus. Id certe evincit ſemen
nalium omnium, ſiccius, imo & forte
dius eſſe in ſuo genere, quod omnia
me animalia coitus tempore ferociunt:
quor de maribus: fœminæ enim à partu
ocire ſolent. Vis enim exſiccans à mare
anans, & ſpiritus afficiens & roborans
naci atque conſtanti ſuo calore, animal
d ferociam diſponit: & deſiderio atque
oëundi impetu flagrans, nihil iſtum ſpiri-
uum motum intervertere aut ſiſtere poteſt,
quin ſtatim exardeſcat; quemadmodum
aqua impetu fluens, ad quodcunque ob-
jectum alliditur, in ſpumam efferveſcit. Et
Fœmina circa educationem prolis tota oc-
cupata, non poteſt non eſſe moroſa; ſi
quid intercedat quod ipſam turbet. Id
etiam argumento eſt, ſemen ſiccius eſſe,
quod omnibus caſtratis temperamentum
humidius reddatur: & quorum animalium
caro natura ſiccior eſt, & ideo eſui ſæpe
minus grata, illa, ſi caſtrentur, carnem hu-
midiorem & ſuaviorem præbent. In capris
obvia experientia eſt. Eunuchis pedes intu-
meſcunt, & venter facile ſolvitur. Et omne
animal, cui teſtes exſecti ſunt, pingueſcit:
at nullum animal ſiccum, pingue eſt: &
quo animalia ſicciora, eo minus pingueſ-
cunt: & hæc cauſa eſt, *quare feræ in ſuo
genere minus pingues ſint,* quia caro ea-
rum ſiccior eſt. *Et omnia animalia*, quo-

rum caro, quando ſub hominis cura ſunt, & uberiori pabulo gaudent, humidior eſt; & ideo minus grata, ſi autem parcius nutriantur, & paratum pabulum non habeant; ſed cum difficultate victum quærere neceſſe habent, ſuavius nutrimentum præbent. Quia ſuum domeſticorum caro humidior eſt, ideoque minus grata, ideo ſilveſtrium caro magnatibus magis in deliciis eſt, quia ſiccior. Verum equidem eſt omnia animalia, quibus ab hominibus ſollicite pabulum ſubminiſtratur, & ideo largius nutriuntur, pinguiora evadere, & ſimul ſalaciora, & copioſiorem prolem producere; & humiditatem majorem adipiſci: ſed illa coitus frequentia non eſt ab humiditate aut pinguedine, ſed à tepore, & pabuli ubertate; qua evenit copioſe ſuccum illum generari; qui facile in ſemen concedit: & ea multorum animalium conſtitutio eſt, ut ſuccus ille per pabuli ubertatem generari non poſſit, quin etiam iis multum pinguedinis apponatur: ſed tantum abeſt ipſam pinguedinem, aut aliquid ei affine ipſis generandi facultatem afferre, ut ſi pinguedo modum excedat, Veneri minus aptiora reddantur; quod in hircis evenire alibi docuimus. Et inter homines notiſſima res eſt. Contra, nulla notior res eſt, quam eos inter homines optime iis muneribus defungi, qui opipare vivunt: nec pinguedine tamen onerantur. Cum hæc ita ſe habeant, liquet quam longe ſæpe aberrent, qui non animadvertentes ad temperamentorum diverſitatem promiſcuè iiſdem remediis utuntur adverſus ſterilitatem. Ego arbitror homini craſſo & pingui nihil conducibilius eſſe quam parce vivere, & frequentem eſſe in exercitiis: macilento & frigido calida & humectantia præberem: humido & frigido calida & ſicca; & quæ humida diſſipando partibus robur & firmitatem adderent: & ita cum reliquis ineunda ratio eſt. Acria & piperata, quæque cum iis affinitatem habent, quamvis concedam plurimum poſſe in quibuſdam corporibus ad excitandam libidinem: quem-

quemadmodum ferunt oves, quando aquam ſalſiuſculam bibunt, citius coire, nihil tamen ad fœcunditatem conferre arbitramur; ſuntque illa potius libidinis irritamenta, quam ſterilitatis remedia. Sed de his ad rei neceſſitudinem dictum ſufficiat.

Cum ſuperioribus connexa eſt quæſtio, quare quædam animalia certis tantum anni tempeſtatibus coëant, quædam omni tempore: ut homo, equus, ſus, canis, ovis: gallinæ toto anno pariunt, exceptis duobus menſibus brumalibus, columba pariter. Cervus autem circa octobrem libidine geſtit, aves ferme omnes verno tempore coëunt. Piſces plurima ſui parte pariunt menſibus his tribus Martio, Aprili, Majo, aliis menſibus feriantur. Feles præcipue circa menſem Martium coire geſtiunt. Ego horum cauſam eſſe arbitror tempeſtatum anni varietatem; qua evenit per eas tempeſtates in animalibus ſuppleri ad generationis actum, quod propriis viribus efficere non poterant. Multorum animalium ea ratio eſt, quæ multarum plantarum, quod ſc. æquabiliter temperata non ſunt; ſed aliqua qualitate deficiant, aut excedant, quæ ad juſtum modum revocari debet. Quatenus itaque aliqua anni tempeſtas id præſtare poteſt, eatenus magnum habet momentum ad facultatem, aut coëundi probitatem. Quid mirum felem, qui ſicca temperie plurimum præcellit, igneoſque ſpiritus habet (unde ejus agilitas & acerrimus impetus) humiditate menſis Martii adjuvari ad ſemen producendum: temperamenti ſiccitas humorem requirebat ad coitum; quem ex ſe felis præbere non poteſt, ſed eum confert anni tempeſtas; & cum felis ſatis calidi temperamenti ſit, majori ſolis tepore, aut calore, quem ſol ſubſequentibus menſibus affundit, non indiget. Multæ aves, quia ſiccæ ſunt, æſtatis ardores & ſiccitates prævertunt; & quia minori præditæ calore, differunt coitum in menſem Aprilem & ſequentem. Quorum animalium, temperato calore & humore indigentium, coëundi tempus incidit in menſem Octobrem aut Novembrem; poſt æſtatis ſiccos ardores, illa ſemen prolificum habent, quod multa coctione & paratu indiget, & ideo primis ſolis ardoribus perfici non poteſt; ſed iis prætergreſſis, fœcundum demum redditur: quod in cervis & damis evenit, geſtiunt enim coire ſub medium Septembris, pariuntque poſt medium Junii, circa feſtum divi baptiſtæ Johannis: ita quidem novenis menſibus in utero gerunt, ſuntque longævi admodum; quæ omnia argumento ſunt ex ſemine bene elaborato & ſubacto conceptum fieri iſtorum animalium. Quæ autem animalia mollis, flaccidæ, & humidæ ſunt carnis, uti piſces, ſicut illa ſemen habent parum coctum, & ſubactum, ideo reſpondet eorum caro ſuis principiis; ideoque minori indigent calore, & propterea magnos ardores non exſpectant: acciditque iis, quod ferme omnibus plantis frigidis; exiguaque coctione indigentibus, quæ germinatione antevertunt calidiores plantas, aqueus enim & tenuis earum ſuccus eſt quo augentur. Atque ita quidem an tempeſtates ſuas ſibi vindicant partes generatione animalium. Nec difficile e cauſas aſſignare, quare ſingulis animali ſpeciebus ſua ſint generandi aſſignata t pora; ſi modo omnium naturam recte ploratam haberemus.

Quibus autem animalibus contingi nibus anni tempeſtatibus Venerem cere, ea aut natura, aut nutriment prietate, & cura domeſtica, prop cedunt ad temperamenti æquabil Et cum talia domeſtica animalia nutriantur, & tepore tectorum, do opus eſt, gaudeant; materia u men generetur, iis ita deeſſe non & ita promiſcue omnibus tempo libido ſubagitat. Homo equidem nes anni tempeſtates coitum ſer ſtructus enim eſt tot tantiſque propter temperamenti æquabilita

ſiccitate aut humiditate externa
geat. Eſtque ejus humidum radi-
eo ſubactum, ut omni anni tem-
geat floreatque. Quemadmodum
ribus, quarum humor pinguior eſt,
; quæ media etiam hyeme frondes
rvant. Etiam ab hoc tenaci viſcida-
nguedine proculdubio hominis lon-
as dependet.

amine autem dignum eſt, quare
a animalia, quando ſemen in iis fieri
pit, tanta mutatio invadat: omnia
ciora evadere, ſupra indicavimus:
i quidem inter homines, vox gravior
lenior redditur, pubeſcit, barbaſcit:
lieri menſtrua fluere incipiunt, & mam-
e ſororiare. Quod quidam aſſerunt eti-
catellis accidere. Menſtruorum pro-
xum etiam multis aliis animalibus; &
idem præcipuè tunc, quando aut pru-
unt, aut generationi apta eſſe incipiunt,
roprium eſſe non uno loco aſſerit Ariſto-
eles. Cani, inquit, menſtrua fluunt ſeptem
diebus; & tunc additis adhuc ſeptem die-
bus, coitum patitur. Sic & vaccis menſes
fiunt, etiam equabus: imo omnibus fœ-
minis ea excernuntur, quæ ſanguineæ
ſunt; & quibus uterus non eſt ad ſeptum
tranſverſus; nec ova pariunt. Ariſt. lib. 1.
de generat. Animal. cap. 20. & lib. 3.
cap. 1. *Nec menſtruorum deceſſio fit avibus, ut viviparis ſanguine præditis. In iis omnibus fit, aliis magis, aliis minus, aliis quantum rem indicet.* Dicit equidem Ariſt. *lib. 4. de Gener. Animal. cap. 5.* Equam carere purgatione; & ideo eam ſalaciorem eſſe; ſed id forte non ita intelligendum, quaſi omnino menſtruis careret; ſed quod equæ extra uterum non fluant; ſed ab utero abſorbentur. Et ideo arbitratur equam ſalaciorem eſſe: quia cum ex Ariſtotelis ſententia menſtrua in fœminis reſpondeant ſemini in maribus, quo plus menſtruorum excernitur in uterum; & loca circa uterum; quæque illic manent, eo in iis *animalibus* libido acrius excitatur; quemadmodum mares Venere magis ſtimulantur, qui ſemine abundant. Alioquin verbis expreſſis teſtatur *Hiſtor. Animal. lib. 6. cap. 21. Equabus menſes fluere.* Volui hic Ariſtotelem in teſtem citare: quia multis perſuaſum eſt, mulieri tantum proprium eſſe menſtruorum fluxum. Non eſt equidem illud menſtruum profluvium in illis animalibus rubeum & ſanguineum, ſed album: verum id non obſtat quare ille excretus liquor eo nomine cenſeri non debeat. Cum *alba*, quæ mulieribus fluunt, etiam hoc nomine inſigniantur: nec dubium eſt, quin ad fluxum menſtruum referri debeant; quandoquidem ſecundum conſuetum naturæ ordinem mulieribus ille fluxus tunc demum oriri ſolet, cum per ætatem menſtrua ſolent fluere. Cauſa itaque fluxus alborum eadem, quæ fluxus rubrorum menſtruorum; ſed alba infirmam & morbidam cauſam habent, rubra ſanam & integram. Quamvis nonnulli putent alborum fluxum, ſi intra modum conſiſtat, non eſſe numerandum inter morbos mulieris: certe ſine ullo incommodo, aut valetudinis detrimento diu iſtum moderatum fluxum alborum patiuntur. Et ut dicam, quod ſentiam, ſunt illa menſtrua alba nihil aliud, quam interciſa atque interrupta menſtruorum evacuatio; orta ab intemperie partium circa uterum, qua evenit iſtos humores non morari menſtruum decurſum, quo legitima fermentatione omnes ſimul excludantur; ſed antevertunt illum terminum: quemadmodum in alvi fluxu, dyſenteria, ſtranguria, & ſudore qui ex infirmitate manat: in quibus morbis propter ægram naturæ conſtitutionem crebro & minutatim peccans humor evacuatur: quod ſi natura ſe recte haberet, modica & naturæ debita quantitate ſtatis temporibus ſe exoneraret. Nec eſt quod moremur album colorem; cum cuivis notum ſit quam levi de cauſa humores varios ſuſcipiant colores: quam parvam ob cauſam lotium turbidum & albicans redditur, quod flavo vel ſubaureo colore eſſe debebat. Nec major cauſa intercedit quando in Coruzâ

 vapores

vapores ad cerebrum delati in albam ſubſtantiam convertuntur; quam mucum vocamus. Et accuratior Anatomicorum obſervatio jam manifeſtum fecit, non ſanguine, ſed ſucco albo ex placenta uterina attracto, embryonem nutriri: ita ut ſanguinis mutatio in ſuccum albicantem naturæ admodum proclivis ſit; eique familiaris. Et ſi lac ex ſanguine menſtruo, ut ferme omnium antehac Medicorum & Philoſophorum fuit ſententia; quamvis recte hoc negetur, quid miramur ſanguinem menſtruum in albo fluore tranſire in alium colorem. Quotidie ex ſanguine pinguedo generatur; quæ eſt ſubſtantia albicans. Et ſi quis attendat quam facile à carnibus rubor ille, quem carnes à ſanguine habent, auferatur elixatione, is intelliget rubrum colorem ſanguini non admodum firmiter inſitum eſſe: ſic quibuſdam floribus ſuus adhæret color; qui eſt fugax & evanidus admodum. Non eſt itaque ratio ſufficiens quare brutis menſtruorum fluxus adſcribi non debeat, quod iis ruber non ſtillet.

Quæ autem ſit menſtrui effluxus efficiens cauſa, quæritur? Cum ſecundum naturæ inſtitutum menſes ſalubriter iis tantum fluere incipiant, in quibus facultas prolifici coitus incipit emicare; & illa facultas à ſeminis generatione abeſſe non poſſit: monet nos ea res contemplationem in inveſtiganda hujus fluxus cauſa convertendam ad ſeminis naturam, ejuſque cauſam. Plurimas mutationes animalibus evenire, quando ſemen in iis fit, omnibus notum eſt: mulieres quidem tunc libidinari, & iis mammas forꝛiare, menſtrua fluere, & pubem ac pilos ſub alis creſcere omnes novimus. Generationem autem ſeminis iis omnibus cauſam præbere, inde manifeſtum eſt, quod in viris; in quibus ſemen eſſe incipit, eadem eveniant: unico excepto, quod menſtrua iis non fluant (quamvis à fide dignis accepi id virili ſexui nonnunquam contingere) & quando vaſa ſeminis confectioni dicata illi exſecta ſunt, tunc illorum nihil amplius fit. Deinde, quibus menſtrua non fluunt propter peculiarem corporis conſtitutionem; & ſemen tamen in iis generari incipit, iis tamen reliqua accidunt: unde ſolide concluditur ſeminis generationem iſtorum accidentium cauſam eſſe. Adde quod in anniculis & ſeneſcentibus, quando ſeminis prolifici generatio ceſſare incipit, etiam menſes deſinant. Merito itaque menſtrui fluxus cauſa aſſignatur ſemini. Sed efficaciſſimum argumentum eſt, quod animalia, quibus menſtrua fluunt; & quibus tamen certa ſunt coëundi tempora, tunc illum fluxum pati ſolent, quando ſemine abundare incipiunt. Et mulæ, quæ ita fluxum non patiuntur, ut extra uterum prorumpat, quicquid tamen inutile eſt, & menſibus analogum, cum excremento veſicæ excernunt: eſtque ideo illarum urina ita odore ſeminis imprægnata, ut muli non genitale fœminarum, ſed ipſum excrementum olfaciant. Nec tamen ideo ſtatuendum cum Ariſtotele ipſa menſtrua ſemen eſſe; cum ipſe Ariſtoteles multis animalibus menſtrua deeſſe aſſerat; quæ tamen ſemen habent, & generant. Et cum mulieri omnia vaſa ſeminis generationi apta æque concesſa ſint, ac viro; ipſamqu[e] ſeminis ejaculationem experiatur per v[o]luptatem: eaque omnia eam ſequantu[r] quæ virorum ſeminis emiſſionem ſequi[so]lent, triſtitia, laſſitudo, libidinis n[e]gatio; temere id ab Ariſtotele aſſer[tum] eſt, menſtrua in mulieribus ſeminis v[ices] ſupplere. Imo tantum abeſt quod men[ſtrua] ſeminis loco habenda ſint in fœmini[s,] potius in omnibus fœminis, quæ me[nſes] non patiuntur, ſeminis indicia abu[ndan]tius ſe prodant: quemadmodum id [mani]feſtum eſt in muliere viragine, cu[i] menſtrua non fluunt, tamen omnia [ac]cidere ſolent, quæ optimæ notæ [ſeminis] indicia ſunt. Vox gravior, anim[us au]dacior, maricibus infeſtatur, barb[a;] quæ omnia viris propria; quibus [ſemen] perfectius concoquitur. Et quamv[is]

propter ſeminis parvam copiam, itudinem, (quæ tamen nota eſt ſe- ptime coƈti) & corporis ſiccitatem prolifica ſit; etiam fortaſſis minus libidinoſa, aptiſſima tamen eſt ad endum coitum: ita ut ſemine non, ſed ſicciori, quam ſuæ naturæ enit, prædita ſit. Nec tamen men- in ſe, & ſimpliciter conſiderata, ſe- mulieris perficiunt, & debita quali- imbuunt; ſed ſunt tamen, ſi juxta ræ legem procedant, indicia atque umenta temperati ſeminis, & pro- cæ naturæ: quatenus ſc. menſtruorum nveniens effluxus documento eſt mulie- temperamentum legitime calidum & midum eſſe: quandoquidem menſtrua nil aliud ſunt, quam humores per fer- entationem, quæ excitata eſt per ſemen, mquam per fermentum, rejectio; ſicut ropemodum in omni fermentatione, quæ n humidis corporibus peragitur, talis hu- noris ſeparatio fit.

Semen itaque, quod in viro, qui ſicci- oris temperamenti eſt, barbam, pubem, & vocem graviorem producit; id in mu- lieribus, quæ humidioris ſunt tempera- menti, & minus firmum & ſtabilem calo- rem habent, menſtrua producit. Vis ſc. ſeminis teſtibus concluſa, aut per venas, aut vaſa lymphatica, quæ ad teſtes etiam producuntur: ad cor, aut ad commune chyli receptaculum; & ita per totum cor- pus traducitur, ſanguinique communica- tur: quæ illic aliquamdiu hærens, poſt- quam volatilitatem acquiſivit, in ſanguine atque humoribus fermentationem excitat; qua humores expanduntur; majuſque re- quirunt ſpatium; atque ita impetum quen- dam in vaſa facientes, ea recludunt; cum quibus hoc ſeminale fermentum maximam communionem habent: qualia ſunt vaſa circa uterum, & partes genitales. Quem- admodum itaque venæ in naſo cum hepa- te, hæmorrhoidales *cum liene*; ita venæ hiſtericæ *cum teſtibus* communionem & ſympathiam habent: & ſicut ita critica fer- mentatione; hepate, aut liene maxime laborantibus ex naſi aut ani venis ſanguis erumpit: ita in menſtrua & critica illa evacuatione ſanguis promanat ex venis partium genitalium. Et ſi venæ illæ minus obediant, ſanguis menſtruus, qua data porta ruit: ex auribus, oculis, naribus, mammis, inguine &c. nam nulla ferme pars corporis eſt, ad quam venæ copioſius pertinent; & verſus quam natura com- mode impulſum facere poteſt, quin ex ea ſanguis menſtruus aliquando fluxit; ut hiſtoriæ medicinales referunt. Quod ar- gumento eſt, in convenienti menſtruorum effluxu *fermentationem* eſſe. Et quia id ab aliis abunde probatum eſt, non pergam iis aliquid addere.

Semini autem hujuſmodi fermentandi vim ineſſe nemo poteſt ire inficias, qui animum converterit ad miros effectus, quos in corpore producit; & quos ſupra enarravimus. Quod autem in maribus hu- jus fermentationis tam manifeſta indicia non ſunt, id duplici de cauſa evenit. Pri- ma eſt, quod virorum temperamentum ſiccius eſt; ideoque illam fermentationem minus patiuntur. Altera eſt, quod propter viri ſiccum & calidum temperamentum ſemen minus commodum ſit fermentum: ſicut alibi docuimus hujuſmodi corpora ad fermentationem excitandam minus apta eſſe. Tertia cauſa eſt, quod cum vir, & mulier virago propter ſiccitatem & ſtabi- lem calorem minus fluidis & humidis ex- crementis abundant, minora hujus fer- mentationis effecta ſentiunt. Nam quod in viris & viragine per vim caloris, ſingu- lis momentis abigitur, id in mulieribus humidioribus congregatur propter caloris defectum, & pororum conſtrictionem: ſic- que id ferme eo modo, quo mollia & hu- mida corpora ſecundum lunæ incrementa & decrementa tumeſcunt, & detumeſ- cunt. Poſtea autem ſeminalis vis, ſanguini inhærens, fermentationem in humido ſanguine inchoans, & ſpatia, quibus an- tea continebatur, dilatans, natura, fibra- rum

rum ope, ſanguinem, qui naturæ moleſtus eſt, tam propter copiam quam propter fermentationis dilatationem, expellit per venas partium genitalium. Omnino itaque mihi perſuadeo menſtruorum effluxum non fore, ſi ſemen fœminæ non adeſſet; ſed abundans, propter frigiditatem & parvam perſpirationem, humor abſque ſeminis opera remaneret in corpore: quemadmodum & nunc, licet menſtrua fluunt, humores multi in mulieris corpore coacervantur; qui expulſione illa critica non evacuantur. Quo autem ſemen mulieribus ſiccius atque ſpiſſius eſt; firmiorique calore ſubactum, menſtruorum copia minor eſt, & tardior effluxus: quemadmodum viri, qui ſiccioris temperamenti ſunt, ſerius coëunt, pubeſcunt atque barbeſcunt. Quibus autem mulieribus præter naturæ legem ſemen eſt humidius, iis menſtrua cito fluunt; & quamvis facile concipiant, debiles tamen & infirmos fœtus producunt, & vivendi ſpatium iis breve; aut quod pariunt abortivum eſt, & minime vitale; niſi robur ſeminis virilis damnum illud reſarciat. Quarum autem ſemen juſta & convenienti temperie eſt, illis menſtrua debito tempore fluunt, & ea qua decet copia.

Quamvis itaque non repugnemus menſtruorum materiam eſſe talem ſanguinem, qui ita in corpore abundat, ut ſine ſanitatis jactura; imo cum multo levamine evacuetur: nunquam tamen tam exigua ſanguinis copia, in corpore retenta, tot gravia produceret ſymptomata, ſi menſtruorum fluxus, copiam ſanguinis pro cauſa haberet: nam multis menſtrua fluere non deſinunt, quæ jejuniis ſe macerant; & ſobrietate ſanguinem ſibi minuunt. Multæ licet per nares copiam ſanguinis evacuarint, menſtruorum fluxum tamen paſſæ ſunt. Neque veriſimile eſt, puellas circa annum decimum quartum plethora laborare: & mulieres circa annum quinquageſimum ab omni redundante ſanguine liberas eſſe. Præterquam quod plethora nunquam tam pauci ſanguinis emiſſione curetur. His adde, quod viri plus ſanguinis habeant, quam mulieres, iis tamen à natura proſpectum non eſt, ut juſto majorem copiam certis intervallis evacuare poſſint. Et non pauca extant exempla earum virginum; quibus menſtruus effluxus copioſus eſt, & quæ magis ſanguine indigent, quam eo redundant. Et quis concedet mulieres viragines, quibus menſtrua parcius, vel omnino non fluunt, minus ſanguinis habere, quàm pallidas & molles virgines. Et quomodo ſanguinis copia cauſa eſt fluxus menſtrui, cum nunquam felicius ſuppreſſa menſtrua provocentur, quam cum venæ ſectione in talo facta, ante fluxus tempus, ſanguis è corpore educatur? Fermentatio itaque profecta à ſemine mulieris in ſanguine humidiore & infirmiore virtutem ſuam exerente, cauſa eſt fluxus menſtruorum: vis enim illa ſeminalis certis intervallis fermentationem ciens, propellit aliquam ſanguinis partem verſus uterum & partes genitales: eo modo, quo omnia ferme humida fermentationis operâ ad ſummum ſui humoris florem regurgitant. Et mihi nullum dubium eſt, quin ſanguis menſtruus in ſanis tenuior ſit ſanguine, qui reliquus in venis ſupereſt. Graviſſimorum autem ſymptomatum, quæ obſtructionem menſtruorum ſequuntur, cauſa eſt motus fermentationis ſanguini impreſſus; qui per menſtruorum effluxum mitigari, & ad quietem componi ſolet; quo non ſubſequente, œconomia corporis humani turbatur; & perverſa qualitas humoribus imprimitur, quæ peſſimorum morborum cauſa eſt: qui nulli ullam communionem habent cum morbis, quos vulgus ex plethora & ſanguinis redundantia oriri putat: nam neque vaſorum ruptio, neque ſanguinis putrefactio, neque febris &c. ex menſibus ſuppreſſis oriri ſolent: ſed laſſitudo, anhelitus difficultas, pallidus faciei color, appetitus proſtratio, & concoctionis ſtomachi depravatio &c.

Quod

od autem mulieres gravidæ, quibus rua ceſſare ſolent, varicibus ſæpius ribus infeſtentur, id non procedit à ſanguinis; qui anguſtioribus, quam copia requirit, venis incluſus, eas it: ſed à craſſiori ſanguine, & circu- nis motu nonnihil retardato. Geſta- is tempore, corporis vires mulieris gnantis hebeſcunt circa functiones prias: cujus rei luculentum exem- m; quod cruris, aut alterius artus oſſa cta in muliere in utero geſtante per cal- m non ante coaleſcant, quam quando etum enixa eſt: referente expertiſſimo ildano. Ita mulieris natura in embryo- is bonum incumbens; eoque plurimum irigens vires ſuas; quod ex viribus imagi- ationis ſeſe prodentis in fœtu, liquet, cir- ulationis motum minus promovet: quo evenit craſſiorem ſanguinem ad inferiora devolutum difficilius ſurſum remeare; ſed hærere, atque coacervari in venis circa crura: & ibi varices producere. Nam neque in viris varices ex ſanguinis copia, ſed ex ejus craſſitie oriuntur; & ideo iis obnoxii non ſunt qui humidioris tempera- menti ſunt, & diffluentem ſanguinem ha- bent. Et ideo quibus viris capitis pili cito defluunt, (quod fit propter humidam tem- periem junctam cum calore viris conveni- enti) illi varicibus non ſolent laborare. Et contra, quibus varices oriuntur, illis tena- citer capitis pili hærent; imo quod ſi de- fluxerint, eos ex parte renaſci ſolere, quando varices crura defœdare incipiunt, referunt nonnulli. Quod itaque dicit Ari- ſtoteles in lib. *de Generat. Animal.* non ma- riſcæ, non profluvium ſanguinis è naribus, non varices, non tale quid mulieribus magna ex parte accidere ſolet quando menſtrua profluunt, id quidem vero con- ſentaneum eſt; at menſtruorum effluxum tamquam redundantis ſanguinis evacuatio- nem pro cauſa non habet, ſed fluidioris ſanguinis conſtitutionem; quæ in mulieri- bus conjuncta eſt cum congruo menſtruo- rum effluxu. *Sic neque in* gravidis pri- mis menſibus appetitus proſtratio, vomi- tus frequentia, lipothymia, pica, alia- que ſymptomata oriuntur ex redundanti- bus in corpore humoribus propter men- ſtrua ſuppreſſa: quique ab embryone pro- pter teneritudinem nondum omnes in ali- mentum converti poſſunt; ſed quia natura nondum deſueta; & priſtinum & conſue- tum fermentationis motum molita, hu- moribus aliquam pravitatem impreſſit; unde illi naturæ moleſti exiſtunt: quæ pravitas tamen à natura tandem expugna- tur: ſi enim à redundante humore eſſent, perperam & cum damno propter cauſas jam traditas, circa quartum, quintum, & ſextum menſem, quo mulier concepit, venæ ſectio inſtitueretur: cum tamen id nunc ex optimorum practicorum conſilio in uſu ſit; & cum fructu in conſuetudi- nem abierit. Sic multis in utero haben- tibus menſes fluunt ſtatis & debitis tempo- ribus; non certe propter ſanguinis abun- dantiam, nec in mulieris bonum & com- modum: debilitatur enim inde fœtus, & languidior excluditur; ſed quia natura à motu illo conſueto fermentationis non de- ſiſtit: unde menſtruorum fluxus etiam per- durat. Infirmatur autem eo fluxu infans, non tam quia nutrimento fraudatur, quam quod per illum motum & ſanguinis efflux- um naturæ opus circa embryonem turbe- tur: & ſpiritus ac calor qui circa infan- tem in centrum cogebatur, per illum mo- tum alio diſpergitur. Jamque facile picæ cauſa cognoſci poteſt: ſed quia illius mor- bi explicatio non aliena eſt ab hoc loco: & quia pleniorem fidem adſtruet iis, quæ ſupra tradidi, paululum contemplationi hujus morbi immorari libet. Antea do- cuimus famem oriri ex ſucco acido pene- trante per arterias in ſtomachum; illum- que in fibrillis ſtomachi talem motum ex- citare; ad cujus perceptionem mens de fame, & de modo ejus explendæ cogitare incipit: & ad quem motum partes, & quidam humores corporis ita moventur; ut convenit ad ſubſerviendum illi corporis aff-

affectioni: quemadmodum ſupra docuimus in animi paſſionibus, cor & ſanguinem ita moveri; ut concitatus affectus inde robur & vires acquirat. Ita in fame, ſtomachi affectio per nervos ad cerebrum delata talem quorundam ſpirituum & humorum fluxum, & motus determinationem efficit; quæ iſti defectui ſupplendo convenientiſſima eſt. Et ita quidem univerſe in fame copioſe ſuccus ad ſtomachum mittitur; qui in genere concoctioni ciborum inſerviat. Ita videmus in canibus, etiam in hominibus ſalivam, & humorem ad os vergere, quoties intenſior appetitus cibi, & deſiderium explendæ famis excitatum eſt: fitque id eo modo, quo ad uterum, poſt factum conceptum, copioſe ſanguis mittitur ad fœtus nutritionem: eſtque tam admirabilis ea in re œconomia corporis humani & ſympathia partium, ut fungus utero adnatus continuum parturientis conatum excitaverit; tantamque vulvæ dilatationem, ut Chirurgus commode in vulvam manum mittere potuerit: aderat præterea huic, ſicut & alii mulieri, eodem morbo laboranti, ingens menſtruorum profluvium: mittebat ſc. natura ſanguinem ad uterum, tamquam ad fœtus nutrimentum. Ita poſtquam *appetitus cibi* excitatus eſt, à natura ſtomachum verſus tales humores mittuntur; qui iſti appetitui uſui eſſe poſſunt.

Excitatur autem in nobis appetitus cibi, vel generaliter, quatenus cibo latrantem ſtomachum ſedare cupimus: vel quatenus quorundam humorum in ſtomachum influxus certi & peculiaris cujuſdam cibi appetitum in nobis excitat. Acidiorem partem humoris in arteriis contenti, & in ſtomachum penetrantis famem generatim excitare ſupra docuimus. Quod ſi autem, cum per nutrimentum iſti appetitui ſatisfieret, ea ingeſta fuere; quæ eo tempore naturæ optimè convenientia oblectabant, fuit in corpore excitatus talium humorum fluxus, & motus determinatio; quæ conducit ad amplectendum, & fovendum illud nutrimentum; & ad perficiendam conſociationem humorum convenientium cum tali nutrimento: quodſi autem ingeſta fuere, quæ naturæ tunc temporis erant adverſa; eique moleſtiam creabant, is humorum fluxus excitatus fuit, qui conveniens erat fugæ, & depulſioni iſtius nutrimenti: unde nauſea, & ſtomachi everſio; & humorum fermentationi dicatorum fuga: quam ſequitur mala concoctio, atque fermentatio; totiuſque corporis à perfecto ſanitatis ſtatu deflectens conſtitutio. Quodſi autem illa moleſtia magna fuerit, tanta inde poſtea talium ciborum ortum eſt odium, ut nunquam talis cibus capiatur, quin ſtatim eadem humorum motus determinatio oriatur; diciturque homo naturaliter tale ciborum genus faſtidire, ab eoque abhorrere: & quodſi id prægnanti contingat, non raro idem affectus ad infantem tranſit; cui pariter à prima naturæ ejus conſtitutione idem inviſus eſt; cujus faſtidio mater cum in utero haberet, tenebatur. Et hanc ego primariam cauſam eſſe arbitror, quare multi naturali faſtidio quoſdam cibos fugiant: quodque eos, vel ſi clam, & per fraudem ſumpſiſſe contingat, ferre non poſſint; ſtomachumque aſſurgere, & conari expellere cibum ſibi gravem. Et quandoquidem, cum alicujus cibi faſtidio laboramus, ſucci concoctioni dicati à ſtomacho refugiant, quid mirum uſu ciborum, à quibus abhorremus, nos parum recreari; naturamque vires inde non aſſumere; & chylum parum aptum inde confici? Eandem cauſam eſſe arbitror, quare bruta noxias ſibi herbas averſentur: & ſelectum ciborum facere norint; etiam antequam eos deguſtarint: cum enim ex quolibet nutrimenti genere certus ſuccus conficiatur; & ſanguis inde proprietates quaſdam mutuetur; quas ſæpe etiam in ca[illegible] nem traducit, liquor in ſtomachum, [illegible] palatum ad cibi maſticationem, & co[illegible] coctionem tranſmiſſus non ita miſce[illegible] cum cibo noxio: unde motus in palat[illegible]

abeo, quem cibi grati deguſtatio
atur: & qui motus deinde ad cere-
delatus, id in brutis efficit, quod
m fugam, & *taſtidium* appellare
vimus.

tra, quando quondam ad aſſumtio-
bi utilis & grati ſecutus eſt iſtorum
rum concurſus ſtomachum & pala-
erſus, qui iſti cibo eos uſus præſtat;
s naturæ reddatur utiliſſimus, non eſt
n, homines ex illo cibo plus com-
capere, quo præcipue delectantur:
nde talium ciborum appetitum, qui-
ater prægnans magnopere delectata
etiam infanti communicari. Refert
plus in ſuis obſervationibus, mulierem
ndam prægnantem comediſſe mille
quadringentos haleces, ſine ulla noxa:
d infantem etiam eodem cibo magno-
ere delectatum fuiſſe. Intenſus cibi iſtius
ppetitus tum ad ſtomachum copioſum
accum, idoneum concoctioni: cum eti-
am ſpiritus in muſculos, & fibras ad com-
modam diſtributionem miſit; inde pro-
ceſſit facilis iſtorum ciborum concoctio,
& chyli diſtributio; ſimulque ejuſdem
attemperatio; ita ut corpus inde nullam
labem contraxerit. Effecit præterea ille
appetitus, ut quoties ſtomachus infantis
cibi penuria afficitur, ſimul halecum ap-
petitus excitetur: tum quia mater cum
famem expleret intentiſſimo halecum ap-
petitu tenebatur; cum etiam, quod ſuc-
cus in ſtomachum ad cibi concoctionem
fluens, ita eſſet affectus ut halecum po-
tius, quam alius nutrimenti deſiderium
excitaret. Priorem cauſam facile pro vera
lector agnoſcet: ad alterius cauſæ proba-
tionem quædam in medium proferam.

Cum aliud ſit famem ſentire; aliud ap-
petitu in certum aliquem cibum ferri, ſe-
quitur harum diverſarum rerum ſtatuendas
eſſe cauſas diverſas. *Fames excitatur acidi
ſucci operatione in ſtomacho.* Cibi alicu-
jus appetitus; *& ejus comedendi deſide-
rium, cum ſæpe ſine fame ſit; cumque*
ille extinguitur *& expleatur ſæpe, fame*
perſeverante, ideo diverſam cauſam re-
quirit. Cum tamen ille appetitus ex cer-
ta ſtomachi diſpoſitione oriatur: & iſtius
cibi, in quem fertur appetitus, uſu,
iſti appetitui ſatisfiat, cauſa iſtius appeti-
tus etiam ſtatuenda eſt humor quidam in
ſtomachum & in palatum influens, agens
eodem actionis genere, quo acidus ſuc-
cus. Hiſtoria quam narrabo, huic eti-
am ſententiæ egregie fidem adſtruet.
Aliquis ulcere in faucibus laborans, de-
pravato appetitu tenebatur, quemad-
modum mulieres gravidæ: & quando
illius comedendi copia erat, in quem
ferebat appetitus, facile deglutiebat, &
concoquebat; alioquin nihil cum volu-
ptate deguſtare, nihilque deglutire pote-
rat. Humor ex ulcere dimanans palati &
ſtomachi tunicam; fibraſque iis conten-
tas, ita afficiebat, ut inde illegitimus ille
appetitus oriretur. Exiſtimo eadem
prorſus ratione ſanguinem primis geſta-
tionis menſibus propter fermentatio-
nis, quæ in fluxu menſtruo eſſe ſolet,
inanem & fruſtratum conatum ita alte-
rari, ut humor ex arteriis diſtillans in
ſtomachum ita à vera ſua natura deſciſ-
cat, ut hujuſmodi inordinatos appetitus
excitet; qui tunc, propter rationes ſupra
traditas conjunctus eſſe ſolet cum affluxu
humorum, & ſuccorum in ſtomachum,
appetitui iſti appoſitorum: unde contin-
git, quando ille appetitus vehemens eſt,
res, naturæ alias minime convenientes,
ſine damno deglutiri, & in ſtomacho co-
qui & ſubigi; aut ſaltem ſine noxa per in-
teſtina expelli. Et norunt Medici depra-
vatis iſtis appetitibus illos præcipuè ob-
noxios eſſe, qui ſtomachum pravis humo-
ribus repletum habent.

Quod autem nulli inordinati hujuſmodi
appetitus oriantur circa potum, ejus cau-
ſam eſſe arbitror, quod ſitis unicam ha-
beat cauſam ſc. ſiccitatem in orificio ſto-
machi & in gula: at ea eſt à natura ſto-
machi, gulæ, & palati conſtitutio in or-
dine ad illum appetitum, quo cibos gu-
ſtare,

ſtare, deglutire, & complecti, ac concoquere geſtiunt, ut diverſimode, & variis aliter atque aliter diſpoſitis ſuccis, & plus quam ſimplici cauſa excitari poſſit. Deditque Deus illam diverſos cibos appetendi facultatem hominibus, tum ad jucunditatem; ut ſuaviter vitam tranſigere poſſent: cum ad ſanam corporis conſtitutionem; quod ſemper eodem cibo paſtum in pravam, & modum excedentem aliquam temperiem degeneraret. Sic auditus & viſus variis coloribus, & ſoni modulationibus capiuntur. At tactus, ſicut ſolummodo dolore præter naturam afficitur, ita tantum titillatione demulcetur, & dulciter atque jucunde movetur. Pariter ſenſus ille, cujus ope ſitis ſentitur; ſive ſitis, ut ita dicam, organum ſiccitate tantum præter naturam afficitur; & humiditate in ſtatum naturæ convenientem reſtituitur: & quæcunque aliæ qualitates primæ aut ſecundæ in potu nos oblectant, id ſtomacho, quatenus facultate, cibum appetendi præditus eſt, acceptum eſt ferendum.

Quod inde etiam manifeſtum eſt, quod nihil magis ſitim efficiat, quam ſal foſſilis, & communis; qui proprie tantum ſalſo præditus eſt ſapore: cum nitrum, quod amaro, vitriolum, quod auſtero, ſal armeniacus, qui acido & acri ſapore præditus eſt, ſitim non excitent: quod etiam mihi argumento eſt, in lotio parum ſalis foſſilis, aut communis eſſe: quandoquidem in aquæ penuria, lotium hominibus vicem potus præſtitit. Et, ni fallor, narrat de ſe Clariſſimus Gaſſendus cum propter morbum frigidis in potu aliquandiu abſtinere cogeretur, ſe poſtea, cum natura illi eſſet aſſueta, calefactis potulentis optime ſitim extinxiſſe, unde recte concludimus frigiditatem nihil conducere ſedandæ ſiti. Et id inde etiam probatur, quibus ſtomachus humoribus humidis ſcatet; licet propter corporis calorem illi humores caleant, iis ſitim minus moleſtam eſſe. Et in ægris hoc non raro occurrit ipſos circa ſtomachi orificium calorem magnum ſentire: nulla tamen ſiti laborare. Contra quibus ſalſus humor in ſtomachi orificium defluit, inextinguibili ſiti cruciantur.

## Cap. VI.

### *De Semine, ejuſque proprietatibus.*

Nunc ſupereſt ut agamus de ſeminis natura; & quidem hominis potiſſimum, & ſanguineorum animalium. Et primum inquiremus in cauſam materialem & efficientem ſimul; cum in hac quæſtione hæ duæ cauſæ adeo implicatæ ſint, ut ſine incommodo ſeparari non poſſint. Supra indicavimus nulli animali tenello, atque novello ſemen generari; ſemperque aliquod intervallum intereſſe inter generationis primordia, & facultatem coëundi. Simulque tunc probatum dedimus omnia novella animalia humidioris temperamenti eſſe. Deinde hoc in ſupra traditis monendum duxi, diſtinguendum ſc. eſſe inter prurientem libidinem, & coëundi facultatem robuſtam: illa in calidis ſimul & humidis temperamentis dominatur, quæ etiam citius ſemen generant; ſed imbecille atque humidum, quodque tantum recedit à perfectiſſimo ſeminis ſtatu, quantum humiditate excellit: hæc in moderate calidis & ſiccis locum habet: quibus etiam coëundi ætas tardior eſt; ſed ſemen perfectius: quatenus lentitie atque ſpiſſitudine majori præſtat. Id enim in confeſſo eſt ſemen perfectiſſime coctum, & debitis qualitatibus præditum ſpiſſius eſſe; & quod ideo recte optimum putatur: quia ab iis prodire ſolet, qui corporis firmitudine & nervorum robore præſtant, quique per illud ſemen infantes fortiores & robuſtiores generant. Et ſicut extra or[illegible] dubium poſitum eſt, mares præſtare [illegible] minis, ita pariter recte concluditur vi[illegible] eo perfectiorem eſſe, quo longius re-

Perfectione mulieris. At nihil magis ri proprium, quam mollities & hu- is; & virgines viragines, omnes te & calore propius virili tempera- accedunt. Et viri qui mulieroſi ninares ſunt mulierum temperamen- umiditate referunt. Siccius itaque n, ſicut procedit ab homine optime erato, ita etiam virtute excellit. ue obſtat quod ſemen humidius copi- generari ſolet; & ideo forte magis ficum putetur eſſe: nam ſicut arboris ium æſtimari non ſolet ex copia fru- m, quos producit; ſed ex fructu- , quos fert, præſtantia, ita etiam ſemine ratio ineunda eſt. Non quic- id itaque copioſo ſemine abundat; ut ad coitum acrius ſtimulatur, ideo emen perfectius poſſidet: neque ex temperamenti proprietatibus talis hominis, aut ex antecedentibus aut conſequentibus iſtius Venerei appetitus licet conjecturam facere, id ſemen perfectius eſſe, quod tali temperamento propius accedit. Quis quæſo ibit inficias, virilem ætatem perfectiorem eſſe juvenili; & ideo ſemen in virili ætate præferendum eſſe illi, quod juventus producere ſolet: & inde fieri arbitror infantibus multis, qui ex adoleſcentium coitu procreantur, vivendi ſpatium breve, eorumque ætatem paucos annos complere: cum contra infantes ex conjugibus conſtantis ætatis nati vitales & longiores ævi ſint. In virili tamen ætate Venerei affectus mitiores ſunt, & ſeminis profuſio minor. Quicquid itaque in poſterum de ſemine dicturi ſumus, id de perfectiſſimo intellectum volumus.

Cum itaque robur corpori accedit, & nervi tendi incipiunt, tunc ſemen incipit in corpore *generari*: & cum vires adeptæ ſunt *ſuum* cumulum; & corpus compactum *acer*vatumque eſſe incipit, tunc ſemen *poſ*ſius à ſua perfectione abeſt. No[illegible]iam eſt omnes

Eunuchos molliores eſſe, & temperamenti humidioris; minuſque nervos contendere poſſe. Ideo iis etiam facile venter ſolvitur; & pedes intumeſcunt: nunquam autem varicibus laborant. Quæ argumento ſunt, quod, ſicut ſemen in humida infantili ætate non generatur, ita ubicunque eſt, illic corpus ſiccius, firmius, atque robuſtius reddit: & in illo corpore virtutes ſuas perfectius explicat, quod exundante humiditate vires ſeminis non infringit, & retundit. Huc referendum, quod maribus omnibus, excepto tauro, vox gravior, fœminis autem acutior; quod etiam pueris peculiare: cum provectiorum ætate vox gravius ſonet: ſic ægri acutum ſonant. Eſt autem acutæ vocis plurima parte cauſa imbecillitas nervorum non potentium multum aëris movere: quicquid autem parum eſt, velociter fertur. At experientiâ cuivis obviâ notum, & quam in tibiis & fiſtulis quivis capere poteſt, velocitatem cum paucitate materiæ conjunctam, producere acutum in voce. Ea autem animalia magnivoca ſunt, quæ & multum aëris movent, & illi movendo paria ſunt. Quia itaque vas, per quod aëra movent magnivoca animalia, amplum eſt propter calorem, & nervi ſimul in iis contenti & robuſti: ideo in iis vox & gravior & major. Neque perfunctoria obſervatione conſtat eos coëundi probitate, & robore præſtare, qui & multum aëris eumque celeriter ſimul movere poſſunt: & tales vocales & magnivoci ſunt; voceque præditi, quæ virum decet: ſuntque tales ut plurimum etiam nervoſi. Cum itaque ſemen perfectiſſimum longius ab humiditate abſit; quicquid humidum eſt, apta ſeminis materia eſſe non poteſt: & ideo in pueritia nullum ſemen generatur. Et qui humidioris ſunt temperamenti, in iis minus efficaciter ſemen vires ſuas exerit. Imo ideo evenit, illos, qui eo temperamento præditi ſunt, quod generandæ carni & pinguedini aptiſſimum eſt,

eſt, quo magis ſe nutriant, corpuſque ciborum abundantia humectant, eo minus aptum conficere ſemen; Veneremque imperfectius atque imbecillius explere.

Neque id inde eſt quod nutrimentum, quod in ſemen abire debebat, in carnem & pinguedinem tranſeat; ſed ideo eſt, quod virtus ſeminalis, jam antea humiditate labefactata, copia ciborum magis infirmetur; & materia, quæ antea aliquatenus apta erat, ut inde ſemen generari poſſit, per ciborum copiam, qua corpus magis humectatur, minus apta reddatur; ita ut tandem carne, & pinguedine abundante plane ad generationem inepti reddantur. Etiam hoc obſervatum eſt, muſculoſam carnem gallorum majorem eſſe carne caponum: & cauſa manifeſta eſt; quod enim generando ſemini aptum eſt in muſculos abit. & ſiccius eſt; quod autem propter exſectos teſtes humiditate diffluit corporis moli apponitur: quodſi autem animal ſua natura ſiccius ſit; ſicut ferme aves omnes; & præſertim rapaces, ſi ei copioſius nutrimentum præbeatur, fœcundius redditur: quod etiam evenit avibus domeſticis, quæ quiete ſiccitati medentur; ſicut perdices, quæ fœcundiſſimæ & ſalaciſſimæ inter aves, quia multo volatu ſe non macerant neque exſiccant. Gallina autem adeo fœcunda eſt, tum quia largius illi præbetur alimentum, cum etiam, quia quieta avis eſt. Sed ſicut illud locum habet in hujuſmodi ſiccioribus animalibus; ita minime id obtinet in homine, cujus caro natura humidior eſt; & cui ideo ſemper magis ex uſu erit corporis animique virtutes ſiccitate augere, quam eas humiditate & carnis ac pinguedinis mole obruere: ideoque multum intereſt laborioſum an quietum vitæ genus aliquis ſit ſecutus.

Illud autem etiam magnopere ſententiam noſtram confirmat, quod frequens & modum excedens coitus corpus enervet, & humectet in iis, qui humiditate abundant. Cui conſentit Medicorum dogma; concubitus rarus corpus excitat, frequens ſolvit: quorum autem corpora ſicciora ſunt, in iis immoderata Venus dolorem articulorum, & nervorum contractiones producit. Non quod in humidis etiam articulorum dolores oriri negem; ſed ſerius illi affliguntur; minuſque acres ſunt dolores: & talibus præcipue ex frequenti coitu vires debilitantur, nervi laxantur, & totum corpus molle redditur, & humiditate diffluit; nec non defluxionibus laborant propter cerebri humiditatem. Quorum ratio eſt, quod in hujuſmodi vis ſeminis, alioquin ſatis debilis, coitu magis magiſque minuatur: exhauritur enim id coitu, quod partibus & nervis robur addebat; & reliquum exundante humiditate ita ſuffocatur ut vires ſuas exerere non poſſit. Quibus autem temperamentum ſiccius eſt, & calore convenienti temperatum, illi coëundi frequentia lentum atque tenacem nervorum ſuccum depaſcunt; & ſiccitatem nervis inducunt. Nec obſtat, quod Venus multis alacritatem addere ſoleat: nam id de moderato Veneris uſu intelligendum; & præcipue in iis locum habet, qui æquabili temperamento præditi ſunt; & ideo bene cocto ſemine abundant. Illis enim, niſi Venere aliquando utantur, nervi torpeſcunt, & corpus graveſcit: redundat enim tunc humor ille in nervis, qui, ſi coitus fieret, abiret in ſemen.

At quibus temperamentum humidum eſt, & calore minus abundant, iis convenientiſſimum eſſet plane à Venere temperare. Cum enim ſemen ſua natura exſiccet; neque ullum acrem calorem partibus communicet, ſed ſtabilem ac minime fugacem illis impartiat; abſtinentia à Vene[illegible] re etiam corpus convenienter exſiccare[illegible] nervis robur adderet: cerebri flaccida[illegible] ſubſtantiam firmaret: ſpiritus minus [illegible] gaces redderet: cordi robur, atque [illegible] daciam adderet: & memoriam tena[illegible]

ueret. Nec puto ullum medica-m excogitari poſſe, quod memoriæ elicius augere, reficere aut conſer-ollit in talibus hominibus, quam ca-aut temperatiſſimus Veneris uſus: & ane abſtinentiam nullum præſtantius ium invenias ad memoriam firman- quam id, quod aptum eſt bene co , ſubactum ac ſiccum ſperma produ- Experientia hoc mihi compertum, dam juvenes, qui humido tempera-to ſed parum calido præditi erant, iter ætatem egiſſe, quamdiu à matri-io abſtinebant: poſtquam autem con-am illos invitabat ad frequentes coi- ſtatim laboraſſe cerebri humiditate, atris, defluxionibus, nervorum hu-iditate & laxitate &c. Et hoc multo-am teſtimoniis probatur, juvencas am-lius augeri cum plus temporis Veneris expertes degunt. Non is itaque teſticulo-rum uſus eſt, quem refert *Ariſtoteles de Generat. Animal. lib. 5. cap. 7.* Quod ſint tamquam pondera nervis appenſa, quibus contentiores redduntur; quomodo tex-trices faciunt, quæ cum ſtamina diſtende-rint, annectunt, quas levas vocant: illa itaque ſe recte habent, quod docet *Ariſto-teles* teſticulorum opera, quatenus ſc. ſe-men conficiunt, nervos contentiores & rigidiores reddi: ſed in eo falſus, quod tamquam pondera nervis & fidibus annexa laxationem à nervis tollant: ſed ſemen, tenaci & conſtanti ſua materia, mediocri calore temperatum, toti corpori, & præ-cipue nervis, firmitatem & robur addit: unde etiam iis, qui hujuſmodi ſemine pol-lent, pili congeniti raro defluunt; & ca-neſcunt tardius: quamvis poſtgeniti pili, quales pubes, barba, & qui ſub axillis ſunt, iis tardius generari ſoleant: quod enim tenax & firmum eſt, id tardius ex-ſurgit, atque perficitur: ſed etiam quod talem habet originem, non ita defluit & evaneſcit: quibus autem ſemen liquidius eſt, iis contra omnia eveniunt. Pili con-geniti facile iis excidunt, canities cito iis obrepit; poſtgeniti erumpunt celerius: quia quod ex humido & parum tenaci at-que ſubacto procedit, facilius emergit, ſed minus firmiter inhæret; & calor faci-lius diſſipatur; unde humor redundans in pilis non recte coquitur; ſed putreſcens albedinem in iis excitat: quam canitiem vocamus.

Cum autem hæc ita ſe habeant propius examinandum reſtat, quæ ſit materia proxima, ex qua præcipue ſemen fiat. Cum enim id ſemini perfecto materiam non præbeat, quod pinguedini & carnis moli augendæ conducit: & quod tunc hæc duo præcipue generentur, cum ſemi-nis copia minor eſt; viſque ejus infracta: & contra in iis ſemen perfectius, magiſque prolificum, & fœcundum ad perfectam fœtificationem reperiatur, quorum ner-vorum conſtitutio optima eſt: nihilque magis in corpore laboret per ſeminis nimi-am evacuationem, quam nervi, & ner-vorum principium & radix, cerebrum ſc. & ſpinalis medulla, non temere in dubium vocatur, an ſemen proxime ex ſanguine generetur: cum perfectiſſimum ſemen generetur in iis, in quibus vis ab hepate manans, quæque ſanguini humiditatem & fluiditatem magnam communicat, do-minatur; quemadmodum in adoleſcenti-bus ſanis illa vis dominatum obtinet. Certe ſi quis attendat ad morbum illum, quem ta-bem dorſalem appellare conſuevimus, qui-que ita ab Hippocrate deſcribitur, *Lib. 2. de Morbis. Dorſalis tabes ex ſpinali medulla oritur, præcipue vero recentes ſponſos, & libidinoſos corripit: febris ſunt expertes, bene comedunt, & colliquantur. Quodſi affectum perconteris, aſſeret æger ſibi videri ex ſupe-rioribus partibus à capite veluti formicas in ſpinam demitti; cumque urinam ac ſtercus reddit, ſemen genitale copioſum & liquidum ei prodit: neque generatio fit: & inter dor-miendum, cum uxore dormiat, nec ne, Ve-neris ludibria patitur, cumque alias, tum præcipue cum per locum arduum iter fecerit, aut cucurrerit, angeloſus & imbecillus eva-dit,*

*dit, caput gravatur, & aures ſonant. Hic temporis progreſſu vehementibus febribus correptus, perit ex lipyria febri.* Si quis inquam in hunc morbum ejuſque ſymptomata contemplationem conjiciat, num facile ſibi fidem fa iet, ſemen generari ex ſucco quodam, qui nervis proxima nutrimenti materia eſt? Quare enim alioquin poſtquam in coitu modus non eſt obſervatus, deſtillatio & defluxus humoris à cerebro per ſpinalem medullam? Unde illa colliquatio & nervorum laxatio, qua n quod nimio coitu vis illorum fracta ſit; & debilitata eorum conſtitutio: unde male coctus humor temere diffluit; quemadmodum in lienteria male coctus cibus inteſtina pervadit. Unde ex affluxu iſtorum humorum iſtæc Veneris ludibria, & continua ſeminis profuſio, niſi ex nervis illis adveheretur materia, unde proxime ſemen conficitur; quæque etiam male cocta & ſubacta libidinem excitat? Quibus ſi addamus, quod cerebrum, & illæ partes, quæ copioſis intertextæ ſunt nervis, maxime ex immoderato coitu labefactantur: & quod ſpirituum animalium, quorum nervi receptaculum ſunt, in coitu maxima jactura fit; tum quod circa teſtes tot nervi ſunt: corpus enim varicoſum ex nervis venis & arteriis conſtat: adhæc caro glandulоſa teſtium nervis uberrime intertexta eſt; adeo ut ſi ſenſuum teſtimonio ſtandum ſit, nervi in ipſam glandulæ ſive teſtium ſubſtantiam diſtributi, arteriarum venarumque numerum quadruplo excedant; quique cum neque motus, neque ſenſus gratia facti videantur, non leves videntur eſſe rationes, quæ ſuadent ſeminis materiam vel totam ex nervis dimanare, vel maxima & plurima ſui parte.

Illud etiam certe omni conſideratione dignum, quod omnibus animalibus poſt coitum triſtitia oboriatur; gallo gallinaceo tantum excepto. Cum tamen in coitu tam parum ſeminis excernatur ſi cum ſanguinis quantitate conferatur, quæ in venæ ſectione ſæpe educitur; & quam nec hujuſmodi triſtitia ſubſequitur; nec quæ conjuncta eſt cum illa laſſitudine, & virium jactura, quæ frequentiorem Venerem comitari ſolet. ita ut non raro fiat recens uxoratos venereis amplexibus immori, aut animi deliquio corripi. Et gallinarum nonnullæ, cum quotidie plura ponerent ova, mox à tanto partu periere. Hyperinæ, id eſt effœtæ & aves & plantæ fiunt propter nimiam utilis, hoc eſt ſeminis, excrementi ſeceſſionem. Hoc notum, arbores multas, cum admodum copioſe tulerint, exareſcere illa fructificatione: propter eandem rationem & leænæ ſterileſcunt. Non itaque recte fortaſſe proxima ſeminis materia ſanguis ſtatuitur; cujus nequidem ſatis copioſa evacuatio tales effectus producit: nam quod quibuſdam in venæ ſectione, licet parva, lipothymia accidat; id non propter ſpirituum diſſipationem ſed perturbationem evenit: ſæpe enim ad venæ aperturam, cum parum adhuc ſanguinis effluxerit, hujuſmodi animi deliquium oritur; aliis ſtatim, aliis poſtquam vulnus obſtructum eſt, & ſanguinis fluxus cœptus eſt ſiſti: ſubita ſc. variatio motus in ſanguine, ſpiritus confundit, & œconomiam corporis turbat. Triſtitiam autem, & virium illam inſignem imminutionem à coitu fieri propter ſpirituum animalium diſſipationem inde manifeſtum eſt, quod nulla lætitia aut hilaritate mentes noſtræ affici poſſint, niſi quando copioſa exhalatio ſpirituum ad cerebrum fiat; qui illic patientes aliquam alterationem aſſumunt ibi ſpirituum animalium naturam. Et licet aliquis vino ſeſe ingurgitet, nullam inde excitabit hilaritatem, niſi ſtomachus & reliquæ partes corporis, quibus illud munus demandatum eſt, illud ſubigere, & concoquere poſſint; atque ita inde ſpiritus elicere. Et ideo ſemper iſti potus majorem creant hilaritatem, in quibus ſpiritus volatiles ſu[nt]. Itaque fit maxima ſpirituum animali[um] diſſipatio in coitu; non autem naturaliu[m] aut vitalium, qua talium imminutio ind[e]

n virium jacturam. At in coitu ner- otiſſimum affici omnium fide teſta- eſt. Et rigiditas genitalis membri itu, & ejus flacciditas, eodem per- ſatis indicat ſpiritus animales præci- ſibi partes vindicare in venerea libidi- Hæc & ſimilia evincere videntur po- ex eo, quod nervis continetur, quam d per arterias fluit; materiam ſemini peditari.

amen nonnulla contra adferri poſſunt, e probare videntur ex ſanguine & ſpiri- rterioſo ſemen confici: primum, quia ltæ arteriæ deſinunt in teſtibus; & us etiam corpus varicoſum conſtitui- ; atque illic adeo tortuoſe & anfractu- e ducuntur, ut ſi à plicatione liberatæ longitudinem ducantur, ulnas ali- quot exæquent: non autem videtur na- tura hos anfractus fruſtra condidiſſe. Id etiam conſtat, quoſdam, cum Veneri præter modum indulgerent, loco ſperma- tis ſanguinem per penem profudiſſe. Tunc illud priori ſententiæ adverſari videtur, quod nervi carere putentur cavitate, qua ſuccus, ad ſeminis generationem neceſſa- rius, advehi poſſit: & cum ſpirituum ani- malium receptaculum ſint; motuſque ani- malis inſtrumentum, non videntur à na- tura conſtituti ad advehendum ſuccum ali- quem, quia eo munere venæ & arteriæ de- funguntur: quæ ideo manifeſtam cavitatem habent; qua nutrimento tranſitum præ- bent. Præterea ſi ſuccus quidam è nervis promanans proxima ſeminis materia ſit, quorſum aliis in partibus tanta nervorum copia, ubi nec ſemen generatur, nec motus officium præſtant?

Ut itaque dicam quod ſentiam, non ta- men quod contendam vehementer, aut decretorie conſtituam, exiſtimo nervis aliquantulo plus tribuendum, quam ha- ctenus factum eſt: neque illos ita motus & ſenſus inſtrumenta eſſe, quin etiam per eos aliquis ſuccus diſtillet atque dimanet, qui ſpermaticarum partium aliqua ex parte materialis cauſa exiſtit; ſicut id illis præ- ſtat, quod ſpiritus & quinta eſſentia, ut Chymici loquuntur, præſtat plantis & aliis rebus ex quibus extrahuntur. Quem- admodum itaque embryonis prima ef- formatio, & delineatio non fit in ma- teria, quæ ſanguinis naturam proxime refert; ſed quæ albicans eſt, ita ex- dem illæ partes per ſuccum eundem, ſive ſaltem analogum incrementum ſu- munt, & ſe in ſtatu tuentur. Sanguis enim per circulationem ad cerebrum delatus per arterias mutatur illic in ſuccum albican- tem; qui per nervos dimanans aliquid nu- trimenti partibus præbet. Et hæc una ra- tio eſt quare cerebrum ſtatim poſt cor ef- formetur: requiritur enim ejus opera ad conſtituendas embryonis ſpermaticas partes. Nunc etiam cauſa manifeſta eſt quare omnes partes corporis paralyſi affe- ctæ etiam atrophia laborent: nam quam- vis ſanguinis circulatio non ceſſet; partes- que ſanguineæ nutrimentum per eam ac- quirere poſſint, tamen almus ille ſuccus, ſpirituſque illi acidi, qui germinandi & vernandi facultatem, ut ita dicam, ad- dunt partibus, ad illas penetrare non poſ- ſunt; & ideo contabeſcunt. Nervi itaque teſtibus non tantum aliquem ſuccum & ſpiritus advehunt, ſed omnibus partibus, quibus intexti ſunt; & etiam toti ſanguini, & partibus, cum quibus communicant, robur & vigorem addunt. Idque eo per- fectius præſtant, quo ſuccus & ſpiritus, quem vehunt, ſiccior & magis concoctus eſt: & tunc ſpermaticis partibus conve- nientiſſimum præbent nutrimentum. Qui- bus autem teſtes exſecti ſunt, iis ille ſuc- cus, cum mollior & tenuior exiſtat, ean- dem utilitatem non præſtat: ſed ſicut caro talium minus conſtans eſt, corpuſque minus compactum & nervatum, ita nervi lan- guent, flexibiles, minuſque rigidi tenſi- que ſunt; quia ſc. minus commodus ſuc- cus iis partibus communicatur. Sed con- tra, quicquid ex languidiore ſanguine in- crementum capit, augeſcit; quatenus ſe- minalis illa vis non amplius corpus affici- ens,

ens, ſanguis inde pinguior redditur, magiſque appoſitus augendis partibus ſanguineis. Et inde eſt, quod Eunuchis corporis moles creſcat, licet muſculoſa caro minus belle habeat. Quemadmodum idem de caponibus ſupra narravimus: quibus enim animalibus teſtes dempti ſunt, in iis ſpiritus illi mercuriales minus exſiccant, & detergunt ſanguinem; qui eo munere privatus cordis etiam vigorem, alacritatem, & robur imminuit. Et focus in corde, qui maxime ex ſale mercuriali conſtat, ita alteratur per ſanguinis viſciditatem, ut ſua ebullitione mercuriales ſpiritus à viſciditate & humiditate ſatis liberare non poſſit, unde carnis & pinguedinis copia.

Alibi etiam jam docuimus cerebri conſtitutionem optimam eſſe ad generandos ſpiritus animales, ſuccumque nervis proprium. Etenim ſanguis in ſiniſtro ſinu cordis calefactus, & inde prorumpens ſurſum via recta ſubtiliſſimum ſanguinem, motuque celerrime agitatum, ad cerebrum mittit; ex quo ſanguine, modo ſupra tradito, ſpiritus generantur. Impraegnantur autem illis ſpiritibus, & ſucco, ex ſpiritibus condenſatis nato, nervi, qui ex cerebro originem trahunt: qui ita repleti, ſuccum & ſpiritus partibus praebent, quibus vegetantur, creſcunt, & robur acquirunt. Idque eo manifeſtius erit: ſi conſideremus iſtorum ſpirituum naturam ſali fuſo aut volatili accedere; qui ferme in omnibus rebus generationis, vegetationis, & fermentationis principium eſt: & ſi res eo deſtitutae ſunt, inertes & effoetae torpeſcunt. Ea autem cerebri conſtitutio eſt, ut ab hoc ſale ſeparet partes alias minus utiles & efficaces; quae partim rurſus in ſanguinem tranſeunt, partim in excrementum faceſcunt. Liquet autem quam foecunda & efficax illius acidi ſalis natura ſit, quod in aceto ſemper vermiculi reperiantur. Ita muſcae parvulae à ſpiritu acido vini moſcatellini, qui in prima ebullitione avolat, producuntur. Etiam doctis examinandum relinquimus, an Solis calore talis ſal in altum non feratur; unde poſtea ros, vel pluvia, quae deſcendens terram ſua virtute impraegnat. Indicium ejus rei eſſe videtur; quod, ſi terram aqua calida ſaepius perfuderis; & ea ratione omnem ſalem mercurialem eduxeris, nihil poſtea in ea naſcitur: neque vermiculi, neque gramen. Hinc ros ſuper arbores incidens varia inſectorum genera producit. Refert *Ariſt. hiſtor. Animal. lib. 8. cap. 19.* quod arundines, quae in lacubus, & foſſis creſcunt, nihil ferme augentur; quando pluviae & imbres non cadunt. Sic olera melius imbre creſcunt, quam cum rigantur. Piſces etiam melius habent cum pluit; & felicius degunt in locis ubi pluvialis aqua abundat. Hic ſal etiam in medio plantarum cortice potiſſimum reperitur: & caeteris multarum plantarum partibus, ligno, cortice exteriore, ipſaque medulla, ſublatis, mediano autem cortice integro, arbores tamen ſuperſtites manent: remoto autem illo cortice, vel ad digiti latitudinem tantum, confeſtim moriuntur. Et ſi fides habenda authoribus, vigecuplo plus ſalis in illo cortice reperitur, quam in ulla alia arboris parte. Scio equidem alios hanc efficaciam, & foecunditatem ad ſalis communis naturam referre: ſed arbitror me in Tractatu de liene tot tamque firmas rationes protuliſſe, quibus oſtendi ad ſpiritus & ſalem acidum hęc referenda eſſe: maneo itaque merito in priſtina mea ſententia. Copioſe porro talem ſalem in ſemine reperiri, probatur etiam inde quod acidum olet: quod diutius retentum, & copia auctum titillationes & pruritum excitat: quamvis illa cauſa non male referatur ad animalcula, quibus ſemen prolificum ſcatere per microſcopia edocemur.

Et porro lectori penſitandum relinquo, an non ideo tot nervi ad lienem tendan[illegible] ut ſanguinem lienoſum viribus illius ſuc[illegible] qui nervis continetur, imbuant. In Tra[illegible] tu de liene indicavimus ſanguinem lie[illegible] ſum multas communes cum eo quali[illegible]

... Nuper nova prodiit doctrina Tho... Warroni Med. Doct. Angli, quam ...lit in Tractatu ſuo de *Adenographia*; ...cuetur nervos non à cerebro, quod ...veriſimilius videtur, ſed à glandulis, ...s inferuntur, ſuccum illum albican... ...haurire; qui illic per venas lacteas ad... ...is eſt; quique ibi melius coctus, & per ...os illapſus nutrimentum partibus ſper... ...cis præbeat. Quid in illa ſententia ...andum æſtimem ex præcedentibus li... ...: in tantum noſtræ favet, quod pari... ...tatuat nervos ſucci albicantis vehicu... ...eſſe; & non omnes partes ſolummodo ...uine proxime nutriri & vegetari.

Nec refert quod nervi iſtis cavitatibus ...editi non ſunt, quibus venæ & arteriæ; ...uia in nervis circulatio albicantis ſucci ...on eſt neceſſaria: & partes quæ illo ſuc... ...o vegetantur non ita facile depaſcuntur, ...t illæ, quæ ex ſanguine nutrimentum ca... ...piunt. Deinde neque in arboris cortice, neque in ligno, neque in radice aperti mea... ...tus ſunt, tamen nutrimentum commode per ea pergit. Nec ſpirituum influxum ille humor impedire poteſt; quia, experientia teſte, ſemper in nervis aliquis humor reperitur; qui ſive nutritius, ſive aliud quippiam ſit ex aliorum ſententia, nihil impedit ſpirituum animalium influxum & determinationem. Nec etiam alicujus momenti argumentum eſt, quod idem organum, corporiſque pars duplici tunc fungeretur officio: ſuccum nutrientem vehens; & motus atque ſenſus inſtrumentum exiſtens. Nam nonne cerebrum, & ſpiritus animales conficit, & motus inſtrumentum eſt? Per nares mucus diffluit; & ſpiritum attrahimus. Imo venæ & arteriæ nonne & humorem & ſpiritum continent? Imo humor ille eſtne aliud quid, quam ſpiritus condenſatus: ſpiritus aliud quam humor ſublimatus? Sic nihil impedit, quare nervi organa ſint motus & ſenſus, & ſpiritus ſimul per eos fluant; atque ſic ſuccum aliquem nutrientem, qui nihil aliud eſt, quam ſpiritus animalis condenſatus, contineant.

Probabilem, & à veritate non alienam putamus hanc ſententiam, quâ ſemen partim ex ſucco & ſpiritu ſtillante & fluente ex nervis, partim ex ſanguine arterioſo fieri docetur. Rationes ſupra allatæ declarant quid nos moverit, quare ſemen etiam ex illo albicante ſucco generari exiſtimemus. Arterioſum autem ſanguinem etiam præbere cauſam materialem ſemini inde evincitur, quod manifeſte arteriæ in teſtes deſinunt: Venere immoderata etiam ſanguis effunditur: quando ſc. ſuccus exhauſtus eſt ex nervis, novus tam facile advehi non poteſt, quemadmodum quidem ſanguis arterioſus; qui propter circulationem, celeri agitatus motu omnes partes alluit. Et hoc ſemen in teſtibus confectum virtutem ſuam communicat reliquis corporis partibus tam per venas, quæ ſanguinem revehunt ad cor, quam per vaſa lymphatica, quæ teſtibus etiam ſuper attexta ſunt: & inde tot alterationes in corpore exiſtunt, quando ſemen fieri incipit.

Supereſt nunc ut agamus de ipſo coitu, in quo quædam exponenda occurrent, quæ ſeminis naturam adhuc magis manifeſtam facient. Sed antequam tamen ad ea progredi liceat, prius ventilanda illa quæſtio eſt, an mulieres verum ſemen habeant, idque diſtinctum à ſanguine menſtruo.

Ariſtoteles non uno in loco *in libro de Generatione animalium* negat mulieribus ſemen eſſe: ſed menſtrua illis eſſe loco ſeminis aſſerit. Nobis equidem nihil certius eſt, quam mulieres ſemine prædicas eſſe; idque non minus quam ſemen virile concurrere ad hominis generationem: atque ita ſtatuo in conceptu requiri parem concurſum profuſionis utriuſque. Nam primo, quorſum teſtes mulieribus conceſſi ſi ſemen in iis non generetur? An ad ornatum? Quemadmodum putant papillas viris in eundem finem conceſſas; quia lactis iis nulla eſt copia? Sed non eſt uſquequaque verum papillas nullum uſum præſtare viris; multis enim exemplis probatur, etiam lac per eas ſæpius produiſſe: & mul-

ta ſuctione id forte in pluribus viris efficeretur. Deinde, etiamſi quædam in homine reperiantur, quorum uſus nullus eſſe videtur; quia eorum efformatio & productio ſequitur tanquam per accidens aliquam virtutem in homine: quemadmodum ita pili multis in corporis partibus oriuntur; idem tamen de teſtibus mulierum ſtatui non poteſt: cum manifeſtus eorum uſus ſe prodat; qui talis eſt ut inde non male partis principis dignitatem ſibi vindicet. Et quorſum talis ornatus, qui intus latet, neque ab ullo foris conſpicitur? Si tantum ornatus gratia mulieribus teſtes conceſſi, quidni reliqua mulierum teſtibus conceſſa, quæ virorum propria ſunt: loquor de proſtratis & veſiculis ſeminalibus, quibus mulieres carent: habent autem teſtes mulierum, & vaſa præparantia, & deferentia: reliquis carent, quia nullus eorum poterat eſſe uſus: non itaque ornatus & notæ cauſa natura in mulieribus teſtes collocavit. Sed cum teſtes mulieris ſemen conficiant, quid ceſſamus profiteri mulieribus teſtes datos in eundem uſum, propter quem viri eos obtinent. Generari autem ſemen in teſtibus evincitur inſpectione: reperitur enim in ſanarum mulierum teſtibus ſemper ſuccus ſive liquor albicans, tenuior quidem eo, qui in virorum teſtibus comparet, ſed qui tamen ideo ſeminis nomine non eſt indignus. Ejaculatur cum voluptate: ejectum triſtitiam, torporem, laſſitudinem & libidinis extinctionem adducit. Cum generari incipit, multæ alterationes mulieri oriuntur; ſororiant mammillæ, pubes ſuccreſcit; atque etiam alii pili poſt geniti, etiam menſtrua fluere incipiunt. Quod autem alia in illis per ſeminis generationem non producuntur, quæ tunc in viris illa ætate locum habent; aut poſtea iis ex ſeminis natura accedunt; qualia ſunt vocis gravitas, nervorum robur, corporis ſiccior conſtitutio, animi fortitudo, capillorum defluvium &c. Ita ut mulierum temperamentum potius ad caſtratorum naturam accedere videatur, quam cum virorum, teſtium integritate præditorum natura participare, id non evincit mulieres vero ſemine deſtitutas eſſe, ſed imperfectiore, minuſque coſto præditas.

Neque ullius momenti eſt argumentum quod in contrarium adducitur: nimirum ideo mulieris ſemen nullum uſum præſtare in generatione, quia non patet via, qua in uterum deſcendat: nam quamvis aperto ductu non inſeratur in uteri cavitatem vas ejaculatorium; revera tamen in uterum, vel potius uteri ſubſtantiam penetrat; & ideo nullius fuiſſet uſus vas illud apertura manifeſta deſinere in uteri cavitatem. Sic viri quoque ejaculatoria vaſa per cæcos ductus, ſeu potius per quandam tranſudationem in urethram exonerantur. Ipſa autem anguſtia, per quam ſemen evadit, tum ad irritationem, cum etiam ad actionis vigorem & robur conducit: fitque per illum conatum, ut omnes ferme corporis nervi parteſque contendantur, atque afficiantur: unde ſpirituum ab omnibus partibus radiatio verſus illas genitales partes; qua radiatione ſemen præcipue prolificum redditur; ſpiritibus impraegnatur, & formatricem fœtus vim acquirit. Et inde præcipue ex coitu tanta debilitatio virium, & triſtitiæ obreptio: concuſſione enim illa eventilantur, & diſſipantur plurimi ſpiritus: & motus ſpirituum maxima ſui parte à cerebro avertitur; unde triſtitia: materialis enim lætitiæ cauſa eſt, copioſus ſpirituum affluxus ad ſedem animæ in cerebro; ex quo animæ ſedes tamquam in ſpiritibus fluctuans, percipit illum gratum motum, quem lætitiam vocamus. Quodſi autem abſque conatu & contentione aliqua materia ſeminalis ſponte defluat, tunc evenit, quod in gonorrhæa cernitur, inefficax & involuntarium ſeminis effluvium: quod de- millefima parte tam hominis vires non re- paſcit; quam tantundem ſeminis ex- tio cum titillante conatu: & ideo qui morbo laborant diu viribus conſt- quamvis morbus ille eos longe obr-

t. Et cum ea ſit ratio profuſionis ...s in ſanis, nulli mirum eſſe poteſt, quidam immoderato coitu in tabem ...em incidant: cum enim per medul... ...inalem copioſiſſime ſpiritus fluant, ...e illa pars afficitur; & ſi modus ex...ur, labefactatur: unde juſte ejus ...emperatio deſtruitur, fluitque ultro ...as male coctus atque crudus per eam, ...nadmodum in virium infirmitate ſudor ...dus manat.

...um autem ſeminis mulieris ea ſit te...as & levis concoctio ſequitur inde il...onge facilius corrumpi, quam ſemen ... quemadmodum fructus horarii citius ...tedinem concipiunt, quam frumen...m & alii fructus, quorum ſuccus magis ...oncoctus, & ſubactus eſt. Doctis pen...tandum relinquimus, an ſemen corru...ptum, non ſit cauſa ferme omnium hyſte...icarum paſſionum. Nam ad menſtrua ...nemo facile earum cauſam retulerit: cum multis, quibus menſtrua diu ſuppreſſa fuerunt, ſuffocatio uterina non ſit infeſta: multæ autem fœminæ iis obnoxiæ vivunt; quæ propter abſtinentiam à Venere, qua antea ſæpius utebantur, ſemine abundantes, & illud non evacuantes: ideo virus aliquod à ſemine longa mora corrupto, exſpirat, quod ad cor, cerebrum, nervos, venas, & arterias delatum, tot & tam varia excitat ſymptomata. Aliis morbus ille moleſtus, quæ infirma valetudine ſunt; quarum ſemen ideo facilius labem concipit. Solet etiam ut plurimum tunc morbus ille infeſtare cum natura generando ſemini idonea eſt: ceſſare autem cum deſinit facultas prolifici coitus. Eſt autem mulieribus non viris ille morbus proprius; *quia* teſtes fœminarum intus latentes & ad uterum exhalantes virus ſuum, *facilius* illud ad partes principes diffundunt: virorum autem cum extra abdomen propendeant; ſi quid noxii *exſpirent, ad illas* partes proſerpere aut *permeare* non poteſt. Eritque id *tanto magis* ..., *ſi* ponamus tubam fallopianam præſtare vicem ſpiraculorum uteri: id enim in majoribus animalibus inſpectio atque autopſia docuit, ſtylum ab utero in hujus vaſis ductum, nulla valvula impediente, ad expanſam tubæ extremitatem pertranſire; ibique in abdominis cavitatem exire: facillime enim per illum ductum tetræ exhalationes aſcendere poſſunt ad partes principes. Et id inter cætera illam ſententiam confirmare videtur, quod in uteri ſuffocatione diaphragma inſigniter afficiatur: quia ſc. vapores ex utero prodeuntes per tubam, & in abdomen penetrantes incurrunt in illam partem; unde ferme ſemper cum ſpirandi difficultate conjuncta eſt uteri ſuffocatio, & non raro conturbatio mentis.

Quod autem in gonorrhæa, in qua ſemen proculdubio corruptum eſt, iſtæ uteri ſuffocationes non adeo frequentes ſunt, id inde fieri arbitror, quod tunc ea ſit ſeminis temperies, ut nec in teſtibus, nec in uteri ſubſtantia diu hærere poſſit; ſed in uteri cavitatem prolabatur; atque ita per ſinum pudoris evacuetur. Id enim in confeſſo eſt, quod in gonorrhæa ſeminis fluxus ſit differens à fluxu illo albicantis humoris: cui etiam honeſtiſſimæ virgines obnoxiæ ſunt; non itaque ſemen in gonorrhæa ſuis vaſis continetur, quemadmodum in ſanis fit. Notum etiam eſt in illo morbo teſtes infirmitate laborare, ſemenque corrumpi; quia teſtes labe infecti ſunt: in aliis autem uteri affectibus à ſemine corrupto procedentibus, ſemen ex ſe labem contraxit, teſtibus integris. Nec refert, quod in omni ferme ſuffocatione uteri, quando morbus remittit, liquor aliquis ex vulva dimanat; illud enim ſemen non eſt, ſed humor diſtillans ex utero poſt luctam: quando poſt motus uteri convulſivos partes relaxatæ ad priſtinum ſtatum revertuntur: quemadmodum tunc ſudor præcipue prorumpere ſolet; quando poſt vehementem nervorum, &

& corporis conatum, quieti nos damus, & contentionem remittimus. Effluit enim etiam ille humor, quando de ſemine corrupto nulla poteſt eſſe ſuſpicio; cum v. gr. ab ira vel zelotypia, hyſterica paſſio oritur: in qua ideo humor ille ſemen eſſe non poteſt. Præterquam quod exemplo careat, ſemen excerni citra voluptatem, teſtibus nullo morbo labefactatis; quam tamen illæ mulieres experiri negant, quando humor ille profluit.

## Cap. VII.

### *De Coitu.*

QUamvis omnia animalia ex ſemine ortum ſuum habeant, inveniuntur tamen qui exiſtimant non ſemper intervenire coitum. De plantanimalibus, oſtreis, &c. ſic refert *Ariſtoteles lib.* 1. de Generatione animalium cap. 16. *Quædam nec ex animalibus naſcuntur, neque coëunt, ut culices & vermiculi.* Et lib. 4. de hiſtoria animalium cap. 11. *Sexus autem maſculinus fœmininuſque non in omnibus animalibus eſt; ſunt enim quibus id deſit, ac ſimilitudine quadam parere dicantur, ac ferre uterum.* Sexus ergo diſcrimen in animalibus, quæ vitam ſtabilem degunt; aut in iis, quæ teſta teguntur, nullum Ariſtoteles agnoſcit. Sic anguilla, neque mas neque fœmina eſſe dicitur; neque per generationem fieri putant multi: quamquam illa apud me fidem non inveniant. Et quamvis hæc vera forent, non ideo tamen ſequitur ſine ſemine talia animalia produci. Sed tunc eadem eſt iſtorum animalium imperfectio, quæ plantarum, quæ ſine ſexus diſcrimine & mixtione ſeminis, ex ſe ſemen efficiunt, quod germinare aptum eſt. Imo quemadmodum ſtirpes ferme omnes pariunt & generant, matriſque funguntur officio; paucæ autem quæ maris partes expleant: ſic in teſtaceis tantum quod parit & generat eſt; deeſt autem quod maris vicem præſtet. *Sic inter piſces genus paſſerum eſt, & Rubellionum, & biatularum, in quibus omnibus ova reperiuntur, ita ut fœminæ officio fungantur omnes*, idem Ariſtoteles loco citato. Neque id tantopere admirandum in animalibus imperfectioribus; cum conſtet etiam aves, quæ nunquam marem expertæ ſunt, ova ſubventanea peperiſſe: & virgines molam concepiſſe. Pueris notum eſt, bombyces abſque maris coitu ovis, quamvis irritis, impleri; in quibus itaque ſemen aut ova abſque congreſſu maris prolifica ſunt, iis natura indulſit, ut ipſæ ſupplerent, quod imperfectioribus animalibus à mare præſtatur. Sed exiſtimo Ariſtotelem ex perfunctoria tantum contemplatione naturæ in prædictam ſententiam tranſiiſſe; & arbitror omnia animalia, quæ generant per coitum, aut per aliquid illi analogum uterum fœtantem reddi.

Saltem perfectiorum animalium propagatio coitu maris & fœminæ fieri ſolet. Quo pacto autem ſingulæ animalium ſpecies ſuum coitum peragant, id hic recenſere fruſtra eſſet, cum Ariſtoteles fuſe totam illam rem pertractaverit: neque illa narratio quicquam noſtro inſtituto conduceret. Eos autem coëundi modos contemplabimur, qui rei, quam præ manibus habemus, lucem aliquam conferre poſſunt. Eſt quibuſdam inſectis is coëundi modus, quo fœmina ſuam particulam admovet ad mas, *Ariſtot. de Generat. Animal. cap.* 21. Hoc eſt ſunt quædam inſecta, quorum fœmina immittit in mas aliquid penis analogum: teſtaturque omnia talia inſecta diutius in coitu hærere: cauſam eſſe arbitror ſeminis maris & uteri fœminæ debilitatem: quatenus genitalis liquor extra marem excretus viribus adeo evanidis præditus eſt, ut conceptus fieri [illegible] & poſſit, ſed neceſſe ſit tam diu marem [illegible] fœminam in coitu manere, donec co[illegible] ptus factus; & debita ſeminum comm[illegible] tio ſequuta ſit. Eadem cauſa videtur [illegible] quod limaces, quæ conchis & teſtis [illegible] de

s id mihi ita compertum non eſt,
diucilſime in exercendo coitu hæ
Et talium animalium coitus raro
eſt: ſunt alia animalia, de quibus
ur, an mas revera vel penem, vel
peni analogum in fœminam immit-
egat Clariſſimus Harveus gallis pe-
e, quamvis inſignem anſeri & anati
lat. Sic idem author exiſtimat aves
es affrictu duntaxat coitum perfice-
nctis ſolummodo utrinque puden-
n orificiis, *Exercit.* 5. *de Generat.*
*nal.* Idem de multorum piſcium coi-
tuendum videtur: qui pariter affri-
eoque quaſi in momento peracto,
m perficiunt.

t hæc coëundi ratio præter cæteras ra-
nes traxit Clariſſimum Harveum in il-
n ſententiam, qua tuetur corporeum il-
d ſemen, quod mares in coitu emittere
lent, non intrare in uterum fœminæ;
d vim tantum illius ſeminis penetrare ad
llas partes, in quibus natura conceptum
nolitur. Adducit præterea in argumen-
um ſuæ ſententiæ gallinæ ductum, qui
d uterum tendit, in ſuo orificio ita ad-
ſtrictum eſſe, ut nullus liquor in eum pe-
netrare poſſit, Cap. 6. Et longa expe-
rientia ſe edoctum eſſe teſtatur poſt coitum
cervarum, aut damarum nihil omnino
ſeminis, aut liquoris, qui ſemen aliqua
ſimilitudine referat, repertum eſſe in ea-
rum utero: unde concludit uterum fœ-
minarum per coitum maris fœcundum
reddi; quemadmodum terra cœleſtibus
influxibus, & cœli rore imprægnatur.
Atque ideo tuetur prima embryonis rudi-
menta ex maris ſemine non conſtitui; imo
nec mulierem quicquam craſſioris ſeminis
conferre ad embryonis materiam: negat
enim in viviparorum animalium, cum
Veneris æſtu agitanrur, & Veneris plena
ſunt, teſtibus quicquam ſeminis reperi-
ri: & cum plurimum ſeminis repererit
in maribus ex genere murium & talparum,
negat ſe in fœminis, cum in Venerem
propenſæ eſſent, [illegible] quippiam repe-

riſſe. Ego quidem de hac re ſic ſentio. Primum: omnibus animalibus ad coitum quidem penem non eſſe conceſſum: quia accuratum examen multorum Anatomicorum mihi fidem faciat in multis animalibus penem proprie dictum, hoc eſt prominentem aliquam particulam, quæ coitu rigida fit, & in vulvam, aut uteri ſinum immittitur, non reperiri: omnibus tamen maribus arbitror conceſſum membrum aliquod genitale, quo fœminæ pudenda contingant: & fricent ſaltem; quodque in copula rigidius redditur. Nec mihi ullum eſt dubium, quin in animalibus, quæ coitu procreant, tam mas quam fœmina ſemen emittat. De maribus hoc nemo vocat in dubium, fœminis autem ſemen ineſſe ſupra probavimus. Neque fidem habeo iis, qui negant in mulierum teſtibus ſemen reperiri, cum ἀυτοψία aliud evincat, quamquam illud liquidius, neque pari qua maris ſemen, conſiſtentia præditum ſit, nec ita ſpiſceſcat: quod forte erroris cauſam præbuit. Præterquam quod hæc etiam cauſa eſſe poſſit, quare ſemen parcius in mulierum teſtibus reperiatur, quod liquidius, & majori concoctione egens, ex multorum præſtantiſſimorum Anatomicorum ſententia per uteri tubas dimanat, ut illic perfectiorem concoctionem acquirat, aliud ad uterum & vaginam; ut laxitatem & mollitiem iis partibus conciliet.

An autem craſſioris ſeminis pars uterum ingrediatur, de eo merito dubitatur propter experimenta, quæ producit Harveus. In ſuperioribus probatum dedimus craſſiorem ſeminis partem in mare parum aut nihil conferre ad conceptum aut generationem; ſed ſpiritus maris ſemine contentos, efformationis fœtus cauſam exiſtere. Et in omnibus plantarum ſeminibus pars terreſtrior id tantum præbet ut vis ſeminalis in ea latitans, ex ea efformare poſſit primas plantæ partes, quibus in principio indiget ad ſui incrementum. Illam materiam facile ſupplet mulieris uterus, qui ubi fœcundus redditus eſt per coitum & in-

Cccccccc 2

influxum virtutis ſeminalis viri, præbet ſemini maris materiam, in qua emolitur prima embryonis lineamenta: quemadmodum terra fæcundis ſpiritibus præbet materiam, in qua virtutem ſuam exerant ad plantarum productionem. Certe cum ex uno coitu galli cum gallina longo temporis tractu in ipſo ovario, ad quod ſemen corpulentius videtur nullo modo poſſe penetrare, ovorum principia fœcunditatem nacti ſint, non poteſt alia iſtius rei cauſa fingi, quam quod ſpiritus in ſemine in coitu prorumpens, ad ipſum ovarium ſibi viam fecerit; atque illic aptam materiam nactus eſt, per maturitatem uteri, in quo nidulare poteſt, & mixtus cum mulieris virtute ſeminali tandem emoliri embryonis conformationem. Exiſtimo itaque propter has aliaſque rationes ſupra traditas, craſſiorem ſeminis ſubſtantiam, tantum ſedem eſſe ſpiritus genitalis; quouſque in coitu aut alio modo excernatur: nec puto illam ſeminis partem concedere in embryonis ſubſtantiam.

Quomodo autem craſſior ſeminis mulieris pars ad generationem concurrat, nunc examinandum ſupereſt. Certum eſt mulieris uterum non ſemper diſpoſitum eſſe ad fœtificandum: ante ſeminis generationem in teſtibus uterus tamquam terra infœcunda eſt; quæ licet ſemen incluſum habeat, nullum tamen germen producit. Seminalis autem vis quando ſeſe incipit per corpus diffundere, ſicut tunc mammarum protuberationem, menſtruorum fluxum &c. producit, ſic mulieris uterum ita afficit, ut ſpongioſior, & calidior reddatur. Hinc ſterilitatis, aut fœcunditatis mulieris probatio fit ſuffitu: explorantes an odores, ſubeuntes uterum, efferantur ad locum ſpirandi, & afficiant halitum. Quemadmodum itaque terra, quæ aratro ſubacta non eſt, & ex puteis aut foſſis extracta, producendis frugibus inepta habetur; niſi per aliquod tempus inſoletur. Sic poſtquam in maribus ſemen generari cœptum eſt, penis libidine erigitur; parteſque genitales vegetiores redduntur; aliudque viri videntur temperamentum aſciſcere. Ad talem fœcunditatem mulieris craſſior ſeminis pars non eſt neceſſaria: quamvis forte ſeminis profuſio, & voluptas inde nata, cum totius corporis alteratione maxima, uterum adhuc generationi aptiorem reddat. Id ſaltem compertum multas virgines minus commoda valetudine uſas, antequam viro matrimonio junctæ eſſent; poſtquam autem maritatæ eſſent, belle habuiſſe. Non dubito quin corpus in congreſſu vehementer emotum, ea ratione multis obſtructionibus liberetur; & ſpiritus in ſeminis effuſione proſilientes, & uterum verſus moti, partes generationi dicatas egregie recreent. Imo arbitror præcipue uterum ad maturitatem perduci per libidinem ſeminis copia excitatam & allicientem ad teſtes, & reliquas genitales partes, ſpirituum copiam.

Animalia quæ ſtatis temporibus tantum patiuntur coitum, uterum ante maturum non habent quam libidinis œſtro agitari incipiant: quod documento eſt ſeminis vim, & ſpiritus per eam excitatos, & uterum verſus actos, animal maturum reddere, neque id maris ſemini acceptum ferendum eſt, cum hujuſmodi plurima animalia primo coitu repleantur: & vix ullum, quod ſaltem tertio coitu non impleatur. Sæpe hæc cogitatio animo obverſata eſt, an cum animalia libidinis œſtro agitantur, ſive ante coitum, ſive in ipſo coitu, tunc continuo non emittant prolificum ſemen, quod ex teſtibus deſtillans in uterum ſemper adeſt, quoties fit congreſſus; ita ut in conceptu concurſus profuſionis ſeminis utriuſque ſexus quidem requiratur, ſed non ille tamen qui cum impetu fit, & cum inſig[illegible] voluptate, corporiſque exſolutione alic[illegible] conjunctus eſſe ſolet, ſemperque aliqu[illegible] triſtitiam poſt ſe trahere. Et rationes [illegible]dem quæ me movebant, hæ ſunt. Pri[illegible] quod teſtimonio authorum fide dig[illegible]

n conſtet ſæpe mulieres ſine volu- concipere; neque experiri illam ſe- profuſionem. Secunda, quod in multorum animalium non conſpicia- finem coitus in fœminis ea commo- quam mares produnt. Tertia, quia animalia libidine pruriunt, eorum & uteri ſinus madet albicante humo- qui illas qualitates poſſidet, quas ſe- ineſſe ferunt. Quarta, niſi etiam coitum, & in coitu antequam abſol- r, per libidinis irritamenta fœcundi inis fieret profuſio, non poſſet fieri ceptus; niſi cui utriuſque ſexus in coi- ar & ſimultanea fieret cum voluptate inis profuſio: ſed cum id neque expe- ntia doceat; neque conſentaneum ſit icere de animalibus, quæ ſine fruſtratio- e primo coitu replentur, ſequitur illud ſo- ummodo verum ſemen non eſſe vocan- dum, quod cum voluptate excernitur.

Et ſi verum & fœcundum ſemen dima- nat in uterum etiam ſine illa voluptate & niſu; quare non dimanabit etiam ante & poſt coitum, donec uterus fœtans ſit red- ditus. Eſtne veriſimile in animalibus, qui- bus ad imprægnationem unus ſufficit coi- tus, aut ea eodem exſolvi momento; aut ſaltem ſemper fœminam ſemen ſuum pro- fudiſſe antequam mas coitum ſuum abſol- verit. Suffragatur noſtræ ſententiæ Ari- ſtoteles, qui dicit non ſemper ad conceptum requiri, ut cum voluptate & contentione fiat maris & fœminæ ſeminis profuſio, Ariſt. de Animal. Generat. cap. 19. *Sæpe mulieres concipiunt ſine ea, quæ per coitum eſt voluptate.* Et de Gener. Animal. lib. 2. cap. 4. *Res ita ſe habet, ut ſine maris emiſ- ſione concipi impoſſibile ſit; atque etiam ſine menſtruorum excremento; quod aut redun- dans effluit foras, aut intus ſatis ſit. At ſine ea voluptate, quæ fœminis per coitum exire ſolet, concipitur, ſi locus turget, & vulva deſcen- dit propius.* Recte quidem, nam ante- quam hæc eveniant, uterus mulieris non- dum paratus eſt ad recipiendum cum fru- ctu viri ſemen: & cum uterus ita conſti- tus eſt, tunc fit ſeminis mulieris deſtilla- tio; & madere tunc uterus dicitur, reclu- dique vulva: quem madorem jam ſupra diximus ſemen eſſe. Neque refert, quod viris etiam, cum libidine agitantur, li- quor penis interiora irriget: nam & illud ſemen eſſe aſſerimus, quamvis minus pro- lificum; tum quia in coitus ardore non imprægnatur ſpiritibus, quemadmodum illud, quod ſaltu proſilit; cum etiam quia ſenſim ſtillans ſpiritus quos continet, cum impetu non mittit ad uterum. At cum neceſſe non ſit mulieris ſemen foras prorumpere, aut eo ſpiritus mittere ad conceptum; ſed intus maneat; cumque ſpiritibus minus turgeat, illa cum vo- luptate, & contentione ſeminis profuſio, non eſt neceſſaria.

Hæc itaque quidem evincunt ſemen mulieris minus probum eſſe, quam maris; ſed verum & fœcundum ſemen non eſſe, quod per libidinem diſtillat ex teſtibus, non probant. Quo perfectius ad generatio- nem ſemen eſſe debet, eo ſpiritibus magis impregnari neceſſe eſt, cui rei plurimum conducit ipſe actus venereus; & ideo non dubito, quin mulieris ſemen, quod du- rante copula profunditur, longe ſpirituo- ſius ſit illo, quod libidine pruriente dima- nat: & quod cum voluptate excernitur, longe pluribus ſpiritibus turgere eo, quod citra voluptatem ſecernitur. Et eo forte tendit naturæ inſtitutum, quod omnia animalia, referente *Ariſtotele Hiſtor. Ani- mal. lib. 5. cap. 3.* quæ animal generant, longius morantur in coitu, quam ea quæ ova pariunt. Quatenus ſemen animalium, quæ animal pariunt, perfectius eſſe de- bet eorum ſemine, quæ ovum pariunt: imprægnatur autem ſpiritibus per moram in copula. Neque huic ſententiæ repu- gnat, quod alibi diximus ſemen illud in- fœcundum eſſe, quod ſenſim in gonor- rhæa diſtillat: nam id tantum intellexi- mus de ſemine, quod ſine ulla libidine effluit, & cum venereo appetitu conjun- ctum non eſt, morboque corruptum eſt.

Plu-

Plurimum autem confirmat ſemen fœcundum continuo effundi in uterum à fœminis, quoties libidinantur & Veneris plenæ ſunt, quod multæ aves ova ſubventanea pariant: & quidem tunc præcipue, cum maris præſentia, licet admiſſione ejus non fruantur: ad libidinem incitentur: aut cum blandius attrectentur; & manu dorſum eorum demulceatur. Cujus rei exemplum dedit Clariſſimus Harveus in ſuo pſittaco, *cap.* 5. *de Generat. Animal.* dicitque ibidem. *Imo vero uſque adeo libidinoſæ interdum ſunt aves; uti ſi dorſum earum manu ſolum leviter tangas, ſtatim procumbant: orificiumque uterinum nudent, & exporrigant: quod ſi blande digito demulſeris vago murmure, alarumque geſticulatione gratam Veneris dulcedinem exprimunt.* Quin etiam fœmellas inde ova concipere refert Ariſtoles *Hiſtor. Animal. lib.* 6. *cap.* 2. Exiſtimo itaque fœminas omnium animalium, cum libidine turgent, continuo ſemen fœcundum in uterum profundere. Illis autem mulieribus contingit cum voluptate ſemen excernere, quæ præter ſemen liquidius, quod ultro in uterum diſtillat, etiam craſſius magiſque concoctum habent, quod cum impetu proſilit; quodque proculdubio ſpiritibus turgidius eſt eo, quod uteri pruritu profluit; ſed quod tamen abſolute non eſt neceſſarium ad conceptum.

De hoc ſemine quæritur, an ejus ſubſtantia craſſior, ad fœtus materiam quidquam conferat? Si *Harvei* experimentis ſtandum ſit, quæ tradit, *cap.* 67. *&* 68. *Libri de Generat. Animal.* quemadmodum illa mihi quidem omni fide digna videntur, ſtatuendum, nec ſubſtantiam craſſiorem & terreſtriorem ſeminis mulieris concedere in embryonis ſubſtantiam. Docet *Harveus* ſe in cervis, damis, canibus, cuniculis, ceteriſque viviparis animalibus id uſu comperiſſe, quod de oviparis aſſeverat, ſcilicet ex ſpermate maris aut fœminæ in coitu non efformari, tamquam ex materia, ovum, aut fœtum: verba quædam Clariſſimi authoris apponam. *In canibus, cuniculis aliiſque plurimis animalibus expertus ſum, nihil prorſus in utero poſt coitum per aliquod dierum ſpatium reperiri. Adeo ut exploratum habeam de viviparis quoque, quod ſupra de oviparis conſtitit; nec ex ſpermate maris aut fœminæ in coitu projecto, nec ex ambobus ſimul miſtis, ut Medici volunt, oriri fœtum; neque ex ſanguine menſtruo, tamquam ex materia, ut Ariſtoteles cenſuit; neque protinus à coitu conceptus aliquid neceſſario conſtitui; & proinde haud verum eſt in coitu prolifico materiam aliquam in utero paratam adeſſe, quam maſculi ſeminis virtus, coaguli inſtar, coquat, coagulet, & efformet, vel in actum generationis deducat, aut reſiccata extrinſecus ſuperficie, membranis includat. Nihil enim omnino per dies compluſculos (nempe ad duodecimum Novembris) utero cervarum & damarum ineſſe cernitur.*

Verba hæc adduxi, ut probem Harvei teſtimonio ſtatim poſt coitum; & poſt factum conceptum, craſſiorem maris aut fœminæ ſeminis ſubſtantiam in utero non ſupereſſe, ex qua fœtus partes ſpermaticæ, ut loqui ſolemus, primo efformentur. Eadem itaque ratio eſt craſſioris & terreſtrioris ſeminis partis, tam fœminæ, quam maris: eſt tantum vehiculum ſpirituum, qui proprie loquendo ſemen tantum conſtituunt; & qui tam maris quam fœminæ efficientis & formatricis cauſæ rationem ſuſtinent: cum craſſior pars liquoris inſtar diffluat; ſpiritibus utriuſque ſeminis uterum maturum & fœcundum ſubeuntibus: qui ibi copulati, eo modo, quo ſupra *conceptum* fieri diximus; atque ita conſtituentes *ſeminale aliquod principium*, non dico *ſemen*; & poſtea germinantes, in utero carunculas & *papulas* excreſcere faciunt, tamquam *ramos*, fo[…] & arbores. Deinde tandem […] & *genituram* in viviparis membrana, […] quam ovo, incluſam: ſed de his ſtatim […] ſequentibus. Qua itaque ratione c[…] fiat; & quomodo viſibile ſeminis c[…]

s quam fœminæ non concurrat ad
nſtitutionem; nec tamquam cau-
lis, nec tamquam cauſa efficiens,
t. Quomodo autem tamen con-
t, paucis nunc exponemus: cum
dentibus fuſe de iis egimus.

næ uterus ſeminis vi maturus red-
c in coitu, præcipue inſtigante
per ſeminis prolifici effuſionem
s, vi efformandi fœtus præditis,
natus, iiſdem ſpiritibus per libi-
o vergentibus commodum præbet
lium: deinde maris ſeminalis vis
ibilis ſeminis ejaculationem etiam
rum penetrans, eumque ſubiens,
tur atque ſociatur cum ſeminali vir-
œminæ; atque ita ſi in unum conſpi-
eo, quem ſupra tradidimus, modo,
unc *conceptus*: qui nihil aliud eſt, *quam
uſque ſexus ſeminalis virtutis in ſubſtantia
ri facta aſſociatio ad fœtificationem*. Et
ando talis conceptus factus eſt, tunc
erus *fœtans* dicitur. Fit autem nullus
nceptus, quando talis conſpiratio &
ſociatio ſpirituum non fit. Quod autem
a de conceptu loquendum ſit, eo nos
ligunt experimenta; quæ docent etiam
liquot diebus poſt coitum nihil nec ſemi-
is, nec rudimenti fœtus in utero reperi-
i; ſed uteri interiora glabra æqualia, &
mollia eſſe: poſtea autem ex utero protu-
berare carunculas; deinde in ea uteri par-
te, qua fœtus efformatur, liquorem, ſi-
ve colliquamentum reperiri; cuticula ſive
membrana obductum in viviparis, teſta
in avibus; ex quo liquore poſtea fœtus
efformatur & augeſcit.

Eſt itaque *genitura* proprie id, quod
illo ovo concluditur. Quod autem in coi-
tu uterum ingreditur, licet ſit prolificum
atque fœcundum; & prima origo produ-
ctionis atque efformationis genituræ &
fœtus, non tam *ſemen* eſt vocandum,
quam virtus quædam *ſeminalis*; germi-
nans in utero, & *plantam*, ut ita dicam,
proferens: quæ poſtea genituram, mem-
brana incluſam, & *proprie* dictum ſemen,
producit: quemadmodum planta, poſt-
quam folia & flores produxit, tandem
ſemen profert; quod loculamentis inclu-
ſum; & à planta ſeparatum, poſtea terræ
commiſſum, plantam producit.

Sic in gallina id non eſt vocandum ſe-
men, ſive genitura, quod à mare & fœ-
mina proficiſcens, & uteri ſuperiorem par-
tem, ſive ovarium ſubingrediens, cauſa
exiſtit infinitorum vitellorum in uno acer-
vo veluti conglobatorum, & racematim
appoſitorum. Imo dubito an ipſi vitelli,
proprie genitura vocandi ſint; cum cer-
tum & exploratum ſit ex vitello pullum
non formari, ſed ex albumine: & vitel-
lum die decimo, ubi jam pullus omnia ſua
membra diſtincta poſſidet, nihil imminu-
tum eſſe; imo videri potius mole auctum.
Quid ſi itaque dicamus vitellos eſſe germen
ovarii ſeminali virtute fœcundi; & carun-
cularum aut papillarum vicem præſtare;
quales uterus, poſt factum conceptum,
producit; & unde poſtea vera genitura
proficiſcitur, uteri cavitate incluſa: quem-
admodum albumen non in ovario, ſed in
gallinæ utero reperitur. Et hæc ſatis con-
ſentanea videntur Harvei dictis: qui de
vitellis racemo adhuc annexis ita loquitur.
*Vitellus in racemo exigua duntaxat papula
eſt, ſenſimque auctus, colorem & magnitu-
dinem vitelli adipiſcitur; indeque abruptus,
per infundibulum deſcendit: & per ſpiras
cellulaſque proceſſus devolutus, albumen in-
duit. De Generat. Animal. cap 9.* Eſt ita-
que vitelli rudimentum papulæ inſtar:
quod quidem genitura nondum eſt; ſed
vim genituræ in ſe continet: quæ contine-
tur circulo illo albo & perexiguo adnato
tunicæ vitelli: de quo *Harveus cap. 12.
Circulus albus & perexiguus vitelli tunicæ
adnaſcitur, &c. Plurimum vero hallucina-
tur Fabricius, dum circulum hunc nulli uſui
inſervire credit: eſt enim præcipua totius ovi
pars, cujus gratia reliquæ omnes efformar-
tur, & ex qua pullus originem ſuam ducit*.
Vitellus itaque illo circello præditus, &
poſtea in uterum gallinæ delapſus; & illic
albu-

albumen induens, rationem *geniture* acquirit; quatenus materiam primam & cauſam efficientem fœtus in ſe complectitur. Quemadmodum illud proprie ſemen vocatur, quod & vim formatricem plantæ, & ſimul materiam continet, ex qua prima plantæ rudimenta efformantur.

Ea tamen vitellorum rudimenta inter, & papillarum in utero differentia eſt, quod in ſingulis vitellis ſit conceptus; non ſunt tamen ſingulæ papulæ ſingulis fœtibus deſtinatæ: quamvis in hoc (quod notatu dignum eſt) rurſus conveniant, quod in gemellis quiſque ad ſuas carunculas vaſa ſua umbilicalia mittat: de quo ſic *Harveus cap.* 70. *In quo conceptu ſingularis fœtus continetur; hic ad omnes utriuſque cornu carunculas vaſa ſua umbilicalia transmittit; ut inde nutrimentum petat &c. In quo autem bini fœtus ſunt, eorum alteruter privatas ſuas carunculas obtinet:* miſſiſque in proprium duntaxat cornu vaſis umbilicalibus; ex eodem ſibi alimentum quærit.

Ego primum conceptum & generationem ſic conſidero: uterum habeo tamquam plantam, maturitatem uteri, tamquam illam arborum conſtitutionem, qua hieme dilapſa, & ineunte vere, vim producendi frondes acquirunt. Conceptum in utero factum, quo jam fœtans eſt, habeo loco diſpoſitionis illius in arboribus & plantis, qua jam ſunt in potentia proxima ad producendum ſemen. *Genitura* in uteri cavitate contenta, una cum membranis, quibus incluſa, eſt mihi id, quod ſiliquæ cum ſuis ſeminibus in leguminibus: membranæ reſpondent ſiliquis & folliculis: *genitura* membranis concluſa, ſemini ſiliquis contento. Notum eſt ſiliquas ita legumini junctas eſſe, ut tamen potius contiguæ, quam continuæ illi ſint: ita tunicæ, quæ primum filamentorum inſtar, in uteri cavitate producuntur; & poſtea tunicarum formam induunt, utero non ita coaluerunt, quin ſine læſione continui ab utero ſeparari poſſint.

Præterea, quemadmodum in ſiliquis primum humor quidam viſcidus comparet, antequam ſemen formetur, ita in tunicis primum, liquor quidam comparet, qui poſtea geniture & ſeminis proprie dicti formam aſſumit. Et quemadmodum ſemen, in ſiliquis efformatum, & maturitatem adeptum, prorumpit, ita in oviparis ovum, quod proprie dictum ſemen eſt, poſtquam efformatum eſt, ex utero prorumpit. In viviparis ſemen perfectum non excluditur foras; ſed in iis uterus, in quo ſemen, ſive ovum continetur cum ſuis tunicis, terræ rationem habet, cui ſemen committitur ad germinandum: ita ut in viviparorum generatione ſit quaſi duplicis plantæ productio. Primum uterus per coitum fœtans redditus, tamquam planta producit ſemen ſive genituram; & eandem genituram utero incluſam conſervans, fotu ſuo atque calore ita promovet, ut vis ſeminalis & efformatrix fœtus in actum prorumpens, novum efformet fœtum, ſive plantam: fœtus itaque cum excluditur, non tam fructui plantæ aſſimilandus, quam ipſi plantæ: quæ poſt aliquod temporis intervallum rurſus ſemini producendo apta erit: id manifeſtiſſimum eſt in viperis, quæ tum animal edunt, cum antea intra ſe ovum pepererint. Et cum ea animalium, præcipue perfectiorum, ſit ratio, ut eorum ſemen ſeorſim prolificum non ſit; ſed utriuſque ſexus ſeminis commixtio requiratur, Deus iſtius mixtionis locum, uterum conſtituit; qui influxu ſeminalis virtutis utriuſque ſexus fœtans redditus, tamquam planta verum ſemen, & genituram producit. Sed de iis in ſequentibus fuſius agetur.

Videtur jam in manifeſto eſſe, quare gallinæ ova, niſi crebro coitum patiatur, minora ſint. Id experientia, cui tuto fides adhibetur, probatum eſt, ex uno quidem coitu ad longum tempus gallinam ova fœcunda parere: ſed ea minora eſſe quæ

uæ ſerius excluduntur; & longius ab-
ant à tempore, quo gallina coitum paſſa
eſt. Certe cum vis vegetans in ovario,
qua vitellos producit; & quæ iis impartit
vim, qua perfecta tandem genitura pro-
ducitur, fit à virtute ſeminali, non po-
teſt non illa vis imbecilla tandem red-
di; & quaſi exhauriri, cum novo coitu
non recreetur & roboretur. Diximus
enim coitum, ratione uteri, ſe habe-
re, quemadmodum influxus ſeminalis
virtutis ſe habet ratione terræ; ſicut ita-
que terra, niſi imbribus irroretur, & ſole
focilletur, tandem magis magiſque ſte-
leſcit, ita ovarii ſive uteri vis tandem
ultis ovorum partibus evacuatur, niſi no-
o coitu ſuſtentetur. Nam quamvis ex uno
oitu tot conceptus facti ſunt, quot poſtea
xcluduntur ova fœcunda: vis tamen ſe-
inalis, qua poſtea vera genitura produ-
tur, deſtituitur illo virtuali influxu, qui
er coitum utero communicatur; & quo
ptior redditur ad ſubſerviendum ſeminali
irtuti ad efformandam genituram.

Quemadmodum itaque multis mulieribus evenit facile quidem concipere, ſed frequenter pati abortum propter uteri infirmitatem, ita gallinæ ovarium facilius quidem concipit, quam conceptum ad perfectam fœtificationem perducat: ad id enim requirit influxum ſeminalis virtutis iteratum ſæpius: & inde eſt, quod ova, quæ propter coitus defectum indies minora producebantur, ſtatim poſt coitum, grandiora gignentur; *niſi ovum ante coitum jam albumen induerit*: quia ſc. genitura jam perfecte conſtituta, uterus nova virtute imbutus, eam tali genituræ communicare non poteſt, quæ jam cumulate perfecta eſt. De hac re ita teſtatur Ariſtoteles Lib. 3. *de Generat. Animal.* cap. 7. *Avium igitur ſubventanea fœcunda redduntur; & quæ concepta maris diverſi coitu fuerint, naturam in eum, qui poſt coierit, mutant. Propria ova etiam, quæ incremento carent, cum coitus intermiſſus eſt, celeriter accreſcunt cum repetitur coitus; non tamen quovis tempore; ſed ſi prius, quam albumen ſecerni cœperit.* Quod autem narrat Ariſtoteles, pullum naturam ſuam mutare in eum, qui poſt coierit, id non ſolum in avibus, ſed etiam in aliis animalibus locum habet. Id ſæpius obſervatum eſt, catulos, qui ex coitu diverſi maris concepti ſunt, ut plurimum referre colore, forma & indole illum marem, qui ultimo canem iniit; niſi conceptus jam diu factus ſit; ita ut ſubſequenti coitu corrumpi non poſſit. Mihi enim non fit veriſimile duorum conceptuum mixtionem fieri poſſe; ſed priorem per ſubſequentem coitum ita corrumpi & turbari poſſe, ut omnino irritus fiat, ſi conceptus ſeſe non penitus utero inſinuaverit; atque ut ita dicam radices egerit. Sed hactenus de conceptu ſatis: pergamus ad reliqua.

## CAP. VIII.

### *De Formatione Fœtus in Utero.*

IN perſcrutandis his naturæ abditis, eorum præcipue habebitur ratio, quorum genituræ principia & incrementa commodius obſervare licet: & à quibus ad alia rectè procedit argumentatio. Facto conceptu, eo quo diximus modo; & uterus fœtans redditus, poſtea ad genituræ productionem ſeſe accingit. In gallina ovarium, quod illis ſitum eſt inter ventriculum & jecur ad ſpinam dorſi, ubi homini cæteriſque animalibus pancreas, inter truncum portæ & cavam deſcendentem ad exortum emulgentium & vaſorum ſpermaticorum præparantium; ovarium illud, inquam, vitellorum racemum producere incipit; quem ego, ſicut ſupra indicavimus, cotulodonum loco habeo; quæ in utero viviparorum prorumpere ſolent, poſtquam conceptus factus eſt. Hic vitellus in racemo exigua duntaxat papula eſt: ſenſimque auctus, colorem & magnitudinem vitelli adipiſcitur: indeque abru-

abruptus, per infundibulum deſcendit. Eſt autem infundibulum tenuiſſima membrana, habens infundibuli ſimilitudinem; & ab ovario deorſum deſcendens ſecundum dorſi longitudinem ad ipſos uteri proceſſus, ſive partem ejus ſuperiorem; quæ multis revolutionibus & cellulis prædita eſt. Per hoc infundibulum, & ſuperiorem uteri partem vitellus à racemo abruptus deſcendit ad uterum inferiorem; qui etiam multis plicis & corrugationibus ſcatet; & figura interna ovalis eſt, & magnitudine, quæ eſt capax ovi; in prægnante ſc. gallina, & Veneri matura. In gallina enim virgine, ſive pullo, uterus carnoſus & rotundus eſt, quaſi burſa vacua, tantillæ capacitatis, ut vix fabam continendo ſit.

In ſuperiori uteri parte cellulæ, ſive revolutiones, ſicut etiam illæ, quæ in utero, ſunt ſubſtantiæ carnoſæ, colore albiſſimo, & lacteo præditæ; quæque aquam lentam exſudant: ita ut tota interior ſuperficies, cum uteri, tum proceſſus ejus, multo quaſi tenui albumine madeat. Vitellus itaque conceptum continens, & per infundibulum delapſus, in uteri tam ſuperiore, quam inferiore parte induit albumen; atque illic in genituram perficitur: quæ tota his partibus continetur, vitellio, membrana ei propria, albumine, quod duabus diverſis membranis includitur, chalazzis duabus, & teſta. Hæc ita ſuccincte trado: qui ampliorem horum deſcriptionem deſiderat, conſulat Ariſtotelem, Fabricium ab Aquapendente, Harveum, & alios; qui de ovi partibus, & formatione pulli ex eo, ſcripſerunt. Porro unde vitellus oriatur; & quomodo in ovario incrementum, à racemo dependens, acquirat ſupra quantum ad inſtitutum noſtrum ſatis eſt, expoſuimus. Vitellum albumine indui in ſuperiori, & inferiori uteri parte etiam ſtatuimus; quia gallinæ uterus plicis & convolutionibus carnoſæ ſubſtantiæ, & colore albiſſimo ac lacteo præditis; & aquam lentam exſudantibus, conſtat; quæ vitello appoſita, aut ab eo imbibita, ovo materiam eam ſuppeditat, quam albumen vocamus.

Quæritur unde, & qualis ille ſuccus albicans in utero gallinæ? Ego exiſtimo uterum gallinæ conceptu fœcundum redditum, exſudare talem ſuccum; in quo ſeminalis vis formatrix tandem fœtum delineat & efformat: quemadmodum in antecedentibus diximus plantam, cum ſemini producendo matura eſt, ſuccum producere; qui poſtea in ſemen concreſcit; & qui vi ſeminali imbutus, eſt prima materia, unde plantæ partes componuntur. Neque puto ſuccum aliis vaſis ad uterum ferri, quam arteriis. De quibus ſic Harveus cap. 8. *Tota uteri gallinæ ſubſtantia, præſertim circa plicas, tam in utero ipſo, quam proceſſu ejus, multis ampliſque veni[s] ſcatet: plures tamen ſunt arteriarum rami*
Cum itaque ille ſuccus lentus & per[fe]
ctiſſime coctus ſit uſus nobiliſſimi,
præſtantiſſimi, non eſt putandum il[l]
chyli aut lactis rationem habere. Ne
per nervos illud ſuccum advehi prob[a]
eſt; quandoquidem uterus tanta ne
rum copia non abundat, ut illam q
tatem ſucci albicantis advehere p
quæ tot ovis ſatis ſit. Præterquam
tam copioſus ſucci iſtius defluxus p
vos, brevi animal jugularet. Stat
itaque, arterias utero ſuppedit
guinem, quem uterus in ſuccum
tem mutat; & vi ſibi propria ap
dit, ut inde prima pulli rudime
mari poſſint; & proxime nut
augeſcere: & quæ vis, niſi ga
ſubagitetur, tandem perit at
tur: unde uterus ſteriloſcit,
redditur.

Quæritur præterea, quomo
albumen vitello jungatur: an
cem appoſitionem, quemadm
des mole augentur, & reliqua
vegetans vis non eſt; an potiu
& proprie dictam nutritionem

getantem aliquam vim ovi primordiis adſcriberem: quia ſuccum, quem imbibit, nonnihil coquit & alterat; eoque augeſcit: quemadmodum arboris truncus à radicibus præciſus, ex terra per corticem humiditatem imbibens, eam alterat: atque ramos, aut potius ſtolones, & folia producit. Et ideo hac in re Clariſſimi Harvei ſententiam lubentius amplector, quod mihi perſuadere non poſſum aliter quam vi vegetante, quæ eſt in ovo, ovum teſta indui: quæ ſicuti ſibi chalazzas, & tunicas in albumine duplices efformat; ita etiam illud teſta veſtit; idque eadem virtute & operationis modo, quo poſtea pullus ex eodem ovo efformatur, oſſibus, membranis, cartilagine, cerebro, nervis, carne &c. conſtans. Atque ideo mihi non fit veriſimile teſtam, aut frigore, aut calore, aut alia quadam cauſa externa in illam duritiem evadere; quamvis fortaſſe cauſa externa, & locus, ubi ovum teſta induitur, aliquid conferre poſſit, quo nonnihil durior reddatur: quemadmodum oſſa in infantibus, ætatis incremento duriora evadunt; cum tamen cauſa efficiens naturæ oſſium in talibus operationibus, quæ adultorum ætatem comitari ſolent, ponenda non ſit; ſed recte ea cenſetur eſſe vis formatrix plaſtica ſeminis. Formatur itaque ovi teſta, quemadmodum in viviparis genituræ vi efformantur tunicæ, chorion, amnium, placenta uteri, vaſa umbilicalia. Inde ſaltem evincitur frigore teſtam non indureſcere, quod digitis teſtæ durities explorari poſſit antequam ovum excluſum ſit. Sed irrefragabile mihi argumentum eſſe videtur, quod conſpectum ſit ovum perfectum, & cruſta dura tectum, incluſum alio ovo perfecto, & cruſta tecto. Quemadmodum itaque limoniorum cortices non à cauſa externa efformantur, ſed à vi vegetante, quæ in planta eſt; ita teſtæ efformatio ſimili cauſæ accepta ferenda eſt. Putamus autem ovi magnitudinem, ſed præcipue teſtæ duritiem cauſam eſſe, à qua uterus galli-

næ excitetur ad excludendum ovum; eo
modo, quo omnes humani corporis par-
es, amoliri conantur id quod iis mole-
tum eſſe incipit. Et hæc de genitura pul-
li, ſive ovo.

Nunc adhuc de viviparorum genitura,
eorumque ovo dicemus; eaque deſume-
mus potiſſimum ex Clariſ. Harveo: qui
mihi videtur de generatione fœtus in ute-
ro ea experimenta prodidiſſe, quæ hacte-
nus à nullo alio prolata ſunt. Complexus
autem ea eſt capitibus 66. 67. 68. & ſe-
quentibus. Dedit autem ſedulo operam,
ut damarum & cervarum coitum, uteri
earum conſtitutionem; & efformationem
fœtus nobis deſcriberet. Narrat cap. 66.
damas & cervas coitum pati ſub medium
Septembris; & ſe ab eo tempore ſingulis
ferme diebus obſervaſſe, quales mutati-
ones in earum utero fierent. Menſe Sep-
tembri, cum fœminæ ineuntur, earum
uterus ſeu conceptionis locus, qui in iis
*uteri cornua* ſunt, paulo craſſior, mollior,
& tenerior conſpicitur: in cavitate utri-
uſque cornu carunculæ quinque, ſive ver-
rucæ molles, aut papillæ ordine diſpoſitæ
protuberant; quarum prima reliquis ma-
jor; cæteræque ſuo ordine continuo mi-
nores ſunt. Circa diem Septembris vige-
ſimum ſextum, aut vigeſimum octavum;
ut etiam poſtea in Octobri, uterus craſſior
redditur, & carunculæ tum tumidiores
mulierum papillas referunt. Abſciſſa ea-
rum ſummitate, conſpiciuntur ex innu-
merabilibus albis punctis compactæ, tam-
quam ex totidem ſetis mucoſa aliqua viſci-
ditate erectis, factaque inter pollicem &
indicem à radicibus ſurſum verſum con-
ſtrictione, è ſingulis punctis ſanguinis
guttula prodiit. Obſervantur etiam tem-
pore coitus vaſa uterina, plura & conſpe-
ctiora, præſertim arteriæ. Cornuum uteri
cavitas & interior ſuperficies, haud aliter
quam interior ventriculorum cerebri con-
cameratio, tactu molliſſima, & leviſſima
apparet. Non potuit tamen Harveus eo
tempore in cornuum cavitate, quicquam
ſemen,

ſemen, aut quod conceptum referat, invenire; licet accuratam per Septembris & Octobris menſes totos ſectionem inſtituerit.

Circa Octobris finem, & Novembris initium, finito jam coitu, cœpit uterus minorem molem præ ſe ferre: atque interioris cavitatis paries inflari, & tumefieri; & ubi prius cellulæ erant, ibi nunc globuli interius protuberant; qui fere omnem cavitatem opplent; adeo ut latera ſeſe mutuo tangant: molliſſima ſcilicet & pulpoſa ſubſtantia turgeſcens cavitatem replet; & carunculas involvit: quæ carunculæ non majores quidem ſed albidiores apparent; & ſanguis ex iis digitorum compreſſione elici non poteſt. Movetur autem tunc uterus undoſo, ac teſtudineo motu; qualem inteſtina habent. Paulo poſt uteri tunicæ interioris protuberantia fatiſcere ac ſubſidere incipit: & hæc ſubſidentia, & uteri, hoc eſt, cornuum ſubſtantiæ imminutio, evenit paulo prius, quam aliquid diſcerni poſſit, quod ad futuram prolem pertinet. Circa duodecimum autem aut decimum quartum diem Novembris per medium utriuſque cornu; atque etiam per uteri cavitatem mucoſa quædam filamenta, tamquam aranearum telæ ab ultimo ſive ſuperiore cornuum angulo ducuntur; quæ ſimul juncta membranoſam ac mucilaginoſam tunicam ſive manticam vacuam referunt. Poſt diem unum atque alterum mantica hæc impletur aquoſa, alba, lenta, & albuginea materia: & hæc illa materia eſt, ex qua poſtea fœtus partim effomatur, partim nutritur: & quæ reſpondet ovi albumini, unde pullus etiam prima ſua rudimenta habet; & ex quo deinde nutritur aliquantulum: & hanc materiam nos *genituram* vocimus; Harveus autem nomine *conceptus* indigitat: quem tamen nobiſcum verum ſemen & ſperma vocat, complectens in ſe utriuſque ſexus virtutem.

Quæ hactenus de conceptu & ſemine, ex quo cervus & dama generatur, narravimus, ea etiam cum hominis conceptu & genitura conveniunt; quæ nunc deſcribam: rurſus Clariſſimi Harvei obſervationibus inſiſtens. Ariſtoteles primos mulierum conceptus deſcribens, ait eos eſſe velut *ovum* membrana obtectum, cui putamen detractum eſt; qualem Hippocrates tibicini excidiſſe commemorat. Vidimus aliquando, inquit Harveus, conceptum aut fœturam ad phaſiani vel gallinacei ovi magnitudinem: atque hoc tempore embryo intus fluitans cernitur, longitudine unius digiti minimi: membrana vero conceptum obtegens, placentam annexam nondum obtinet; neque utero affigitur: ſed ſolummodo parte ſui ſuperiore & obtuſiore, quaſi muſco tenui, aut lanugine quadam veſtita, acceſcentis jam placentæ rudimenta exhibet, interior autem ſuperficies levis & lubrica exiſtens plurimis vaſorum umbilicalium propaginibus referta cernitur.

Tertio menſe ovum hoc anſerinum magnitudine ſuperat; atque embryonem perfectum duos digitos tranſverſos longum amplectitur. Menſe quarto ſtruthionis ovo grandius cernitur. Ex recenſitis liquet, euſque embryonis primordia cum cæterorum viviparorum fœtus initiis ſimilitudinem habere: quod genitura, ex qua poſtea embryo provenit, membranis includitur, quemadmodum ovi interiora: genituram hanc ad tempus claram & lympidam manere nullis fœtus initiis ſeſe in conſpectum dantibus: ovum illud per nullas commiſſuras aut vaſorum anaſtomoſes utero connexum eſſe; non magis quam ovum utero gallinæ concreſcit & conglutinatur. Unde recte concluditur, reliqua, quæ in efformatione fœtus humani fiunt, conſentanea eſſe iis, quæ in efformatione pulli in ovo, & in viviparorum generatione conſpicimus. Hactenus itaque, tam viviparorum quam oviparorum ovum ſolummodo habemus. Eſtque viviparorum genitura, & ovum jam in eo ſtatu, quo eſt ovum oviparorum, quando excluditur. Et hic id notan-

dum occurrit, quod & ovipara & vivi-ra, quæ ſtatis temporibus Veneris tan-m plena ſunt, & coitum patiuntur, non nc quando conceptus primum factus eſt, eſinunt libidinari: ſed cum ſemen & enitura in utero incipit exiſtere. Cerva dama menſe circiter integro libidinis eſiderium exercent: idem conſpicimus n animalibus domeſticis, canibus & feli-bus: non ſtatim poſt factum unum aut lterum coitum, quo ſemper repleri ſo-ent, libidinari deſinunt; ſed per aliquot lies, tam diu puto, quouſque genitura iteri cavitatem, ſive potius cornua, re-plere incipiat. Id quotidiano uſu explorare cet, columbas fœminas antequam ovum lane efformatum eſt, coitum pati: poſt-quam autem excluſum eſt; eique incu-bant, duabus ſeptimanis à Venere abſti-nere: neque ulla amatoria exercere. Re-ſpondet ſc. ovi excluſio in oviparis, ge-nituræ primordiis in viviparis: & ovi in-cubatio, uteri operi in viviparis, quo ca-lore ſuo & nutrimenti præbitione vi for-matrici fœtus inſervit. Quemadmodum itaque pleraque animalia vivipara, quando in utero habent, à Venere temperant, ita aves quando incubant Veneris oblivi-ſcuntur: quodſi autem ex nido ova ſuſtule-ris, redeunt aviculæ ad Venerem. Et ideo gallina, quæ ovis non incubat, quo-tidie, licet ova recens excluſerit, Vene-rem experitur. Hunc ordinem ſc. Deus in natura inſtituit, ut poſtquam facta ge-nitura eſt, & in procinctu eſt ut ex ea fœ-tus efformatio fieri debeat, tunc motus ſpirituum in animalibus ita dirigantur, ut uterus venereis ſpiritibus non commovea-tur; ceſſetque in coitum propenſio; & præcipue ille ſpirituum motus, quem ſu-pra deſcripſimus requiri ad conceptum; in quo, ut ſupra docuimus, diverſi ſexus requiritur ſeminalis virtutis commixtio. Et hanc arbitror præcipuam eſſe cauſam qua-re ſuperfœtationes tam infrequentes, & forte nullæ aut quam paucillimæ, poſt-quam jam genitura in utero producta eſt: & quæ eveniunt, eæ pleræque non multo poſt primum factum conceptum locum habent. Sed hæc de genitura dicta ſuffici-ant: nunc pergamus ad ipſam efformatio-nem fœtus in utero.

## CAP. IX.

*Succinctam Hiſtoriam efformationis pulli ex ovo continens.*

QUomodo pullus formatur ex ovo, cuivis experiri licet; & pauci ſunt, qui vel tantillo amore cognoſcendæ naturæ tenentur, qui gallinæ ova ſupponentes, & ſingulis diebus explorantes, quid mo-lita ſit natura, certis experimentis edocti non ſint quomodo pullus efformetur. Et quamvis veriſimile ſit reliquorum perfe-ctorum atque nobiliorum animalium effor-mationem eodem perfici modo, non acqui-evit tamen experimentis ab efformatione pulli deſumptis Anatomicorum induſtria, & cognoſcendi ſtudium: ſed quadrupe-dum fœtantes uteros accuratius contem-plantes, rimati ſunt, quo pacto in iis ab-ſolvetur fœtus efformatio. Et nemo meo judicio id felicius præſtitit quam Harveus: qui, etiam ſuas obſervationes publici juris faciens, optime de Republica Philoſopho-rum atque Medicorum promeruit. Exi-ſtimamus itaque nos recte facturos ſi bre-vibus complectamur totam efformationis fœtus hiſtoriam, quam in erudito ſuo tra-ctatu fuſe deſcripſit Clariſſimus Harveus. Nam quantum ad generationem pulli ex ovo attinet, mihi exploratum eſt veras ejus obſervationes eſſe. Et quæ tradit de aliis animalibus ita rationi & aliorum ex-perimentis conſentanea ſunt, ut nullus ea temere in dubium vocaverit.

Generatio itaque pulli ex ovo ita ſe ha-bet. Prima incubationis die albumen craſ-ſius & viſcidius redditur, vergens ad ſpi-ceum colorem: propria vitelli tunica laxior

laxior redditur: macula vitelli extremitati adnata, de quo ſupra ſermo fuit, dilatatur. Secundo die poſtquam ovum viginti quatuor horas ſub gallina tepuit, cavitas in obtuſo cacumine ampliatur: vitellus qui prius in albuminis centro hærebat, verſus cacumen obtuſum aſſurgit, ejuſque pars media, cui macula ſive cicatricula affixa eſt, attollitur: & membranæ cavitatem ambienti ſeſe applicat, Chalazzæ ſive grandines hinc atque illinc ab utroque ovi cacumine verſus latera declinaſſe videas. Vitellus paulùlum colliqueſcere incipit, propriamque ſuam tunicam in tumorem attollit: eſt hic primæ diei proceſſus ovi ad prolem. Die ſecundo elapſo, circuli cicatriculæ conſpectiores atque ampliores ſunt: intra hos circulos continetur liquor clariſſime refulgens; quem ſi tranſverſim ad lumen intuearis tota jam macula, quam vitello infixam diximus, in albumine, ſive liquore illo refulgente locata videtur: habet hic liquor, qui videtur eſſe portio colliquefacti albuminis, tunicam ſuam & propriam tenuiſſimam; vocatque Harveus illum liquorem *colliquamentum* candidum. Poſt tertium diem; & facta inſpectione die quarta, colliquamenti limbus, lineâ exili ſanguineâ purpuraſcens, rutilat; at in colliquamenti centro conſpicitur ſanguineum punctum ſaliens, quod in pulſu ſuo rhytmum & ordinem, ex ſyſtole & diaſtole compoſitum, ſervat. In diaſtole quidem, quaſi majorem ſanguinis quantitatem imbiberet, ampliatum apparet atque emicat: in ſyſtole vero confeſtim ſubſidens, tamquam ictu illo convelleretur, & ſanguinem dimitteret, deliteſcit: & punctum quod vitello annexum diximus, jam amplius non conſpicitur: neque utraque puncta unquam ſimul conſpicatus eſt Harveus. Sub finem quarti diei & initium quinti, punctum ſanguineum jam adauctum, in veſiculam exiguam & tenuiſſimam ſanguinem in ſe continentem, tranſiiſſe cernitur: tunc multos meatus venales, diſſeminatos per colliquamentum, & coëuntes in unum truncum, qui à puncto ſaliente originem trahit, conſpicere licet: ſed nondum arterias à venis, vel tunica, vel trunco licet diſtinguere. Ova infœcunda hoc ipſo tempore mutari incipiunt. Nam ſicut ova fœcunda in colliquamentum mutantur, quod poſtea in ſanguinem tranſit; ita ſubventanea ova eodem die corrumpuntur, & putredinem induunt. Cæterum perfectiora ova jam ſub finem quarti diei duplicem, vel bipartitam habent veſiculam pulſantem, duplici ictu alteram alteri viciſſim reſpondentem; eo nempe modo atque ordine ut una ſeſe contrahente altera ſanguine diſtenta, & rutilans appareat: altera ſc. cordis, altera auriculæ rudimentum præ ſe ferens.

Quinto ab incubatione die, conſpici incipit pulli corpus valde parvum & exiguum; ſed adhuc ferme ſimilare & indiſtinctum, colore candido præditum: quaſi colliquamenti tranſparens nubecula in duas partes diviſa; quarum altera longe major altera eſt, major ſc. capitis rudimentum eſt, quod die quinto conſpici ſolet, in eoque mox oculi manifeſte diſtinguuntur; qui per initia maxime & valde inflati ſunt: & quilibet horum reliquo toto capite major eſt; quemadmodum & caput ipſum corpus reliquum magnitudine excedit. Oculi, ut & caput aqua limpidiſſima tum in poris implentur. Corpus autem, quoad inferiora nullo membro diſtinguitur; imo ne formam quidem ullam corporis obtinet; ſed quod tunc conſpicitur, eſt exiguum quid venæ: veriſimile eſt, eſſe venam cavam deſcendentem; nec pullus membro aliquo, alis ſc. pedibus, ſterno, uropygio, nec viſcere ullo diſtinguitur. Porro meatus illi venales, qui à corde prodeunt, partim in tunicam extimam albumen ambientem, diſſeminantur, partim vitelli tunicam adeunt; atque ita duæ illæ venæ umbilici vicem præſtant. Unde ſimul conſtat utrumque liquorem, albumen ſc. & vitellum nutriendo pullo dicatum eſſe.

eſſe. Die ſexto, capitis tres bullæ evidentius apparent; oculorumque tunicæ jam diſtinctæ ſunt; ſimul etiam pedes, atque alæ expullulant. Pullo autem non alia uropygii forma eſt, quam quæ in cæteris omnibus animalibus, ipſiſque ſerpentibus conſpicitur; cauda nempe teres & exigua. Tum etiam pulſanti cordis veſiculæ parenchyma adnaſcitur: Jecoris & pulmonum cernuntur rudimenta; omnia albiſſima præter roſtrum. Circa hoc tempus etiam viſcera omnia, & inteſtina conſpicua ſunt. Cor vero ante reliqua ſe videndum exhibet; & pulmones ante jecur, & cerebrum conſpiciuntur; ſed adeo obſcure, ut licet iſtæc viſcera adſint, & ſequentibus diebus ſe clarius manifeſtent; ſexta tamen die difficile diſcernantur. Jam quoque fœtus ſe movet; licet nihil cerebri præter aquam lympidam, veſicula incluſam, ſe in conſpectum det. Extructis jam viſceribus & inteſtinis; pars tamen corporis anterior thorace & abdomine privata, plane aperta cernitur: ſub finem ſexti & principium ſeptimi, digiti pedum diſtinguuntur: & fœtus jam pulli effigiem induit; roſtrum aperit & calcitrat. Ab initio ſexti ad ſeptimi diei finem, bullula quædam, extra cerebri ambitum protenſa, cerebelli vicem ſupplet: eſtque aqua limpida referta. Cerebrum obſcure bifidum apparet, minuſque quam cerebellum fulget, ſpinæ quoque veſtigium jam primum à reliqua pulpa diſcernitur. Ita ſimiliter, quaſi tenues aranearum telæ, exiles lineæ lacteæ per corpuſculi pulpam vagantes, coſtarum, aliorumque oſſium ſpeciem exhibent. Jecoris parenchyma venæ umbilicali, qua parte ingreditur, ſuper exilia ſtamina fibroſa adnaſcitur. Die ſeptimo omnia manifeſtiora ſunt; viſunturque ſingulatim partium primordia: nempe alæ, pedes, genitalia, pedum digiti diviſi, femora, clunes. Jam ſe movet fœtus & calcitrat, perfecte uſque pullus conſpicitur: cui nihil poſtea ſuperadditur; ſed tenellæ partes indies incrementum ſumunt. Quæ quanto magis augentur, tanto magis albumen abſumitur; membranæque exteriores unitæ ſecundinæ ſpeciem referunt. Et ita quidem à ſeptimo die uſque ad decimum nihil in formatione novi accidit, ſed partes tantum augeſcunt; & perfectius formam atque figuram ſuam exprimunt.

Decimo jam die pullus totus conſpicuus eſt; atque etiam pellucidus & albus, præter oculos & venarum ramos. Caput etiam reliquo corpore majus eſt; & oculi capite grandiores adhærent: perſpicue autem videre eſt venas arterias comitari; tam has quæ ad albumina tendunt, quam illas, quæ ad vitellum. Vitellus autem tunc temporis liqueſcit & fuſior eſt; non totus quidem, ſed is qui ſupernatat: neque etiam venarum ramuli in totum vitellum excurrunt: ſed in partem illam duntaxat, quam inſtar ceræ liquidæ fuſam diximus. Ipſaque albuminis major pars in humorem candidum ſc. colliquamentum abit, qui pullum innatantem complectitur. Vitellus autem amplior, quam initio erat, conſpicitur. Si itaque ad nutritionis ordinem venarumque ductum atque diſtributionem attendas, fœtus ab initio ſtatim ex colliquamento nutritur: quippe in ipſum duntaxat venæ primum diſſeminantur; deinde in tenuioris albuminis membranam: poſtea in craſſius albumen & vitellum; & ita craſſius albumen prius pro alimento eſt, ultimo vitellus. A die ſeptimo ad decimum quartum cor, aliaque viſcera omnia intra pulli ventres jam abſcondita latent. Pullus nunc primum plumis veſtitur, quarum radices, ſeu puncta nigra viſuntur. Cerebri gyri quoque diſtinguuntur; cerebellum calvaria occluditur; cauda etiam uropygii figuram adipiſcitur.

Poſt diem decimum quartum viſcera induunt paulatim rubicundum colorem. Inteſtina autem, & ventriculus nondum abdomine concluduntur; ſed interioribus annexa foris propendent. Jam pullus maxi-

maximam ovi partem occupat, plumiſque veſtiri incipit: quantoque plus fœtus, tanto minus albuminis reperitur. Sub hoc tempus pullus ventriculus cernitur. Jamque colliquamentum immutatur & abſumitur; & fœtus ſupra vitellum decumbit. Iiſdem diebus, antequam hepar colorem ſanguineum nanciſcitur, fel vireſcens jam intra hepatis lobos invenias. In ventriculi cavitate liquor limpidus reperitur; ejuſdem plane conſiſtentiæ, coloris, & ſaporis cum colliquamento; in quo fœtus natabat. In inferioribus inteſtinis ſimile excrementum occurrit, quale eadem in pullis jam excluſis continent. Ubi provectiores fuerint pulli, in eorum ventriculo liquorem hunc coctum videas & coagulatum. Pullus ſic totus efformatus; & teſta adhuc incluſus, modo dormit, modo vigilat: movenſque ſeſe, & reſpirat & pipit. Albumine jam penitus confecto, paulum ante excluſionem umbilicus alter, qui in albumina derivabatur, obliteratur. Qui vero ad luteum fertur cum pulli inteſtino connectitur. Excrementa quæ primum in inteſtinis reperiuntur, alba ſunt & cænoſa. Quinetiam ejuſmodi extra fœtum intra fecundinas reperire eſt. Tempore vero procedente paulo ante fœtus excluſionem fæces ſubvirides cernuntur, quales excluſi pulli ejicere ſolent. Nec hactenus quidem jecoris color purpureus aut ſanguineus eſt, ſed vergens in flavedinem. Vitellus nunc in abdomine inter inteſtina concluditur: idque non ſolum dum fœtus in ovo eſt; ſed etiam poſt excluſionem, cum ambulat; imo etiam poſt triceſimum ab excluſione diem, vitelli reliquiæ in pullo repertæ ſunt. Hac quidem ratione fit pulli efformatio & nutritio in ovo juxta Clariſſimi Harvei obſervationes. Nunc efformationem quadrupedis in utero vivipari animalis deſcribam: inſiſtens rurſus experimentis Harvei.

In ſuperioribus deſcripſimus genituram, quæ poſt aliquod temporis intervallum à coitu in utero damarum & cervarum reperitur. Circa diem decimum octavum Novembris, vel ad ſummum vigeſimum, conſpicitur in cornu uteri interdum in dextro, interdum in ſiniſtro, nonnunquam in utroque, materia colliquata, tranſparens, cryſtallina, inſtar colliquamenti; quod in ovo gallinaceo cernere eſt, ſecundo ab incubatione die. Eſtque hæc materia propria & peculiari tunica contenta: quemadmodum colliquamentum in ovo. In hujus colliquamenti medio ſunt fibræ ſanguineæ, & punctum ſaliens: neque quicquam fœtus prætereà clare diſcernitur. Sunt itaque, his fœtus primordiis conſtitutis, duo diverſi liquores in ovo, vivipari, unus, quem colliquamentum vocavimus; & propria tunica contentus eſt, quæ amnium vocatur. Alter, reliquum geniture conſtituens, membrana continetur, quæ totam genituram, conceptum vocat Harveus, involvit; & per utrumque cornu extenditur: cum amnium, natans in colliquamento, alterutro tantum cornu contineatur: niſi ubi gemini fœtus adfuerint, quo caſu utrivis una ineſt: quemadmodum in ovo gemellifico bina colliquamenta: adeo ut ubi bini fœtus ſunt, illic quidem unica tunica exterior eſt, quam chorion vocamus; ſed duæ interiores reperiuntur, quas amnium vocamus; & ſingula colliquamentum, ſive aquam cryſtallinam continet. Vena quæ primum in humore cryſtallino, amnio contento, reperitur, à puncto ſaliente originem habet; & hæc vena temporis progreſſu auctior reddita in alias ramificationes, per colliquamentum tantum ſparſas, ſeſe protendit. Puncto ſalienti ſequentibus diebus aliquid muci inſtar adjacet, ſcil. futuri corporis rudimentum; eſtque illa mucago in duas partes diviſa, ex quarum altera truncus formatur, altera caput: eodem modo quo id ſupra in ovo gallinaceo fieri retulimus. Poſt ſextum & vigeſimum Novembris diem fœtus corpore propemodum perfecto cernitur: atque indiſcriminatim, quibuſdam in dextro, qui-

quibuſdam in ſiniſtro cornu reperitur; quibus autem gemelli fœtus contingunt, iis in utrolibet cornu unus adeſt. Eodem tempore mas à fœmina genitalibus ſuis diſcernitur. Marem autem & fœminam; prout caſus tulerit, modo in dextro, modo in ſiniſtro cornu invenias.

Circa diem decimum nonum itaque aut viceſimum Novembris punctum ſaliens primo comparet: circa viceſimum primum, aut poſtridie ejus vermiculus ſive galba informis conſpicitur: ſex ſeptemve inde diebus fœtus adeo perfectus diſcernitur, ut marem à fœmina internoſcere, pedeſque formatos, & ungulas fiſſas videre liceat. Notandum autem, quod, quam primum fœtus formari incipit, ſubſtantia uteri plurimum extenuatur; & quanto magis embryo augetur, tanto propius cervarum & damarum uteri cornua ad inteſtini formam accedunt: contra quam in muliere uſu venit; cujus uterus indies, prout fœtus increverit, craſſior & carnoſior evadit. Notandum præterea poſt viceſimum ſeptimum, aut octavum Novembris, cum Embryo jam totam ſuam formam adeptus eſt; & ovo ſuo incluſus, nuſpiam matris uteri lateribus adhæret, vel adnaſcitur; venarum enim umbilicalium ora intra ovum, & vicinos humores; eorumque tunicas obliterantur: unde manifeſte conſtat fœtum adhuc ſolo albumine nutriri intra ovi membranas concluſo. Si unicus fœtus fuerit illius vaſorum umbilicalium diſtributio ad utrumque cornu protenditur: ſi bini fœtus adfuerint, uterque vaſa ſua umbilicalia in illam ſolum ovi partem diſſeminat, quæ proprio ſuo cornu reſpondet. Sub finem Novembris partes fœtus omnes clare ac diſtinctè cognoſcuntur: & jam magnitudine nucis moſchatæ conſpicitur. Os ad utramque auriculam hians cernitur: buccæ etiam, & labra ultimo perficiuntur; utpote partes cutaneæ: quod etiam in fœtu humano evenit. Quando embryonis efformatio eouſque producta eſt, cerebrum albumine ovi paulo craſſius eſt: viſcera omnia albicant. Truncus venarum umbilicalium exoriens & tranſiens jecoris gibbum in venæ portæ truncum perforatus cernitur; indeque paululum progreſſus; & in plurimas propagines diſpartitus per colliquamentum, & tunicam chorion innumerabilibus ſurculis diffunditur: inteſtina, cor, aliaque viſcera nondum concluſa ſunt intra thoracis, & ventris cavitatem, ſed foris pendula conſpiciuntur.

Sic conceptus muliebris primis geſtationis menſibus ab ovo vix quicquam diſcrepat: ante natam placentam uterinam, humor albus, tenuiori ovi albumini ſimilis, ovoque columbino, & aliquando phaſiani magnitudine par, intra membranam ſubtilem continetur; in quo embryo longitudine unius digiti auricularis conſpicitur, corpore lato, ſciſſo ore; cruribus & brachiis, ceu florum apicibus noviter protruſis &c. Teſtatur Clariſſimus Harveus ſe vidiſſe in ovo, gallinaceo ovo æquali, ſeu in conceptu, ut ille vocat, muliebri dierum circiter quadraginta, fœtum longitudine fabæ majuſculæ cum capite prægrandi, quod cerebellum tamquam criſta ſupereminebat: cerebrum autem lacti coagulato erat ſimile, Cranii vice membrana erat coriacea: roſtrum apparuit caninum, auriculæ nullæ: neque etiam naſus. Dicti omnes muliebres conceptus erant ovis ſimiles, rugoſa foris ſuperficie; qua tamquam gelatina oblinebantur: eodemque tempore nec placenta apparuit, nec aliqua cum matrice unio, aut vaſorum umbilicalium per ipſam ovi ſuperficiem ſparſorum in uterum inſertio.

Notandum autem quamquam in eodem cervarum ac damarum ovo plures fœtus reperiantur; ut etiam in ovibus, capris, aliiſque biſulcis evenit: res tamen in canibus, cuniculis, ſuibus, cæteriſque animalibus aliter ſe habet: in iis enim quilibet

fœtus binos humores, & ſuam utramque tunicam peculiarem ſortitur.

Principio Decembris auctior jam & perfectior fœtus conſpicitur. Cor cæteraque viſcera & inteſtina in corporis cavum abſconduntur. Ovum autem tum temporis cum cervæ aut damæ utero conjungitur, mediantibus in quolibet cornu uteri illis carunculis; quarum antea facta eſt mentio: ita ut hæ carunculæ vicem præſtent placentæ uterinæ in muliere. Adhæret autem ovum iſtis carunculis non admodum valide; facili enim conatu ab iis avellitur: quod ubi factum eſt, in exteriore chorii ſuperficie, qua utero per dictas carunculas adhærebat, veſtigia harum inæqualia, lentore quodam viſcoſa & rugoſa conſpiciuntur; ita ut liqueat vaſa per chorion diſſeminata cum carunculis per anaſtomoſes conjuncta non eſſe. Notandum tamen in ovibus, vaſorum umbilicalium propagines, carunculis annexas, firmiter iis adnaſci, ut difficillime ab iis avelli poſſint. In Embryone diſſecto hoc tempore, interiora omnia perfecta conſpiciuntur: pulmones in lobos diviſi, ſanguinolenti apparent. Et color illis rubicundior eſt, quam iis, qui aërem aliquando inſpirarunt. In fœtus ventriculo materia aquea non abſimilis ei, in qua natat, reperitur. In inteſtinis ſuperioribus chylus ex eadem materia coacta abundat: in colo autem excrementa vireſcentia, & formata ſcybala apparere incipiunt. Urachus perforatus non eſt; neque urina in ſecundinis reperitur; ſed in veſica eaque copioſa. Jecur rude & propemodum deforme; ſed rubicundum, & ſanguinolentum. Oculi ſub palpebris occulti latent; & palpebræ adeo conglutinatæ, ut vix divelli queant. Carunculæ uteri jam rubicundæ ac turgidæ apparent; & magnitudine nucis juglandis: & ovum, ſive conceptus jam vaſorum umbilicalium ramuſculos in ipſas carunculas inſerit; neque jam amplius, ſicut ante mucoris ope adhæret carunculis. Sub finem Decembris, fœtus ſpithamæ longitudinem excedit: ventriculi cordis tunc æquales ſunt, & ejuſdem magnitudinis: parietum quoque craſſities æqualis. Subſequentibus diebus omnia membra, & viſcera conſpectiora & ampliora fiunt. Carunculæ autem maximæ conſpiciuntur, extenſæ per totam uteri cavitatem: & propagines plures amplæque venarum umbilicalium in illas penetrant.

Venæ umbilicales minores verſus fœtum tendentes dum coëunt, in alias majores deſinunt; eædemque ulterius progreſſæ & conjunctæ, tandem duos truncos conſtituunt, qui ſimul juncti ſanguinem in venam cavam & portam evehunt. Arteriæ vero umbilicales duæ ſunt perquam exiguæ, eædemque ad ambitum ovi, ſive conceptus ad conjunctionem carunculacarum didúctæ, in capillares primum, de inde in inviſibiles obliterantur. Quemad modum autem vaſorum umbilicalium ex trema in carunculas terminantur; ita ſim liter vaſa uterina à matre ſanguinem ver matricem deferentia in eaſdem caruncu deſinunt. In convexa caruncularum te, quæ ovum ſpectat, videre eſt c plures cotyledones, & cavitates ext hiantes materia alba, & mucilag colore, conſiſtentia, ac ſapore, bumini perſimili, repletæ. Ovum ſi à carunculis illis avulleris, vide ex ſingulis cavitatibus totidem ſu ſive capillares, & vaſorum umbi ramuſculos, tamquam filamenta ſimul extrahi. Unde recte concl ſorum umbilicalium extrema no gi cum vaſis uterinis per anaſt neque ea ſanguinem ex iis hauri mucagine iſta terminari atque atque inde ſibi alimentum ſum vaſa umbilicalia non ſanguinen ex carunculis, ſed ſuccum al atque eo fœtus in utero nutriatu cat. Quod inde etiam manife tur, quod extrema umbilicaliu ta, cum è prædicto mucore ex

alba conſpiciuntur. Et ſi carunculas illas digitis compreſſeris, ex earum una aliqua ſucci iſtius alibilis facile cochlearis menſura emulgetur. Quin etiam caruncula ſic emulcta, compreſſæ ſpongiæ inſtar contrahitur; plurimiſque foraminibus pertuſa cernitur. Ideoque quibus viviparis carunculæ ac placentæ deſunt (ut equis & porcis) eorum fœtus ad partum uſque, humoribus duntaxat intra ovum repertis, nutriuntur. Finito Decembri, carunculæ minus firmiter quam antea utero adhærent; parvoque negotio ab eodem ſeparantur: & quo fætus grandior fit, partuique vicinior, eo etiam facilius illæ carunculæ ab utero recedunt: tandemque ſua ſponte, partus tempore, ab utero dilabuntur.

His ab utero ſeparatis, videas in earum relictis veſtigiis arteriolarum adeuntium puncta ſanguinem fundere. Sin vero ab ipſis carunculis conceptum avulſeris, ſanguis ex illis non emanat: verum è vaſorum finibus, ab ovo, aut conceptu prodeuntibus effluit. Placenta autem muliebris gibba ſui parte, qua utero adhæret, plurimis tuberculis inæqualis eſt; videturque iſtorum opera eidem adnaſci. Adeo ut non ubique utero affigatur, ſed iis ſolum locis, ubi vaſa in eum porrecta, nutrimentum eliciunt. An autem dictæ vaſorum extremitates ſanguinem ab utero exſugant, an potius concoctum quid albumini ſimile, negat Harveus hoc ſibi exploratum eſſe. Hæc ſunt quæ ex Clariſſimi Harvei libro de Generatione animalium transferenda duxi in meum Tractatum: quo lector uno quaſi intuitu efformationis fœtus hiſtoriam cognoſcere poſſet: & nobis cum ordine ad ea quædam commentari liceret ad majorem hujus operis, & induſtriæ atque ſolertiæ naturæ commendationem, atque expoſitionem. Atque hanc rem ſequens oratio aggredietur.

Qui animadvertit quo pacto ovum in utero gallinæ formatur atque augeſcit per ſuccum albicantem, & hærentem in uteri fœtantis plicis; & quomodo poſt factum conceptum viviparorum carunculæ naſcantur: & genitura in cavitate uteri colligatur, is facile intelliget, vim ſeminalem in uteri ſubſtantiam effuſam, cauſam eſſe omnium iſtorum effectuum; & primordium illud ſeminale producere in utero tamquam in terra, cui ſemen commiſſum eſt, & carunculas & genituram, ſive ſemen perfectius. Ita uterus ad horum omnium productionem nihil præter materiam remotam confert; quemadmodum terra, ſemini, & plantæ ex ſemine prodeunti, ſuccum ſuppeditat, quo augeatur. Et hujus rei veritas manifeſtior fit in partu, quo illa omnia una cum fœtu ex utero elabuntur, tamquam pertinentia ad fœtum, & ejuſdem appendices. Non enim tantum fœtus cum duabus tunicis chorion & amnio foras prorumpit, ſed placenta uterina in muliebri partu, & carunculæ in aliorum viviparorum, una fœtus excluſionem ſubſequuntur. Quemadmodum itaque genitura in uteri cavitate exiſtens ſibi format membranas, chorion & amnium, venas umbilicales & placentam uterinam; neque illæ ab utero producuntur, ita ipſæ carunculæ & cotylidones ex uteri ſubſtantia quidem enaſcuntur; ab eo tamquam à cauſa efficiente non producuntur; ſed germinatio iſtarum carunculārum accepta ferenda vi ſeminali, quæ in conceptu uteri ſubſtantiam ſubiit. Rejicienda itaque vis illa plaſtica, quam quidam utero adſcribunt. Suppeditat autem uterus nutrimentum fœtui per arterias illas, quæ tamquam puncta ſanguinem fundentia conſpiciuntur; quando in partu maturo carunculæ ſive placenta uterina ab utero recedit. Et mihi nullum eſt dubium, quin extremitates vaſorum terminantium in utero; & carunculis atque placentæ uterinæ proxime junctorum, ſanguinem advehunt placentæ; qui poſtea in ea in ſuccum albicantem convertitur. Cum enim illæ vaſorum extremitates ſanguinem fundant, quid nos moveat ſtatuere

tuere alium liquorem iis ad placentam advehi. Præterquam quod hactenus compertum non ſit arterias alium, quam purpureum & ſanguineum ſuccum continere. Et uterus muliebris, qui geſtationis tempore admodum intumeſcit, cum poſt partum extenuatur, cum exonerat lochia, non fundit albicantem ſuccum ſed rubrum. Neque putandum, lac ad uterum ferri cum prægnans eſt mulier; quemadmodum quidam arbitrantur ſuccum lacteum, qui nunquam ſanguis fuit, atque ideo in mammis album colorem non acquirit, poſt partum ad mammas deferri: nam ſuccus albicans, qui ex carunculis diſtillat, lentus & tenax eſt, & viſcidior lacte. Nec refert, quod in ſtomacho fœtus, ad excluſionem maturi, alba ſubſtantia reperiatur, lacti coagulato ſimilis: quicquid de illa ſubſtantia ſit, quandoquidem in ſtomacho fœtus contineatur, non poteſt ex illo ſucco venire, qui per venas umbilicales hauritur ex uteri placenta; qui per hepar, & venam portam, & cavam cor ingrediens ad ſtomachi cavitatem pervenire non poteſt. Et ſi illæ venæ uteri, terminantes in placenta, ſuccum album advehunt, quare non æque earum extremitates albicant, quemadmodum vaſorum umbilicalium ramuſculi cotyledonibus inſerti? Et quemadmodum cotyledones, quando ab iis ovum avulſum eſt, conſpiciuntur completæ materia alba & mucilaginoſa. Neque hæc ideo à nobis in medium adferuntur, quaſi iis adverſer, qui negant hominem ſolummodo ſanguine nutriri: quæ enim ſuper ea re noſtra eſt ſententia, in ſuperioribus tradidi. Id ex hiſtoria formationis fœtus in utero certiſſimum; & ſupra omnem dubitationem eſſe videtur, fœtus partes ex ſanguine, qui à puncto ſaliente propellitur per arterias, non efformari: quamprimum enim punctum ſaliens conſpectum eſt, reliquæ fœtus partes efformantur, ut ſanguinis quantitas, quæ tunc in meatibus venalibus conſpicitur, par non ſit moli illi, quam

embryo exæquat: de qua acceleratione audi Harveum, cap. 96. pag. 448. miretur aliquis tam brevi temporis ſpatio à primo ſanguinis punctique ſalientis ortu, fœtum intra amnium formari, integreque perfici. Enimvero circa diem decimum nonum, aut viceſimum Novembris punctum illud primo comparet; circa viceſimum primum, aut poſtridie ejus vermiculus, ſive galba informis conſpicitur: ſex autem ſeptemve inde diebus fœtus adeo perfectus diſcernitur, ut marem à fœmina internoſcere, pedeſque formatos, & ungulas fiſſas videre liceat. Et cum colliquamentum, quod prima inſpectione ovi ſe prodit, ante ſanguinem ſit; idque in ſe complectatur vim formatricem ſeminis, rationi diſſentaneum eſt, putare membra fœtus primo ex ſanguine efformari: quia id tantundem eſt, ac ſiquis diceret plantæ primordia efformari ex viridi ſucco; quo poſtea planta nutritur & creſcit
cum ſtatuendum ſit plantæ primordia ſu
cum, ſive ſemine contentum, ſive à ter
allectum, viridi colore imbuere; que
admodum poſtea planta aucta, eand
operationem exerit in ſucco; quem
nutrimentum coctione mutat. Et hæc
tio mihi omnino perſuadet cor, ſive
ctum ſaliens ante ſanguinem eſſe; &
hujus cauſam. Cum enim poſtea to
tæ decurſu ſanguis in corpore conf
cordis propria & inſita qualitate
cauſæ ſupereſt, quare putemus in
fœtus conſtitutione ſanguinem pro
alia cauſa? Conſtat præterea ovi i
one, ſanguinem & punctum ſalien
ſimul conſpici, cum igitur organu
nem ſemper, cum fœtus efform
conficiens, adeſt etiam tunc cur
ſanguis conſpicitur: an ratio no
idem illud organum ſtatuere cau
ſanguinis, qui unquam in corpor
tur? Eſt itaque punctum ſaliens
taculum, ſed cauſa efficiens ſangu
que ſanguine prius, quamvis priu
ſpiciatur quam cum ſanguine tu

propter exilitatem & colorem obſcurum ;
quando ſanguine caret. Cordis itaque pri-
mordia efformata, & aliquid colliqua-
menti admittentia illud purpureo colore
imbuunt; ſimulque expellunt foras; quod
ita prorumpens per colliquamentum ſibi
viam parat. Et quia in omni motu fit cir-
culus, ideo quo tempore aliquis liquor à
puncto ſaliente emittitur, eodem aliquid
colliquamenti ad punctum ſaliens propel
litur: quod cum in puncti ſuſtole, qua
ſanguis propellitur; & punctum ſaliens
contrahitur, punctum ſubire non poteſt,
circa illud punctum aliquantulum hærens
in tumorem aſſurgit donec in diaſtole
puncti ſalientis viam inveniat, qua in pun-
ctum, ſive cor profluat: & per illam
moram naſci arbitror cordis auriculas; tam
ad dextrum quam ad ſiniſtrum cordis ven-
triculum. Nam gutta ſanguinis, quæ à
corde ejicitur, omnia plena inveniens;
nec ſtatim viam, qua pergat, apertam
inveniens, aliquantulum moræ trahens
circa puncti partem, qua erupit, etiam
aliquem ibi tumorem facit; unde tandem
ſiniſtra auricula efformatur. Et hinc eſt
quod cordis auriculæ, cum primum effor-
mantur, veſicæ ſanguine repletæ, ſpe-
ciem præbeant. De quibus ſic *Harveus*
*cap 70. pag. 459. Quinetiam liquido vidi-*
*mus cordis auriculas, quæ hoc tempore tam-*
*quam veſicæ majuſculæ ſanguine replebantur*
*poſtquam cor ultra pulſare deſiiſſet, motum*
*tamen ſuum diutule continuare.*

Sed de his ſatis. Colliquamentum itaque
album rubrum in corde induit colorem:
neque refert, omnes venarum meatus, qui in
colliquamento diſperſi cernuntur, ſucco
purpureo repletos eſſe; quaſi colliquamen
tum etiam antequam ad cor veniat, jam à vi
meatibus, ſive venis, & arteriis illis inſita
in ſanguinem commutetur; ſed illud col-
liquamentum impulſum per circulationis
motum in venas; & cum ſanguine mixtum,
non amplius cadit in cernendi ſenſum;
colorque ejus propter intenſum purpure-
um colorem obliteratur. Eſt itaque eadem
ratio colliquamenti mutationem ſubeuntis
in corde, quæ eſt chyli permeantis ductum
chylodochum; & in venis axillaribus cum
ſanguine mixti cor ſubeuntis; atque illic
ſanguinis naturam adipiſcentis. Eadem
etiam eſt ratio ſucci albicantis in placenta
uterina ſubſiſtentis; & per venas umbili-
cales advecti ad cor infantis in utero; &
illic ſanguineum colorem acquirentis.

Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, ſan-
guinem nec in hepate, nec in venis con-
fici: exiſtit & conſpicitur enim ſanguis
antequam venæ, aut hepatis primordia
depiur. Imo verius dixeris hepar à ſangui-
ne oriri; eſt enim hepar nihil aliud quam
ſanguinis affuſio, & in eodem loco coacer-
vatio & concretio. Videmus etiam in effor-
matione pulli ex ovo jecoris parenchyma
venæ umbilicali ſuper exilia ſtamina fibro-
ſa adnaſci. Quemadmodum uvæ racemo,
germina virgultis, incipienſque ſpica gra-
mini accreſcunt. Vel ut fungi ex arbori-
bus; & excreſcens in ulceribus caro in
magnam aliquando molem augeſcit.

Itaque in fœtus efformatione primo
punctum ſaliens conſpicitur ante reliquas
fœtus partes: & nullus dubitat quin illud
punctum ſit cordis rudimentum, quod
poſtea parenchymate veſtitur, & ita in
majorem molem augetur. Punctum illud
in ſe continere fomitem & incitabulum
omnis caloris, quo corpus gaudet, inde
manifeſtum eſt, quod omnes partes cor-
poris frigore rigeant, quas alluere non
poteſt ſanguis in corde calefactus; quod-
que is ſanguis frigidior eſt, qui diutius ab
hoc caloris fonte abfuit: & quod per nul-
lam aliam corporis partem caloris diſpen-
dium reparari poteſt. Præterquam quod
ſenſus tactus idem evincat; digito enim in
cor animalis vivi diſſecti immiſſo, expe-
rimur calorem intenſiſſimum; qualem in
nullis aliis corporis partibus reperias. An
cor ita ex ſe caleat, ut etiam cauſam for-
malem caloris in ſe contineat; an autem
ille calor tantum excitetur per affuſionem
& mixtionem liquoris foris advenientis.
cum,



Digitized by Google

cum ſpiritibus in corde ſubſiſtentibus, id ulteriori indagatione eget. Experimenta chymica nos docent ex mixtione quorundam liquorum ilico in iis ebullitionem, calorem, & non raro flammam concitari. Obvium experimentum eſt in calce viva, ſi illi aquam admiſceas, exardeſcit. Et flores ſulphuris mixti cum ſpiritu terebinthinæ ſi parum incaleſcant, in ebullitionem efferveſcunt. Quæritur itaque, an calor non excitetur eodem modo in corde? Ita ut dicendum ſit ante affuſionem & commixtionem diverſorum corporum in corde non exiſtere calorem? Mihi nullum eſt dubium quin ebullitio, qua ſanguis dilatatus, & ampliorem locum requirens foras prorumpere cogitur, ita in corde excitetur, quemadmodum multæ ebullitiones oriuntur ex ſimplici mixtione liquorum, aut corporum diverſorum: tam enim intenſum calorem in corde reperiri, qui vi ſua in affuſo humore tam ſubitam & fortem ebullitionem excitet, mihi non ſit veriſimile. Neque ea eſt cordis conſtans & firma partium conſtitutio, ut tot annos ferendo ſit tam acrem calorem. Non experimur etiam, digitis in cor animalis diſſecti, & adhuc viventis immiſſis tam intenſum calorem. Nec etiam pinguedo, quæ circa cor eſt, in illam duritiem poſſet concreſcere. Putamus tamen in cordis efformatione aggregari in illa materia, ex qua cordis initium ſit, tot ſpiritus, qui cum illa materia mixti; eique intime inſidentes inſignem excitent in corde calorem; qui iſtam ebullitionem ſanguinis egregie adjuvat. Præterquam quod illi ſpiritus in corde contenti naturæ ſalis nitri accedentes, præcipua ebullitionis cauſa exiſtant: mixti enim cum humore in cor affuſo ebullitionem excitant: qualem videre licet quando ſpiritus terebinthinæ cum floribus ſulphuris miſcentur.

Cordis autem generationem ſic fieri arbitramur. Poſtquam vis ſeminalis, quæ ſpiritibus continetur, ovo concluſa eſt, illa vis efformatrix partium fœtus primo prorumpit in actum, quæ actuoſior eſt, & pluribus ſpiritibus inſtructa; quæ procul dubio illa vis eſt, quæ in primo conceptu à parentum corde profluxit: ſpiritibus enim cor repletum eſſe jam diximus. Illi itaque ſpiritus, qui vim formatricem continent, cum cæteris efficaciores ſint, primo etiam opus ſuum aggrediuntur, & cor efformare incipiunt: voco cor illud punctum ſaliens, quod primo conſpicitur; nam quod poſtea illi puncto accedit, cordis parenchyma eſt; & minus principalis cordis pars. Et quia cerebrum & oculi poſt cor præcipue ſpiritibus abundant, ideo eorum efformatio cordis ſtructuram ſubſequitur. Inclino etiam in illam ſententiam, cor in embryonis efformatione ita ſuſtinere rationem principii, ut reliqui formatrices ſpiritus in colliquamento contenti, non ante in actum prorumpant, quam poſtquam cor ingreſſi, ejuſque calore per ebullitionem excitati, foras erumpentes, liberentur à colliquamento craſſiori; & ita opus inchoentur: ſingulis illam fœtus partem exſtruentibus, cujus efformatricem vim in coitu receperunt, quamque in conceptu conſervarunt. De qua vi formatrice ſpiritibus impreſſa nihil dicam præterea; quandoquidem in ſuperioribus operam dedi ut eam enucleate exponerem. Exiſtimo itaque fœtus efformationem quidem fieri per metamorphoſim, ita ut una pars poſt aliam non ita efformetur: ſed quemadmodum in plantæ ſemine ſunt omnes plantæ partes; radix, truncus, rami, folia, flores, & fructus, qui tamen ſucceſſive in arbore ſe manifeſtant, ſed ſimul omnes initium ſui cœpere: ita tamen ut ea pars prius compareat, citiuſque tota efformetur, quæ pluribus ſpiritibus abundare ſolet. Hoc autem à me impetrare non poſſum, ut credam à ſimplici cordis motu ſpiritus ita dirigi abſque ulla vi formatrice ipſis inſita, & in coitu impreſſa, ut inde ſecundum generales motus leges prodeat corpus omnibus illis organis inſtructum, quæ cum ſumma admiratione in omni-

omnibus animalium corporibus conſpicimus. Sed exiſtimo à corde ſpiritus quidem generalem impetum acquirere ad motum; eorum tamen motus ſpecificationem oriri à vi formatrice ſingulis ſpiritibus in coitu impreſſa: atque ita ſecundum illam vim motum ſpirituum dirigi; & ita per eam ſingulas corporis partes efformari. Cum autem oculi poſt cor præcipue ſpiritibus abundent; ideo poſt cordis efformationem in conſpectum veniunt: quamvis, ſicut ſupra dixi, omnes partes ſimul inchoari arbitrer; licet ſimul non conſpiciantur. Venæ ferme ante omnes partes conſpiciuntur; non puto tamen naturam earum fabricam citius inchoari quam aliarum partium; ſed propter purpureum ſuccum, quem continent, efficacius ſenſum viſus everberant. Non ſemel hoc obſervavi in ſeminibus quando primum germinare incipiunt, radicem & folia, atque adeo totam plantam ſimul efformari; ſimulque omnium partium plantæ rudimenta jaci. Et quamvis ab aliqua & determinata ſeminis parte, puta ab apice, primo ſit motus efformationis initium: tam cito tamen reliquæ ſeminis partes, quæ vim efformatricem continent, ſeſe ſingulæ ad opus accingunt, ut nullo temporis intervallo, quod obſervari poſſit, alia aliam antevertat. Non fit tamen ulla germinatio ſi apex ille à ſemine auferatur; nec tamen apex ille omnium partium vim efformatricem aliter in ſe continet, quam quod reliquos ſpiritus tardiores ſuo motu in actum concitat: ſit enim ex toto ſeminis corpore planta, quod autopſia docet: eatamen eſt ſitus rudimentorum radicis in ſemine germinare incipiente, ut ſi reliquos ſpiritus formatricis plantæ, qui in reliquo ſeminis corpore continentur, ita ad ſe alliceret, quemadmodum cum creſcit, ſuccumque ex terra haurit, tales ſpiritus in radicem influunt; ibique debitam conformationem acquirunt, fieret id prorſus contra naturam: ſitus enim radicis in ſeminis apice non eſt verſus obtuſam ſeminis v. gr.

naſturtii, partem; ſed radicis extremitas tendit verſus apicem; & ex apice ſimul, & eodem tempore cum foliis herbæ naſturtii prorumpit foras: ita ut in ipſo apice tam radix quam folia efformentur: &c. radix in apice conſiſtens trahere non poteſt ſuccum ab obtuſa parte ſeminis: trahæret enim ſuccum non per radicem; quod tamen eſt naturæ inſtitutum, ſed per caulem.

Illud tamen prætereundum non eſt, quod licet partem ab apice aut ab obtuſiore ſeminis parte auferas, germinat tamen ſemen, & perfectam producit plantam; quod argumento eſt, etiam poſt factum conceptum, in ſingulis ſeminis partibus contineri vim efformatricem totius plantæ: quemadmodum ſupra fuſe docuimus, ſingulis plantæ, aut arboris partibus ineſſe vim efformatricem totius plantæ: incumbere autem illam vim in efformationem illius potius, quam alterius plantæ partis, prout aliarum cauſarum concurſus & circumſtantiæ illam virtutem vel excitet, vel reprimat. Sic quidem vis formatrix radicis, quæ in tota planta eſt, ita excitabitur in ramo, vel caule, ſi terræ inſerantur, ut etiam in ramo & caule radices ſint productura: ſicut id quotidie obſervare licet iis, quibus curæ eſt agricultura. Ita in ſemine pars quæ reciſa eſt, cum nihil operetur in germinatione, non retundit vires efformatrices, quæ in ſemine ſuperſunt; quare illam partem emoliri non poſſint, quam alia ſeminis pars efformandam non ſuſcepit; & ideo facillime ille defectus ſuppletur: præcipua enim ratio quare una pars ſeminis hanc, alia aliam corporis aut plantæ partem efformandam ſuſcipit; cum tamen omnium partium vim formatricem contineat, hæc eſt, quod una pars fabricari incepta ad ſe, ut ita dicam, rapiat, quicquid ſpirituum ſibi vicinorum eſt; eoſque flectit ad leges ſui motus: unde illi ſpiritus, niſi admodum efficaces ſint, nihil novi emoliri poſſunt: reliqui autem ſpiritus illam partem emoliuntur, cujus effor-

efformatio talem ſpirituum motum requirit, qui minime turbari poteſt à motu, qui viget in efformatione partis vicinæ. Ferme eo modo, quo vortices cœleſtes & motum & locum ſuum ſortiuntur: facile itaque defectus partis reciſæ ſuppletur: cum enim alia pars ſeminis aliquam plantæ partem efformare non ſuſcepir, facillime id opus alia aggreditur. Modo ne nimium materiæ ablatum ſit; ita ut virtuti efformatrici deſit ſubjectum in quo agere poſſit. Ex his, quæ dicta ſunt, petenda eſt cauſa, quare tanta ſit in ſexu, temperamenti differentia: & quare in fœtus efformatione propter unius fœtus partis temperiem reliquæ partes idem temperamentum aſſciſcant. Partis alicujus principalis prædominans vis ita reliquas attemperat ut inde temperiem ſuam maxima parte mutuentur. Quid mirum cordis aut partium genitalium temperiem ita efficacem eſſe in prima fœtus efformatione; ut poſtquam in primo ſpirituum conflictu, cum conceptus factus eſt, aliqui ſpiritus ita prævaluerunt, ut potius mas v. gr. quam fœmina proditurus ſit, ii etiam reliquis ſpiritibus legem imponant: & ſpirituum temperies, quæ à mare profluxit, in omnibus primas habeat partes; quantum ad maſculinam temperiem. Sed de his ſatis ſuperque.

## Cap. X.

### *De Colore Sanguinis: & unde oriatur.*

STatuimus primum cor eſſe ante ſanguinem: deinde ſuccum purpureum ſuum colorem in corde induere. Tertio humorem in corde dilatari. Quarto purpureum ſive rubrum ſanguinis colorem evanidum eſſe; ſaltem non ita ſtabilem, quin ab eo ſeparari poſſit; quamvis tunc ſanguinis nomen non amplius retineat: videmus enim in nutritione fœtus in utero ſanguinem in placenta uterina facile deponere ruborem ſuum, & in ſuccum albicantem converti. Et caro ex ſanguine rubens, & cum maſticatur, & cum in chylum convertitur, deponit ruborem; tranſitque in albicantem ſuccum: & cum ſale conditur, quamvis à putredine conſervetur, ruborem tamen non conſervat. Caro equidem ſalita & fumo indurata ruborem ſuum conſervat, quia fumi calor non ſinit ſalem fundi: & ita per fuſionem carnem macerari; qua maceratione rubedo tollitur. Et videtur certe ſanguinis rubedo in iis tantum partibus conſiſtere, quæ ſunt ſicciores, aſperiores & conſiſtentes magis; fuſioniſque expertes: & ea cauſa eſt quare ſeroſus in ſanguine humor non rubeat; terreſtrior autem ruborem præ ſe ferat: quæ partes ſi etiam ad fuſionem perduci poſſint, ruborem deponerent. Quoties itaque ſanguis in ſubſtantiam mollem, lævem, viſcidam, æqualem, &c. tranſit, perit ſtatim rubedo. Et ideo nulla pinguedo rubet, ſed omnis albicat: etiam nervi, & ſuccus eo contentus: etiam pus bene coctum; & longa coctione lævigatum, & fuſioni aptum redditum. Et quodſi talis corruptio in ſanguine excitetur, qua partes aſperiores diffluunt, etiam ilico rubedo à ſanguine perit. Et puto inde potiſſimum procedere quod color ruber, ut plurimum, adſtringat: & forte ſemper id faceret, niſi aliquando iis corporibus inhæreret, quæ præter aſperiores & adſtringentes particulas adhuc copioſius habent particulas emollientes & laxantes. Sanguinis exſiccati pulverem vi adſtringente, & ſanguinem ſiſtente prædicum eſſe norunt omnes Medici. Idem dico de vino, roſis, & ſantalis rubris: hepatis parenchyma eſſe corpus aſperum, friabile, & adſtringens, ex multis effectibus cognoſcitur, quos hic recenſere non eſt operæ pretium.

Exiſtimo itaque me recte dicturum, ſi ſtatuam ſuccum albicantem, & colliquamen-

ntum in corde rubrum colorem induc-
quia fuſionis aptitudo, quæ prius in
ſucco erat, ab eo in corde tollitur.
id autem quatenus cordis calore, &
llitione, quam illic patitur, æqualis
mixtio mollis & viſcidi humoris cum
tibus aſperis deſtruitur, & diſſolvitur:
d quidem neceſſe fuit ita evenire, ut
itus humore contenti, per ebullitio-
in corde factam, liberarentur ſuo
ulo; & liberius totum corpus perme-
t: ſed præcipue caput peterent; illic
naturam ſpirituum animalium indue-
Proculdubio itaque ſanguis in corde
a majorem ſubit concoctionem, ut
s inde lævorem acquirant, magiſque
ur invicem, & conglutinentur:
minus, quod nova concoctione illic
is ſpiritibus auctior reddatur; cum
i magis ſanguinis ſpiritus diſſipentur
per crebriorem cordis pulſationem.
uo crebrius per cor tranſit eo infir-
redditur. Cujus rei manifeſtum ex-
um habemus in febribus, in quibus
pulſus frequens, & ſanguinis dilatatio
na, etiam virium diſſipatio inſignis.
tra in quibus pulſus tardior, & ſan-
is dilatatio minor, in iis robur ſangui-
conſtantius; minuſque homo cibis in-
et ad virium reſtaurationem. Velim au-
hæc intelligi de ſanguine per frequen-
n circulationem bene cocto, non de
ylo, qui cum ſanguine cor primum in-
editur. Et eouſque concedo in ſenten-
um Clariſſimi *Entii*, docentis ſanguinem
terioſum minus probum eſſe, quam ſan-
uinem venoſum. Non certe quod in cor-
de ſanguis corrumpatur, ejuſque ſpiritus
extinguantur; ſed quia in corde latentes
ſpiritus excitantur, & ad ſummam agili-
tatem perducuntur: unde corpori vigor,
alacritas, & robur accedit: *ſed cum* ſan-
guis in corde ita toti corpori ſpiritus ſuos
impertit, ſeipſum damno mulctat; ſeque
ſpiritibus exhaurit.

Sunt qui arbitrantur ſanguinis ruborem
oriri, quod in corde ſpiritibus repleatur:
qui cum de ſalis natura participant, etiam
ſanguini rubrum colorem impertiant.
Agnoſco equidem multos colores oriri ex
ſalium mixtione cum aliis corporibus; &
præſertim ſalis nitri: in cujus deſtillatio-
ne infiniti fere colores ſe conſpicuos præ-
bent. Quæ cauſa fuit quare *Quercetanus*
putaverit omnes colores ex nitro varie
cum aliis corporibus temperato oriri: ſic
julapia ab affuſo tantillo ſpiritus vitrioli
rubeſcunt. Et notum eſt, pro varia ſalium
natura, diverſas tincturas elici ex corpori-
bus. Sed mihi perſuadere non poſſum cor
repletum eſſe tam copioſo ſale, ut per to-
tum vitæ decurſum ſufficere poſſit tingen-
do ſanguini per affuſionem ſui ſalis. Si
enim ſal ille etiam in nutrimento & chylo
eſt, quo cor novo ſale imprægnatur, quare
chylus non rubet? Non eſt itaque ab illo
ſpirituoſo ſale, qui chylo ineſt; & quo
cordis vires refocillantur, à quo humori
in venis purpureus color accedit. Neque
eſt à ſale, qui in fœtus primordiis in corde
ſedem habet; cum ille ſufficere non poſſit
per totum vitæ curriculum. Sed fruatur hic
quiſque ſuo judicio.

---

## CAP. XI.

### *De aliis notatu dignis, quæ infanti, adhuc utero concluſo, eveniunt.*

OMni, meo quidem judicio, admiratio-
ne dignum eſt, fœtum, vel potius in-
fantem omnibus membris & viſceribus
perfecte inſtructum, & utero adhuc in-
cluſum ſine reſpiratione tam diu vivere
poſſe: imo etiam poſtquam utero exclu-
ſus eſt, ſed ſecundinis integris adhuc invo-
lutus, manet ad longum tempus ſine reſpi-
ratione: ſolent enim tales partus aliquando
fieri, & habentur inter perfectiſſimos: ne-
que immerito, cum enim parturitionis
tempore inſtante, fructus ventris una cum
ſecundinis, quæ ad partum & infantem per-

pertinent, matureſcunt, etiam infirmius uteri ſubſtantiæ adhærere debent: quemadmodum fructuum arborum pediculi, quo majorem fructus nanciſcuntur maturitatem, minus firmiter ramo connexi ſunt. Quæritur igitur quid cauſæ ſit, quare infans tam diu ſine reſpiratione in utero eſſe poſſit; poſtquam autem aëri expoſitus eſt, ſuffocari, ſi reſpiratio diutius impediatur. Nulli amplius dubium eſt, quin fœtus in utero vivat vita propria: cor enim illi pulſat, motibus animalibus ſive propriis movetur; ad aëris injurias, frigoris & caloris exceſſum varie ſeſe movet. Sed partus cæſareus, quo poſt matris mortem infans vivus ex utero extrahitur, tollit omnem dubitationem: adſtruitque irrefragabiliter fœtus vitam à matre diſtinctam. Id etiam apud omnes in confeſſo eſt, veram & proprie dictam reſpirationem non poſſe ſine aëris attractione perfici: neque vocem emitti ſine ejuſdem aëris adminiculo. Dubium itaque non eſt, quin, quoties vagitus infantis in utero adhuc degentis, auditur; quod ſæpius eveniſſe ex hiſtoriis conſtat, aër ad loca, in quibus infans degit, penetravit: quem per inſpirationem attraxit in pulmones. Unde evincitur infantem tam in utero, quam extra uterum aërem attrahendi in pulmones conatu urgeri: & veram mox attractionem, aut inſpirationem, & exſpirationem fieri, quoties aëris copia adeſt. Et ideo ſtatim ac aëre fruitur, reſpirat: & poſtquam ſemel reſpiravit, reſpiratione amplius carere non poteſt.

Quodſi autem talis conatus reſpirandi infanti, antequam natus eſt, & aëre, aut vera reſpiratione fruatur, non adeſſet, ilico non reſpiraret, quoties reſpirandi facultas datur. Nam nulla ratione aſſequi poſſumus, quomodo præſentia aëris foris ambientis corpus infantis, infantem incitet ad reſpirandum. Et ſi ab aëris præſentia reſpirandi conatus, quare ille non ceſſat, cum aër non adeſt? Ut ita infans tuto reſpiratione careat, quoties aëre frui non poteſt? Quis dicet infantem famis explendæ deſiderio moveri, quia papilla illi in os ingeritur? Eſt autem ille reſpirandi conatus nihil aliud, quam prima quædam propenſio muſculorum Thoracis, & diaphragmatis, & reliquorum organorum inſpirationi & exſpirationi deſtinatorum ad motum; quæ propenſio ulterius non progreditur in utero, quamdiu aëris aditus intercluditur; & infans in liquoribus natat: cum enim omnia plena ſunt craſſiore liquore; & epiglottis clauſa, inſpiratio ultra primam propenſionem progredi non poteſt: & cum ex corde immediate per venam arterioſam nullus ad pulmones prorumpat ſanguis, qui reſpira[ndi] di neceſſitatem imponat; & ex cujus quando ſanguis in pulmones influit ceſſatione, naſcitur ſumma moleſti[a] facile ſine ullo angore infans reſpiratu caret.

Epiglottidem autem, ſive rimulæ rimentum, quo aſpera arteria prædit ne inter deglutiendum cibus potuſq eam dilabatur, hac de cauſa clauſ utero puto. Liquor, in quo infans ad fauces penetrans, talem laring culorum concitat motum, ut ep claudatur. Quemadmodum uſu quo experimur ultro ſtatim epiglottid di, quoties ad muſculos deglutio natos aliquis humor penetrat. N quam aliquid humoris in aſperam profluit, niſi eodem tempore turæ ordinem ſimul aërem hauri quid deglutire velimus. Quod ſculi Thoracis, cum nullus ad pus ambiens, ultra primam nem ad motum non progredia de manifeſtum eſt, quod ani aqua ſuffocantur, ſimul ac ea aqua mergitur, nullum ampl faciant ad reſpirandum; neq motum muſculorum Thorac arteriam impellunt; neque tant in aqua ſtrepitum; a aut tuſſim: quæ omnia

iratione humorem in pulmo-
peram arteriam attrahimus;
pulmones aqua repletos com-
e omnia ex adverſo evenirent,
nuſculi eouſque motum conti-
uoad pulmo, aqua repletus,
ovæ aquæ ingreſſum. Imo niſi
conatus, propter aquam corpus
nbientem, ſubſiſteret in prima
ne, non video quomodo animal
m cito ſuffocaretur; & quare
atis vicibus non poſſet aquam at-
ejicere. Quis credat pulmones
n admittere, qui ſæpe tam copi-
ta repleti ſunt; imo pure & ſan-
& quo ſe rurſus per exſpirationem
xonerant.

d inſtitutum: adeſt itaque fœtui in
exiſtenti, & in humore natanti co-
s & propenſio prima ad reſpirandum,
propenſio ad ſpirandi actum progre-
ar, ſimul ac thorax per aëris ingreſſum
tari poteſt; per cujus ingreſſum dilatati
mones, ſanguini ex dextro cordis ven-
culo venienti, viam pandunt ad ipſos
lmones, qui antea abibat in aortam;
ogiturque deflectere à via, qua ante flue-
at in aortam, pulmones prætergrediens:
nde temporis progreſſu illa via plane ob-
teratur. Idem dixerim de meatu illo,
per quem ſanguis fluebat ex vena cava in
ſiniſtrum cordis ventriculum, præterla-
bens dextrum; quod fieri neceſſe fuit:
quia cum ſanguinis circulatio ſine inter-
miſſione perennare debeat; neque detur
in fœtu, hærente adhuc in utero tranſitus
per pulmones; quemadmodum natura in
infantibus utero excluſis, opus habuit ali-
as parare vias, quibus ſanguis eat redeat-
que in orbem.

Non eſt etiam præter rationem ſangui-
nem, poſt factam ſemel inſpirationem,
ideo etiam curſum ſuum aliter inſtituere,
quod ſumma quædam intercedat ſympa-
thia inter cordis, vel potius ſanguinis mo-
tum ex corde, per diaſtolem prorumpen-
tis, & inter inſpirationem atque exſpiratio-
nem. Pro ratione enim caloris, & quan-
titatis ſanguinis profluentis in pulmones,
inſpiratio & exſpiratio acceleratur vel
tardatur, augetur vel minuitur; idque
ultro, & ſimplici naturæ inſtinctu; corde
& pulmonibus operam mutuam tradenti-
bus? Cum cordis calor, ſanguiſque in
pulmones influens juſto major eſt, inſpi-
ratio & exſpiratio etiam frequentior eſt.
Quando cordis ea eſt imbecillitas, ut ſan-
guinem tantum in primas, patentes &
amplas vias pulmonis impellat, reſpiratio
ita motui ſanguinis reſpondet, ut etiam
aëris attractio tantum in majores & paten-
tes aſperæ arteriæ ramos, pulmonibus
inſertos, fiat; unde exſpiratio & thora-
cis depreſſio etiam minor: cum non ſit
opus aërem exprimere ex exilibus bron-
chis. Imo ea eſt inter motum cordis & ſan-
guinis in pulmones influentis, & inſpiratio-
nem atque exſpirationem concordantia,
ut ſi cordis motus fortis ſit; atque ita ſan-
guis etiam in minores venæ arterioſæ ra-
mos penetret, cum maxima tunc moleſtia
inſpiratio contractior & parva à nobis in-
ſtituitur: natura ultro nos inſtigante ad re-
ſpirationem magnam, reſpondentem mo-
tui cordis. Et hæc cauſa eſt quare in Aſth-
mate parva reſpiratio moleſta ſit, & ſuffo-
cationis periculum inducat, qua in exili
cordis motu, procedente ex debilitate, &
comitato parva ſanguinis quantitate in pul-
mones influentis, ſine moleſtia defungi-
mur. In Aſthmate cum cor forte atque ro-
buſtum eſt, multum ſanguinis in pulmones
debebat impelli: ſed quià partim vias, qui-
bus fluere debet, coarctatas reperit, par-
tim ab aëris impulſu in pulmones, qui ex
parte ceſſat in Aſthmate, propelli non
poteſt, ut ita novo advenienti ſanguini
locum paret; ideo parva reſpiratio in
Aſthmate adeo moleſta eſt, & periculi
plena: cum autem cor debilis eſt, & ſan-
guinis quantitas, quæ in pulmones ex
cordis pulſatione propellitur, parva, con-
tracta reſpiratio fit, ſine moleſtia; neque
tunc ita experimur naturam laborantem.

 Ita

Ita animadvertimus naturam incitari ad ſuſpiria ; & ad ducendum ex alto ſpiritum in triſtitia , quando per imaginationem ſpei aut lætitiæ , quæ non raro ſeſe cum triſtibus cogitationibus miſcere ſolent, ſanguis ſubito & copioſe ex arteria venoſa fluit in ſiniſtrum cordis ventriculum ; quo evenit pulmones plus æquo ſanguine evacuari , & muſculos diaphragmatis & pectoris ita agitari , ut aër celerrime per os propellatur in pulmones , ad replendum locum quem deſerit ille ſanguis : & id eſt , quod ſuſpirare vocamus. Ita ut reſpiratio non tantum excitetur in nobis ad calidi ſanguinis è corde provenientis præſentiam , ſed alias etiam ob cauſas. In triſtitia , cordis motus exiguus eſt , & ſanguis frigidiuſculus , ſuſpiria tamen frequentia. Neque poſſum à me impetrare , ut credam , ad ſanguinis refrigerationem in pulmonibus peragendam , tam crebra inſpiratione & exſpiratione opus eſſe. Nam in metu , ſanguis frigidiuſculus , tam frequentem refrigerationem non requirit. Et in lypothymia tam exilis cordis pulſus eſt , & ſanguinis color adeo imminutus, ut ſi ad calorem attendas, poſſet homo aliquamdiu inſpiratione carere. Et ſi reſpiratio unice refrigerationi ſanguinis conducit , quare ad caloris ſanguinis intenſionem & imminutionem non ſemper etiam reſpiratio augetur vel minuitur ; acceleratur & retardatur : verum ſæpe cum ſanguis frigidior eſt , reſpiratio crebrior eſt , quamvis etiam minor ſit.

Neque putandum minorem reſpirationem ideo reſpirandi frequentia compenſari,ut ita ſanguis juſtam refrigerationem acquirere poſſit:quia ſanguis frigidus à debili corde procedens , in primis viis venæ arterioſæ ſubſiſtit,ad quas aër per aſperam arteriam facile,licet reſpiratio parva ſit,pervenit; ſatiſque eſſet refrigerando ſanguini parum calido, ſi conſuetis temporis intervallis reciprocationes exſpirandi & inſpirandi peragerentur. Et ſi frequens illa reſpiratio ſemper ideo excitaretur ut contractæ & parvæ reſpirationis damnum in refrigerando ſanguine reſpirationis frequentia compenſaretur ; quare animal,cum vires ſuppetunt ad magnam reſpirationem, ex alto aërem non attrahit ; ut per compendium fiat, quod ſæpe ambages crebris inſpirationibus & exſpirationibus efficiunt ? In principio febrium , cum calor nondum perrupit, & pulſus contractior eſt , reſpirationes ſunt crebriores & minores ; quam cum febris in vigore eſt. At ſi illa crebra reſpiratio eſſet ad refrigerandum ſanguinem , tum natura magnam adhiberet reſpirationem , cum vires ad illud opus ſuppetant , & talis agendi ratio eſſet compendioſior. Sed reſpiratio parva eſt , quia ſanguis in principio febrium in pulmones impulſus , in primis & patentibus viis ſubſiſtit : neque copioſus eſt , & ideo ei reſpondet ; & proportionata eſt reſpiratio parva , per quam ſimuliter aër tantum attrahitur & exprimitur ex primis & patentibus aſperæ arteriæ viis.

Illud etiam notatu dignum eſt , in re
ratione cordis ſuſtolen & diaſtolen e
dem rithmum obſervare; ſive ad temp
reſpiratione voluntariè ceſſes, ſive reſ
tionem conſueto modo , ſecundum na
inſtitutum peragas. Quodſi ad ſangui
frigerium tam crebra & ſine interm
continuata reſpiratio eſſet neceſſaria
culdubio intermiſſa reſpiratio var
pulſus induceret ; & ſanguis non
pulmonibus refrigeratus,nonnulla
ret alterationem circa cordis pulſu
tamen non fieri,quivis propria ex
cognoſcere poteſt. Præterea, cum
utero tam diu carere potuerit ſa
frigeratione , & duplici concoct
non ſit veriſimile fœtum excl
ſubitam ſubire alterationem , u
ſuſtentandam continua refriger
plicique illa concoctione inc
operationes , quæ in fœtu co
poſtquam ex utero prorepſit ,
differentes ab iis , quibus de
cum uteri clauſtris contineret

tam continua reſpiratione in-

e concludam; & quæ dixi in
n contraham. Arbitramur re-
primam, ideo fieri, quia
r infanti in utero adhuc hærenti
pirandi conatus, aut potius pro-
reſpirandum; quæ ad reſpirandi
rumpit, quam primum facultas
datur. Illa autem facultas oritur,
æſens eſt: qui præſens eſſe inci-
ndo in utero, cum humor, tunicis,
chorio contentus, imminuitur;
itus patet ad loca infantis; unde
infantis in utero adhuc hærentis;
agitus factos eſſe, & pro porten-
tos, hiſtorici fide digni referunt.
n poteſt aër non adeſſe, & ideo non
non reſpiratio fieri, quando infans
o excluſus eſt. Oritur autem illa pro-
ſio ad reſpirationem in iis, quibus
ceſſi ſunt pulmones, ex preſſione,
e fit in corpore, quia illic omnia plena
t; & quo magis *abdomen occluditur* in
tus efformatione, eo reſpirandi pro-
nſione major; quia compreſſio partium
getur. Facta ſemel reſpiratione talis fit
ulmonis & vaſorum, quæ pulmoni con-
exa ſunt, motus & mutatio, ut ſanguis
onſuetis viis progredi non poſſit; neque
irculationem perficere: ideo eligit aliam
viam à natura paratam ſibi, ſcilicet pul-
mones. Voluit autem Deus, naturæ ar-
chitectus, ut in quibuſdam animalibus ſan-
guis per pulmones circulationem ſuam ab-
ſolveret; & bis in corde ebullitionem ſub-
iret. Primo ut plures vegetiores & forti-
ores ſpiritus ex eo generarentur. Duplici
enim illa ebullitione fit, ut ſanguis humi-
dis & languidis particulis liberetur: unde
ſpiritus reliqui, humidis & mollibus par-
tibus privati, agiliores, vegetiores, &
fortiores redduntur. Et ideo piſces quibus
pulmones conceſſi non ſunt, minori vi
egent ad ſe movendos: cum enim in aqua
natent, ea tamquam *pedamento & fulcro*
utuntur; ideoque *paucioribus* indigent
ſpiritibus, minuſque fortibus. Habet au-
tem ſe cordis operatio in ſuſtole & diaſtole
inſtar operationis ignis in diſtillationibus,
quo ſpiritus eliciuntur: at quemadmo-
dum nulli eliciuntur ſpiritus ex corporibus
craſſioribus & terreſtribus, niſi præceſſe-
rit fermentatio: ideo in ſtomacho cibus
primo fermentari debet, qui poſtea per
venas lacteas, & ductum chylodochum
ad cor prolapſus, illic, ut ita dicam, ex-
altatur, & ſpiritus ex ſe reddit. Et ideo
quando ſtomachus non bene coquit, pau-
ci ex cibo ſpiritus procedunt; & corpus
parum ex eo recreatur. Cum autem pri-
ma, aut ſecunda ebullitione omnes ſpi-
ritus ex ſanguine, & ſucco nutriente
elici non poſſunt, ſanguis rurſus ad he-
par ablegatur; ibique novam fermen-
tationem ſubiens, de novo præpara-
tus accedit ad reddendos eos ſpiritus per
ebullitionem cordis, qui in præceden-
tibus ebullitionibus nimis adhuc fixi erant.

Auget præterea plurimum ſpirituum
robur, refrigeratio illa ſanguinis, quam
patitur in pulmonibus: ſubita enim re-
frigeratione rigidiores redduntur; quem-
admodum ferrum candefactum, & aquæ
frigidæ immerſum indureſcit & rigidius
redditur. Novimus omnes, quantopere
conducat ad vigorem corpori & ſpiritibus
addendum, quod aëre frigidiuſculo, ſic-
co & orientali vento ſanguis in pulmo-
nibus ventiletur. Et hæc quidem eſt
ſecunda cauſa quare Deus per pulmones
in quibuſdam animalibus ſanguinis circu-
lationem fieri voluerit. Tertia eſt, quod
niſi ſanguis ille, qui duplicem ebulliti-
onem ſubire debet in corde, in pulmo-
nibus aliquantulum moraretur, ſimul-
que refrigeraretur, non fieret ſuſtole, &
cordis contractio in ſiniſtro ventriculo:
atque ita everteretur tota corporis & cir-
culationis œconomia. Sanguis enim ad-
huc fervens à prima ebullitione, quam
paſſus eſt in dextro cordis ventriculo pro-
pter ſubtilitatem, & æqualem caloris gra-
dum cum illo ſanguine, qui eſt in ſiniſtro

cordis ventriculo, humorem in illo ventriculo latentem non excitaret, nec provocaret ad certamen & ebullitionem. Et hanc ego cauſam eſſe arbitror, quare in conclavi, ubi aër, vel ex igni, vel ex hominum multitudine juſto calidior eſt, multi homines in lipothymiam incidant: & præſertim mulieres; quibus ſanguis humidior & liquidior eſt. Et hæc cauſa eſt, quare piſcium in æſtate ſole ardente, tam denſæ ſint mortes. Cum enim aquæ tepore ſanguis refrigerari non poſſit, pulſatio cordis ſenſim imminuitur, & tandem omnino ceſſat. Alia autem cauſa eſt, quare boves ardores æſtatis minus ferre poſſunt; & quare tunc ſæpe ex pulmonibus laborant: qui morbus iis adeo familiaris & proprius eſt, ut cum hoc uno tantum conflictare videantur. Quandoquidem ſanguis boum admodum craſſus, ſpiſſus, & denſus eſt, is ex cordis dextro ventriculo in pulmones propulſus, & juſta refrigeratione deſtitutus, labefactat pulmonum temperiem & conſtitutionem; tabemque in iis creat. Sed cordis pulſatio perſeverat ſine intermiſſione; quia ſanguis craſſior in ſiniſtrum cordis ventriculum perveniens nihilominus ebullitioni aptus eſt.

Quartus reſpirationis uſus eſt, quod, cum ita comparatum ſit natura, ut quorundam animalium ſanguis per pulmones in orbem & circulum ire debeat, per aëris inſpirationem & exſpirationem ſanguis ex pulmonibus pellitur. Et ideo eſt quod reſpiratio, ſicut ſupra indicavimus, temperetur ad modum influxus ſanguinis in pulmones. Si influxus languidus eſt, ita ut ſanguis tantum primas & patentes in pulmone vias ſubeat, reſpiratio etiam contractior eſt: ſi influxus vehemens & copioſus, ita ut ſanguis etiam ad minores venæ arterioſæ ramulos penetret, reſpiratio eadem proportione augetur. Quod autem magna reſpiratione, & voluntaria; atque ſuperante influxum ſanguinis, tamen juſto major ſanguinis quantitas in ſiniſtrum cordis ventriculum non impellitur, id evenit auricularum ſtructura & uſu. Quintus uſus eſt, quod continuo inſpirationis & exſpirationis reciproco, & alternante motu abdomen comprimatur & relaxetur; quo motu evenit chylum melius diſtribui & pelli per vias, quas tranſire debet; fæceſque ad inferiora protrudi. Quotquot autem moriuntur propter reſpirationis defectum, illis mortis proxima cauſa eſt pulſus cordis ceſſatio; quo pulſu ceſſante, turbatur machinæ totius corporis uſus & operatio.

---

## Cap. XII.

### *De excrementis, quæ in fœtu nondum excluſo reperiuntur.*

Omnium Anatomicorum teſtimonio conſtat in infante, adhuc hærente in utero, fæces, bilem, & lotium reperiri; imo fæces nonnunquam intra fœtum & membranas, ab infante excretas, repertas eſſe, experientia probatur. De fæcibus quidem primo quæritur, quomodo in infantis inteſtinis reperiantur, cum tamen primæ concoctionis excrementa eſſe putentur; & hactenus conſtans ſententia fuerit, infantem in utero per umbilicum, non per os nutriri: atque ideo primę concoctionis excrementa in infante reperiri non poſſe? Sed communis ſententia, quæ docet infantem in utero tantum per umbilicum nutriri, non ita validis rationibus ſuffulta eſt, ut contraria ſententia apud multos fidem invenire non deſinat. Præeunte celeberrimo Anatomico Harveo: quamvis jam dudum ab Hippocrate illa ſententia in medium fuerit prolata: ſed quæ à paucis, propter abſurditatem, qua laborare videbatur illud dogma, ſuperioribus ſeculis recepta fuit. Id quivis explorare poteſt in ſtomacho infantis reperiri talem ſuccum, qui ſimilis eſt ei,

ei, in quo natat, cum adhuc uteri clauſtris urgetur. Et ſi fœtantem uterum vivi animalis reſeces, reperies in fœtuum ore, œſophago, & ſtomacho mucilaginem, & viſciditatem, illi, quæ inter corpus fœtus & amnium reperiri ſolet, tum quoad conſiſtentiam, cum etiam quoad colorem, ſimilem. Lubet hic annectere textum ex Olao Rudbeck, & Harvæo. *Diſſectis omnibus catti fœtibus in ore, œſophago & ventriculo conſpexi mucilaginem & viſciditatem, illi, qui inter corpus & amnium reperitur, perſimilem. Sed in tenuioribus inteſtinis craſſior, magiſque viridis mucilago iſta fuit, quo magis craſſis inteſtinis appropinquabat, in craſſioribus æruginoſa, inque ſolidos globulos conglomerata, vetuli canis excrementorum ſpeciem quibus ſolidi referebant.* Harveus de Gener animal. Exerc. 70. *In fœtus ventriculo materia aquea reperitur, ſed turbidior paululum, minuſque tranſparens, qualelac eſt, cum primum prægnantibus mulieribus circa quartum, aut quintum menſem è papillis emulgetur, vel ſerum albidius. In inteſtinis ſuperioribus chylus, ex eadem materia coctâ abundat. In colo autem excrementa vireſcentia, & formata ſcybala apparere incipiunt.* Iis analoga repperi in diſſecto vitulo recens nato; & qui nullum cibum, aut lac deguſtarat. Summopere itaque veriſimile eſt infantem, quando mole & viribus major evadit, etiam illud depaſcere ex ſucco illo in quo natat, quod nutritioni aptiſſimum eſt; illumque ſuccum id præſtare viviparis animalibus, quod vitellus oviparis; quæ ultimum vitello, tamquam nutrimento firmiori, & ſolidiori nutriuntur: quamvis etiam in pullorum ventriculi cavitate die decimoquarto, liquor limpidus reperiatur; ejuſdem conſiſtentiæ, coloris, ac ſaporis ac colliquamentum; qui poſtea, quando pulli provectiores ſunt, concretus in ſtomacho reperitur. Id ſaltem fidem ſuperat, ſtomachum, œſophagum, & os per venas lacteas aut inteſtina ad ſe trahere *ſuccum illum albicantem*: cùm id fieret contra *naturæ inſtitutum*, & præter ullam neceſſitatem. Naturalis corporis œconomia ea eſt, quod ab ore per œſophagum ad ventriculum & inteſtina nutrimentum, prima coctione indigens, propellatur; & non vice verſa, ab inteſtinis ad os attrahatur. Neque refert quod de clyſteribus nutrientibus objici poſſit: nam licet nolim derogare fidem multis practicis, qui teſtantur in ſuis ſcriptis uſu ſe edoctos eſſe, clyſteres vicem nutrimenti præſtare; negamus tamen craſſam & oculis expoſitam clyſterum ſubſtantiam ad ſuperiora inteſtina, aut ſtomachum pergere: ſed partem ſpirituoſiorem vaporis modo ſanguini & ſpiritibus miſceri, quibus roborantur; & detrimentum reſarcitur, quod frequenti circulatione paſſi ſunt. Deinde quorſum ille ſuccus ad *œſophagum* & os uſque aſcenderet, qui opus habet in ſtomacho tantum concoqui. Nec puto ſuccum illum caſu & præter naturæ inſtitutum in ventriculum & inteſtina propelli: quia ſi ita ad ſtomachum pergeret ille ſuccus: quemadmodum aqua in iis, qui ſubmerguntur, tanta copia irrueret in ſtomachum, quantam ſtomachus capere poſſet. Exiſtimamus itaque tunc fœtum incipere ore cibum capere, cum propter corporis molem una vena umbilicalis non ſufficit ad ſufficiens nutrimentum ſuppeditandum fœtui; ita ut fame propter ſanguinis auſteritatem, & ſuccum acidum in ſtomachum dimanantem, laborare incipiat; indeque ille appetitus & muſculorum motus iſti appetitui inſerviens excitetur, qui explendæ fami conducit.

Alioquin fæcum in inteſtinis inventio me non magnopere moveret ad amplectendam ſententiam, quæ docet fœtum in utero per os nutriri; quia etiam ex ſecundæ concoctionis excrementis per arterias meſeraicas tales fæces in inteſtina profundi poſſunt; quæ quidem liquidæ & tenues ſunt cum per arterias evacuantur, ſed morâ in inteſtinorum gyris exſiccantur. Certe cum morbi criſi ſolvuntur per alvum; & cum purgantibus medicamentis corpus

corpus ſuperfluis humoribus evacuatur, fæces alvi non poſſunt eſſe excrementa concoctionis primæ. Neque miretur quiſpiam fæculentiorem materiam ſubire poſſe venas lacteas; nam cum eas ingrediuntur multa humiditate delibutæ ſunt. Neque ſunt illæ venæ lacteæ adeo exiles, quin admittant etiam corpora majuſcula: quod teſtantur corpora per veſicam excreta; nec tamen in renibus, ureteribus, aut veſica generata, ſed antea per os aſſumpta. Et Pituita quam excernimus quotidie, nonne ſatis fæculentum & craſſum corpus eſt? Quodque induratum & exſiccatum conſiſtentia ſcybalis non cedit: non poteſt autem illud per nares excerni, niſi prius per exilia vaſa meaverit. Denique ipſe ſanguis, cum exſiccatur, craſſior evadit; quod liquet in ſanguinis grumis. Præterea id, quod ex ductu in pancreate ad inteſtinum duodenum defertur, ſuccus excrementitius eſt: patet enim ad inteſtinum via, quæ valvula occluſa eſt, ut ab inteſtino retro ad pancreas nihil meare poſſit. Neque illud excrementum tam pauxillum puto, præſertim in infantibus, & recens natis; quæque tardius, tam propter ſuam, quam vaſorum, per quæ meare debent, mollitiem, diutius circa meſenterium; eique vicinas corporis regiones hærent: quibus evenit, ſi modo exiles ductus virſungiani rami obſtructi non ſint; multum humoris excrementitii, mollis, tenuis, & liquidæ ſubſtantiæ in inteſtinum duodenum excerni: unde illa ventris lubricitas, alvique laxitas in infantibus: etiam in iis omnibus, ſi aliquid ſingulare non impediat, qui humidis & ſimul tenuium partium cibis veſcuntur. Mollis enim & humidi cibi mora in regione circa meſenterium, pancreas multum humoris illi cibo analogi imbibit; quem per ductum virſungianum exonerat in inteſtina. Eundem ſuccum cauſam eſſe arbitror quare infantium ſtercora minus fœteant; & magis flaveſcant. Cum enim ſuccus ille benignus copioſe affunditur fæcibus in inteſtinis hærentibus, obtunditur tetrus odor. Notum enim eſt ſtercora tunc magis fœtere, cum minus cocta ſunt, quæque ideo minus levia ſunt: ſtercorum autem flavedo non oritur ex ſimplici bile: cum bilis ipſa tam intenſa flavedine prædita non ſit; ſed ex mixtione bilis cum copioſo excrementitio humore fluente per ductum pancreatis in inteſtina: nec mirum ex flavedine & ſucco albicante, qualem putamus eſſe, qui per ductum pancreatis excernitur, flavum colorem intendi; qui videtur potius dilui, & obſuſcari deberi propter alboris admixtionem: qui enim animadvertit quam varii oriuntur colores ex mixtione variorum corporum; & quæ ſæpe remotiſſima ſunt ab iis coloribus, quorum facta eſt mixtio, non mirabitur ex mixtione bilis cum ſucco albicante croceum naſci colorem. Quo enim bilis ſplendor magis obtunditur, eo magis croceum induere debet colorem; & ideo propter bilis commixtionem cum lotio tenui, urina minus flavet: quod ſi autem propter obſtructionem ductus pancreatis humor ille lenis, qui per illum excerni conſuevit, cum lotio miſceatur, urina crocea evadit. Quod recte alii ante nos obſervarunt: quale lotium ego ſæpe oculis uſurpavi; & levi diſcrimine diſcernitur ab illo lotio, quod copioſæ bilis affuſione flaveſcit, aut alias propter cauſas ad rubedinem, aut croceum colorem vergit: ſedimentum enim in tali lotio copioſiſſimum eſt, ſed tenue, molle, æquale; & tam intenſe flaveſcens, ut ad ejus conſpectum Medicus obſtupeſcat; ſuntque omnes illæ urinæ proprietates tanto intenſiores, quanto æger eſt temperamenti humidioris: ſed notandum talem urinam non conſpici, niſi quando veſica fellis obſtructa eſt, & craſſior bilis cum lotio miſcetur: & ideo tale lotium conſpicitur ſine ictero, qui oritur ex bile ſubtiliore, & quæ ſanguini intime mixta eſt; quæque exhalationis ſpecie ad corporis ſumma pervadit: in quo morbo ſi etiam

tiam lotium flaveſcat, ſicut id ſæpius evenit, ex defectu evacuationis duplicis bilis tenuis, & craſſioris, oritur. Id certe uſu mihi compertum eſt, ſæpius lotium flaveſcere propter bilis copioſioris cum eo commixtionem, natam ab obſtructione ductuum; & nonnunquam ſimplici compreſſione ex flatibus; quod multis indiciis, nunc non recenſendis, colligebatur; cum tamen nulla corporis pars expoſita oculis, flavedine tingeretur. Imbuuntur rurſus corporis extrema flavedine, lotio albeſcente, aut ſtatum & colorem ſervante: quæ aliter evenire non poſſunt, quam quod aliqua bilis pars, ſubtilior ſcilicet, ſanguini intime mixta maneat; alia tamquam craſſior & fæculentior cum ſero per arterias ad renes relegetur, arctam mixtionem cum ſanguine non patiens. Sed rurſus in viam.

Addo præterea, quod tam copioſæ bilis effuſio per inteſtina tenelli infantis ſine exulceratione inteſtinorum, & acerbis doloribus fieri non poſſet; præſertim ſi acribus fæcibus, nec leni humori commixta eſſet. Porro, quibus autem hominibus ductus pancreatis exiles obſtructi ſunt, ita ut lenis ille humor per ductum excerni non poſſit, iis fæces alvi albeſcunt, aut argillaceo colore imbuuntur, & alvus adſtricta eſt; fęceſque tenaces ſunt, ſed lotium iis craſſius & albicans: quale etiam in infantibus cernitur, cum propter lenis illius humoris copiam, omnis ille ſuccus per pancreas expurgari non poſſit. Cæterum ex ſupradictis puto poſſe colligi indicium, an pancreas obſtructum ſit, an vero venæ lacteæ, & meſeraicæ, aut arteriæ. Quibus hæ viæ obſtructæ ſunt, iis lotium tenue & albicans eſt: & ſtatim ac ſtomachus concoctionem molitur, iis anguſtiæ oriuntur; & lotium, quod primo excernunt, longe albidius & tenuius eſt eo, quod ſerius emittunt. Quicquid enim in chylo tenue eſt, primo extra ſtomachum evadit, & lacteas venas ingrediens, anguſtias & dolores illic parit; poſtea per ductus chylodochos thoracicos ad cor perveniens, cordis frigus & debilitatem, triſtitiam, timorem, & non raro copioſam lachrymarum profuſionem præter cauſam, ſicut ægri ipſi fatentur, efficit. Et toto cœlo errant, qui hujuſmodi animi affectus in tali ægro ad humorem melancholicum, proprie ſic dictum, referunt; cui adſtruendo hoc unum ſufficere poſſit, quod fixas & profundas cogitationes melancholicis proprias, non habeant; & triſtitiam per lachrymas effundant. Eſt autem iis primo lotium tenue & aquoſum propter chyli meantis per venas lacteas aquoſitatem, & longius antevertentis defluxum chyli craſſioris, quod etiam cauſa eſt quare bibonum urina aquoſa ſit. Poſtquam autem craſſior chylus multis cum difficultatibus eluctari incipit per venas lacteas, lotium ſpiceum induit colorem propter admixtionem ſulphurearum partium; & quæ longiorem concoctionem paſſæ ſunt: quæque propter partium naturam craſſiorem à cordis calore potuerunt affici: & tunc æger latenter ex nutrimento vires acquirit. Quibus autem pancreas obſtructum eſt, iis lotium craſſum, turbulentum, alvus adſtricta, corpus languidum, grave, iners, atque torpeſcens. Nullæ triſtes cogitationes; & poſt aſſumptum cibum anguſtiæ minores. Fateor equidem in paucis ægris hæc tam diſtincta ſigna reperiri; cum non longe diſſitæ partes in mali ſocietatem venire ſoleant: quæ tamen memoravi non tam cogitatione, quam uſu & eventis à me deprehenſa ſunt.

Et hæc de fæcibus infantis, fuſius forſitan quam decet, dicta ſufficere poſſent, niſi hoc unum addendum putarem: unde ſcilicet eveniat fæces infantium non ſolum, ſed & reliquorum animalium, tam viviparorum, quam oviparorum, antequam vel edita ſunt in lucem: vel ſtatim poſtquam edita ſunt, nondum tamen ore cibum deguſtarunt, illum colorem induere, qui propius videtur iis alimentis, quæ poſtea per os aſſumunt? Reperies in vitu-

vitulo v. gr. qui nondum gramen, aut fœnum deguſtavit, neque lac ſuxit, fæces viridi colore imbutas; iiſque ſimiles, quas poſtea excernit, cum gramine veſci incipit. Fæces ita in inteſtinis tingi certum eſt; cum chylus longe alius ſit prædictus colore, cum in ſtomacho aut duodeno hæreſcens ſubſiſtit. Quo autem longius ſuccus in inteſtinis à ſtomacho recedit, eo magis magiſque accedit ad conſiſtentiam, & colorem fæcum, quæ per alvum dejiciuntur. Quæritur itaque quæ ſit cauſa colorum & conſiſtentiæ fæcum: & quare animalia, quæ iiſdem alimentis utuntur, tamen diverſi coloris ſtercora excludant? Non poſſum mihi perſuadere hoc aliunde oriri, quam quod venarum lactearum orificia in diverſis animalibus diverſimode ſunt conſtituta; quapropter quibuſdam particulis aditus pateat, aliis occluſus ſit: quodque illæ, quibus via aperta eſt, per corpus meantes, & aſſiduo majorem concoctionem acquirentes, excrementa deponant; quæ mixtæ cum aliis fæcibus, & primæ concoctionis excrementis, hærentibus in inteſtinis, iiſdem certum colorem & conſiſtentiam conciliant: & exiſtimo excrementa, quæ per vas virſungianum excernuntur, non minimam partem in hac operatione ſibi vindicare.

De excremento bilis nihil habeo, quod addam iis, quæ in Tractatu de Liene de bilis generatione dixi: percolari ſc. in hepate ſanguinem jejunum, ſiccum, aſperum, & qui tantopere per diuturnam circulationem receſſit à ſua natura, omnemque lenem & benignam qualitatem exuit, ut hepatis munere, benignaque humectatione ad bonam frugem converti non poſſit: quique ideo in veſicam biliariam relegatur per teneros ramos iſtius veſicæ, per hepar ſparſos. Cum itaque in corpore infantis circulatio peragatur; & cor fœtus pulſet, longa mora tandem ſanguis privatur almo ſucco; & in tam ſiccum, aſperum & ſterilem humorem concedit, ut nullum uſum corpori præſtare poſſit. Ea ratione bilem generari multis argumentis, ni fallor, in Tractatu de Liene, probatum dedimus. Unum experimentum in cumulum addam, quod Olaus Rudbeck in ſuis anatomicis obſervationibus ſcripto conſignavit, Obſerv. 17. *Inteſtina duorum felium, quos data opera macilentos reddidi, occupata bile repperi; ut & venas lacteas, tam in abdomine quam Thorace, & veſiculam fellis eodem ſucco diſtentas. Nec pulmo à flavo bilis colore immunis; cutis autem tota ab interna parte ſimiliter tincta erat.* Longa ſc. fames benignum in ſanguine ſuccum exhauſerat; & defectu novi alimenti novo rore imbui, & novo nutritio ſucco imprægnari non potuit; & ideo magna copia conceſſit in naturam bilis; quæ cum veſica biliaria contineri non potuerit, diffuſa eſt per corpus; & partes ſuo colore infecit.

Porro veſicam infantis lotio diſtentam reperiri nemini mirum eſſe poteſt, quia ex omni, tam Medicorum, quam Philoſophorum ſententia, lotium habetur pro excremento ſecundæ concoctionis: quacunque itaque ratione nutriatur infans, ſive ſanguine, ſive lacte, & albicante ſucco, nutrimentum tamen tam purum eſſe non poteſt, quin illud excrementum adhuc in illo redundet. Non habeo itaque multum fiduciæ in argumento illo *Hippocratis* in Tractatu de *natura pueri*; quo vult probare infantem in utero ſugere, quia habet ſtercus in inteſtinis, quam primum in lucem editur. Exiſtimo enim quemadmodum lotium eſt excrementum ſecundæ concoctionis; ſic non exiguam partem fæcum, quæ in inteſtinis inferioribus repetiuntur, conſtare ex excrementis ſecundæ concoctionis: perque arterias & vas virſungianum in inteſtina evacuari. Supererat agere de partu: ſed cum nihil ſuper ea re dicendum habeam, quod à doctis in medium allatum non ſit; ſuperſedebo de eo agere: atque ita huic Tractatui finem impono. Cordatorum & doctorum virorum judicio hæc meaque

ſubji-

quorum arbitrio lubens ſtabo : cum ſophiſtis, & quorum ue induſtria intra contortulas captiones ſtat ; ſemperque majori iactantia quam opera reperiuntur, nihil mihi negotii eſt.

# INDEX CAPITUM TRACTATUS
## *De Liene.*


UT I. *De Naturali Lienis conſtitutione; ejuſque proprietatibus.* 1221

. II. *De Cibis atque ſaporibus; & ea occaſione de ſapore acido; & natura partium mercurialium, ſulphurearum, & ſalinarum.* 1234

. III. *Propius exponens Lienis uſum.* 1241

p. IV. *Compendioſa collectio morborum Lienis, eorumque cauſarum expoſitio.* 1245

p. V. *Continet apparatum ad faciliusintelligendam naturam febrium.* 1250

ap. VI. *De Febribus; & ſpeciatim quartana.* 1259


# INDEX CAPITUM TRACTATUS
## *De Generatione.*


CAPUT. I. *De Generatione in Genere.* 1273

Cap. II. *De Semine in Genere.* 1276

Cap. III. *In quo conſiſtat formalis ratio ſeminalis virtutis.* 1285

Cap. IV. *Operationes in brutis non proficiſci ab anima, à corpore, natura proprietate, diſtincta.* 1298

Cap. V. *Quare quædam animalia certis anni tempeſtatibus coëant.* 1307

Cap. VI. *De Semine in ſpecie, ejuſque proprietatibus.* 1318

Cap. VII. *De Coitu.* 1328

Cap. VIII. *De Formatione fœtusi utero.* 1335

Cap. IX. *Succinctam Hiſtoriam formationis pulli ex ovo continens.* 1339

Cap. X. *De Sanguinis colore, & unde oriatur?* 1350

Cap. XI. *De aliis notatu dignis, quæ infanti adhuc utero concluſo, eveniunt.* 1351

Cap. XII. *De Excrementis, quæ in fœtu, nondum excluſo, reperiuntur.* 1356

TRACTA-

# T R A C T A T U S

D E

# ULTU NATURALI,

*E T*

# ORIGINE MORALITATIS.

*Oppoſitus Tractatui Theologico-Politico, & Operi Poſthumo B.* ***D. S.***

HA

Senat

adi

LA

*Viro Illuſtri & Ampliſſimo*

# HADRIANO PAETS,

enatori Rotterodamenſi : & nuper ad invictum HISPANIARUM Regem Legato extraordinario,

S. P. D.

LAMBERTUS à VELTHUYSEN.

*INter res maxime deſideratas, quibus animum ſemper paſco, & ab omni curarum & moleſtiarum, quæ huic vitæ ſolent intervenire, triſti abduco cogitatione, nulla eſt mihi deſideratior & præſentior, quam illa veteris, quæ diu inter nos interceſſit, amicitiæ fides; ac ſuaviſsima illius recordatio. Plurimis ab annis nos conjunxit virtutis & veritatis amor. Semper à quo mihi cognitus es, ſuſpexi ego tuam gravitatem, prudentiam, perſpicacitatem ingenii, vim judicii acerrimi, dicendi, & quæ pulchre cogitaſti diſerte ornateque explicandi copiam, rectoſque in diſciplinis ſenſus: tu viciſſim de me meoque bene de publico merendi ſtudio non ſolum bene ſentiebas,*

*ſed*

*ſed ubicumque tulit occaſio, quod mihi teſtatiſſimum eſt, honeſte loquebaris. Hinc ſanctiſſimum amicitiæ fœdus olim inter nos initum eſt, cujus & auſpex fuit & conſervatrix magna animorum ac ſententiarum de ſapientiæ ſtudiis, ac pleriſque rebus aliis ſocietas & conſenſio. Hæc tam arcte nos conglutinavit, ut tu nihil prætermiſeris in me omni officiorum genere complectendo; ego vero in te amando nulli conceſſerim partes priores, licet vel neceſſitudine vel longi temporis uſu tibi videatur eſſe conjunctior. Nulli fuerunt noſtri congreſſus, qui non multis modis mutuam inter nos benevolentiam, quæ augeri non poſſe videbatur, auxerint. Te nunquam vidi, quin audierim tuas de re communi Chriſtianorum graviſſimas & ſapientiſſimas ſententias; nec tu improbabas meam & inveſtigandi & tuendi veri voluntatem. Dolebamus multos, nec improbos, nec ſtupidos homines à vero Dei cultu alienari argumentis* Spinozæ, *quæ ſi non examinentur & excutiantur accuratius, videntur veri ſpeciem præ ſe ferre: tantum ſane pulveris concitarunt, ut verum à multis videri non poſſet. Ægre ferebamus impune impietatem exultare, & quaſi triumphare: quia dum plerique, qui ſibi commiſſam ſpartam defendendi Chriſtiani nominis decus æſtimant, & jactant, in caſtellis oppugnandis occupantur, arx intacta relinquitur. Itaque cum intelligeres me his peſtilentibus opinionibus refellendis animum applicuiſſe, non ſolum auctor mihi fuiſti ut hanc operam Chriſtianæ religioni, neglectis aliarum rerum curis navarem, & calcar currenti admoviſti: ſed & multis argumentis, que me alioſque fallebant, me pro tua ſagacitate*

inſtruxiſti cum de his ſermones ſereremus, ex quibus me
profeciſſe multum nunquam non teſtabor, ut vel hoc
e tibi iſta debeatur diſſertatio, in qua non pauca legun-
uæ ex te audivi; & mihi ad ingeniorum iſtorum laſci-
um, ut molliſſime dicam, ſpinoſas argutias rejiciendas
prætulerunt, cum te nullæ eorum latebræ fugerent. Sed
amen non fuit potiſſima cauſa hanc diatriben tuo inſcri-
Nomini: ſed quia valde cupiebam extare publicam quan-
ſignificationem, tamquam monumentum quoddam perpe-
noſtræ amicitiæ ſanctè cultæ, quam nulla temporum, nul-
ominum injuria unquam labefactabit. Nec tu alio animo
d munuſculum, quod nunc mitto, pignus certiſſimum pro-
æ meæ in te voluntatis, excipies, credo. Vale, & ut ſo-
, ama. Trajecti ad Rhenum Kal. Feb. 1680.

# PRÆFATIO ad LECTOREM.

*Benevole Lector,*

TRactatus de cultu naturali, & fundamentis moralitatis ante aliquod tempus fuit à me inchoatus, quamvis nunc tandem perfectus. Ut primum conſpexi & evolvi librum, cui titulus Tractatus Theologico-Politicus, cœpi impetum meditandi aliquid, quo pernicioſa dogmata, quæ illo libro comprehenduntur; & qui comparatus erat ad ea inſtillanda hominum animis, quæ omnem religionem & pietatem ipſis eripiunt, poſſem convellere: fitque id ab Auctore tam callide & aſtute, ut prorſus æſtimarem rem dignam facultate hominis Chriſtiani in refutando illo libro operam ponere. Cum ad hoc jam laborarem, in eoque eſſem, multa alia, quæ pietatem ſuffodunt, & à diverſis, ſive per imprudentiam, ſive per malitiam defenduntur, inter meditandum mihi in mente oriebantur, quæ tacita prætereunda non putavi, ſed una opera ea, quantum ingenii vires (quas admodum mediocres in me eſſe cognoſco) ferrent, evertere decrevi. Et ideo Lectorem admonitum volo, ne arbitretur omnia, quæ in hoc Tractatu oppugnantur, ab Auctore Tractatus Theologico-Politici profecta eſſe, ſed me etiam ea ad examen vocaſſe, & disjicere conatum, quæ impedire poſſent, ne ea, quæ de cultu naturali, & principiis moralitatis à nobis traduntur, minus fidem invenirent. Qui cognoſcit ſententiam *Spinozæ*, ille quemadmodum ſua induſtria facile intelliget, quid inter *Spinozæ* & aliorum doctrinam interſit, ita illi in promptu erit intelligere, quæ argumenta quibus erroribus refutandis adornata ſint. Poſtea prodiit ſecundus Tractatus & Poſthumus *Spinozæ*: in quo palam & levato velo aperit ſententiam ſuam de Deo & moralitate; quæ duo (in quibus tamen omnis religio vertitur) reipſa tollit, quamvis oratione relinquat. Talem enim Deum, talemque moralitatem nobis deſcribit & exhibet, ut nec religioni nec virtuti ſua conſtet ratio: omnia, tam Deum, quam homines fato & neceſſitati ſubjiciens; & ab utriſque voluntatem & libertatem arbitrii tollens: facitque id tali methodo, tantaque

verſu-

›. ut mirer malitiam hominis ad id eniti potuiſſe: & ſæpius occurrat
num aliquis malus genius ei illa cogitata injecerit. Si itaque cauſa juſta
uare Tractatus Theologico-Politicus refelli debuit, cauſa multo ju-
ſtit in illo Opere Poſthumo *Spinozæ*. Et me ſçpe miratio tenuit, cum
:ores inter ſe de lana caprina digladientur: totamque ætatem in litibus,
abituris triumphos, degant, quod nullus ſe hactenus obtulerit, qui
ori refutationem aggrederetur. Doctis itaque, & qui imperium in
s & diſciplinis affectant, ceſſantibus, non mihi vitio vertendum pu-
i veritatis & religionis ſtudio ductus, advolarem ad propugnandam
, per quam Auctor ſibi viam molitur, & re ipſa in multorum animis
nivit, ad non tantum labefactandum, ſed funditus tollendum omnem
& religionem. Neque tamen hoc ita inſtitui, ut ſingula iſtius Tracta-
utanda ſuſceperim, aut ordinem, quem ille tenuit, imitatus fuerim.
enim ex omnium, qui in his rebus aliquid intelligunt, judicio ſupervacane-
ſt. Primis enim fundamentis, quæ Auctor in Opere poſthumo jacit, ſubru-
reliquum ædificium ultro labaſcit: & ita eſſet hominis otio abutentis,
hinam ad depulſandum ædificium, ultro caſurum adhibere. Ordinem
perſequi non potui: quia aut admodum jejuna fuiſſet tractatio & diatribe,
multa dicenda fuiſſent, quæ ad rem non attinent: disjectis enim primis
ctoris poſitionibus, reliquarum refutatio non magnum fructum, & mul-
n tædii Lectori attuliſſet. Præterquam quod multa, quæ moralitatem ſpe-
ant, alieno loco mihi dicenda fuiſſent; & quæ jam convenientius per me-
odum, quam obſervavi, ſuo loco dicuntur: & quæ tamen hujuſmodi ſunt,
ea rectè præterire non potuerim, ſi inſtituto ſatisfacere voluiſſem: quod
ſt fundamenta vera cultus naturalis & moralitatis tradere. Ne tamen Lector
iu hæreret in cognoſcenda *Spinozæ* ſententia; & ne ego ad multas digreſſio-
nes in exponenda per occaſionem *Spinozæ* ſententia divertere neceſſe haberem,
putavi ex uſu futurum, ſi in veſtibulo hujus Tractatus Auctoris ſententiam
exponerem; & ſimul contractam reſponſionem & refutationem ſubjunge-
rem; ut ita Lector majori cum utilitate, & jucunditate verſaretur in lectione
hujus Tractatus: & pariter munitus eſſet contra doctrinam Auctoris; nec
ejus vagaretur animus, haberetque quo ſe conferret, ſi quædam in Tractatu of-
fenderet, quæ non ſatis alte & à primis principiis eſſent repetita.

Interea lubenter fateor nonnullos viros, pietate & doctrina inſignes, æſti-
mare ſententiam *Spinozæ* ab ipſo Auctore obſcure traditam; & à qua ideo Chri-
ſtianiſmo tantum periculi creari non poteſt, potius ſuis tenebris involutam
relinquendam fuiſſe, quam expoſitione aliquam lucem illi afferendam. Sed ego
non capio quo pacto æſtimari poſſit aliquem Adverſarii errores rectè refelliſſe,
qui non dilucide tradit ſententiam, quam oppugnat. Quis judicabit aliquem
rectè

recte in ſcopum collineaſſe, ſi ignoret quo ictum jaculator intenderit. Neque *Spinozæ* ſententia in tanta obſcuritate latet, ut quidam arbitrantur: ſed illa ex libris Auctoris, & præſertim ex ſermonibus ſectatorum *Spinozæ*, ita permanavit ad multos; & præſertim juventutem tantopere infecit, ut proh dolor, in multorum animis hæreat; & ſermonibus oſtendatur. Et quamvis non admodum multi Auctoris argumentorum ſeriem perſequi valeant, hinc inde tamen ea collegerunt, quibus ſe & alios in impiam fraudem & Atheiſmum induant: quod mihi uſu compertum eſt. Reliquum itaque erat Auctorem non refutare, & tantum contemptu vindicare & deſpicatui ducere. Sed quo pacto illud conſilium valere poteſt, ubi Auctor tantam plagam orbi Chriſtiano imponit? Non itaque hic ceſſare debet Chriſtianorum zelus. Et utinam aliquis Litteratorum ſpem refutationis iſtius Libri dediſſet, lubentiſſimè (conſcius meæ tenuitatis) ab hoc opere abſtinuiſſem: quod recte an male ſuſceperim, judicio Lectoris permitto: in omnem eventum me conſolaturus officii conſcientia; & quod nullo alio pretio, quam veritatis ſtudio adductus, rem aggreſſus ſim.

TRACTA-

2..3.193



# TRACTATUS DE CULTU NATURALI, ET ORIGINE MORALITATIS.

## Cap. I.

*Continens contractam & brevem expoſitionem ſententiæ* Spinozæ *de Deo; de Mente humana; & fundamentis Moralitatis.*

Docet *Spinoza* unam tantum poſſe eſſe ſubſtantiam, eamque neceſſario exiſtere: affectamque eſſe infinitis attributis: quorum tamen tantum duo nobis nota ſunt, attributum *extenſionis*, & attributum *cogitationis*.

Contendit autem inde probare unam tantum eſſe poſſe ſubſtantiam, I. Quia non poſſunt exiſtere duæ ſubſtantiæ unius ejuſdemque attributi. Per attributum intelligit id, quod intellectus de ſubſtantia percipit tamquam ejuſdem eſſentiam conſtituens.

II. Quia ſubſtantia unius attributi non poteſt producere ſubſtantiam alterius attributi: nam eorum inter quæ nulla eſt cognatio, unum alterius cauſa eſſe non poteſt: nam ſi tale quid fieri poſſet, tunc duorum attributorum, quæ nullam cognationem inter ſe habent, unum per alterum cognoſceretur; quia effectus per cauſam cognoſcitur: at per ſe manifeſtum eſt, duorum attributorum inter ſe nullam affinitatem habentium, unum per aliud non poſſe cognoſci: ergo ſubſtantia unius attributi non poteſt producere ſubſtantiam alterius attributi. At datur tantum una ſubſtantia unius attributi: ergo tantum una dari poteſt ſubſtantia.

III. Omnis modus eſt ordine naturæ poſterior ſubſtantia, cujus eſt modus: (cognoſcit autem Auctor tantum duo entia, ſubſtantiam & modum) & ideo quoniam ſubſtantia attributo extenſionis affecta, eſt prior omnibus ſubſtantiæ extenſæ modis: ideo etiam illi modi, qui ſuis formis à ſeinvicem diſtinguuntur, & propterea *numerum* faciunt, cauſæ eſſe non poſſunt pluralitatis ſubſtantiæ extenſæ. Eadem argumentatione Auctor utitur reſpectu ſubſtantiæ attributo cogitationis affectæ. Et inde conficit primo: omnes cogitationis modos eſſe in una & ſimplici ſubſtantia cogitante, & omnes extenſionis modos pariter eſſe in una ſimplici ſubſtantia extenſa: ſive conſiderata ut affecta attributo extenſionis. Vult enim unam tantum eſſe ſubſtantiam duobus attributis extenſionis & cogitationis affectam.

Docet

Docet præterea illam ſubſtantiam neceſſario eſſe infinitam: quia ſi non eſſet infinita, deberet limitari per aliquod attributum ejuſdem ſubſtantiæ: at quia non dantur plures ſubſtantiæ unius ejuſdemque attributi, aut naturæ, ideo ſubſtantia per illud attributum limitari non poteſt; aut per illud attributum ab alia ſubſtantia ejuſdem attributi diſtingui: diſtingueretur enim à ſe ipſis per ſeipſas. Et quia attributum id eſt, quod intellectus de ſubſtantia concipit, tamquam ejus eſſentiam conſtituens: ergo quale eſt attributum, talis eſt ſubſtantia: at attributum eſt infinitum, ergo ſubſtantia cujuſque attributi eſt infinita.

Quia autem ſubſtantia unius attributi non poteſt produci à ſubſtantia alterius attributi, omnis ſubſtantia, quæ exiſtit, à ſe eſſe debet; & ideo debet eſſe de ejus *natura*, quod exiſtat: idque neceſſario. Et ideo omnis ſubſtantia eſt æterna. *Ad ejus enim naturam pertinet exiſtere.*

Docet porro, quod, quo plus realitatis unaquæque res habet, eo plura attributa ipſi competunt. Dicitque id patere ex Definitione quarta, quæ ſic habet. *Per attributum intelligo id, quod intellectus de ſubſtantia percipit, tamquam ejus eſſentiam conſtituens.* At quia unaquæque ſubſtantia per ſe concipitur & non quemadmodum modus, qui non concipitur niſi cum & per ſubſtantiam: & quia attributum nihil aliud eſt, quam quod intellectus de ſubſtantia percipit tamquam ejus eſſentiam conſtituens, ſequitur inde quod etiam unumquodque attributum per ſe concipi debeat. Quamvis itaque intellectus in aliqua ſubſtantia percipiat plura attributa: (quia ſicut unum attributum per alterum non cognoſcitur, ita intellectus in una illa ſubſtantia non poteſt non plura attributa concipere: cognoſcit enim attributum cogitationis & extenſionis) quamvis inquam itaque illa perceptio intellectus de pluralitate attributorum eſt verus, non ſinit tamen Auctor nos per pluralitatem attributorum inferre pluralitatem ſubſtantiarum. Quia, quemadmodum eſt de natura ſubſtantiæ, quod unumquodque attributorum ejus per ſe concipiatur, quia unum alterius cauſa non eſt: ita de eorum attributorum, *cogitationis* & *extenſionis* ſc. natura eſt, quod *ſimul* in ea ſubſtantia ſemper fuerint, & unumquodque realitatem ſubſtantiæ exprimat. Concludit itaque quandoquidem iſtæc duo memorata attributa in una eademque ſubſtantia reperiantur, nec unum alterius cauſa ſit, ſed utraque eſſentiam ſubſtantiæ exprimant, illam ſubſtantiam ita perfectam eſſe ſua natura, ut illa duo attributa, ut & infinita alia, ejus naturam conſtituant.

Cum Auctor ſatis provideret Lectorem ex pluralitate attributorum ſubſtantiæ, quæ ſingula eſſentiam ſubſtantiæ exprimunt, concluſurum pro pluralitate ſubſtantiarum potius, quam pro unitate ſubſtantiæ, duobus attributis nullam cognationem inter ſe habentibus affectæ: quia videtur nullum notius & evidentius ſignum dari pluralitatis ſubſtantiarum, quam attributorum nullam affinitatem inter ſe habentium pluralitatem. Ut *Spinoza* hanc difficultatem tolleret, mittit Lectorem ad propoſitiones, quibus putat ſe probaſſe unam tantum ſubſtantiam exiſtere; eamque abſolute infinitam eſſe: & ideo id fruſtra quæri, quare nempe tam *manifeſtum* non ſit pluralitatem attributorum importare pluralitatem ſubſtantiarum, quam manifeſtas eſſe præſupponit ſuas propoſitiones, quibus probat unitatem ſubſtantiæ. At quia iſtæ propoſitiones mihi nuſquam comparent, nullam etiam explicationem iſtarum propoſitionum dare poſſum. Et mihi exploratum, hic Auctorem aquam hærere; nec illum unquam quicquam in medium laturum, quo oſtendat plus evidentiæ & firmitatis eſſe in ſuis argumentis, quibus probat unitatem ſubſtantiæ, quam lucis & ſoliditatis eſt in argumento, quo ex pluralitate attributorum concluditur pro pluralitate ſubſtantiarum.

nfert porro Auctor illam unicam ſub-
ntiam conſtantem infinitis attributis, orum unumquodque æternam & infinin eſſentiam exprimit, *exiſtere*: eamque ſtantiam *Deum* vocat. Conficitque in Deum *unicum & æternum neceſſario exiſ*re; tum quia ejus eſſentia involvit exientiam: cum etiam quia *poſſe non exiſtere* npotentia eſt; & poſſe exiſtere potentia. i itaque ea, quæ jam neceſſario exiſtunt, nonniſi entia finita ſunt: ſunt ergo entia finita potiora ente infinito: atque hoc (ut per ſe notum eſt) abſurdum eſt. Ergo vel nihil exiſtit, vel ens *infinitum* neceſſario quoque exiſtit. Tertio, quo plus realitatis rei competit, eo plus virium habet ut exiſtat: & ideo Deus ſive ens abſolute infinitum, infinitam abſolute exiſtendi potentiam ex ſe habet: exiſtit itaque abſolute neceſſario. Eſt autem hic ſermo de rebus, quæ à nulla cauſa externa produci poſſunt: ſed quæ perfectione ſuæ naturæ exiſtunt. Res enim, quæ à cauſis externis fiunt, quicquid perfectionis habent, id omne virtuti cauſæ externæ debetur. Contra quicquid Deus perfectionis habet, nulli cauſæ externæ debetur: quare etiam ejus exiſtentia ex ſola ejus natura ſequitur.

Quarto: quicquid exiſtit, ejus neceſſario cauſa dari debet, quare exiſtit; & ſi non exiſtat, debet etiam dari cauſa quare non exiſtat. Quod v. gr. *triangulus* exiſtere poſſit, *circulus quadratus* non poſſit exiſtere, id ab intrinſeca cauſa, ſive à ratione utriuſque eſt, qua res una eſt poſſibilis, altera impoſſibilis & contradictionem implicans. Porro, quod triangulus exiſtit, aut non exiſtit, ejus etiam cauſa dari debet: & illius cauſa petenda ex ordine univerſæ naturæ corporeæ; cujus ordinis cauſa triangulus jam neceſſario exiſtit: vel impoſſibile eſt quod jam exiſtat: quia quandoquidem omnia neceſſario, & ſecundum certas & determinatas regulas in natura fiunt; neceſſario alterutrum fieri debet. Quod itaque triangulus exiſtit, id eſt, vel quia talis eſt ejus natura, ut vi ſuæ naturæ, quatenus illa exiſtentiam involvat, exiſtat: vel id externæ cauſæ tribuendum. Non exiſtit triangulus vi ſuæ naturæ, ergo ejus exiſtentia tribuenda cauſæ externæ. Hæc per ſe nota ſunt. Ex quibus ſequitur, id neceſſario exiſtere, cujus nulla ratio aut cauſa datur, quæ impedit, quominus exiſtat: ergo danda cauſa, quæ impediat Deum exiſtere: eritque illa cauſa aut interna, aut externa. Si interna: tunc Dei natura contradictionem involvit; quemadmodum circulus quadratus contradictionem importat: at hoc de ente infinito & abſolute perfecto affirmare abſurdum eſt. Erit ergo cauſa externa, quæ non eſt ejuſdem naturæ cum Deo: eſſet enim alioquin illa cauſa ipſe Deus: erit ergo alterius naturæ, & quæ nihil cum Deo commune habet; & ideo Dei exiſtentiam nec tollere nec ponere poteſt. Duæ enim ſubſtantiæ diverſa attributa habentes, nihil inter ſe commune habent.

Voluimus quatuor hæc argumenta *Spinozæ* pro exiſtentia Dei ſui, hic adjungere, quia tria priora recte ſe habent: non quidem ex principiis *Spinozæ*; qui ex natura ſubſtantiæ, ejusque perfectionibus, exiſtentiam Dei ſui probat; ſed ex perfectionum abſolutarum natura, quæ enti infinite perfecto competunt, quæque per ſe cognoſcuntur: non minus, quam *Spinoza* per ſe cognitum eſſe docet: *majoris perfectionis eſſe, poſſe exiſtere, quam non poſſe exiſtere: infinitum perfectius eſſe finito: quo plus realitatis alicujus naturæ rei competit, eo plus virium habet ut à ſe exiſtat.* Sed de his in reſponſionibus. Quartum argumentum in uſum referri non poteſt: probata enim creationis poſſibilitate, evincitur falſitatis ſecunda Propoſitio, qua nititur quartum argumentum: quæ propoſitio hæc eſt. *Duæ ſubſtantiæ diverſa attributa inter ſe habentes, nihil inter ſe commune habent; & ideo una alterius cauſa eſſe non poteſt.* Quaſi à ſub-

à ſubſtantia attributo cogitationis tantum affecta, ens extenſum produci non poſſet.

Probata itaque exiſtentia Dei ſui, pergit *Spinoza* ad probandum à ſe Deo nihil indignum attribui, quod ipſum profiteatur *extenſum*; aut eſſe ſubſtantiam attributo extenſionis affectam: quia illud attributum inquit, neque Dei unitatem, neque ejus perfectionem tollit. Nullum enim, ex Auctoris ſententia, ſubſtantiæ attributum poteſt dividi; & ideo tuetur extenſionem eſſe rem ſimpliciſſimam, indiviſibilem & infinitam. Si enim daretur aliquod attributum ſubſtantiæ, per quod ſubſtantia conſiderari poſſit ut diviſibilis, ſequeretur inde unamquamque partem iſtius ſubſtantiæ debere eſſe infinitam: eſſe à ſe: darentur plures ſubſtantiæ unius attributi: & ita res divideretur per ſeipſam: quamvis nullæ omnino notæ differentiæ in *toto* ſimplici non tantum non exiſtant, ſed ne cogitatione quidem fingi poſſint. Ergo ſubſtantia, v. gr. ſub attributo extenſionis conſiderata, non eſt *diviſibilis*. Inde conficit nullam ſubſtantiam corpoream, quatenus ſubſtantia eſt, diviſibilem eſſe: hoc eſt, attributum extenſionis non conſtituere ſubſtantiam, quæ attributo extenſionis affecta eſt, diviſibilem: *corpora* autem (per corpus autem non intelligit ſubſtantiam extenſam, ſed modum extenſionis) diviſibilia eſſe, non per extenſionem: quia extenſio non eſt de natura corporis, ſed per modos, qui naturam corporis ſolummodo conſtituunt.

Præter Deum itaque, inquit *Spinoza*, nulla dari aut concipi poteſt ſubſtantia. Deus ideo non tantum eſt *unus*, ſed *unicus*: quia plures Deos dari repugnat.

Hæc una ſubſtantia conſiderata ſub attributo extenſionis, eſt cauſa proxima & immanens omnium corporum, non quatenus illa ſubſtantia infinito extenſionis attributo affecta eſt: (nam infiniti attributi reſpectu, nil niſi infinitum ab infinito, legibus naturæ ſuæ agente, produci unquam poteſt) ſed quia illa diverſis modis extenſionis eſt affecta; qui modi exprimunt infinitum attributum extenſionis, & ejus conceptum involvunt: & qui modi per ſe non cognoſcuntur, ſed per illam ſubſtantiam attributo extenſionis affectam; quia per ſe cognoſci eſt tantum ſubſtantiæ proprium. Et prius cognoſcimus ſubſtantiam, quam modum; quamvis *naturam* ſubſtantiæ non cognoſcamus, niſi per modum: involvunt enim modi conceptum ſubſtantiæ. Et ita Deus cognoſcitur in ſuis effectis: vel potius naturam naturatam cognoſcimus in Deo; quatenus modi cogitationis & extenſionis duo infinita Dei attributa cogitationis & extenſionis exprimunt.

Per corpus autem (ſicut jam diximus) non intelligit extenſionem, ſive ſubſtantiam extenſam, (negat enim de natura & eſſentia corporis eſſe, quod ſit ſubſtantia extenſa) ſed extenſionis *modum*. Et hæc corpora illi ſunt *natura naturata corporea*; & horum cauſa proxima eſt ſubſtantia illa infinita ſub attributo extenſionis conſiderata: quæ quidem eſt extenſa, ſed non tamen eſt corpus; quia corpus vocat non *extenſionem, ſed modum* extenſionis. Et ita Deum ſuum extenſionis attributo affectum agnoſcit: *corporeum* tamen aut corpus eſſe negat.

Eadem illa ſubſtantia conſiderata ſub attributo *cogitationis*, eſt etiam eodem modo cauſa proxima & immanens diverſorum modorum cogitationis: ita ut ſinguli cogitationis modi (qui modi ſunt ideæ) diverſi ſint, quatenus ideæ, quæ ſemper objective complectuntur ſuum ideatum, ſive ideæ objectum, diverſæ ſunt propter diverſitatem objecti ſive ideati: & hæ tamen ideæ non habent pro cauſa ideatum: hoc eſt, modus extenſionis non eſt cauſa ideæ, cujus extenſionis modus eſt objectum, aut ideatum; ſed illius ideæ cauſa eſt ſubſtantia illa unica,

&

lex, quatenus ſc. attributo cogi-
s eſt affecta: & vice verſa, idea
gitandi modus non eſt cauſa alicujus
quod extenſionis modum invol-
uia tunc modorum attributorum,
ullam cognationem inter ſe habent,
lterius cauſa eſſet. Quod fieri poſſe
Spinoza. Et ita mens non agit in
as, nec corpus in mentem: & nihil
natura naturata corporali, quod ac-
tum ferri debeat menti: & vice verſa,
il evenit in natura naturata cogitativa,
od corpori tribui poſſit.

Hæ ideæ ſunt modi illius ſubſtantiæ co-
tantis: ſive illius ſubſtantiæ ſub attri-
uto cogitationis conſideratæ, ejuſque
onceptum involvunt: neque ſunt ſub-
antiæ, aut modi alicujus ſubſtantialis
entis ab illa unica ſubſtantia diſtinctæ,
ed ſunt modi unius illius ſubſtantiæ cogi-
antis: quemadmodum corpora non ſunt
*xtenſio*, ſive ſubſtantia extenſa, ſed *modi*
xtenſionis. *Subſtantia* enim non eſt de
eſſentia mei corporis, aut meæ mentis,
ſed tota corporis & mentis natura in natura
*modi* abſolvitur: nec quicquam præterea
realitatis continet. Et ita ſubſtantia illa
infinita attributo cogitationis affecta eſt
cauſa omnium *mentium*.

Et quemadmodum complexus & aggregatio quorundam modorum extenſionis certo modo ad ſeinvicem relationem habentium, conſtituunt corpus in certa claſſe, genere & ſpecie corporum; ita tamen ut tota corporis natura tantum conſiſtat in complexu illorum modorum, non autem ipſa ſubſtantia attributo extenſionis affecta, corporis naturam aut ejus partem conſtituat: ita congregatum quarumdam idearum ſive modorum cogitationis certam ad ſe invicem, & ad aliquod tertium, nempe corpus aliquod relationem habentium, conſtituit *mentes ſingulares*: & ideo quamvis una mens ab alia mente non differat ſubſtantia, tamen una mens ab alia modis differt. Et propterea una mens alterius mentis ideas, quamvis extenſione & partibus careat, non poteſt cognoſcere, quia forma ideæ unius differt à forma alterius ideæ. Si itaque una mens cognoſceret ideas alterius mentis, deberet forma unius ideæ eadem eſſe cum forma alterius ideæ: at jam ponitur hoc non eſſe; quia præſupponitur dari diverſos cogitandi modos, quemadmodum dantur diverſi extenſionis modi. Et quemadmodum unum corpus non poteſt eſſe aliud corpus, quando modi ſunt diverſi, (per quam diverſitatem pluralitas corporum oritur) ita una mens non poteſt eſſe alia mens, quia formæ idearum ſunt diverſæ: & quia forma ideæ, ideam ipſam conſtituit; & mens noſtra tantum eſt aggregatum quoddam idearum certam relationem ad ſe invicem, & ad aliquid tertium, nempe corpus quod informant, habentium, non magis una mens alterius mentis ideas cognoſcere poteſt, quam una mens alterius naturam conſtituere.

Nec deſinit mens eſſe *una*, quamvis ſingulis momentis cogitandi modi pereant & tranſeant, quia conſtat ad unitatem individui in natura conſtituendam ſufficere, quod aggregatum modorum quorumdam eodem modo ſe habentium maneat, quamvis non maneant modi ſingulares: ſicut omnes docent, unum idemque numero corpus vivens manere, quamvis ſingulis momentis partes quædam diſcedant & novæ accedant.

At quemadmodum illa ſubſtantia duobus illis attributis infinitis extenſionis & cogitationis affecta, nullibi eſt ſine ſuis attributis, ita datur cujuſcunque rei idea, cujus ideæ Deus, ſub attributo cogitationis conſideratus, eſt cauſa proxima & immanens: quemadmodum eſt talis cauſa ideati, ſive objecti ideæ; hoc eſt, corporis, quatenus Deus ſub attributo extenſionis conſideratur. Nam ipſa mentis idea in ſe conſiderata, ſine relatione ad ideatum, aut ad objectum, nihil differt, ex Spinozæ ſententia, ab ipſa mente. *Sic idea mentis & mens unum & idem ſunt: &* revera

*revera idea mentis ſive idea ideæ nihil eſt quam forma ideæ, quatenus ut modus cogitandi, abſque relatione ad objectum conſideratur. Mens unita eſt corpori, quia corpus mentis objectum eſt; & propter eandem rationem idea mentis unita eſt menti: imo mens & mentis idea una eademque res eſt, quæ ſub uno eodemque attributo cogitationis concipitur. Corpus & mens unum & idem eſt individuum, quod jam ſub extenſionis, jam ſub cogitationis attributo cognoſcitur.* Quia quandoquidem una datur ſubſtantia infinita, quæ ubicumque eſt, ſemper affecta eſt duobus illis attributis extenſionis & cogitationis: corpus & mens quantum ad illam ſubſtantiam unum & idem ſunt, ſed tamen modis attributorum extenſionis & cogitationis diſtincta. Et ita ab una illa ſubſtantia, ſed duobus attributis cogitationis & extenſionis affecta, manat natura naturata, compoſita ex corporibus & mentibus, hoc eſt, ex modis extenſionis & cogitationis. Et hæc una ſerie à duobus illis attributis profluunt; ipſis attributis nullam inter ſe communionem habentibus, neque in ſe mutuo quicquam operantibus. Dicitque hoc *Spinoza* congruenter ſuis principiis, quia una & unica illa ſubſtantia, quæ *Spinozæ* Deus eſt, vi ſuæ perfectionis duo illa attributa poſſidet; neque ſicut illius ſubſtantiæ unum attributum alterius attributi cauſa eſt, ita iſtorum attributorum operationes, & effectus nihil inter ſe commune habent: ſed ſingulæ ſua ſerie & ordine ab illa una ſubſtantia procedunt.

Ex quibus Lector (ut hoc obiter moneam) intelligit, quid *Spinoza* velit per unionem mentis cum corpore: non unionem *ſubſtantiæ alicujus cogitantis*, & ab alia ſubſtantia cogitante diſtinctæ, cum *ſubſtantia corporea*, etiam ab aliis ſubſtantiis corporeis diſtincta: ſed modum ſubſtantiæ (quæ una & ſimplex in ſe, ſed attributis infinitis cogitationis & extenſionis affecta) conſideratæ ſub attributo cogitationis, unitum cum modo ejuſdem ſubſtantiæ, conſideratæ ſub attributo extenſionis in una eademque illa ſubſtantia: quæ una & ſimplex, nunc ut cogitans, nunc ut extenſa conſideratur: ita illi duo modi unum & idem ſunt, corpus hominis & mens hominis; ſed illud unum & idem conſideratum ſub *attributo extenſionis corpus* vocatur; & ſub *attributo cogitationis mens*. Et ideo *Spinoza* culpat *Carteſium*, quod conjunctionem mentis cum corpore non explicuerit per proximam cauſam: Deo illam aſſignans, qui eſt cauſa remotior. At *Spinoza* eam conſtituit in unione ideæ & ideati in una illa ſubſtantia.

Ex quibus etiam jam manifeſtum eſt, *Spinozam* omnibus individuis aſſignare mentem, quamvis gradibus perfectionis diſtinctam: mens enim in genere illi nihil aliud eſt, quam idea affectionis cujuſcunque corporis; quæ affectio corporis eſt ideatum iſtius ideæ ſive mentis. Menti tamen humanæ tribuit quaſdam ideas, quarum corpus ſive modificatio extenſionis non eſt ideatum; & iſtarum idearum cauſa & reſpectu, mentem hominis immortalem ſtatuit: quia, deſtructo humano corpore, manent illæ dictæ ideæ; quia mens, iſtarum idearum reſpectu, nihil ſui corporis pro ideato habet. *Spinozam* autem omnibus individuis tribuere mentem, non tantum elicitur ex ejus poſitionibus, ſed etiam expreſſis verbis id docet. *Cujuſcunque rei datur idea, cujus cauſa eſt Deus: & ideo omnia individua diverſis gradibus animata ſunt; cujus Deus eſt cauſa eodem modo ac humani corporis (hoc eſt mentis humanæ) ideæ eſt cauſa.* Et alibi. *Quamvis itaque unumquodque individuum ſua, qua conſtat natura contentum vivat, eaque gaudeat vita: tamen illa vita, qua unumquodque eſt contentum, & ipſum illud gaudium nihil aliud eſt, quam idea ſive anima cujuſque individui.* Et his principiis inſiſtens docet: *Quidquid in objecto cujuſcunque ideæ contingit, ejus rei datur neceſſario in Deo cognitio; quatenus ejuſdem objecti idea affectus conſideratur: hoc eſt, quatenus mentem alicujus*

alicujus

ſ *rei conſtituit. Quicquid igitur in idea*
*am mentem conſtituente contingit,*
*tur neceſſario in Deo cognitio: quate-*
*uram humanæ mentis conſtituit. Hoc*
*us rei cognitio datur neceſſario in men-*
*e eſt, mens intelligit.* Ita ut ab hac
one dependeat ſingulorum individu-
Dei cognitio: quatenus datur omni-
ngularium rerum idea, quæ eſt mo-
ntelligendi, ſive ipſa intellectio ali-
s rei, (per ideam enim in mente non
elligit Auctor *picturam aliquam mortuam*
*nente, ſed ipſum intelligere,* idque recte)
æ ſubſtantiam, quatenus eſt res cogi-
ns, certo & determinato modo expri-
it. Ita ut niſi ſingulis individuis adeſſet
*ens*, Deus ſingula individua non cognoſ-
eret; quæ individua jam cognoſcit, quia
orum omnium datur idea, in qua idea
Deus illa cognoſcit: Deus autem illa in-
dividua non cognoſcit, quatenus *Infinito*
*cogitationis attributo affectus eſt.* Itaque
non exiſtimat *Spinoza* Deum ſuum revera
ſingularia cognoſcere, quia ejus intellectio
non eſt modus cogitandi ſingularis: non
magis quam ejus attributum extenſionis
eſt aliquod ſingulare corpus. Quod juxta
principia *Spinozæ* obtinere deberet, ſi Deus
in ſe individua cognoſceret: non magis ita-
que Deus ſingularia cognoſcit; quam quod
ſit ſingulare aliquod corpus. Intelligit ita-
que Deus ſingularia, quia mens intelli-
git. Et ita nomine tenus cognitionem ſin-
gularium *Spinoza* Deo attribuit.

Idea itaque & ideatum ſunt unum & idem individuum: quemadmodum ſubſtantia unica tantum eſt, ſed duobus diverſis attributis affecta. Tota itaque *natura naturata*, quę corpora & mentes complectitur, conſtat ex ſingulis individuis: quæ ſingula individua mente & corpore conſtant, quia omnium ſingulorum individuorum datur idea; at idea & ideatum revera unum & idem ſunt.

Dignitas ideæ pendet ex dignitate ideati, ſive objecti ideæ. *Idearum præſtantia & actualis cogitandi potentia ex objecti præſtantia æſtimatur.*

Et quandoquidem mentis præſtantia pendet à præſtantia ideati: ita ad determinandum, quid mens humana reliquis mentibus interſit; quidve reliquis præſtet, neceſſe eſt corporis humani naturam cognoſcere. *Eſſentia enim mentis in hoc conſiſtit, quod ſui corporis exiſtentiam actualem affirmat; imo corpus & mens unum & idem ſunt: vocatur autem corpus, ſive certus extenſionis modus, quando ſub attributo extenſionis conſideratur; & mens quando conſideratur ſub attributo cogitationis.* Et quia per perfectionem rei, ipſam rei eſſentiam intelligit, ſequitur quod mens ad majorem vel minorem perfectionem tranſit, quando ei aliquid de ſuo corpore, & aliqua ejus parte affirmare contingit, quod plus minuſve realitatis involvit quam antea.

De mente brutorum & aliorum individuorum ideis ſive mentibus (quatenus omnium rerum idea datur) Auctor præterea nihil differit.

Illi autem modo cogitationis, ſive potius illi complexui & congregationi modorum cogitationis, quam congregationem & complexum modorum cogitationis Spinoza *humanam mentem* vocat, hoc proprium eſt, quod *humani corporis præſentem exiſtentiam includit.* Quot modos itaque cogitandi experimur in nobis, qui corporis præſentem exiſtentiam involvunt, illi omnes menti humanæ attribuendi ſunt: quales ſunt, *ſentire, imaginari, recordari, affectibus agi, intelligere, judicare, ratione uti,* hoc eſt, *clare & diſtincte intelligere.* Sub *judicare* etiam *Spinoza* comprehendit *velle.* Et velle illi nihil aliud eſt, quam *ipſa perceptio*; quia perceptio nunquam eſt ſine judicio: imo judicare & velle, & *voluntas nihil aliud eſt, quam ipſa rerum idea*; quia idea eſt perceptio, & in omni perceptione eſt judicium.

Oportet autem volitionem aut voluntatem diſtinguere ab appetitu aut cupiditate: cupiditas enim & appetitus eſt mentis impetus, ortus in mente neceſſario, ex certa

ta & determinata ejus conſtitutione: nihilque cum *judicio*, hoc eſt, *voluntate* commune habet. Quia autem mens præſentem corporis exiſtentiam includit, inde fit, quod mens ſciat ubi operatur, & ubi exiſtit: & ideo mens nihil imaginari poteſt, neque ullarum rerum recordari, niſi durante corpore: & propterea etiam mens durationem concipit, quæ tempore determinari poteſt; & eatenus tantam habet potentiam concipiendi res cum relatione ad tempus: ſcilicet, quia mens præſentem illius corporis exiſtentiam involvit, quod hujuſmodi proprietates & affectiones poſſidet.

Mentis itaque idea, quæ mentem conſtituit, non eſt *ſimplex*, *ſed ex pluribus ideis compoſita*; quarum idearum inter alias hæc differentia eſt, quod quædam earum pro objecto ſive ideato habeant veritates æternas, & res quæ cum corpore nullam cognationem habent: ideoque corporis actualem exiſtentiam nec affirmant nec negant. Hæ ideæ, quamvis *partem* humanæ mentis conſtituunt, tamen corpus pro ideato non habent, & ideo non intereunt, quamvis mens ceſſet affirmare præſentem corporis exiſtentiam: quæ ceſſatio fit, quando ea corporis ſtructura, & ea modificatio extenſionis, quæ corpus humanum conſtituunt, eſſe deſinit: & ita illa pars mentis eſt æterna. *Hæc intellectio ſive intellectus eſt pars æterna mentis, per quam nos ſolummodo agere dicimur: illam autem quam perire oſtendimus, eſt imaginatio, per quam dicimur pati. Inde patet quod mens noſtra, quatenus intelligit, æternus cogitandi modus ſit, qui alio modo cogitandi terminatur, & hic rurſus alio, & ſic in infinitum: ita ut omnes ſimul æternum & infinitum intellectum conſtituant*: ſunt verba *Spinozæ*. Cogitandi itaque modi, qui certam aliquam conſtitutionem noſtri corporis involvunt; & naturam ſuam mutuantur à corpore: ita ut cogitandi modi, perceptiones & judicia ſecundum corporis conſtitutionem varient, pereunt, deſtructo corpore: at intellectio veritatum æternarum non perit; eſt enim æternus cogitandi modus, quatenus ſemper infinitum cogitandi attributum eo cogitandi modo affectum eſt, cujus ideatum non eſt corporis aliqua affectio, ſed ipſa formalis ratio mentis: quæ ratio, quia ſemper eadem eſt, *nempe clara & diſtincta perceptio*, ideo æternum durat; & ita illa pars mentis æterna eſt.

Cogitandi autem modi jam memorati, quamvis omnes involvant præſentis corporis exiſtentiam, quia omnes operationes mentis, etiam quatenus æternas veritates concipit, nunc in corpore fiunt, cum quo mens unita eſt, & per quam conjunctionem mentis cum corpore intelligit ubinam operationes ſuas exercet, & quamdiu durant, &c. Quamvis inquam omnes illæ operationes menti humanæ attribuendæ ſint, ſunt tamen illæ diverſis qualitatibus affectæ: quarum inter alias hæ præcipue notandæ ſint, quod mens in quibuſdam ſolummodo *patitur*, in aliis ſolummodo *agit*; in aliis *agit & patitur*.

Tota autem illa modorum cogitandi diverſitas naſcitur, quod homo neceſſario totius naturæ pars eſt, à qua multa patitur, & diverſimode afficitur. At ita tamen eſt factus, ut, quamvis multa pati debeat; neque propter communes naturæ leges illam neceſſitatem effugere poſſit, nihilominus in quibuſdam caſibus ſolummodo agit: quatenus quidam effectus ab eo procedunt, quorum hominis mens eſt *adæquata cauſa*: & qui effectus ita procedunt à mentis certo modo in natura conſtituta eſſentia, ut à nulla alia cauſa extra ſe in natura naturata conſtituta agatur ad producendos tales effectus: ſed qui effectus ſolummodo ſequuntur conſtitutionem mentis in ſe conſideratæ.

Eſt autem mens tunc ſemper agens omnino, & ideo *adæquata cauſa* effectus; quando *ratione utitur*: ſive quando *clare & diſtincte* intelligit. *Spinoza* enim *mentis potentiam ſola ejus intelligentia definit*: & ideo,

…o affectuum remedia ſolummodo à …tis ratione, aut à clara & diſtincta …gnitione petenda ſunt. *Re enim recte …cepta ceſſat omnis affectus, qui rationi …cit.*

Tota autem hominis perfectio & beati…udo continetur eo, quod *ex ratione agit: …quicquid ratione conamur, nihil eſt quam* …telligere; hoc eſt, clare & diſtincte co…noſcere: & ideo *illa tantum vera bona ſunt, quę hominem juvant, ut mentis vita fruatur.* Et quia omnibus rebus adeſt conatus ſe conſervandi: *qui conatus nihil aliud eſt, pręter eſſentiam ipſam rei, quę vim habere concipitur ad perſeverandum in exiſtentia; & ad ea agenda, quę ex data ſua natura neceſſario ſequuntur. (Quia illę res Dei potentiam, qua Deus eſt & agit, certo & determinato modo exprimunt)* Ideo etiam menti, quatenus ratione utitur, adeſt conatus ille ſeſe conſervandi: & ille conatus nihil aliud eſt quam intelligere, ſive *clare & diſtincte percipere:* & ideo eo tota hominis beatitudo continetur.

Vanum enim eſſe exiſtimat, *rem aliquam aliquid alterius cauſa expetere: & ideo homo nihil agere conatur, neque cupit, niſi quod ex data ſua natura ſequi poteſt; & propterea homo nullam agendi potentiam aut virtutem de ſe prædicari ſinit, quę alterius naturę eſt propria, & ſuę aliena. Et nemo alterius cauſa ſuum eſſe conſervare conatur: quia conatus, quo unaquæque res in ſuo eſſe perſeverare nititur, ſola ipſius rei eſſentia definitur: eaque ſola data, non autem ex alterius rei eſſentia, neceſſario ſequitur.* Non conatur igitur mens alicujus finis cauſa extra ſe intelligere: ſed contra, mens, quatenus ratione utitur, nihil ſibi bonum eſſe intelligit quam ipſum intelligere. Et hoc fundamento nititur ſententia *Spinozæ*, qua tollit omnem cauſam finalem tam ex natu*ra naturante*, quam ex *natura naturata.* Et finis ultimus illi eſt tantum *ſumma cupiditas*, cui cupiditati, quandoquidem nobis ſumus conſcii, eaque delectamur, & libenter ea fruimur, *voluntatis* nomen induimus: ita non appetimus, quia volumus, ſed quia homo propter certam conſtitutionem mentis & corporis appetit, ideo vult.

Adeſt itaque menti, quatenus ratione utitur, conatus ſeſe conſervandi: qui conatus nihil aliud eſt, ſicut jam diximus, quam *intelligere*: qua intellectione mens affecta, & qua data neceſſario operatur certo modo: quatenus data quacunque re, neceſſario ad illam aliquid ſequitur. Et inde conficit *hunc intelligendi conatum eſſe primum & unicum fundamentum virtutis:* nihil enim homini bonum eſt, quam quod ad intellectum conducit. *Vera virtus nihil aliud eſt, quam ex ſolo rationis ductu vivere: & hominis impotentia in eo ſolum conſiſtit, quod homo à rebus, quæ extra ipſum ſunt, ſe duci patiatur, & ab iis ad ea agendum determinetur, quæ rerum externarum communis conſtitutio, non autem quæ hominis natura, in ſe conſiderata poſtulant.*

Et quando homo ratione utitur, tunc etiam eſt in ſumma libertate, (quid *Spinoza* per libertatem intelligat poſtea ulterius videbitur) quia ea agit, quæ ſuæ naturæ propria ſunt, & quæ à conſtitutione, naturæ ſuæ propria, ſequuntur: hoc eſt, agit ex propriis legibus propriæ ſuæ naturæ: non autem neque ex toto, neque ex parte legibus univerſi ſubjecta: ita ut illa ratio mentis ita à ſe fit, ut nihil alieni à mente iſtius rationis cauſa ſit. Et quia mens tunc eſt cauſa adæquata iſtarum actionum; neque ab alia cauſa, quæ ſit extra ſuam naturam, determinatur, etiam affectus mentis, qui rationem ſequuntur, referri debent ad virtutes; quarum mens adæquata cauſa eſt. *Virtus enim rei eſt, ex propriis naturæ legibus, non autem ex alienis agere.* Et homo quando determinatur ex eo, quod intelligit, ſolummodo tunc ex libertate agere dicitur.

Sed homo quatenus ideas inadæquatas habet, non poteſt abſolute dici ex virtute agere: & ideo, qui metu ducitur, ut bonum agat, aut malum vitet, is quia ratione-

tione non ducitur, nec ſolum agit, ſed etiam patitur, ideo virtutem non exercet. Et propterea pœnitentia *Spinozæ* virtus non eſt: quia pœnitens ratione non ducitur; *ſed is, quem facti pœnitet, bis miſer ſeu impotens eſt.* Omnes enim affectus arguunt mentis potentiam aut impotentiam, *quatenus in eorum conſideratione continetur idea, qua conſcii ſumus affectionis noſtri corporis, qua noſtra agendi potentia minuitur aut coërcetur. Nulli itaque triſtitiæ affectus ad mentem referri poſſunt quatenus agit.* Cum itaque Auctor docet pœnitentem ex virtute non agere, hoc eſt, non duci ratione: quæ (ut diximus) hominis potentia eſt, non exiſtimo Auctorem profiteri, pœnitentiam generatim ſumptam eſſe vitioſum affectum, & malum aliquod, noſtræque naturæ contrarium: ſed primum hoc videtur velle indicare Lectori, *pœnitentiam* virtutem mentis non eſſe, quia ex propriis mentis viribus non procedit; nam tunc mens cauſa adæquata pœnitentiæ eſſe deberet. Sed exiſtimat *Spinoza* illum affectum in nobis excitari à cauſis extra nos. Deinde quia pœnitentia, quandoquidem ſemper cum triſtitia conjuncta eſt, arguit *imminutionem potentiæ agendi hominis.* Tertio: quod quatenus metu, triſtitia, pudore ad bonum ſectandum per pœnitentiam excitamur; vel potius impellimur, eatenus pœnitentia non eſt virtus. At *Spinoza* negare non poteſt, pœnitentiam virtutem eſſe, quando oritur ex vera cognitione peccati, quam ſequitur ejuſdem peccati fuga: quamvis fatear tunc triſtitiam omnem ceſſare, quando ejus cauſas recte intelligimus; & nos eatenus lætari, omnemque tunc paſſionem doloris in pœnitentia ceſſare. Ex quibus jam etiam Lector facile colligit, quare Auctor doceat, *pudorem*, quia eſt triſtitiæ ſpecies, non ſpectare ad *rationis uſum*: in ejus enim idea continetur imminutio hominis potentiæ: at quod *ex ratione* fit, complectitur hominis potentiam, quia homo illius cauſa adæquata eſt, & ideo etiam id propriis ſuis viribus agere putatur. At illius rei, quam propriis ſuis viribus exerit; & cujus cauſa adæquata eſt, idea, ſive conceptus, ſive etiam affectio mentis, quam mens ex illa idea nanciſcitur, complectitur hominis potentiam. Theologi noſtri (ni fallor) dicerent iſtis virtutibus, *pudori* nempe, & *pœnitentiæ* poſt lapſum Adami locum factum. Quod itaque religio Chriſtiana natum docet ex peccato; & quod hominis defectum & impotentiam, quam ex peccato contraxit, arguit, id *Spinoza* legibus univerſi tribuit: docetque hominem, quatenus illis legibus univerſi neceſſario obnoxius vivit, neceſſario etiam aliquando non ratione uti, & neceſſario ſe ſeduci ſinere: illum tamen hominis ſtatum optimum eſſe affirmat, quando ratione ducitur.

Ex hujuſmodi poſitionibus *Spinoza* conficit, hominem ſi ſemper ratione duceretur, nunquam malum cognoſciturum. Malum enim nihil aliud eſt, *quam triſtitiæ affectus, quatenus ejus affectus ſumus conſcii.* At omnes affectus, qui ad mentem, quatenus *agit*, ſive quatenus *ratione utitur*, referuntur, nulli alii ſunt, quam affectus *lætitiæ & cupiditatis.* Priori mens lætatur ſuis viribus: poſteriori tranſit ad majorem perfectionem. *Boni & mali cognitio nihil aliud eſt quam lętitię & triſtitię idea, quę ex ipſo lętitię & triſtitię affectu neceſſario ſequitur. Et hęc idea eodem modo unita eſt affectui, ac mens unita eſt corpori. Hoc eſt, idea ab ipſo corporis affectu non diſtinguitur niſi ſolo conceptu, quatenus ille affectus conſideratur ſub attributo cogitationis, aut extenſionis. Ergo hæc cognitio boni & mali nihil aliud eſt, quam ipſe affectus lætitiæ & triſtitiæ, quatenus ejus ſumus conſcii.*

Si itaque omnes homines ratione ducerentur, maxime liberi & maximè beati viverent: qualem ſtatum Theologi, ni fallor, futurum fuiſſe ſtatuunt, ſi Adam in ſua integritate permanſiſſet: quia homines tunc ex ratione agentes ſibi invicem maxime uti-

tiſſent : nam quandoquidem
unc tantum ex ratione egiſſent,
falſi fuiſſent in æſtimando ſuo
t omnia ſua officia conſideraſ-
uam *veritates* : & affectus, qui
tatis cognitionem ſecuti fuiſſent,
modum exceſſiſſent ; neque
nquam rationem antevertiſſent:
no ſemper ex ratione, ſive ad-
ideis egiſſet. *Nam homines fruen-*
*mo illo jure ſtatuendi & decernendi*
*is bonum aut malum ſit, eo uterentur*
*terius damno. Cum enim maxime unuſ-*
*ue homo ſuum utile quærit, tunc homi-*
*bi invicem maxime ſunt utiles. Et ideo*
*), quando ex ratione agit,* (quod ho-
is in ſe conſiderati proprium bonum
) *tunc maxime animal ſociale eſt. Et*
*mvis homo non ſemper ex ratione agit,*
*la tamen res eſt, ex qua homo tantum*
*litatis percipit, quam ex homine: & ideo*
*am homo recte animal ſociale vocatur.*
Nunc autem, quia hominis natura (ex
pinozæ ſententia) talis eſt, ut inadæqua-
s ideis affici debeat, & partem univerſi
onſtituat: & quod etiam ejus mens par-
ium, humanum corpus conſtituentium,
*plenariam* cognitionem non involvat, ideo
hominem inadæquatis ideis agi neceſſe eſt,
& propter inadæquatas ideas iis affectibus
duci, qui à ratione abſunt ; & non homi-
nis bonum, quatenus eſt rationalis, ope-
rantur. *Et ideo homines illi rei præcipue de-*
*bent dare operam, ut unumquemque affe-*
*ctum, quo afficiuntur, quantum fieri poteſt,*
*clare & diſtincte* intelligant *ut ſic mens ex*
*affectu ad illa cogitandum determinetur, quæ*
*clare & diſtinctè percipit, & in quibus pla-*
*ne acquieſcit : atque ut ita affectus à cogi-*
*tatione cauſarum iſtorum affectuum ſeparen-*
*tur, quas clare non intelligit & percipit ; &*
*quorum affectuum ratione non tam agit, quam*
*patitur, inadæquatiſque ideis afficitur* : &
contra laboret ut veris jungatur cogitatio-
nibus: ita fiet ut appetitus & cupiditates,
quæ ex tali affectu oriri ſolent, exceſſum
habere nequeant.

Jam etiam liquet, quid ſibi Auctor velit, quando dicit: *Si homines liberi naſcerentur, nullum boni aut mali formarent conceptum.* Nam quandoquidem, ex Auctoris ſententia, ille homo maxime liber eſt, qui *ex ratione* agit: is autem, qui ex ratione agit, omnes res, circa quas occupatus eſſe poteſt, percipit tamquam veritates æternas: at conſtat veritates imperari & lege præſcribi non poſſe ; non magis quam fidem qua credimus bis ter eſſe ſex : inde manifeſtum eſſe dicit res ſub ea, quam dixi, forma & ratione conſideratas non poſſe involvere *boni* aut *mali* conceptum. Et ita non eſt *obedientia*, ſi quid, quod ratio dictat, facio, quia aliter judicare aut facere non poſſum. Imo mens non tantum veritates æternas non conſiderat ut *leges*, circa quas obedientia, aut inobedientia verſari poteſt, quia non poſſumus non illis parere : ſed quia illæ veritates æternæ, ut tales à mente perceptæ, legis naturam & formam accipere non poſſunt; ejuſque ſunt incapaces. Et ideo boni aut mali ratio in mente non verſatur, quando ſolummodo ratione ducor; hoc eſt, quando omnino liber ſum ; neque cauſa inadæquata aliquarum actionum. Quæ quæſo idea boni ſe proderet in amore proximi, qui amor continet præſtationem omnium officiorum, quæ ratio dictat erga proximum adhibenda eſſe, ſi nulla idea inadæquata in me ſit ; neque in me naſci poſſit, qua impelli poſſim ad proximum non amandum? Tunc enim tam impoſſibile eſt non amare proximum, quam impoſſibile eſt negare bis ter eſſe ſex. Et quomodo ſub præceptum cadere poteſt veritas hæc: *bis ter ſunt ſex.*

Et Auctor hoc principium perſequens, exiſtimat lapſum Adami impoſſibilem fuiſſe, ſi ſc. in ea integritate fuit creatus, quam noſtri Theologi illi à Deo in prima creatione tributum eſſe ferunt. Ponit eum Adamum in eo ſtatu omnia clare & diſtincte intelligere debuiſſe; & ita ſemper ratione ductum fuiſſe: neque inadæquatis ideis

ideis affici potuiſſe, quo à ratione abduceretur: quandoquidem mali appetitus in mente Adami oriri non potuerint, (ex Doctorum noſtrorum ſententia) niſi quatenus voluntarie eas in ſe excitare voluerit: at *Spinoza* hoc tunc, quando homo tantum ex ratione agit, fieri potuiſſe negat: neque obſcura aliqua cognitione, ex inadæquatis ideis nata, tranſverſus aut devius agitur. Nam quid Adamum potuit impuliſſe ad non agendum ex ratione? Hoc enim Auctori non magis poſſibile videtur, quam negare bis ter eſſe ſex. Quæ res quæſo hominem non tantum ſuæ mentis compotem; ſed qui nulla veri aut boni ſimulatione & ſpecie tentari, aut falli poteſt, impellere poteſt ut velit credere bis ter eſſe ſeptem.

Priuſquam pergam, Lectorem monere debeo, ne putet *Spinozam*, quoties de *libertate* hominis loquitur, per illam libertatem intelligere, quod vulgus, imo communiter omnes homines per eam intelligunt, ſc. *ſpontaneitatem* aut *liberum arbitrium*: eam enim homini eripit. Quemadmodum etiam illum privat ea libertate, quam Auctor Deo ſuo ſoli propriam eſſe ducit: quæ Dei ſui libertas in eo continetur, quod ut cauſa prima, tantum *agit* ex legibus naturæ, & reliquorum entium cauſa eſt immanens & proxima: quæ ex legibus ſuæ naturæ aguntur à prima illa cauſa, quæ tantum agit & non agitur: & quæ ideo Auctori libera vocatur. At per voluntatem, quam homini *Spinoza* tribuit, nihil minus intelligit, quam libertatem voluntatis, complectentem *determinationem liberam*: multo minus per eam *libertatem arbitrii* intelligit. Sed per voluntatem hominis intelligit actionem mentis, qua ad perceptionem rei neceſſario judicat: ponit enim in omni perceptione etiam eſſe judicium. Ita ut quemadmodum, ex ejus ſententia, omnis cujuſcunque rei perceptio eſt neceſſaria, ita judicium eſt neceſſarium: & quemadmodum judicium neceſſario mentem aliqua modificatione afficit, ita ad mentem, certo modo affectam, neceſſario aliquid ſequitur. At quando hominis mens adæquatis tantum afficitur ideis; tunc, quemadmodum ratione ducitur, & ex propriis tantum viribus agit, etiam præcipue homo liber dicitur. Et propterea *Spinoza* ſtatum illum hominis, quando tantum adæquatis afficitur ideis, *ſtatum libertatis hominis* vocat; ejuſque actiones in illo ſtatu præcipue liberas dicit. Quando autem eſt ea rei perceptio ut ad eam ſequatur appetitus, tunc monet ne illum appetitum cum voluntate, ſive judicio confundamus: quandoquidem ille appetitus, conſideratus ſub attributo extenſionis, & æſtimatus ex legibus motus, *appetitus* vocatur: quatenus autem idem ille motus conſideratur ſub attributo cogitationis, (quatenus nempe iſtius motus ſumus conſcii) *cupiditas* vocatur. In appetitu tamen & cupiditate, homini nullam *determinationem* tribuit; omnemque propterea libertatem voluntatis ab illo tollit: negatque hominem propter aliquem finem agere. Non *vult* homo; nec ſe *determinat* ad edendum ut vivat, ſed edendi appetitu & vivendi cupiditate affectus, edit libenter; quia coëgerunt eum cauſæ, non ut invitus ederet, ſed ut neceſſario edendi eſſet cupidus. Sed quia homines appetitus ſui ſunt conſcii; & cauſarum, à quibus determinantur ignari, ideo quando ſe ita affectos experiuntur; ſe voluntate agere dicunt.

Et quia in ſtatu naturali ſingulis hominibus jus eſt æſtimandi ex ſuo arbitrio, quid ipſis conducere, aut obeſſe poſſit; & quod ideo ſemper ex ratione agat, qualemcunque ſeſe erga proximum exhibeat: quia in illo ſtatu non eſt ducenda ratio *proximi*, quatenus *proximi*, ſed quatenus mihi officere aut prodeſſe poteſt: ideo *nemo jure alter alteri niſi velit, morem gerere tenetur, nec aliquid bonum aut malum habere, niſi quod ipſe ex ſuo ingenio bonum aut malum eſſe decernit. Et ideo jus in ſtatu naturæ nihil prohibet, niſi quod nemo cupit, & nemo poteſt*:

hoc eſt, quod contra naturalem n ſe conſervandi incurrit. Qui ita- ſtatu naturali peccare putaretur, ri *ſed ſibi peccaret*. Et ita docet in ſtatu naturali non dari *peccatum*. omines *liberi naſcerentur*, hoc eſt, ſcerentur inadæquatis ideis, *nullum* l *mali formarent conceptum*, *quamdiu* iberi: hoc eſt, *quamdiu ratione ageren-* Et hunc ſtatum Auctor vocat *ſtatum* tatis, propter rationes ſupra traditas. ed quod hic notandum: Auctor non et, hominem ſemper peccare, quan- inadæquatis agitur ideis, & aliquid pa- tur; & ita ſuarum actionum non adæ- ata ſit cauſa, quamvis concedat inadæ- atas ideas peccandi (hoc eſt, non ex tione agendi) cauſam præbere: ſed do- et homines cauſa inadæquatarum idea- um, quibus afficiuntur, *in boni & mali* *ognitionem venire*: nec ipſos res ſimplici- er, ut *veras* & *falſas* amplius ex ratione eſtimare, ſed inadæquatas ideas (ex qui- bus inter alia, paſſiones à ratione non pro- fectæ; & imaginatio, in qua judicium procedit ſecundum conſtitutionem corpo- ris) bonam magnamque partem conferre in ferendo illo judicio, per quod homo à ra- tione deflectit; nec viribus menti ſuæ pro- priis utitur, ſed rebus extra vim ſuæ men- tis (quæ vis mentis ratio eſt) conſtitutis ſe agi & duci ſinit.

Hinc, cum homines non ducuntur ſola ratione, contingit ex mutuis hominum actionibus hominibus incommoda oriri; & inde boni & *mali* cognitio: ſed inde pec- cati aut virtutis idea ſe nondum prodit: quia cum homo in ſtatu naturali jus habeat æſtimandi, non ex alterius arbitrio, ſed ex ſuo, quid ſe deceat: *neque ratio in* ſtatu naturali aliter moderari debeat ſuas actiones, quam quatenus *nihil ipſi facien-* dum ſit, quod *ipſi obſit, hoc eſt*, quod non debeat facere, quod *nemo cupit aut poteſt capere*, inde ſequitur in *ſtatu natura-* *li neminem peccare*. Quod igitur in ſtatu naturali homo judicat ſibi nociturum, ab hoc ſe temperat. Sed quia ex diverſitate judiciorum in ſtatu naturali diverſa orie- bantur incommoda, inventa & conſtituta ſunt imperia, quæ ſuis legibus definirent, quid hominibus utile aut noxium eſſet. Et contra leges illas agere Auctori *peccatum* *eſt*. Magiſtratus autem ipſe *nullis legibus* *tenetur*: non magis quam ſinguli homines conſtituti in ſtatu naturali. Et illa civitas optima & maxime libera, quæ maxime ex ratione ſuas res componit: quemadmo- dum ille homo maxime liber eſt, qui po- tiſſimum ratione ducitur. Ratio autem Magiſtratus in eo verſatur, ut *recte* æſti- met, quæ civitati liberæ maxime profu- tura ſint; & ad *utilitatem* tamen leges ſuas exigens, & ita rationi inſiſtens, eas con- dit leges ſuis civibus, (non ſibi) quibus juſtitia & æquitas inter homines continen- tur. Nam *juſtitiæ leges civitatis reſpectu* nullæ ſunt, quemadmodum homini in ſta- tu naturali conſiderato juſtitiæ aut injuſti- tiæ ideam Auctor nullam tribuit. Sed Ma- giſtratus, ad utilitatem civitatis leges ſuas appendens, *ratione* utitur; & tunc intel- ligit nihil civitati utilius eſſe, quam quod leges, quas nos communiter naturales & morales vocamus, in civitate ſua vigeant. Et hæc ſolemus *bona* vocare, non quod interiori ſua natura bona ſunt, ſed quia le- gibus *rationis humanæ*, quæ nonniſi ho- minis verum utile & conſervationem ejus intendit, ita æſtimantur: nam ſi totum naturæ ordinem ſpectes, cujus homo tan- tum eſt pars; illa præcedens boni & mali ratio perit. *Negat enim* Auctor *naturæ ge-* *neralis inſtitutum eſſe*, *quod homo ratione* *duci teneatur*: *tum enim*, inquit, *ea omnes* *homines neceſſario tenerentur*, *quia naturæ* *inſtitutum Dei inſtitutum eſt*, *quod æternum* *& inviolabile eſt*: *quia tam eſt neceſſarium*, *quam Deus eſt neceſſarius*.

Intelligit jam Lector, magnum ex Au- ctoris ſententia intereſſe diſcrimen inter *bonum & malum*, & inter *juſtum* & *inju-* *ſtum*. In hominis *ſtatu libero*, (non dico naturali) in quo homo ſolummodo ratione duci-

ducitur, nullum malum homini ab homine crearetur: quia quiſque, ſuo officio fungens, proximum omnibus bearet commodis. Sed ex Auctoris ſententia homo nunquam in hoc ſtatu fuit conſtitutus: nos autem credimus Adamum ante lapſum in illo vitæ ſtatu verſatum. At juxta *Spinozæ* ſententiam in *ſtatu naturali* boni & mali cognitio extitit: quia homines ſinguli ſuo jure utentes, & omnia referentes ad ſui conſervationem; & tamen inadæquatis ideis acti, ſe invicem infinitis mulctant & afficiunt damnis; & inde mali cognitio.

Sed hactenus nondum boni vel mali *moralis* idea hominis mens affecta eſt, ſed tantum mali *Phyſici*: quod malum tamen occaſionem & cauſam præbuit condendi civitates & leges, & conſtituendi Magiſtratus: unde nata cognitio *mali moralis*, quod putatur (ex Auctoris ſententia) exiſtere, quando peccatur contra *leges*. Et iſtud malum tamen tantum eſt denominatio externa: quia reſpectu univerſi illud malum tam *naturę conveniens* eſt, quam bonum: & ideo bonum aut malum morale non eſt aliquid abſolutum, ſed cum reſpectu ad aliud, tale nomen ſortitur; quemadmodum ſupra & infra: eadem enim res ſupra & infra aliquas res eſſe dicitur, pro diverſitate reſpectuum, quos ad diverſas res habet: aut quemadmodum in homine ſimpliciter & in ſe conſiderato eſt perfectio quod ſit ſenſibus integer; quamvis reſpectu univerſi forte non eſt perfectio: ſicut non eſt perfectio in tabula, quæ inter alia multa debet referre claudos & cæcos, ſi in ea omnes figuræ pictę ſunt integræ oculis & pedibus.

Ita ex ſententia *Spinozę*, perfectio hominis eſt *ex ratione* agere; ſi hominem in ſe, & non ut partem univerſi conſideres: at ſi hominem referas ad univerſum, & partem illius conſtituens, & neceſſario à cauſa prima manans, aberratio à ratione, tam naturæ univerſalis effectus eſt, quam ex ratione agere. Perfectio itaque & imperfectio, & bonum & malum morale nihil reale in re ponunt; ſed ſunt tantum cogitandi modi: quatenus nobis exemplar formavimus hominis perfecti, ideo illi tribuimus quaſdam qualitates & operationes, quas ipſi convenire dicimus, ipſumque decere: & quando ita decenter vitam agit, id bonum vocamus: quando ab illa condecentia aberrat, id malum vocamus. At quia nobis formavimus exemplar hominis perfecti non in ordine ad totam naturam, ſed tantum reſpectu hominis in ſe conſiderati, ideo quod reſpectu unius perfectio eſt, reſpectu alterius talis eſſe deſinit.

Nunc porro ex ſuperioribus liquet, quare Auctor ſtatuat Deum homines non immediate, & per leges proxime à ſe profectas regere; ſed tantum per *hominum imperium*; à quo, ex *Spinozæ* ſententia, omnis æquitas & juſtitia dependet. Et permittens Magiſtratui poteſtatem condendi leges de juſto, æquo & decoro, nullis præterea legibus humanum genus obſtrinxit. Tres itaque ſtatus hominis conſiderandi: unus ſtatus *naturalis*, in quo licita ſunt quæ placent. Secundus, ſtatus *libertatis*, qui eſt, quando homo ſola ratione ducitur; quia qui ratione ducitur, non lege aut imperio ad bonum impellitur, & à malo avocatur: ſed rationem tamquam naturam ſequitur. Tertius ſtatus *ſervitutis*: quando homo tantum libidini & affectui ſervit. *Libertas enim non in appetitus licentia, ſed in rationis imperio conſiſtit*: quod quidem eſt contra vulgi loquendi conſuetudinem; *quod libertatem vocat, quando libidini parere licet*: & putat vulgus ſibi eatenus de jure ſuo aliquid perire, quando legibus divinis conſtringitur, & ita pietatem *onus* eſſe putat. Ita vulgus obſequii nomine indigitat *conſtantem voluntatem moderandi appetitus ex rationis præſcripto*: quaſi ratione duci, eſſet obſequium & ſervitus; & quaſi rationis imperium hominis libertatem coërceret. Et ideo vulgus

ait peccatum, quod ſit *contra rationem*: quaſi recta ratio eſſet repa... peccandi libidinis aut licentiæ: ...ntra, peccatum libertatem immi... impediens ne homo ex ratione agat: ...men actio à ratione profecta revera ...a hominis actio ſit; & ideo eâ vera ...is libertas contineatur.

...quandoquidem Auctor ſtatuit, De... homines non immediate regere, ...er Magiſtratum, ab hominibus con... ...andi ſui cauſa conſtitutum, etiam nul... ...aliam religionem aut cultum Numi... agnoſcit, quam eum, quo homo ra... ...ne ducitur; & eam ſectando incedit ...is, quibus vera cognitio acquiritur per ...æquatas ideas: & ideo hominis beatitu... ...inem conſtituit in *intelligere*. Quo fit, ut ...ttendens ad ea, quæ ratio docet & di... ...tat, Deo obſequatur, eumque colat. Unde pietatis nomen natum: & *in hoc intelligere* omnem animi beatitudinem & tranquillitatem ponit.

Hæc Auctor auguſto religionis nomine appellat: quum tamen alium Deum non agnoſcat, quam ſubſtantiam infinito attributo extenſionis & cogitationis affectam, quæ ex neceſſitate naturæ ſuæ omnia agit; & à qua per ſpeciem emanationis & cauſæ immanentis neceſſariæ *natura naturata* oritur. Qui non immediate & in ſe ſingularia individua intelligit aut vult, ſed quatenus attributum ejus cogitationis infinitum affectum eſt modis ac cogitationibus, hoc eſt, mentibus, quæ ſingulæ exprimunt infinitum attributum cogitationis; & cujus attributi conceptum omnes ſingulares cogitandi modi, ſive mentes involvunt; & qui modi ideo non per ſe, ſed per Deum cognoſcuntur, nempe per attributum infinitum cogitationis: aut potius per ſubſtantiam infinito cogitationis attributo affectam. Quemadmodum modos corporis non per ſe, ſed per extenſionem cognoſcimus; & qui modi infinitum extenſionis attributum exprimunt, & ejus conceptum involvunt.

Nam ex Auctoris ſententia, *nulla datur res, non conſiderata ſub cogitationis attributo, cujus etiam non datur idea*: qua idea Deus intelligit, quicquid eſt; & ita v. gr. intelligit omnia, quæ homo intelligit: non immediate, neque in ſe; ſed quia *mens hominis intelligit*: ſunt verba Auctoris. Et ita mentis noſtræ intellectionem Deo tribuit; hoc eſt, partem naturæ naturatæ, (qualis mens eſt) & ejus operationem Deo aſſignat: ut ita tantum nomine tenus Deo relinquat cognitionem & voluntatem; & hominibus religionem.

Non video tamen quomodo Auctor ſibi conſtet, quando illam cognitionem ſingulorum individuorum, & ſingularium rerum Deo tribuit, tamen tantum clamorem tollit, quando ejus Adverſarii ipſi exprobrant, eum Deum *corporeum* facere: quia cum corpora (ex illius ſententia) ſint modi, qui infinitum Dei extenſionis attributum exprimunt; & quæ corpora, ex illius ſententia, tantum *diviſibilia* ſunt, & imperfectionem involvunt, non autem extenſio: Auctor tamen à ſua doctrina alieniſſimum eſſe dicit Deo *corpus* aſſignare. At quare Auctor non fugit Deo attribuere omnes ſingulares cogitationes ſive mentes: Deoque propter eas cognitionem ſingulorum individuorum aſſignare: & quæ mentes tam longe à Dei natura abſunt, quam corpora: utrorumque enim eadem ratio eſt reſpectu duorum iſtorum attributorum infinitorum Dei, ſc. extenſionis & cogitationis.

Præterquam quod ſatis aperte omnem religionem homini eripiat, quando docet virtuti & vitio, bono & malo tantum locum eſſe, quando attendimus ad rationis dictamina, quæ hominis, qua talis, cauſa tantum comparata ſunt: ſed totum illud virtutis nomen inane eſſe, quando nos ad totius naturæ ordinem convertimus. *Nam quod ratio dictat eſſe malum reſpectu noſtræ naturæ legum, non eſt malum reſpectu ordinis & legis univerſi*: ita ut bonum & malum non ſignificent aliquid, quod

quod in re ſit, ſed ſunt tantum diverſi conſiderandi modi. Ut ex his & aliis memorandis in ſequentibus, conſtet, Auctorem omnem cultum & religionem, atque pietatem tollere; & non candide agere, hominibuſque illudere, quando *religionis & pietatis* nomen uſurpat.

Diximus in ſuperioribus *Spinozam* homini non aliam voluntatem tribuere, quam illud *judicium*, quod eſt in omni perceptione; & quæ perceptio, & quod judicium non differunt ab ipſa cognitione: ita ut *volitiones nihil aliud ſint, quam ipſæ rerum ideæ; intellectusque & voluntas una eademque res ſit.* Et voluntas & intellectus non tantum illi Auctori, una eademque res ſunt, ſed voluntas, ſumpta pro *facultate*, ipſi Auctori nihil aliud ſunt, quam ſingulares cogitandi modi, ſive *judicia*: quemadmodum *intellectus* illi pariter nihil aliud eſt, quam ſingulares intellectiones, ſive cogitandi modi; ſicut amor & ira, qui non ſunt facultates mentis, aut mentis potentiæ, ſed ſunt tantum quædam conſtitutiones in homine, ad quas certæ ſequuntur operationes; quæ conſideratæ ſub attributo *extenſionis*, tunc *ex legibus motus æſtimantur*: quemadmodum id fieri docent Carteſiani in brutis. At quando ſub attributo *cogitationis* conſiderantur, quatenus homo iræ & amoris ſui eſt conſcius, tunc vocantur eædem illæ paſſiones, *cupiditates:* cum quibus vulgus voluntatem complicatam putat: cum tamen in illis omnibus, nec voluntas adſit, nec illa ab aliqua facultate, aut potentia mentis ſua ſponte ſe excitante & determinante, aut à potentia, ad actum ſeſe proripiente, proficiſcantur.

Nam hoc debet Lectori conſtare: Auctorem nullam *potentiam* aut *facultatem*, ne quidem in rebus ſpiritualibus agnoſcere: ſed ſtatuit ad *datam quamvis naturam, & ad datam quamvis cujuſque naturæ conſtitutionem, ſemper neceſſario aliquid ſequi*: & ideo reipſa omnes operationes, tam *naturæ naturantis*, hoc eſt, Dei, quam *naturæ naturatæ*, ſunt operationes emanantes: quæ revera operationes non ſunt, ſed in cujuſque rei natura, quatenus alio & alio modo affecta eſt, continentur.

Et quia docet voluntatem ipſam tantum eſſe *modum* ſingularem mentis: & quod conſtet modum neceſſario ab alio debere modificari; nec ſeipſum determinare aut modificare poſſe, inde, putat ſe poſſe depromere argumentum, quod moveri & labefactari non poſſit, quo probet hominem nulla voluntate, qualem homines communiter creaturis rationalibus tribuunt, præditum eſſe. Quod argumentum hoc ſecundo cumulat, quod, quandoquidem mentis *decretum*, quod *liberum* cenſetur, nihil aliud ſit, quam illa *affirmatio*, quam idea, quatenus idea eſt, involvit; neceſſario etiam inde ſequi docet, mentis decreta eadem neceſſitate in mente oriri, ac ideæ rerum: quia voluntas ſeſe latius non extendit, quam perceptio. Et ideo ſemper judicamus ſecundum ideas, quas præſentes habemus. Et negat Auctor *voluntatem* ſeſe latius extendere, quam intellectum, eo ſenſu, quo Carteſiani hoc profitentur: & unde illi erroris & peccati cauſam accerſunt. Et ideo Auctor docet, nos, ſi deſtituimur ideis, quæ exiſtentiam illarum rerum, quas nos in re præſentes eſſe judicamus, negent, æque de re falſa ac vera affici. Ideæ enim falſæ & fictæ nihil ficti aut falſi *in ſe* habent: ſed ex ſolo defectu cognitionis, ut tales conſiderantur; & ita per falſam ideam in mente nulla dubitatio oriri poteſt: neque falſa idea ulla nota, ideæ falſæ inhærente, ſe diſtinguit; neque per rem ipſam, de qua dubitamus, venimus in dubitationem, quaſi illi rei aliquid inhæreret, quod nos doceret ulterius eam examinandam eſſe; & ideo de ea ad tempus dubitandum: ſed dubitationem in nobis oriri ſtatuit per alias ideas, quæ negant aut affirmant præſentiam illius rei, de qua dubitare incipimus. Si enim unica tantum eſſet idea in mente, ſive illa vera, ſive falſa ſit, nulla orietur

in no-

ubitatio, neque etiam certitudo. oquidem itaque dubitare de re ali- poſſumus, niſi quatenus in ſuper s ideam negantem illius rei, quam us aut negamus, præſentiam aut n: ita mens non poteſt per volunta- eterminare, vel excitare ad aliquid examinandum; ſi aliqua idea ipſi præſens, quæ neget præſentiam s rei; cujus tamen præſentiam, quæ in mente verſatur, ipſi ingerit. nadmodum aliquis ita errore falſæ re- nis imbutus, ut nulla idea ejus mens ffecta, quæ neget illam veritatem, n de ſua religione falſo & temere ſuſ- it, (quod tamen obtinere poſſe nega- s: mens enim ſatis multis ideis inſtru- eſt, quibus errorem vitet) ille nun- am in dubitationem aliquam veniet de religione; & tam erit perſuaſus de ſua lſa religione, quam alius, qui ex *ratione* ſua religione judicat; eamque *clare* & *ſtincte* cognoſcit. Ita nullus ſomnians oſſet cognoſcere ſe ſomniaſſe; nec ſom- ium à re vera diſtinguere poſſet, ſi vigi- ins ideas præſentes non habeat, quæ ne- ant rei præſentiam, quam ſomnians ve am & præſentem eſſe putavit. Et cujus maginatio ita læſa eſt, ut quarundam ide arum notæ deletæ ſint, quæ rerum qua rundam præſentiam negant, is homo vi gilans ſomniat, & vocibus & geſtibus ſe ea videre teſtatur, quæ reipſa non fiunt.

Quando itaque mens per adæquatas ide- as res intelligit, *ratione* ducitur: & tunc recte intelligit, & recte judicat; & affe- ctus, qui illud judicium ſequitur, ad vir- tutem referendus eſt: quia tunc homo eſt cauſa adæquata talis affectus: quatenus ad datam quamque rem, ideam aut rei affe- ctionem ſemper ex natura talis rei aliquid ſequitur; aut ut Auctor loquitur: *quia data cujusque rei eſſentia, ejusque affectio- nis, tanquam determinata concipitur ad aliquid agendum.* Quando autem rem concipimus ſub ſpecie boni aut mali, eamque adæquate intelligimus, tunc ſequitur cupiditas: quæ in ſe conſiderata, non autem reſpectu termini ad quem tendit, eſt ipſa hominis eſſentia; quatenus ex data quacunque mentis affectione, determinata concipi- tur ad aliquid agendum. Et illa cupiditas diſtinguenda à voluntate: quia illa cupidi- tas nihil eſt aliud, quam conatus ſe con- ſervandi. At cum homo non ex ratione ſolummodo agit, ſed etiam inadæquatis afficitur ideis, eatenus non agit ex vi ſuæ naturæ, hominique qua tali, & qua enti rationali propriæ, ſed etiam aliarum re- rum vi; & eatenus patitur. Patimur enim cum aliquid fit à nobis, *cujus nonniſi par- tialis cauſa ſumus:* ſive *quod ex ſolis naturæ noſtræ legibus deduci non poteſt*; & tunc affe- ctus, qui in nobis oriuntur, paſſiones vo- camus. Per paſſiones intelligimus com- motiones animi excitatæ in nobis, non vi noſtræ mentis, aut quando mens ſo- lummodo ex ratione agit; ſed quando ideæ inadæquatæ illarum cauſa ſunt: ha- rum autem paſſionum vis definitur *po- tentia cauſæ externæ cum noſtra comparatæ:* Si itaque aliquid, quod per cauſam exter- nam in nobis excitatur, quodque, aut per ſenſus, aut per imaginationem perci- pimus, talem vim habeat, ut conſtituti- onem cerebri, & motum ſpirituum, qui illam conſtitutionem comitantur & ſe- quuntur, ſuperent atque immutent, tunc paſſio fortis; quod ſi contrarium contin- gat, debilis putatur. Mentis autem *po- tentia ex ſola cognitione æſtimatur*: impo- tentia autem ſeu paſſio ex ſola cognitionis privatione. Et hæ paſſiones *bonæ* aut *malæ* ſunt: *malæ*, quatenus hominem impedi- unt, *quo minus ratione uti poſſit, & mentis vita frui*: *bonæ*, quatenus noſtræ naturæ non ſunt contrariæ; & nobis permittunt & relinquunt poteſtatem *ordinandi & con- catenandi corporis affectiones, ſecundum or- dinem ad intellectus.* Et ideo *homo per eun- dem appetitum ſive cupiditatem agere & pati dicitur: in pietate agit; in ambitione pati- tur.* In pietate agit, quia ille affectus ſe- quitur verum & rectum judicium, & ita menti

menti non eſt contrarius. In ambitione patitur: quia ambitio ex inadæquatis ideis, & non ex ratione procedit.

Quod ſi tota hominis natura contineretur mente, hoc eſt, *ratione, & clara atque diſtincta cognitione*, nihilque præterea ad ipſam pertineret; & ita tota hominis natura & eſſentia in agendo comprehenderetur, nunquam afficeretur inadæquatis conceptibus: ſed quia hominis natura complicata eſt cum multis aliis rebus, à quibus etiam affici & pati poteſt; & quod ita ducitur rebus, quæ extra ipſum ſunt, & quarum vi *ſentit, imaginatur, recordatur, & paſſionibus afficitur*, ideo homo conſideratus non ſolum ut rationalis, ſed ut pars totius naturæ, non tantum agit ex virtute & propriis rationis viribus, ſed etiam patitur. *Vera virtus nihil aliud eſt, quam ex ſolo rationis ductu vivere: atque adeo impotentia in hoc ſolo conſiſtit, quod homo à rebus, quę extra ipſum ſunt, ducatur & afficiatur; & ab iis ad ea agendum determinetur, quæ rerum externarum communis conſtitutio, non autem quæ ipſius natura in ſe ſola conſiderata poſtulat.*

Concedit porro Auctor omnia hæc oriri ex unione mentis cum corpore: ſed tamen omnino aliud quid per illam unionem intelligit, quam Philoſophorum vulgus: intelligit enim per unionem mentis cum corpore, *corpus cum idea ipſius corporis: & corporis affectiones, cum earundem affectionum conſcientia*; quatenus ipſum corpus & ejus affectionum conſcientia una eademque res eſt, ſed ſub diverſis attributis conſiderata, *extenſionis & cogitationis.* Quemadmodum ſubſtantia infinita, una eademque eſt ſubſtantia, quæ nunc ſub extenſionis, nunc ſub cogitationis attributo conſideratur. *Ita imaginatio*, Auctori *eſt affectio corporis cum conſcientia: qua res corporeas tamquam præſentes nobis imaginamur. Mentis potentia, qua ipſa res imaginatur, earumque recordatur, ab hoc pendet, quod ipſa actualem corporis involvit exiſtentiam, non minus quam affectus & cupiditates.* Et ideo negat animam poſt diſſolutionem corporis recordari. Ita paſſiones ſive affectus illi ſunt, *corporis affectiones, quibus ipſius corporis potentia augetur vel minuitur, juvatur vel coërcetur; & ſimul harum affectionum ideæ.* Quæ ideæ cum affectionibus corporis unum & idem ſunt: paſſiones enim conſideratæ ſub attributo cogitationis, ſunt certæ ideæ ſive modificationes certo modo exprimentes infinitum attributum cogitationis: at eædem paſſiones conſideratæ ſub attributo extenſionis, ſunt modi attributi extenſionis; idque intelligendum plane eodem modo, quo Auctor inculcat appetitum & voluntatem (quatenus voluntas conſideratur, ut inclinationem aut averſionem denotans) unum & idem eſſe. *Ille enim appetitus quando ſub cogitationis attributo conſideratur, decretum appellare conſuevimus: & quando ſub extenſionis attributo conſideratur; & ex legibus motus & quietis deducitur, determinationem vocare ſolemus. Decretum putatur eſſe à voluntate, determinatio à motu: at utrumque idem eſt ſub diverſis attributis conſideratum.*

Neque tamen ex Auctoris ſententia, (quod iterum propter rei pondus inculco) corpus agit in mentem, aut mens in corpus: ſed corporis affectiones, & earum affectionum ideæ, quemadmodum modi ſunt, qui ſinguli exprimunt infinitum cogitationis & extenſionis attributum, ita ſinguli illi modi diverſorum attributorum ex ſingulis attributis efflorescunt certo quodam ordine & concatenatione. *Res ideatę eodem modo ex ſuis attributis conſequuntur & concluduntur, ac ideæ ex attributo cogitationis.* Et alibi. *Quicquid ex infinita Dei natura ſequitur formaliter, id omne ex Dei idea eodem ordine, eademque connexione ſequitur in Deo objective.* Neque Auctor aliter docere poteſt, ſi ſibi conſtare, & ſecum convenire velit, quia attributum cogitationis & extenſionis nihil inter ſe commune habent: & ideo unum alterius cauſa eſſe non poteſt; idque juxta Propoſitionem

us tertiam Ethices partis primæ.
*æ nihil commune inter ſe habent, ea-*
*s alterius cauſa eſſe non poteſt. Nec*
*entem, nec mens corpus ad motum*
*em determinare poteſt, quia unum-*
*ttributum per ſe abſolute abſque alio*
*ur: quorum autem unum ſine al-*
*oſcitur, eorum unum alterius*
*non poteſt.* Præterea alibi. *Eſſe*
*earum Deum, quatenus tantum ut*
*ns conſideratur, pro cauſa agnoſcit;*
*uatenus alio attributo explicatur.*
*o tam Dei attributorum, quam re-*
*ularium ideæ, non ipſa ideata, ſive*
*ptas pro cauſa efficiente habent, ſed*
*eum, quatenus eſt cogitans.* Vult
Auctor concatenationem idearum
ere pro cauſa aliquas notas in cere-
preſſas; quarum notarum cauſa ea-
ae occaſione, mens ad hoc vel illud
andum excitatur: neque viciſſim
mentem ullum motum, aut motus
minationem; aut omnino quicquam
pore efficere; quia cum corpus &
s ſub diverſis debeant conſiderari at-
utis, unum in alterum nihil agere po-
t: & mens ſolummodo eſt *conſcia* qua-
ndam affectionum corporis, (dico qua-
ndam, quia mens non habet, vel potius
n involvit *adæquatam* cognitionem par-
um humani corporis) non autem cauſa.
Jnde manifeſto ex Auctoris ſententia ſe-
uitur, & quod etiam nobis ultro largi-
ur, omnes illas modificationes corporis,
quæ fiunt in artifice, qui horologium confi-
cit, à nulla directione aut operatione men-
tis fieri, ſed totum illud opus, quatenus id
fit à corpore, effici ab ipſa corporis modifi-
catione ſine ulla intelligentia illam corpo-
ris actionem dirigente; & quidem in arti-
ficialibus. (quod hic notandum) Et erit
illa vis in natura naturata, manans à ſub-
ſtantia illa infinita ſub extenſionis attri-
buto conſiderata, ut ex concurſu cauſa-
rum materialium in hoc & illo artifice
conſtituantur illæ modificationes corporis
artificis; quibus ordine excitentur omnes
illæ operationes, quibus horologium
conficitur: quemadmodum actiones no-
ctambulonum non ab aliqua mente aut co-
gitatione diriguntur, ſed procedunt à cor-
poris noctambulonis diſpoſitione & mo-
dificatione: quia ut inquit Spinoza, *res*
*ideatę eodem modo ex ſuis attributis conſe-*
*quuntur & concluduntur ac ideæ ex attri-*
*buto cogitationis.* Et ratio, quæ *Spinozam* in
illam ſententiam impulit, ſupra tradidi-
mus, eſtque quod res, quæ nihil com-
mune habeat inter ſe, alia alterius cauſa eſſe
non poſſit: at attributa cogitationis &
extenſionis nulla ſocietate junguntur. Co-
gitationes enim ſingulares & corporis af-
fectiones ſingulares ſingulæ ſua ſerie &
ordine emanant ab illius unius ſubſtantiæ
duobus attributis infinitis.

Et ita ex Auctoris ſententia, mores non
tantum ſequuntur temperamentum corpo-
ris, ſed ſunt ipſum corporis temperamen-
tum: ſive ſunt ipſæ *corporis affectiones cum*
*conſcientia.* Nam mores, quatenus con-
ſiderantur ſub attributo extenſionis, & re-
vocantur ad leges motus, ſunt tantum certę
corporis affectiones & conſtitutiones. At
iidem mores conſiderati ſub attributo
cogitationis *ſunt iſtius affectionis corporis*
*ideæ.* Et hoc Auctor eouſque extendit,
ut ad determinandum quid mens humana
reliquis mentibus (habent autem omnia in-
dividua mentem) præſtet: neceſſe eſt cor-
poris humani naturam cognoſcere. Et
*quo corpus aliquod reliquis aptius eſt ad plura*
*ſimul agendum & patiendum, eo mens reli-*
*quis aptior eſt ad plura ſimul percipienda: &*
*quo unius corporis actiones magis ab ipſo ſolo*
*pendent; & quo minus alia corpora cum eo-*
*dem in agendo concurrunt, eo mens aptior eſt*
*ad diſtincte intelligendum*: tunc enim mi-
nus à rebus, quæ extra ipſum hominem
ſunt, ducitur, iiſque minus determina-
tur ad agendum. Et ideo docet: quod *qui*
*corpus habet ut infans, illius mens ad pau-*
*ciſſima eſt apta, & maxime dependens à cau-*
*ſis externis; & quæ in ſe ſola conſiderata*
*nihil fere ſui, nec Dei, nec rerum ſit con-*
*ſcia*:

*ſcia: nam mens ſe ipſam non cognoſcit, niſi quatenus corporis affectione ideas percipit.* Quatenus autem annis progredientibus mentis *ideatum*, hoc eſt, corpus humani modi & affectiones, (cum quo corpore ejuſque affectionibus mens unita eſt; imo una eademque res eſt, quatenus illæ affectiones conſiderantur ſub cogitationis idea) perfectiores redduntur; & ita aptiores ad plura agendum & patiendum, eo mens ipſa perfectior redditur.

Ex hiſce jam facile Lectori conſtare poteſt, quid Auctor convenienter ſuis principiis docere debeat de *mentis humanæ immortalitate*: de qua tamen in ſuperioribus aliquid diximus. Nam quandoquidem mens ex illius ſententia, nihil aliud eſt quam *ipſa idea ſive cognitio corporis humani*: & ipſa cognitio nihil aliud, quam ipſum illud *corpus, ſub attributo cogitationis conſideratum: quia corpus & mens unum & idem ſunt individuum, quod jam ſub extenſionis, jam ſub cogitationis attributo cognoſcitur. Et quod idea, quę mentis exiſtentiam conſtituit, corporis exiſtentiam tam diu involvit, quamdiu ipſum corpus exiſtit: & quod præſens noſtrę mentis exiſtentia ab hoc ſolum pendet, quod mens actualem corporis præſentiam involvit.* Sequitur inde manifeſto eam partem mentis interire, cujus ideatum eſt illud corpus, cui mens eſt unita, ita ut quoties interit aut perit illa figura corporis humani; quæ figura eſt ideatum mentis humanæ, toties tunc illa pars mentis interit: quia perdita illa figura, ipſa illa idea perit: debet enim idea convenire cum ſuo ideato; imo idea & ideatum unum & idem ſunt, ſed unum ſub extenſionis, alterum ſub cogitationis attributo cognoſcitur. *Objectum ideæ humanam mentem conſtituentis eſt corpus, ſive certus extenſionis modus actu exiſtens, & nihil aliud.* Sunt verba Auctoris. Et ita illa pars mentis eadem nunquam numero poſt diſſolutionem illius corporis, quod eſt objectum *ideæ* humanam mentem conſtituentis, ſupereſt: ſed toties naſcitur nova mens, quoties naſcitur ille extenſionis modus, qui objectum eſt ideæ conſtituentis humanam mentem.

*At quandoquidem idea, quæ formale mentis humanę conſtituit, non eſt ſimplex, ſed ex pluribus ideis compoſita,* (ſunt verba *Spinozę*) quarum idearum aliæ ſunt adæquatæ, alię inadæquatæ: quodque per adæquatas agere, per inadæquatas pati dicimur. Docet Auctor illam partem mentis æternam eſſe, per quam *intelligimus*; & ex ratione agimus: quæ pars intellectum & claram atque diſtinctam cognitionem complectitur; & per quam ſolummodo agere, & non pati dicimur: eam autem mentis partem interire, per quam ſolummodo patimur; & quæ complectitur ideas, quarum ideatum involvit aliquam præſentem corporis conſtitutionem, ſive cujus ideatum eſt certa conſtitutio corporis, cui corpori mens unita eſt. Mens itaque quatenus eſt intellectus, & ex adæquatis conſtat ideis, quæ præſentem aliquam corporis conſtitutionem, pro ideato non habent, quale ideatum v.gr. *imaginatio* habet, *eſt æternus cogitandi modus, qui alio ęterno cogitandi modo determinatur; & hic rurſus iterum alio, & ſic in infinitum; ita ut omnes ſimul Dei æternum & infinitum intellectum conſtituant.* Non itaque ex ſententia *Spinozæ* tota mens hominis perit corpore deſtructo, ſed ea pars mentis tantum, per quam pati dicimur; illa pars mentis æternum reliqua manens, per quam dicimur agere.

---

## CAP. II.

*Complectens ſummam Argumentorum & fontes ſolutionum, ad quos referendus eſt ſermo, quem in ſequentibus habituri ſumus, ſparſimque in Tractatu dicturi ad profligandam ſententiam* Spinozæ.

PEr Deum intelligimus Ens *ſumme perfectum.*

Sta-

ſtatuimus *perfectiones ſummas* per ſe co-
ſci; aut ſaltem earum dari notam cer-
& infallibilem. Hic habemus *Spino-*
conſentientem, qui teſtatur ſe quæ
Deo tribuere *ſummę ejus perfectionis*
Et ad naturam Dei pertinere, quod
infinitum & perfectum eſt; nul-
negationem involvit; quam nega-
implicat *determinatum*, *finitum* &
*ctum*, de quo ideo multæ realitates
poſſunt: *cum contra determinatum*,
*neque ſumme perfectum denotet & in-*
*negationem exiſtentię ejuſdem naturę.*
ro tale finitum & infinitum ſit vera
ræ & ſummæ *alicujus* perfectionis,
us, quæ à perfectione ſumma defi-
unc non diſputo.

perfectiones ſummæ & infinitæ
modi ſunt, ut in quacunque re illæ
riantur, illam ideo conſtituant *ens in-*
*e perfectum*: & ubi illæ infinitæ per-
iones abſunt, illic pereat atque intereat
entis infinite & ſumme perfecti.

Iſtarum abſolutarum perfectionum ea
natura *ut una ſine alia eſſe non poſſit*: imo
una aliam, atque ita omnes ſummam
erfectionem involvant; & excludant
omnem compoſitionem in ente ſumme
perfecto. Unde conficio ſimplicitatem
eſſe perfectionem. Ideo illud ens ſumme
perfectum tantum unum & unicum eſt.
Dicimus Deum ſive ens ſumme perfe-
ctum non tantum eſſe unum, ſed etiam eſſe
unicum, quia res numeris non concipimus,
niſi poſtquam ad commune genus redactæ
ſunt. At Deus non eſt in aliquo genere aut
ſpecie: quia tantum unus eſſe poteſt.

Iſtius Entis infinite perfecti unum inter
multa alia attributum eſt, quod ſit à ſe ip-
ſo: involvit itaque eſſe à ſe ipſo ſummam
perfectionem. Quod igitur à ſeipſo eſt,
vi ſuarum perfectionum à ſeipſo eſt: quia
infinitæ perfectiones, quæ in illo Ente
ſunt, intellectui inſinuant quod debeat eſſe
à ſe. Eſſe à ſeipſo itaque in ſuo formali
conceptu involvit perfectionem ſummam,
& ſumma perfectio involvit eſſe à ſeipſo.
Ideo etiam illud ens æternum eſſe ſtatui-
mus: & in ejus eſſentia etiam exiſtentiam
includi.

Omne id à ſe eſt quod vi iſtius naturæ,
quæ à ſe eſt, neceſſario *& ex legibus iſtius
naturę exiſtit*: quia cum legibus naturæ
contineatur ipſa rei natura; neceſſario
quicquid legibus naturæ iſtius entis exiſtit,
etiam eſt de natura iſtius entis. Quod igitur
non eſt de natura iſtius entis, id non exiſtit
ejus legibus; neque eſt de natura iſtius
entis.

Quod autem objici poteſt, ex hypotheſi
creationis verum quoque eſſe, quod quic-
quid poſt creationem exiſtit, exiſtat ex
legibus naturæ; nec tamen ex eo ſequitur
exiſtere ſimul: quod cum dici nequeat,
fatendum certe eſt nova entia, quæ nihil
aliud ſunt, ex ſententia *Spinozæ*, quam
naturæ novæ modificationes, produci vi
& legibus ipſius naturæ, cui tamen non,
ut ita dicam, coëxiſtunt: in operatione
vero naturæ cum ſucceſſio detur, neceſſe
eſt operationis iſtius effecta, quæ ſunt na-
turæ modificationes, ab ipſa natura, quo-
ad exiſtentiæ principium differre. Non-
dum igitur demonſtratum eſt ſucceſſivam
operationem, & modificationes ſibi invi-
cem ſuccedentes adſcribi non poſſe enti
ſumme perfecto: ſed tribuenda ea naturæ
finitæ perfectioni; ex legibus quidem ſuæ
naturæ, ſed ab Ente ſummè perfecto ei
inditis, operanti: quod inquam tale quid
objici poſſit, non multum præſidii ad-
verſariis in eo poſitum video. Nam nullus
Spinoſiſta ab hypotheſi creationis mundi
unquam argumentum mutuabitur; quia
creationem mundi negant. Secundo, ne
quidem ex orthodoxorum numero aliquis
recte ex hypotheſi creationis mundi, in
noſtro argumento defectum oſtenderit:
nam negamus leges naturæ, ex quibus tot
diverſæ modificationes naturæ oriuntur,
non complecti in ſe ſucceſſionem: ope-
rantur enim leges naturæ juxta principia,
& leges motus; de cujus motus natura eſt
*ſucceſſio*: non mirum itaque illas modifica-
tiones

tiones non ſimul exiſtere; quandoquidem earum cauſa non ſimul exiſtit. Demonſtrandum itaque Adverſariis eſt, I. Ab aliqua cauſa ſimplici, & legibus naturæ ſuæ agenti, omniſque *potentiæ* experti, proficiſci poſſe *ſucceſſionem*. II. Res quæ ab illa cauſa per cauſalitatem immanentem & proximam manant, non eſſe de natura iſtius cauſæ; ita ut res illæ, cujus vi dicuntur productæ, non cogitatione, & concipiendi modo, ſed reipſa ab illa cauſa differant, ita ut formalis ratio *cauſæ & effectus* ſervari poſſit. At qui ſtatuunt motus cauſam proximam eſſe ipſum illud ens ſumme perfectum; illudque voluntate præditum; à qua determinatio libera nullis legibus ſuæ naturæ ſubjecta, ad excitandum motum, eumque continuandum, illi facile ſeſe expediunt, docentque quomodo ab Ente ſummè perfecto, in quo nulla eſt ſucceſſio, tamen ſucceſſio oriri poſſit, & quomodo natura ab ipſo naturæ autore differat.

Ut itaque ad inſtitutum revertar: quandoquidem dantur entia, quæ non ſunt de natura iſtius entis, quod per ſe & ſua natura exiſtit; illa itaque non ſunt nata, neque exiſtunt legibus naturæ iſtius Entis, quod à ſe eſt.

Deinde entia quæ ſunt nata ex legibus iſtius Entis, quod à ſe eſt, illa quemadmodum à ſe ſunt, etiam omnia ſimul ſunt & exiſtunt. Quod inde confirmatur & illuſtratur: quia quandoquidem illud Ens per ſe non ideo exiſtit & operatur, quia liberum illi fuit non exiſtere aut operari, ſed legibus ſuæ naturæ exiſtit & operatur, debet illud Ens omnia ſimul operari; quia nulla poteſt concipi potentia in illo ente: eſt enim ſimplex & omnis compoſitionis expers, conſentiente *Spinoza*. Et præterea quid eſſet quod illam potentiam poſſet excitare ad operandum actu & reipſa: quandoquidem illa eſt cauſa prima omnium. Nec eſt quod præterea in hac re demonſtranda laboremus, cum *Spinoza* ipſe neget dari *ullas potentias, aut eas dari poſſe*.

Porro debent omnia, quæ à legibus naturæ iſtius Entis per ſe & infiniti profluunt, eſſe infinita & æterna: nihil enim eſt quod ea limitare poſſit: *quandoquidem omnis limitatio à determinata cauſa proficiſci debeat*.

At quia, etiam ex ſententia *Spinozæ*, dantur entia finita & limitata; atque in quibus etiam obſervare licet ſucceſſionem, illa entia nata eſſe non poſſunt ex legibus naturæ Entis infiniti.

Neque labefactatur vis hujus noſtræ argumentationis reſponſione *Spinozæ*, docentis naturæ modificationes eſſe ſemper infinitas; quamvis non ſemper eaſdem: licet enim ſingulæ modificationes (inquit) finitæ ſint, infinitæ tamen ſunt univerſæ. Addit præterea ad naturæ perfectionem pertinere modificationes in infinitum variari. Secundo negat *Spinoza*, entia finita ſive ſingulas naturæ modificationes produci proxime ab ipſo Ente infinite perfecto: ſed ab alia modificatione, quæ rurſus ab alia; & ſic in infinitum: & ita ſingulæ modificationes non cauſam infinitam ſed finitam cognoſcunt.

Ad primam itaque inſtantiam reſpondemus temere à *Spinoza* doceri naturæ modificationes ſemper infinitas eſſe, nec tamen eaſdem manere: quomodo illæ modificationes ſunt infinitæ vocandæ, quandoquidem quotidie novæ oriantur, quæ augent priorem numerum; ſunt enim à prioribus, quæ intereunt, diſtinctæ: nihil autem modificationum reſpectu infinitum vocari poteſt, quod novas quotidie modificationes recipit. Aut itaque *Spinoza* aliud quid per finitum & infinitum intelligit, quam communiter per eas voces intelligitur; aut illa reſponſio tam vane inter res per ſe notas & notiones primas ponitur, quam id, quod aſſerit unam eandemque ſubſtantiam eſſe affectam duplici attributo cogitationis & extenſionis. Eodem refero quod dicit de *perfectione* naturæ eſſe, ejus modificationes in infinitum variari; quia ſi quis principia *Spinozæ* recte examinet,

in-

lliget nullam notam eſſe qua inter entia ...ectum ab imperfecto, melius à dete... diſtinguatur; quod ſub finem hujus ...tis probatum dabo. Et ſi detur aliqua ...perfectionis & imperfectionis, non... ...rfectius eſſet hominis temperamen... ...a eſſe conſtitutum ut rationis uſui ...minime obſit? Quandoquidem jux... ...nozam ipſum, in illo rationis uſu ...is beatitudo contineatur. Non ar... ...que perfectionem naturæ, corpus ...ſtitutum, ut maxime idoneum ſit ..., ejuſque uſui quam minime offi... ...ſubjicere iſtis modificationibus no... ...quibus minus aptum redditur.

...etiam temere aſſeritur à *Spinoza*, en... ...ata ſive ſingulares naturæ modificati... proxime produci ab Ente infinito: Quandoquidem agnoſcit dari modifi... ...ones ſingulares in natura naturata; imo ...m naturam naturatam ex iis componi, ...que habere cauſam, quemadmodum ...a natura naturata cauſam habet naturan... ...n; quis intellectu conſequi poteſt, aut ...icari rationem eſſe in doctrina *Spinozę*, ...turam naturatam, quæ ex infinitis mo... ...ficationibus ſingularibus conſtat ab Ente ...nfinito eſſe, nec tamen ſingulas modificati... ...ones ab Ente infiniro eſſe, quandoquidem omnium modificationum ea eſt natura, ex *Spinozę* ſententia, ut debeant habere cauſam: quamvis itaque in infinito numero & in infinito tempore non poſſim aſſignare principium & finem, qui tamen cauſam ſtatuit, à qua modificationes ſive natura naturata proficiſcuntur; ſtatuitque illam cauſam eſſe ens infinitum, is docet ab ente infinito oriri modificationes ſingulares: quandoque tota natura naturata ex modificationibus conſtat; & quamquam uſus, & experientia me doceat omnes ſingulares modificationes, quæ mihi in natura notæ ſunt, ab aliis ſingularibus modificationibus originem ſuam habere. Qui tamen univerſis modificationibus cauſam tribuit infinitam, eamque proximam, is alicui modificationi, eique finitæ, qualis omnis *modificatio* eſt, cauſam infinitam aſſignat: at hoc fieri poſſe negamus propter rationes ſupra traditas. Quis enim capere poteſt ab ente infiniro ſimpliciſſimo, agente ex legibus naturę ſimpliciſſimis, modificationum varietatem, & aliquid finitum oriri poſſe? Nam quemadmodum Ens infinitum eſt ſimpliciſſimum, ita leges illius naturæ debent eſſe ſimpliciſſimæ: vel enim rurſus recte quæritur, unde illa legum diverſitas? Neque ſubſiſtere poteſt reſponſio ſi dicas eam eſſe naturam entis infiniti, ut diverſis legibus agar: nam quæro rurſus unde illa diverſitas in Ente ſimpliciſſimo?

Neque hoc argumentum infirmatur Orthodoxorum doctrina, quæ docet attributa divina ſimpliciſſima in ſe diverſarum relationum in creaturis cauſam eſſe, quia illa diverſitas oritur ex diverſitate qualitatum & conditionum, quæ in objectis reperiuntur ex libertate voluntatis Dei, qui quidem ſemper agit v. gr. ſecundùm leges ſanctitatis, ſed quæ diverſas conditiones in objectis liberis per libertatem creaturæ rationalis reperiens diverſimode quidem circa illas ſe habet, ſed illa diverſitas à conſtanti & uniuſmodi Dei ſanctitate non oritur, ſed à libertate creaturæ rationalis. Aliæ operationes, effectus & relationes, quæ cum Dei natura non ſunt connexæ, varietatem ſuam habent à Dei voluntate; quam *Spinoza* Deo eripit.

Ut itaque concludam: cum talia entia finita à ſe non ſint, debent habere cauſam: quæ cauſa alia eſſe non poteſt, quam libera voluntas iſtius cauſæ primæ agentis tunc non ex neceſſariis legibus naturæ ſuæ, ſed ex libero voluntatis arbitrio.

Non itaque hic confugere licet ad cauſarum ſecundarum ſubordinationem in infinitum: recte enim illud quæritur, quomodo à cauſa prima agente naturæ ſuæ legibus, oriri poſſit aliquid finitum & limitatum; aut etiam ſucceſſio: at in ſuperioribus probatum eſt hoc fieri non poſſe. At

At Ens voluntate prædituin ſine cognitione ſingularium entium, quæ voluntate ejus exiſtunt, eſſe non poteſt. Hoc per ſe notum eſt.

Competit itaque illi enti attributum cogitationis.

Porro inter entia finita & limitata alia ſunt quæ cogitatione affecta ſunt, aut quorum natura cogitatione continetur, alia quæ extenſione ſunt affecta. Et debent illa entia, ſive cogitantia ſive extenſa, habere cauſam. Hoc à *Spinoza* etiam conceditur.

At quandoquidem à priori probata eſt neceſſitas iſtius cauſæ, qua omnia finita & limitata entia indigent, non poteſt illa demonſtratio infirmari ex eo, quod modum, quo illa entia finita & limitata ab illo Ente infinito procedunt & manant, ignoramus: & in tali caſu recte reſpondetur rem negandam non eſſe, quia modus, quo res operatur, nobis latet. Et præſertim debet valere & conſiſtere illa reſponſio, quando ſermo verſatur in rebus, quæ infinitæ naturæ ſunt, qualis eſt Deus. Et ipſe *Spinoza* nullibi probat *quomodo* ab Ente infinito legibus naturæ neceſſario operante procedant entia limitata & finita.

Dicimus itaque entia affecta extenſione, aut modo extenſionis, vel *corpora* (ut *Spinozæ* voces uſurpem) etiam cauſam ſuæ exiſtentiæ habere Deum, in iis producendis agentem libere ex arbitrio ſuę voluntatis. Deum autem attributo cogitationis affectum eſſe ſupra probatum dedimus.

At Deum carere attributo extenſionis ita probamus. Attributum eſt id, quod intellectus de ſubſtantia concipit tamquam ejus eſſentiam conſtituens. Eſt *Spinozæ* definitio attributi. Quando itaque intellectus concipit attributa, quæ nullam cognationem inter ſe habent, illa attributa pluralitatem ſubſtantiarum important, mentique eam injiciunt. Et ab omni ſenſu communi alienum eſt, docere (quemadmodum facit *Spinoza*) modos cogitationis & extenſionis nos ducere in cognitionem diverſorum attributorum: nec tamen duo diverſa attributa, quæ nullam omnino cognationem inter ſe habent; & quæ attributa eſſentiam rei exprimunt, quatenus ab intellectu percipitur, nos ducere in cognitionem duarum eſſentiarum ſubſtantialium, nec tamen diverſitatem ſubſtantiarum mentis cogitationi ſubjicere. Inde conficio ſubſtantiam cogitantem non eſſe ſubſtantiam extenſam, quia attributum cogitationis non eſt attributum extenſionis. Subſtantia itaque, cujus naturam & eſſentiam conſtituit attributum cogitationis, non poteſt eſſe una eademque ſubſtantia, cujus naturam & eſſentiam conſtituit attributum extenſionis.

Negat *Spinoza* illam conſequentiam: & quamvis duo diverſa attributa nulla cognatione inter ſe juncta dentur, negat illam diverſitatem impedire, quare uni eidemque ſubſtantiæ convenire non poſſint, ſed nullibi dat rationem intelligibilem ſuæ negationis: ſed ex eo quod exiſtimat ſe probaſſe, poſſe tantum unam exiſtere ſubſtantiam; & extenſionem in ſe non complecti plures ſubſtantias; & aliud atque aliud, nullamque imperfectionem importare, inde invicte ſe probaſſe arbitratur uni ſubſtantiæ duo illa attributa cogitationis & extenſionis convenire debere. Quam autem hoc verum ſit, & rationi conveniens, ſupra partim oſtendimus, & ulterius ſtatim ad examen vocabitur.

Hoc jam examinandum reliquum eſt, an inter illa entia finita & limitata extenſionis & præſertim cogitationis, ſint etiam *ſubſtantiæ?* An vero tantum ſint *modi*, aut unius ſubſtantiæ attributo cogitationis & extenſionis affectæ, aut duarum ſubſtantiarum attributo cogitationis & extenſionis diſtinctarum. Sed quia ex præcedentibus ſeſe non ita manifeſto prodit, quid de illa controverſia judicandum ſit, me recte facturum arbitror, ſi quædam fuſius exponam, à quibus hujus litis deciſio tota pendet.

Ad.

d Probandum Deum eſſe unum, æter- à ſeipſo ; poſſidere omnes perfectio- ſolutas, orditur *Spinoza* ſuam demon- nem à naturâ ſubſtantiæ, quam ta- ſe contendit ut una tantum, eaque ab alio, ſed tantum à ſe ipſa eſſe poſ- inde conficit vi naturæ ſubſtantiæ, s, illi ſubſtantiæ omnes perfectio- uendas eſſe. Nos, qui hac in re nur *Carteſii* principiis inſiſtere in da Dei exiſtentia, ex aliis princi- m *Spinoza*, illam probatum imus : c recenſere non attinet. Tota ita- ſputatio in hoc incumbit, an ea ſit atiæ natura & ratio, ut una tantum neque etiam ab alia quacunque ſub- produci poſſit : & illam eſſe ſua na- ternam, & à ſe ipſa ; atque ita exi- am includi in ejus eſſentia. Sic ita- dornamus demonſtrationem noſtram tra Spinozam.

tatuo primo omnem extenſionem eſſe ſibilem. Diviſibilitas eſt aptitudo ad iſionem ſive ſeparationem partium : tes autem denotant multitudinem re- m eſſentia ſeu realiter, ut vocant, diſtin- arum ; & ideo omnis extenſio continet *lura*, & *quorum unum non eſt aliud* : quia ermini extenſionis à ſe invicem diſtant. Sunt itaque hoc ſenſu in extenſione partes antequam dividatur : tum quia eſt in ex- tenſo terminorum diſtinctio ante diviſio- nem, quam mente aut imaginatione fingi- mus ; cum etiam, quia ſunt in corpore (intelligo nunc per corpus idem quod Ad- verſarius) partes, quod *Spinoza* concedit : at non ſunt in corpore ob aliam cauſam par- tes, quam quia modi, per quos corpora (ex ſententia *Spinozę*) conſtituuntur, extenſi- onem & partes habent. Habent autem mo- di extenſionem & partes, non per ſe, ſed per extenſionem : *modus enim, per quem extenſio modificatur, non eſt extra alium ex- tenſionis modum, niſi quia ſunt modi extenſi- onis, non rei extenſione expertis : nam exten- ſionis, non vero alius alterius rei formalis ratio eſt, quod unum ſit extra aliud* : & quod extenſum non poſſit conſiderari ut incluſum in puncto Mathematico. Vel ut eandem brevius & magis perſpicue dicam : modus extenſionis unius ab alio extenſionis modo non eſt diverſus, ac proinde non ſunt aliud & aliud niſi per ipſam extenſionis naturam, cujus formalis ratio eſt quod unum ſit extra aliud. *Corpus* itaque eſt diviſibile in partes, aut reipſa diviſum in partes ; hoc eſt, in aliud & aliud : quia eſt extenſum. Ita ut omnis difficultas, quæ ſe prodit in extenſione, ſe etiam aperiat in corpore, ſive in diviſibilitate modi extenſionis ; qui modus extenſionis *Spinozæ* corpus eſt : & modus extenſionis ſe non diſtinguit ab alio modo extenſionis per aliquam differentiam, quæ illis modis adhæret, ſed per extenſionem : eſt itaque à natura extenſionis, propter quam modi ſe invicem non penetrant, & extra ſe invicem poſiti ſunt.

Si inſtes & dicas, extenſionem uniuſmodi eſſe, & ita ſimplicem & infinitam ſimul, ut repugnet *partes, vel* potius *aliud & aliud* in ea ponere, ſed noſtro cogitandi modo illi partes tantum tribui, quando in extenſione per imaginationem aliquas partes ponimus ; quę diverſitas tantum ex modis oritur, qui natura ſunt poſteriores ipſa extenſione ; & ideo extenſionis idea, aut definitione non continentur. Ita in infinito, quale eſt extenſio, per imaginationem aliud alio longius aut brevius, aliquid alio propius aut remotius ponimus : cum tamen extenſioni, qua tali, ejuſque ſimplici & uniuſmodi naturæ non conveniat illam non habere pro una ſubſtantia : & ſi plures ſubſtantias illi tribuas, oportet illi & actu infinitas tribuere ; quia omnis extenſio in partes infinitas eſt diviſibilis. Ad id fieri non poteſt propter abſurditates, quæ inde ſequuntur ; & in ſequentibus dicentur. Ergo non datur aliud & aliud in extenſione ; & unius attributi una tantum eſſe poteſt ſubſtantia.

Reſpondemus : hoc non impedire quare non ſit conſentaneum veritati docere tot par-

partes eſſe in extenſione, quot ſunt modi extenſionis: & tot eſſe modos, quot ſunt diverſę relationes ſitus partium extenſionis in extenſione; & ex qua diverſa relatione ſitus partium extenſionis modi oriuntur. Negamus etiam ſubſtantiam extenſam natura priorem eſſe ſua affectione & modis ſuis; quia cum ſit finita, & ideo limitatæ naturæ, unaquæque ſubſtantia finita per id diſtinguitur, per quod eſt *aliud*. Et quia infinitum extenſum non eſt ante finitum extenſum; ita ſubſtantia extenſa non eſt natura prius affectione ſubſtantiæ, ſed affectio ſubſtantiæ finitæ eſt ſimul natura cum illa ſubſtantia, cujus eſt affectio: quia finita cum ſit, etiam de ejus natura eſt, eſſe modificatam. Non enim illa ſubſtantia extenſa prius conſideranda eſt quaſi infinita; (hoc eſt, non ex alio & alio conſtans; & cujus unum aliud non eſt de natura alterius aliud) & poſtea finitudinem per modos, ſubſtantia extenſa poſteriores natura, acquirens.

Et valet hæc argumentatio tam quando ſermo eſt de univerſo extenſo, ſive de tota natura corporea, quam quando de corporibus ſingulis diſputatio incidit: eadem enim eſt natura extenſi univerſi (quod ad compoſitionem ex alio & alio attinet) quæ eſt ratio ſingulorum corporum; cum aliud & aliud in corporibus ſingularibus non ponatur per modos: ſed quia eſt in extenſo aliud & aliud, ideo diverſitas modorum eſſe poteſt: & quia extenſum univerſum ex alio & alio conflatum eſt, ideo etiam ante omnem operationem intellectus aliquot modis eſt præditum: ex gr. erit extenſum *durum*, ſi ponatur nullum in univerſo motum eſſe. Si dicas ſubſtantia attributo extenſionis affecta eſt & manet ſine ulla modificatione, omnibuſque modificationibus prior eſt, quia illarum proxima & immanens cauſa eſt, redit in orbem eadem difficultas, non ſolummodo ea, quomodo ſubſtantia ſimplex voluntate privata poſſit eſſe cauſa tot diverſarum modificationum, ſed etiam quomodo modorum à ſe invicem per extenſionem diſtinctorum diverſitas, quæ extenſionis modificationes ſunt, poſſit eſſe in extenſione, in qua non eſt aliud & aliud.

Subſtantiæ itaque extenſę tam eſt eſſentiale, eſſe finitam, quam eſſe extenſam. Et vanum eſt cogitare extenſionem non modificatam: hoc eſt, cogitare extenſionem, quæ ſimul non ſit *corpus*. Nam quamvis non ſit neceſſe, quod ſit hoc vel illud corpus, debet tamen eſſe aliquod corpus. Neque eſt tantum operatio imaginationis, ſed etiam intellectionis in extenſione, nempe aliud & aliud conſiderare: quamquam agnoſcam eſſe operationem imaginationis illi extenſioni in genere conſideratæ, aliquem ſingularem modum tribuere: & propterea agnoſco extenſionem intellectione debere concipi: ſed id non obſtat, quare reipſa in extenſione non ſit *aliud* & *aliud*. Pilæ celeritas ex ſclopeto, ut & gradus ejus motus intellectione tantum non imaginatione cõcipiuntur; non tamen impedit ille concipiendi modus, quare in motu pilæ non liceat ponere ſucceſſionem & gradus motus: quamvis partes ſucceſſionis & gradus motus imaginatione tantum in illa ſucceſſione & motu ponam: neque ita re ipſa in iis ſint, ut certus gradus, aut certa pars ſucceſſionis, aut certa pars ſpatii, quam imaginatione concipio, in iis ſit; ita ut intelligatur aliquis minimus gradus motus, aut aliqua minima pars ſpatii in natura dari, qualem tamen imaginamur. Si enim ideo ſubſtantia extenſa dicenda eſt non conſtare ex alio & alio, quia imaginatione tantum partes in ea ponimus: eodem jure dixeris nec motum, nec modos extenſionis *partes*, aut *aliud* & *aliud* involvere aut importare: quia dicam, ſi ſint in illis partes, aut aliud & aliud, ergo componuntur ex partibus, aut ex alio & alio: at non magis ex partibus componuntur, quam ipſa extenſio, quia quæ partes in iis ponuntur, imaginatione tantum ponuntur; neque reipſa tales ſunt, qua-

naginatione ponimus; propter ſu-
tas rationes.
quies: an ergo extenſio ex parti-
ata eſt? Et an actu partes habet?
n dicendum imaginatione tantum
es poni? Quod ſi res ita ſe habeat,
n extenſione reipſa partes non
ue ideo *aliud* & *aliud*. Imagina-
xtra rem eſt, nec quicquam in
eſt enim tantum *cogitandi modus*,
ræterea: eſtque ſummus error
e modos cogitandi cum modis
ondeo: tota hæc objectio vim
uatur ab æquivocatione, quæ eſt
e *partis* & *totius*: in extenſione
partes ante noſtram imaginatio-
er partem intelligas aliquid in ex-
, à quo imaginatio potius quam
diviſionem incipere debeat. Aut
iquid eſſet in extenſione, quod ita
, ut non ſimul ſit totum, reſpectu
m, in quas illud totum rurſus dividi
: neque extenſio ita ex partibus
ta eſt, ut reipſa pars minima in ipſa
ut *intellectione* in hujuſmodi minimas
s dividi poſſit: nullo modo. Nam
nullum extenſum pertranſiri poſſet.
extenſio eſt fundamentum verum,
imaginatione ſuſceptum, propter
od intellectus, aut imaginatio in ex-
nſo partes *cogitare* poteſt: & ſuper ea
ogitatione veras leges, & axiomata in
tura formet; imo ea non tam formet,
uam in natura reperiat. V. Gr. quia mo-
m reperio in natura; & quia ille motus
t ens verum, non imaginarium, ideo
le motus omnibus hominibus injicit co-
gitationes veras de partibus in extenſione,
quam omnis motus ſucceſſive tranſit:
appello partes *veras*, quia quamvis hanc
& illam partem homo *imaginando* ponit;
quemadmodum ſimiles partes ponit in
motu: diviſibilitas tamen tam in extenſio-
ne, quam in motu eſt, ante omnem ope-
rationem intellectus, aut imaginationis:
& ita illa diviſibilitas non eſt aliquid ima-
ginarium, & extra imaginationem nihil:

ſed eſt in extenſo *aliud* & *aliud* ante ima-
ginationem.

Et nihil tam à veritate alienum eſt, quam confundere modos cogitandi & imaginandi cum reali fundamento, quo nititur illa cogitatio & imaginatio, quod cogitandi & imaginandi modis occaſionem præbet. Sic motus non magis componitur ex partibus, quam extenſio; ſed tamen motus effectus & natura ea important, ut non tantum imaginatio, ſed etiam ratio circa eum aliter occupata eſſe non poſſit, quam quatenus in motu, ſicut in extenſione gradus & partes imaginatione ponere debeamus. Dico *imaginatione*: quia de effectis motis conceptum formare non poſſum, quin id, quod in infinitum diviſibile eſt, quod tamen ut non in infinitum diviſibile concipio, dividam in partes; & ita à tali aliqua parte initium ſumam diviſionis, & id in hujuſmodi partes dividam. Et ſi hoc imaginationis meæ opus non habet verum & reale fundamentum in natura; non erit verum (quod tamen uſus veriſſimum eſſe docet) corpus motum initio ſui motus, novos & celeriores gradus motus acquirere, & ſpatium motu tranſire: nam ſi in motu & ſpatio non concipiam partes, (imaginatione quidem formatas, ſed quæ fundamentum habent in natura) quæ non ſunt in infinitum diviſibiles, motus erit tantum res imaginaria & ficta: quia cum motus & ſpatium ſint diviſibilia in infinitum; & tamen acceleratio motus evenire non poſſit, niſi fiat tranſitus per omnes gradus motus: quemadmodum nec progreſſio per ſpatium, niſi fiat tranſitus per ſpatium, cujus minimum in infinitum eſt diviſibile: ſequeretur, inquam, ſi partes imaginatione factæ eſſent aliquid merum fictum & commentitium, nec motus accelerationem, nec corporis moti progreſſionem in natura reipſa eſſe: quia extra harum partium (& quidem imaginatione factarum) naturam mente perceptam, idea celeritatis motus & corporis moti progreſſionis per ſpatium,

um, petit: quia reſpectu graduum motus & ſpatii partium, per quod corpus transit, conſideratum ut in infinitum diviſibile, non poteſt dari acceleratio motus, aut corporis moti progreſſio: quia quod in infinitum diviſibile eſt, pertranſiri non poteſt: & ita gradus motus & corpus motum in puncto, imaginatione noſtra facto, ſubſiſtere deberent.

Atque ita quando de extenſione, ejuſque diviſibilitate, & partibus, ſermo eſt, non oportet confundere partes, quas imaginatione divido, cum *alio* & *alio*, quod in omni extenſione eſſe *intelligo*: ſed quod *imaginatione* ponere non debeo, quia imaginatio ponit partes diviſas actu & reipſa. Hæc autem diverſitas ex prædictis liquet: quantitatem enim motus ſemper duplici ratione conſideramus. Una conſiderandi ratio eſt, qua concipimus eam ut non compoſitam ex partibus; quia iis poſitis non poſſet ad certum motus gradum perveniri: alia, qua illa quantitas motus per imaginationem in veras & reales partes dividitur. Neque tamen imaginatio eſt modus concipiendi, qui extra ipſam extenſionem aliquid reale extenſo tribuit: ſed per imaginationem id dividitur in partes, quod extra imaginationem erat *unum*, hoc eſt, *non diviſum*: quatenus imaginatio *alii* & *alii* addit *notam*, qua jam actuales partes in mente aut imaginatione verſantur, quas & quales ante imaginationem non habebat. Itaque in una eademque re ſunt partes, & non partes: neque ea in re plus admirabilitatis eſt, quam cum dicimus mundum eſſe unum & plura: unum, quia eſt unum continuum, & unum extenſum, in quo partes ejuſmodi non ſunt, quæ diviſione actuali pertranſiri & dividi poſſunt: nam modi extenſionis, ex quibus *corpora* (juxta ſententiam *Spinozæ*) oriuntur, non tollunt proprietatem extenſionis in ſe conſideratæ; & per quam eſt diviſibilis in infinitum. Et ita unumquodque ſingulare corpus eſt in infinitum diviſibile. Eſt etiam mundus *plura*, quatenus plures modi extenſionis, hoc eſt, figuræ & formæ accidentales, in eo reperiuntur: & tamen illi modi extenſionis (loquor nunc de figuris) etiam aliquo ſenſu ab imaginatione pendent, quia eſt opus imaginationis, corpora quædam cum certa quadam relatione ad alia corpora conſiderare, non attendendo *ad alia corpora* proxime circumjacentia, vel interjecta: & tamen ex hoc conſiderandi & cogitandi modo omnes figuræ oriuntur. Sed quis inde concludat, id quod iſti imaginationi cauſam præbet, etiam eſſe aliquid imaginarium, aut rem imaginatione repræſentatam; & eſſe nihil extra operationem noſtri intellectus: quia interveniente imaginatione res in intellectu verſatur, & circa eam eſt occupatus. Porro ille numerus in mundo, nec plus nec minus imaginarius eſt quam numerus partium in extenſo: quia quod unum vocamus propter aliquem conſiderandi modum, id etiam plura vocare licet propter alium conſiderandi modum. Neque refert quod modi, qui in re reipſa ſunt, etiam revera ſint diſtincti; & diſtinctas operationes, ſenſibus id teſtantibus, edant: quia illi modi id non aliter operantur quam omnes figuræ; quas Adverſarius tamen naſci fatetur ex conſiderandi & imaginandi modo: quatenus aliquorum corporum ſitum conſideramus, non conſideratis aliis corporibus interjectus; aut etiam circumjacentibus: quæ corpora conſiderata & relata ad alia corpora, quorum reſpectu etiam ſuum ſitum habent, rurſus aliam figuram imaginationi repræſentant. Sed quis inde conficeret *crucem*, v. gr. non eſſe rem aliquam realem in natura, ſed noſtra imaginatione tantum fictam & excogitatam. Eadem ratione dixeris bovem aut agnum non eſſe res reales & ſingulares, eaſque tantum imaginatione, non reipſa numerum facere: quia externa & interna figura bovis, formatur ex conſideratione partium illius collatarum per imaginationem cum aliis partibus, mente ad alias quaſdam partes interjacentes aut

cir-

jacentes non applicata. Si hæc ar-
tandi ratio procedit, recte conficio
, me ſingulis momentis novum
acquirere propter continuam par-
utationem. Quid igitur dicendum
ndum? Reſpondeo: rationem ſive
noſtræ conditionem talem eſſe, ut
te de unitate & pluralitate rerum
, idque judicium dirigat vel pro-
xta primas rationis notiones, vel
juxta ſenſuum judicium, modera-
gubernatum juxta primas illas rati-
otiones. Sic mens per ſuas notiones
t de pluralitate actionum ſpirituali-
entis ſuæ: ita mediantibus ſenſibus
is judicat per notiones primas de
tate rerum materialium: quatenus
ctæ & diſtinctæ operationes & im-
iones fiunt in ſenſibus, idque juxta
dam operationes corporum, ortę ex
corporum: qui ſitus certe non eſt ali-
d imaginarium; (quamvis ab imagina-
nè pendeat nunc hunc nunc alium ſitum
porum conſiderare) neque quod ſenſi-
s ex illo ſitu illabitur, eſt aliquid ima
narium: quamvis ille ſitus cum aliis
orporibus collatus, aut intellectu aut
enſu nobis repræſentatus alium modum &
figuram faceret; aliudque nomen indue-
ret, & quod antea ut plura, nunc rurſus
ut unum conſideretur. Quemadmodum ex multis crucibus certo modo conſideratis unum ſingulare corpus propter diverſum conſiderandi modum conflari poſſit. Ita corpora ex arbitrio noſtro collata cum certis quibuſdam corporibus, aliam atque aliam figuram aut menti aut ſenſibus offerunt: ſed hoc non impedit quare corpora verum ſitum non habeant, veroſque modos, veraſque proprietates; ſecundum quas de ſingulis judicium ferimus. Ita v. gr. crucem vocamus duo corpora decuſſatim ſibi invicem impoſita in ſpatio, quod non eſt repletum ſimilibus atque homogeneis corporibus: quæ ſimilia corpora ſi illud ſpatium occuparent, non crucem, ſed v. gr. planum aliquod ligneum conſtituerent: & quamvis ſpatium, in quo ligna decuſſatim poſita ſita ſint, vero corpore ſubtili repleatur, dicimus tamen crucis figuram revera illic manere, & crucem reipſa in illo ſpatio eſſe: neque hoc ita ab imaginatione pendet, ut cuiquam liceat ſtatuere aut negare crucis figuram in illo loco non eſſe; quia tunc negaret illam operationem duorum corporum decuſſatim ſibi invicem impoſitorum: quæ operatio ſe probat oculis & ſenſibus aliis: & hoc totum eſt per quod res corporeæ diſtinguuntur; imo eo tota corporum natura continetur.

*Unum* itaque & *plura* non ſunt denominationes externæ, quibus tantum imaginatio ex libidine ſuſcepta, & arbitraria, locum præbet, ſed tale fundamentum habent ut naturalibus corporibus ſuam naturam eripias, ſi rem aliter imagineris. Sic non eſt imaginarium arborem pro uno eodemque individuo habere; quamvis ventis agitata, & ſingulis momentis nutrimentum accipiens, nunquam eundem ſitum partium conſervet. Idem dicendum de noſtro & omnium animantium corpore: quia unitas iſtorum corporum ſumitur à partium (quamvis mutatarum & non earundem) eodem ſitu & eadem relatione, per quam eodem modo in ſe invicem operantur; eaſdemque edunt & producunt operationes: at hoc non eſt imaginarium, fictum aut commentitium. Itaque ridiculum ſeſe præberet, qui ſerio tueri vellet, nos ſingulis momentis novum adipiſci corpus, quia ſingulis momentis partium noſtri corporis ſitus mutatur: nam, ſicut jam diximus, unitas corporis non pendet ab illa conſtanti & invariabili ſitu earundem partium, ſed pendet ab eodem ſitu quamvis diverſarum & mutatarum partium: & omnes ita ſponte ſua judicant ex ratione nobis indita. Neque illius rationis alia prior requirenda ratio, non magis certe quam ratio requirenda eſt, quare in reſurrectione ejuſdem corporis, quod cecidit, requiratur ut illæ partes, quæ ad conſtituendum

idem corpus adeſſe debent, non tantum rurſus illud corpus conſtituant, ſed etiam ſingulæ ad ſe invicem eundem ſitum habeant: quare hoc poſterius etiam requiratur, illius à priori nulla ratio dari poteſt, quia eſt notio prima, & res per ſe nota. Itaque quamvis *Spinozæ* opinio de mente hominis falſiſſima ſit, non tamen ex ea parte recte impugnatur, quod ex ejus ſententia ſequitur, tot hominis mentes eſſe, quot ſunt hominis cogitandi modi, ideæ aut cogitationes: (qui modi cogitandi, ex *Spinozæ* ſententia, ſunt ipſa mens hominis) dicimus inquam inde non recte argumentari contra *Spinozam*, quia ſufficit ad unitatem mentis in homine tuendam, quod infinitum attributum cogitationis ita ſingularibus cogitandi modis affectum ſit, qui *omnes unius ejuſdemque corporis præſentiam involvunt*: quemadmodum ad defendendam corporis unitatem ſufficit partium, quamvis non earundem idem ſitus ad ſe invicem, &c. Neque quicquam ad hanc controverſiam dirimendam refert, utrum corpus ex una an pluribus ſubſtantiis conſtet: & utrum tota ejus natura ex modis tantum conflata ſit, an etiam ſubſtantiarum pluralitas ejus compoſitionem ingrediatur.

Poſſet contra hanc noſtram ſententiam objici, ſi in omni extenſione detur *aliud* & *aliud*: illud *aliud* & *aliud* ita erunt comparata ſua natura, ut unum produci poſſit, alio non producto, unum annihilari, alio non annihilato: ergo Deus poteſt extenſionem creare, in qua non ſit aliud: at hoc eſt contra noſtram aſſertionem. Ergo idea noſtra, quam de extenſione formamus, quod nempe in ea ſemper ſit *aliud* & *aliud*, eſt idea falſa. Reſpondemus, negando Deum poſſe creare in extenſione ut *unum* ibi tantum ſit, & nullum *aliud* intellectione in illa extenſione vere collocari poſſit: nam hoc tam impoſſibile eſt, quam eſt impoſſibile extenſionem non eſſe in infinitum diviſibilem. Neque contradictionem implicat ponere aliquid ab alio, & quidem ſubſtantialiter diſtinctum, illudque *aliud* ab *alio* clare diſtinctum concipi, nec tamen *illud aliud* ſine *alio* eſſe poſſe: nam negamus te in extenſione aliquid ſine alio clare & diſtincte concipere, quod etiam ſine alio eſſe non poſſit: ſed quemadmodum tu non concipis infinitam diviſionem, nec minimum in extenſo, ita ab alio minimo diviſum, ut amplius dividi non poſſit: ita nullum aliud minimum ab alio minimo diſtinctum à Deo poteſt produci: quia eſt de natura extenſionis, ut in ea ſit *aliud* & *aliud*.

Eſſe autem *aliud* & *aliud* in extenſione inde etiam manifeſtum eſt, quod aliter concipimus ſubſtantiam cogitantem finitam aut infinitam eſſe, alicubi eſſe, ſimplicem eſſe, quam ſubſtantiam extenſam. Concipimus etiam diverſitatem modorum ſubſtantiæ finitæ cogitantis aliter pluralitatem importare, quam modos ſubſtantiæ extenſæ, qui involvunt & important extenſionem; & ideo poſitionem partis extenſæ extra partem extenſam; & pluralitatem ſubſtantiarum; & ita alias & alias ſubſtantias; quæ cum modis extenſionis miſceri & confundi non debent. At modi ſubſtantiæ cogitantis finitæ numerum quidem inferunt, ſed non pluralitatem ſubſtantiarum & partium: & removendo intellectus operatione omnes modos à ſubſtantia cogitante, non manet extenſio: quemadmodum hoc evenit, quando eadem operatione intellectus removemus à ſubſtantia corporea omnes extenſionis modos. Ita ut non recte quidam argumentum ducant à natura ſubſtantiæ cogitantis, (à qua per intellectus operationem removent omnes modos) illudque argumentum deinde traducunt ad naturam ſubſtantiæ extenſæ, à qua ſimiliter omnes modos extenſivos removent; indeque conficere volunt dari extenſionem ſine partibus; vel potius ſine *alio* & *alio*: quia poteſt concipi ſubſtantia cogitans, & in cogitatione durans, in qua tamen gradus, aut partes, aut aliud & aliud non ſunt: quia ſublatis

lis cogitationis, inquiunt, quibus
tantia cogitans prior eſt, manet reli-
ſubſtantia cogitans durans, nec tamen
artibus durationis compoſita, quia
s durationis ex modis cogitandi di-
, & ſibi invicem ſuccedentibus ori-
Non procedit inquam illa ratioci-
quia ſublatis modis cogitationis
anet reliqua in mente aliqua exten-
uratio aut tractus durationis; quem-
dum ſublatis extenſionis modis ma-
mente ſuperſtes extenſio, quæ ſine
alio concipi non poteſt. Præter-
quod à ſubſtantia cogitante finita
cogitationis operatione intelle-
parari non poſſint, non magis quam
at ſubſtantia finita; aut à modo (qui
r ex *Spinozæ* ſententia finitus eſt)
*nus.*

t quia non eſt eadem ratio ſubſtantiæ
gitantis, quæ eſt extenſionis, ideo ex
s principiis pluralitatem ſubſtantiarum
itantium probamus: ſc. I. Quod non
ugnet in genere, dari plures ſubſtan-
s: eſt itaque etiam Adverſarii probare
entem meam non eſſe ſubſtantiam, aut
bſtantiam cogitantem de ejus natura non
ſſe. II. Quod impoſſibile ſit ab una ſub-
tantia ſimplici & individua tot diverſos
cogitandi modos per emanationem, &
cauſam proximam & immanentem proce-
dere. III. Quia datur moralitas: datur enim voluntatis libertas: ſicut de Deo probatum eſt. Ergo non pugnat eam dari in homine: & ſi detur voluntas, mens non poteſt eſſe modus, etiam ex ipſa Adverſariorum ſententia. Probet ergo Adverſarius in homine non dari voluntatem. IV. Datur in me voluntas, quia illius libertatis intimo mentis ſenſu mihi conſcius ſum, neque illa conſcientia mentis *ulla re clarius & diſtinctius concepta* poteſt argui falſitatis. Neque ulla ratio, aut cauſa eſt dicendi, quod in illo intimo conſcientiæ ſenſu fallar: quia dependentia cauſarum ſecundarum à prima ideam, quam de libertate voluntatis meæ formo, nullo modo evertit. Modus enim ille dependentiæ nobis eſt incognitus, quemadmodum omnia infinita nobis ſunt incomprehenſibilia: & modus dependentiæ, quem *Spinoza* tradit, pugnantia ponit; & ipſi inexplicabilis: quia non poteſt explicare quomodo unius ejuſdemque ſubſtantiæ toto cœlo diſtantia attributa eſſe poſſint attributum cogitationis & extenſionis: & quomodo ab attributo infinito per cauſam proximam & immanentem procedere poſſint modi finiti: & quo pacto pluralitas attributorum diverſæ naturæ non importet pluralitatem ſubſtantiarum. V. Datur in me voluntas, quia diſtinguo inter actionem & paſſionem mentis meæ: inter *perceptionem* & *judicium.* Ipſe *Spinoza* concedit diſtinctionem perceptionem inter & judicium non eſſe diſtinctionem nominis, ſed rei; quia agnoſcit in perceptione non eſſe falſitatem aut errorem, ſed in judicio: at non poteſt eſſe una eademque res, quæ uniuſmodi eſt particeps, quo altera neceſſario ſemper comitata eſt. At voluntas eſt actio mentis. Ergo mens voluntate prædita eſt. Eſt itaque ſubſtantia. Hæc in præſentia jam adducta argumenta ad probandam mentis noſtræ ſubſtantiam ſufficient: in ſequentibus plura trademus ad probandum voluntatem in nobis eſſe.

Ut itaque orationi finem imponam. Concludo me rationibus invictis probaſſe in extenſione eſſe *aliud* & *aliud*; & illud aliud & aliud extenſioni intrinſecum & vi ejus naturæ inſitum eſſe; adeoque ejus definitione includi: illud *aliud* & *aliud* non eſſe *modos.* Extenſum itaque non eſſe unum & ſimplex individuum, ſed reſpectu illius *alius* & *alius* eſſe plura. At ſi dentur plures ſubſtantiæ, illæ omnes à ſeipſis eſſe non poſſunt: (ipſo *Spinoza* conſentiente, ergo illud attributum extenſionis non eſt attributum Dei: habet itaque cauſam; & illa cauſa eſt Deus noſter. Neque quærendum quo pacto illud extenſum à ſubſtantia cogitante potuerit produci: cum jam conſtet illud productum eſſe. Pa-

Pariter propter eandem rationem falſum eſt, poſſe tantum unius attributi unam ſubſtantiam dari; & ſubſtantias tantum per modos diſtingui: vel potius diſtinctionem tantum modorum, non ſubſtantiarum eſſe. Datur enim in extenſo ante omnem modum *aliud* & *aliud*: illud *aliud* & *aliud* autem neceſſario importat diverſas *ſubſtantias*: aut confugiendum ad tertiam aliquam naturam; quam ſententiam *Spinoza* omnino rejicit & damnat. Ergo etiam non eſt de natura ſubſtantiæ, quod ſit à ſe: neque ab hoc principio rectè *Spinoza* demonſtrationem ſuam orditur ad probandam Exiſtentiam Dei. Probato autem dari *aliud* & *aliud* in extenſione, inde etiam manifeſto ſequitur, extenſionem poſſe concipi à nobis ut majorem & minorem; & illam majorem & minorem extenſionem involvere aliam & aliam ſubſtantiam: atque adeo dari in omni extenſione plura; & potuiſſe eam majorem vel minorem fuiſſe.

Supereſt ut inquiramus unde & quæ cauſa ſit, quare illa ſubſtantia extenſa, quandoquidem infinita non eſt, ſit certæ magnitudinis? Id non eſt ex natura extenſionis, quemadmodum ex natura circuli eſt, quod omnes lineæ à centro ad circumferentiam ſint æquales: quia hoc eſt per ſe notum, nullam in ea re demonſtranda operam ponemus: ergo hoc habet ab aliqua cauſa extra ipſam extenſionem exiſtente. Erit autem illa cauſa libera vel neceſſaria; ejuſdem cum extenſione naturæ, aut ab ea diverſæ: non ejuſdem naturæ, quia de ea rurſus quæri poteſt, quare illa etiam ſit determinatæ magnitudinis. Cauſa itaque illius determinatæ extenſionis erit alterius naturæ quam eſt extenſio. Non à cauſa neceſſaria, quia ut jam diximus, habeo veras ideas majoris & minoris extenſionis, quia nullam ideam magnitudinis extenſionis formo, quin habeam adhuc ideam majoris quæ dari poſſit: ergo extenſio non eſt determinata: ergo non poteſt eſſe à cauſa neceſſaria. Eſt itaque à cauſa libera: quæ ex ſuo arbitrio & libera voluntate extenſionis magnitudini modum poſuit. Datur ergo ſubſtantia voluntate prædita: libertatis ergo voluntatis idea non eſt idea falſa. Deinde illi cauſæ liberæ attributum cogitationis convenit, eſtque ſubſtantia non corporea: ergo falſum eſt ſubſtantiam unius attributi non poſſe produci à ſubſtantia alterius attributi: falſum etiam dari tantum unam ſubſtantiam, & vi ſuæ naturę tantum agentem. Denique ut compendio dicam. Si ſententia noſtra de natura extenſionis bene ſit confirmata, quemadmodum id factum eſſe confido, jacent omnia *Spinozæ* argumenta.

Præterea quandoquidem *Spinoza* à poſteriori tamquam ab abſurdo probat dari tantum unam ſubſtantiam; ita per idem abſurdum probamus dari duas diſtinctas ſubſtantias, extenſam unam & cogitantem alteram: quia non cognoſcimus naturam ſubſtantiæ per ſe, ſed tantum per ſua attributa, proprietates & modos; & per ea judicamus de natura ſubſtantiæ: at quemadmodum extenſio & cogitatio nihil cognationis inter ſe habent, ita unius ejuſdemque ſubſtantiæ attributum eſſe non poſſunt. Præterquam ſi ratiocinatio *Spinozæ* rectè procederet, deberet ex natura ſubſtantiæ, qua talis, probare illi convenire attributum cogitationis & extenſionis: ita ut ex attento ejus examine nullis præſidiis foris aſſumptis, ſed ex inteſtinis & ingenitis ſubſtantiæ proprietatibus fluentibus, mihi ſe proderent illa duo attributa cogitationis & extenſionis in natura ſubſtantiæ eſſe contenta; quemadmodum ejus natura continetur, quod per ſe ſubſiſtat. Et quemadmodum ex contemplatione & examine trianguli deduco ex ejus natura omnes trianguli proprietates. Nam dato poſſe tantum dari unam ſubſtantiam unius attributi; eamque debere eſſe infinitam, quia non poteſt terminari ſubſtantia ejuſdem attributi: dato etiam ſubſtantiam non poſſe produci; non tamen ex iſtis pro-

proprietatibus ſubſtantiæ emicant reliquæ proprietates & attributa cogitationis & extenſionis. Quemadmodum indagatis multis trianguli proprietatibus, iiſque bene perceptis, non tantum ideo intelligo illas omnes proprietates contineri & comprehendi figura trilaterali; *quia ſi hoc non foret, inde aliquid abſurdum ſequeretur*: ſed quia intuitive cognoſco illam proprietatem in natura trianguli comprehendi. Et ex natura trianguli ipſas illas ideas proprietatum formo: neque ullis ideis, aut à Deo, aut à natura mihi ſuggeſtis, egeo ad novas proprietates trianguli cognoſcendas: quia in triangulo omnes illæ ideæ comprehenduntur; ex iis enim poſſum ſcire, quot proprietates poſſideat, & quot concipiendi modi & ideæ ex illo, aut de illo triangulo formari poſſint.

Sed quia hanc ratiocinationem juxta demonſtrationis leges recte procedere puto, in eaque vim irrefragabilis argumenti contineri, rem aliquo exemplo illuſtrabo. Si intendens conſiderationem in naturam mentis meæ, ſequeretur, ſi rectè intrinſecam ejus naturam cognoſcerem, me per cognitionem ejus naturæ inveſtigare poſſe quot modificationum eſſet capax; quemadmodum natura trianguli cognita mihi aperit omnes ejus proprietates, quæ vi trianguli in illo triangulo ſunt. Cognoſcerem v. gr. non uſu & experientia, quod mens mea ſit capax modificationis, qua *auditio* continetur: ſed ſurdus bene explorans & perſcrutans naturam mentis ſuæ perveniret in cognitionem iſtius modi, qui in mente naſcitur, quando mens audit: & quia hoc facere non poſſumus, inde rectè conficitur nos intrinſecam mentis naturam non cognoſcere aut comprehendere; ſed tantum aliquot proprietates, attributa & modificationes, quorum connexionem & cohæſionem à priori demonſtrare non poſſumus. Quandoquidem autem *Spinoza* præ ſe fert, ſe naturam ſubſtantiæ intrinſecam cognoſcere; eamque definit; ita ut ex ejus intrinſeca natura deducere velit omnia ejus attributa, proprietates & modificationes: debet ipſa natura ſubſtantiæ, ejuſque definitio, quæ eſt, *quod in ſe, & per ſe concipitur*, comprehendere omnia attributa & proprietates, quas deinde illi attribuit: ita ut *primo* ex contenta ejus contemplatione poſſet pervenire in cognitionem ejus attributorum & proprietatum. *Secundo*, ut cognitis illis attributis & proprietatibus intelligeret formalem eorum rationem comprehendi illa definitione & ratione formali ſubſtantiæ: quemadmodum ex cognitione trianguli deduco omnes ejus proprietates; & proprietates ejus jam evolutas contemplans intelligo clare & diſtincte illas proprietates natura trianguli contentas fuiſſe. At utrumque deficit in ratiocinatione *Spinozæ*: neque argumentatione hic opus eſt, ſed tantum conſcientiam cujuſque hic in teſtimonium adhibeo, an cum definitionem ſubſtantiæ contemplatur, in ejus conceptu formali comprehendi putet ea omnia, quæ *ſpinoza* de ea demonſtraſſe præſumit, quamque tandem in Deum ſuum evehit. Imo ne poſteriori quidem proprietate affecta eſt cognitio ejus, quam de ſubſtantia habet: quod nempe cognita ejus à poſteriori (ut loqui ſolemus) aliqua proprietate, intelligat clare & diſtincte illam ſubſtantiæ natura formali aut attributo comprehendi. Quod tamen evenit in idea, quam de mente & de Deo habemus: quas enim de utriſque detegimus proprietates, eas intelligimus per aliquod attributum, quod nobis cognitum eſt, iis ineſſe. Ita quamvis à priori demonſtrare non poſſim mentem meam auditionis aut viſus capacem eſſe, cognita tamen illa modificatione mentis, quam ſubit mens cum audit aut videt, intelligo clare & diſtincte illam modificationem in re cogitante eſſe debere; & in nulla alia re eſſe poſſe. Et quamvis ex nullo attributo Dei mihi cognito, à priori demonſtrare poſſim juſtitiam Deo eſſentialem eſſe: cognita tamen creatura rationali intelligo ex idea,

idea, quam de Deo habeo, juſtitiam ab eo abeſſe non poſſe. At cognitis cogitationis & extenſionis modis, intelligo ipſam cogitationem & extenſionem; & præterea dari neceſſario ſubſtantiam cogitantem & extenſam: ſed nec ſubſtantiæ natura qua talis, hoc mentis meæ cogitationi ſubjicit, nec attributa extenſionis & cogitationis illam ſubſtantiam *Spinozæ* (ex qua poſtea Deum format) indicant: tum quia illa duo attributa extenſionis & cogitationis ſubſtantias diverſas arguunt, cum etiam, quia, cum ex ſententia *Spinozæ*, illa ſubſtantia infinitis aliis attributis eſt affecta, quæ nullam cognationem inter ſe habent; & quæ tamen illam ſubſtantiam indicant, ſequitur ex natura duorum iſtorum attributorum extenſionis & cogitationis naturam illius ſubſtantiæ non indicari; quia indicatur etiam illam ſubſtantiam aliis attributis infinitum ab illis duobus attributis diſtitis, affectam eſſe. Certe hæc non conſtant neque cohærent, cognitionem attributi alicujus ſubſtantiæ mihi indicare naturam alicujus ſubſtantiæ; & aliam rem exprimentem etiam eſſentiam iſtius ſubſtantiæ, mihi indicare eandem ſubſtantiam, toto tamen genere diverſam eſſe ab illa alia re, quæ pariter eſſentiam illius ſubſtantiæ exprimit.

Quemadmodum itaque poſito ente ſumme perfecto, ex conceptu ſummæ perfectionis mihi innoteſcunt omnes proprietates & attributa Dei, quæ ratiocinando inveſtigo Deo convenire, & eſſe de Dei natura, eique ingenita & innata (ut ita dicam) eſſe, quia idea entis ſumme perfecti evoluta & explicata omnia illa complectitur. Quod certe non contingit in demonſtratione *Spinozæ*, quam deſumit à natura ſubſtantiæ, quod nempe illius ideæ cauſa illi omnes perfectiones tribuere debeat.

Deus itaque unus & infinitus eſt, quia nulla alia ſubſtantia aut attributo ejuſdem naturæ terminatur. Et vanum eſt dicere Deum etiam debere eſſe extenſum, ſi infinitus & ſummè perfectus ſit habendus: eſt id vanum inquam, cum propter alias rationes, tum etiam, quia omnis extenſio imperfectionem involvit; adeoque non eſt ſumma perfectio. Et ſi Deus ideo extenſus eſſe debet, quia debet omnem perfectionem in ſe complecti, debet ergo etiam omnia entia in ſe complecti, quæ ſingula pro ſuo modulo, quia entia ſunt, perfecta ſunt. Et hoc argumentum contra *Spinozam* eo magis valet, quia docet modos extenſionis & cogitationis, qui modi *naturam naturatam* conſtituunt, neceſſario à Deo ſuo manare: quod ſi verum eſt, ſunt tunc de natura Dei; & natura naturata & natura naturans erunt unum & idem. Cauſa enim emanativa non eſt vera cauſa, ſed eſt tantum imaginandi aut concipiendi modus, quo ordinem quemdam concipimus in re *una*. Non itaque quicquid in ſuo genere perfectum eſt, Deo convenit, ſed quicquid ſumme perfectum eſt: ſed de his in ſuperioribus.

Neque Deus ideo extenſus eſſe debet, quia cum conſtet dari ſubſtantiam extenſam, eamque produci non poſſe, eam itaque unam & unicam, & æternam eſſe debere. Quis docuit *Spinozam* ſubſtantiam unius attributi ſubſtantiam alterius attributi producere non poſſe. In rebus finitis uſus videtur docere unum ab alio produci non poſſe, ſi inter producens & producendum non intercedat aliqua affinitas, ſimilitudo & cognatio: liceret alioquin concludere quidlibet ex quolibet fieri poſſe. Sed de ente infinito non eſt fas ita argumentari: quia quandoquidem nulla detur proportio inter finitum & infinitum, nec quicquam in ente infinito ſit, quod non æquivoce de Deo & creaturis prædicetur, ſufficit ad probandum aliquid ab ente infinite perfecto produci poſſe, quando illius rei veram habemus ideam; & ſimul ex natura entis infinite perfecti probemus, rem productam non eſſe ſumme perfectam, & ſui cauſam eſſe non poſſe. Omni enti ſumme perfecto convenit, quod

omnium

omnium finitarum rerum ſit cauſa: at extenſio exiſtit, & illius vera eſt idea, nec eſt ſumma in ea perfectio; quia non eſt res ſimplex, una, & unica: at Deo ſumme perfecto imperfectiones convenire non poſſunt.

Quomodo autem Deus extenſionem producat non capio: & profiteor ejus operationes ſimiles in natura non dari; quia Dei naturam comprehendere non poſſumus: ſed quandoquidem probatum eſt extenſionem habere ſuæ exiſtentiæ cauſam externam, debet illi cauſæ externæ quicquid habet. Et Adverſarius non debet abhorrere ab hoc reſponſo, quod ignorantia ſe tuetur; quia ipſe ut ſuſceptam à ſe doctrinam defendere poſſit, ponit rem ab omni ſenſu & ratione alienam: nempe unam eandemque ſubſtantiam eſſe cogitantem & extenſam; & ab ea procedere affectiones & modos pro natura & ratione cujusque attributi extenſionis & cogitationis, inter quæ nullum eſt conſortium. Docet Adverſarius, & ponit tamquam axioma, *effectus cognitionem dependere à cognitione cauſæ, & ipſam involvere.* Sed negamus hoc undequaque verum eſſe, ſed tantum in natura, in qua nullæ novæ ſubſtantiæ producuntur. Imo id etiam non eſt verum ex ſententia Adverſarii, qui ſtatuit ſuum Deum cauſam proximam & emanativam omnium rerum, quæ in natura naturata ſunt: at nulla eſt cognatio inter finitum & infinitum. Deinde velim ab Adverſario doceri quo pacto à cauſa emanativa, quæ ſemel & ſimul omnia operatur, imo (ſi rem recte putemus) à qua effectus re ipſa non diſtinguitur, poſſit procedere ſucceſſio & variatio tanta, quæ in natura quotidie occurrit. De cauſa voluntarie agente res facile concipi poteſt: quia ponitur illa volendo continuare motum & ſucceſſionem, ut etiam productionem & conſervationem creaturarum juxta dictum Chriſti, *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor.*

Quod porro poſſet objici: unum *alīud* cum alio *aliud* nihil habere commune, ergo unum *aliud* non ponit aut tollit aliud *aliud*, & ita inde ſequi unum *aliud* extenſionis poſſe tolli non ſublato alio *aliud*; & ita poſſe dari vacuum in natura: quod quia contradictionem involvit, inde concludendum ideam, quam nos formamus de natura extenſionis, eſſe falſam, id meo judicio facile tollitur: negando inde ſequi poſſe dari vacuum in natura; quia annihilato aliquo extenſionis *alio*, reliqua extenſionis *alia* ultro continua ſunt; quia non datur ſpatium intermedium: at extenſiones, quæ ita junctæ ſunt, ut nullum ſpatium interſit, ſunt continuæ. At quandoquidem aliud & aliud extenſionis vel longius vel brevius abſunt à ſe invicem, inde recte conficimus in extenſione eſſe aliud & aliud, cum à ſe invicem longius vel brevius disjuncta eſſe non poſſint, quam per extenſionem.

Et quia in præcedenti ſermone facta eſt mentio motus, & ab ejus continuatione ductum ſit argumentum, addam ſecundum argumentum à motus natura mutuatum, quo doctrina *Spinozæ* erroris arguatur, & vitium in ejus ratiocinatione oſtendatur. Motum dari in natura *Spinoza* concedit. Eſt autem duplex motus ratio atque conſideratio; una, qua conſideratur ut modus corporis natus ex continua mutatione relationis ſitus, quem habet cum aliis corporibus: altera, qua conſideratur in ſua cauſa, qua oritur illa continua mutatio ſitus: quæ cauſa eſt aliquid ſeparatum & ſuperadditum iſti continuæ mutationi relationis ſitus. Reſpectu prioris conſiderationis motus eſt modus corporis, fundatus in extenſione: vel eſt modus extenſionis corporis; quemadmodum quies etiam talis modus eſt: & ita tantum realitatis eſt in quiete, quam in motu; & uterque pro cauſa habere poſſunt æternum Dei (ut hoc *Spinozæ* largiar) extenſionis attributum, ab eoque per cauſam immanentem & proximam emanare. Sed motus conſideratus ut vis (an in quiete ſit etiam

etiam aliqua vis ſuperaddita conſtanti relationi ſitus corporum, nunc non diſputo) non poteſt ab extenſione manare; & extenſionis attributum non poteſt ejus eſſe cauſa: quia inter extenſionem & vim illam nulla eſt cognatio. Neque etiam attributum cogitationis ejus cauſa eſſe poteſt propter eandem rationem, quia illa vis nihil habet commune cum cogitatione: ergo quærenda alia cauſa, quæ non eſt ſimplex ſubſtantia & extenſa: vis enim illa, à qua motus in natura, nihil commune habet cum duobus illis attributis, ergo juxta principia *Spinozæ* illa vis à ſuo Deo oriri non poteſt. Hæc vis autem eſt potentia Dei libertate voluntatis præditi. Non ſimplex potentia Dei. I. Quia tunc plures aut minores gradus quietis dari non poſſent. II. Quia tunc motus reipſa eſſe non poſſit: cum res per emanationem agens, ſucceſſive agere non poſſit, præſertim ſi ipſa ponatur quieſcere. III. Tunc motus eſſet de natura Dei; quia quicquid per emanationem ab aliqua re procedit, vi & legibus iſtius naturæ eſt, & ideo de natura iſtius rei; & intellectus inter illas tantum aliquam diſtinctionem concipit: eſt igitur à potentia, quæ voluntate regitur: vel ut rectius dicam, à voluntate Dei efficaci. At *Spinoza* in ſuo Deo nihil aſſignabit quod cauſa motus eſſe poſſit.

Porro Deo noſtro intellectum & voluntatem tribuimus, tum propter rationes ſupra traditas, cum etiam quia intelligere & velle ſunt perfectiones abſolutæ. De intellectu concedit illam nempe perfectionem abſolutam comprehendere, ita tamen ut neget Deo convenire intelligentiam ſingularium: quia illa intelligentia eſt idea & *modificatio* æterni & infiniti attributi Dei; quam ideam & modificationem Deus habere non poteſt, quin etiam habeat illum modum, qui modus eſt pars naturæ naturatæ. At interrogo omnium hominum mentem & conſcientiam, an ſponte & tamquam per notionem primam omnes non judicent perfectius eſſe omnia noſcere, quam tantum quædam noſcere: ita ut animo percipere non poſſim, quomodo *Spinoza* profiteatur ſe quædam Deo tribuere perfectionis cauſa: hoc eſt, ſe propter ideam, quam de Deo ſuo habet, quod debet eſſe ens ſumme perfectum, ideo quædam Deo tribuere, & tamen ſuo Deo eripere cognitionem ſingularium. Sed ſicut in ſuperioribus indicavimus, non procedit argumentatio *Spinozæ* ad probandam exiſtentiam primæ cauſæ ab idea entis infinite perfecti; & cujus perfectiones abſolutæ per ſe ſunt notę: neque à creatura mutuatæ ſunt; & quam demonſtrationem cum *Carteſianis* omnibus ſuis numeris completam arbitror. Habeo enim ideam majoris perfectionis, quam in natura comparet; quam ideam mihi comparare non potui per ideam perfectionum minorum. Sed *Spinoza* ducit ſuam argumentationem per argumentorum claſſem, quæ omnia originem ſuam trahunt à natura ſubſtantiæ. & ſuæ primæ cauſæ deinceps tribuit, quæ ex natura iſtius ſubſtantiæ ſequuntur. Quousque vera ſit, & ſibi conſtet illa argumentandi ratio, ſupra indicavi. Et notum eſt *Spinozam* alium intellectum & conceptum *perfectionum* habere, quam vulgus Philoſophorum: & hoc illi *perfectum* eſſe, quod naturæ cujuſque eſt conveniens; aut quod ad poſitionem cujuſque naturæ exiſtit in natura illa: ſed non video quomodo hæ duæ ſententiæ *Spinozę* cohæreant, ſtatuere cognitionem ſingularium Deo non convenire, & tamen docere ſe Deo aliquid tribuere perfectionis ejus ſummæ cauſa. An magis per ſe notum eſt, *poſſe exiſtere eſſe potentiam & perfectionem; & poſſe non exiſtere eſſe impotentiam*, (ſunt verba *Spinozę*) quam eſſe *perfectionem omnia noſcere, & imperfectionem eſſe, quædam non noſcere*?

Lubet jam uti contra *Spinozam* uno argumentorum *Carteſii*, quod uſurpat ad probandam exiſtentiam Dei veri, intellectu, voluntate & ratione præditi, &c. Habeo ideam entis, cujus ea eſt natura, ut eam ex natura naturata non potuerim hau-

fiſſe aut acquiſiviſſe: quia in natura nihil illi ſimile aut analogum, aut tam perfectum exiſtit: neque ullum principium in natura naturata datum eſt, quo duci & adjuvari potuerim ad mihi comparandam talem ideam: quia nihil poteſt eſſe in effecto, quod formaliter, (juxta *Spinozam*) juxta nos formaliter & eminenter non eſt in cauſa. At nullæ perfectiones, quas nos in Deo ponimus, & quas naturam Dei complecti dicimus, in natura naturata reperiuntur, neque etiam in Deo *Spinozæ*, ergo datur alius Deus quam Deus *Spinozæ*, quia cognitionem iſtarum perfectionum idea Dei comprehenſarum, adipiſci non potuimus neque ex contemplatione Dei *Spinozæ*, neque ex contemplatione naturæ naturatæ, quia idea minoris perfectionis nobis ſubſidio eſſe non poteſt ad parandam ideam majoris perfectionis. Si ratione duci eſt, etiam ſecundum doctrinam *Spinozæ*, perfectius non duci ratione, impoſſibile eſt me vacuitate rationis pervenire poſſe ad cognitionem rationis uſus. Si ſumma ſimplicitas eſt perfectio, impoſſibile eſt me per ens ſumma illa ſimplicitate carens, duci poſſe ad formandam ideam ſummæ ſimplicitatis: debet itaque dari cauſa iſtius ideæ; quæ alia eſſe non poteſt, quam quæ ſummam illam ſimplicitatem poſſidet. Argumentum *Carteſianorum* ab idea Dei ſumtum, in præſentia non magis illuſtrabo, tum quia ſatis tritum & vulgare jam eſt; cum etiam, quia in ſequentibus illius uſus erit repetendus.

*Spinoza* hoc argumento nihil movetur, nec quicquam virium illi tribuit; quia negat multa perfectionum abſolutarum numero ponenda; & ita ea Deo tribuenda negat, quæ nos in claſſem perfectionum abſolutarum referimus, Deoque noſtro tribuimus. Ita extenſio infinita illi eſt perfectio. Habere naturam affectam duobus attributis immenſum differentibus; quæque ad unum nunquam redigi poſſunt, (qualia ſunt attributa cogitationis & extenſionis) & ita compoſitum eſſe, illi non eſt imperfectio: quemadmodum imperfectionum numero non habet ſingularia ignorare, voluntate carere; neceſſariis naturæ legibus agere; ita ut ens infinitum Deus neceſſario ex vi & legibus *naturæ* ſuæ eam connexionem habeat cum *natura naturata*, ut ex ſuæ naturæ legibus *natura naturata* exiſtat. Commune & vulgare itaque *Spinoſiſtarum* reſponſum ad argumentum *Carteſii* jam in medium prolatum, illud eſt, quod *Carteſiani* temere & nullo nixi fundamento quædam perfectionum numero habeant, quæ ex eo rejicienda ſint, & quædam ex perfectionum claſſe eliminent, quæ merito perfectionibus accenſenda ſint. Nota autem perfectionis ſummæ, & quę Deo convenit, *Spinozæ* hæc eſt: *quod quicquid infinitum & illimitatum eſt, omnemque negationem excludens, illud tantum abſolute perfectum ſit: Deoque propterea tribuendum.*

Sed ex ſententia *Spinozę*, quam is tradit de notis perfectionis, abſolute probatum dabo, ipſum nullam notam habere, qua perfectionem ab imperfectione diſtinguat; & propterea nullam ei eſſe cauſam, quare aliud Deum, aliud naturam naturatam vocet. Nam primo: quare id quod infinitum eſt, ſummæ perfectionis nomine venire debet? Quid refert ſive extenſio ſit finita ſive infinita, ut proprerea alterutra ſummæ perfectionis dignitatem ſibi vindicet? An quia extenſio finita excludit aliam ſubſtantiam finitam & extenſam; & quia duarum iſtarum ſubſtantiarum una alteram non includit; & ita una caret, quod altera poſſidet. Sed quare magis imperfectionem in aliqua ſubſtantia extenſa arguit, quod detur adhuc alia ſubſtantia extenſa, quam imperfectionem importat, quod detur ſubſtantia quæ aliquo modo & ente careat? Quid perfectionis eſt in extenſione ut propterea aliquid infinite perfectum vocari nonpoſſit, ſi quid eam non poſſideat?

Lubet hanc argumentationem illuſtrare. Infinitum extenſum non eſt perfectius fini-

finito extenſo, quia extenſum non eſt *unum*: & illud *aliud*, quod eſt extra *aliud*, non poteſt perficere id, quod extra ſe eſt. Quamvis itaque id, quod infinitum extenſum dicitur, perfectius eſſe videatur, quam finitum extenſum, quia illud omne extenſum complectitur; neque terminos aut limites habet; neque de eo aliquid extenſum negari poteſt, quæ omnia ab extenſo finito abſunt: quia tamen illud infinitum extenſum non eſt unum, niſi nomine tenus, illud *omne extenſum*, quod infinitum extenſum complecti dicitur, non eſt *alicui proprium*: quia eſt aliquid aggregatum ex multis *aliud & aliud*.

An tota civitas ex innumeris civibus conſtans perfectior me eſt, quia nomine civitatis complector multos homines: qui tamen, quoad naturam hominis, non mutuantur uni ab aliis perfectionem. Concedo alioquin juxta ſententiam, quæ docet extenſionem rem ſimpliciſſimam eſſe, infinitam extenſionem finita extenſione perfectiorem: ſed negamus eſſe eam naturam extenſionis, quod ita ſit ſimplex & res una. Concedo alioquin in re ſimplici rem ita ſe habere: & inſiſtens iſti principio, facile mihi probatum eſt rem *cogitantem*, licet finitam ſed beatitudine gaudentem, ejuſque idcirco conſciam, & quam nunquam perituram, aut ceſſaturam credit, (ita ut triſti cogitatione finiendæ illius beatitudinis turbari ejus felicitas non poſſit) perfectiorem eſſe quovis alio ente illo beatitudinis ſenſu carente: quia nihil tam alicui enti proprium, inſitum, & inteſtinum eſt, quam conſcientia iſtius gaudii; ideoque nihil aliquod ens magis perficere poteſt; quam perſuaſio poſſeſſionis illius gaudii: imo quam firma ſpes poſſidendæ aliquando illius beatitudinis, quam Chriſtianorum religio, fide & ſanctitate vitæ exculta præſtita, in Chriſtianis parit. Et quia Deus *Spinozæ* illa beatitudine, ſive reipſa poſſeſſa, ſive ſpe anticipata caret, ideo perfectioni hominis Chriſtiani cedere debet: eoque dignitate & præſtantia inferior eſt.

Probet *Spinoza*, ſubſtantiam extenſam perfectiorem eſſe habitu aliquo virtutis, cognitione ſingularium, &c. Deinde ipſa ſubſtantia, quam *Spinoza* natura ſua æternam & infinitam dicit, eſt limitata, quia habet tantum *duo attributa extenſionis & cogitationis*; cum infinita alia, etiam juxta principia *Spinozæ*, habere debeat: *quo plus realitatis, aut eſſe unaquæque res habeat, eo plura attributa ipſi competunt*, Propoſ. 9. Eth. part. primæ. Ipſam autem ſubſtantiam *Spinozæ* non alia attributa habere, inde manifeſtum eſt, quia in natura naturata non ſe produnt ulli modi, qui alia infinita ſubſtantiæ attributa exprimant: quod tamen fieri debebat, quia illa ſubſtantia operatur legibus naturæ, ergo operatur quantum poteſt. Non autem alios aliorum attributorum modos dari, inde manifeſtum eſt, quod una tantum detur natura naturata, non autem plures naturæ naturatæ, aut plures mundi, in quibus illa ſubſtantia aliorum ſuorum attributorum modos per emanationem, cauſam immanentem, & proximam producere poſſet. Unde itaque *Spinoza* probabit infinita infinitis modis propter attributorum numerum ab illa ſubſtantia manare debere.

1. Præterea quare *Spinoza* vocat attributa cogitationis & extenſionis infinita, cum tamen unum horum attributorum aliud non tantum non includat, ſed hæc attributa immenſum diſtent; & ita aliquod detur quod alterutrum non poſſideat. Si dicas: at ſubſtantia duobus illis attributis eſt affecta; ea poſſidet, & illa ideo infinitè perfecta vocatur. At quandoquidem *attributum id eſt, quod intellectus de ſubſtantia percipit, quatenus ejus eſſentiam exprimit*: quo pacto *Spinoza* concipit eſſentiam aliquam infinitè perfectam, quam clare & diſtincte concipit alterutro tantum attributo extenſionis aut cogitationis affectam? Et ſi fieri poteſt, quod tamen poſſibile eſſe nego, ut una eademque eſſentia ſubſtantialis eſſe poſſit, quæ eſt affecta attributo extenſionis & cogitationis, quomodo

modo illa compoſitio non arguit imperfe-ctionem, quandoquidem componentium entium unum non poſſideat id quod alteri proprium eſt? Chriſtiani equidem multa diverſa attributa Deo tribuunt: ſed ea ſunt communicabilia aut incommunicabilia. Hæc in unum coëunt, & unum alterum includit; neque Dei ſimplicitatem imminuunt: illa ſunt tantum conceptus mentis noſtræ de Deo, fundati in quadam relatione, quam Deus ad mundum aut naturam naturatam habet: cujus relationis fundamentum eſt ſimpliciſſima Dei natura. Sic juſtitia Dei eſt conceptus de Deo, quatenus entia naturæ naturatæ, libera voluntate prædita, moraliter, & per veras leges regit: & quæ entia aut peccant, aut ſanctitatem conſervant: unde diverſæ relationes oriuntur; quarum fundamentum eſt ſimplex Dei *rationalis natura*: quæ ratio ſuo formali conceptu includit proximum fundamentum iſtius relationis: poſito, nempe, dari creaturam rationalem, hoc eſt, voluntate præditam. Et ita ſententia Chriſtianorum tribuens plura attributa Deo non eſt ſimilis illi, quam *Spinoza* tuetur.

Præterea quandoquidem ex ſententia *Spinozæ* bonitas, aut perfectio entis non eſt æſtimanda ex uſu & commodo aliquo, quod alicui rei præſtat, neque ex fine ad quem alia entia tamquam media comparata ſunt ad illum finem conſequendum: negat enim *Spinoza* aliquid, ſive Deum, ſive naturam naturatam alicujus finis cauſa agere: ſed ſtatuit bonitatem & perfectionem tantum deſumendam ex congeſta unione univerſi: ita ut ſecundum rationem operari ipſi magis bonum appellandum non ſit, quam à ratione aberrare, ſi univerſum intuearis. Quemadmodum claudicatio ideo ipſi non eſt imperfectio, quia ſi mentem ad contemplationem univerſi intendas, tam claudicatio neceſſaria eſt, quam inceſſus integer & rectus: & perfectio & imperfectio in claudo & integro, ſapiente & ſtulto, probo & improbo ſunt tantum cogitandi modi, quatenus nos partem naturæ tantum contemplantes nobis in ea parte tamquam aliquod perfectum exemplar proponimus; & quod ad illud proxime accedit, perfectius vocamus eo, quod ab illo exemplari remotius abeſt. At totum hoc tantum ab imaginatione & cogitandi modo pendet, cum non ex parte aliqua naturæ æſtimanda ſit perfectio, ſed ex natura univerſa: idque imperfectum quod ab ejus legibus deflectit: at quia hoc fieri non poteſt, ideo imperfectio nulla datur.

Quia inquam hæc eſt ſententia *Spinozæ*, ex his conficio eum nullam notam habere, qua perfectionem ab imperfectione diſtinguat: niſi quod in entibus cogitantibus id ſit vocandum perfectio, quod dolore careat: neque ex ratione agere (quamvis *Spinoza* iſtum ſtatum hominis perfectiſſimum prædicat) erit perfectio. Et Deus *Spinozæ* non erit quidem beatus, etiamſi dolore careat: doloris enim carentia beatitudinem non importat, tunc enim lapis & truncus eſſet beatus, ſed poſſeſſio quarumdam rerum quibus delectamur, beatitudinem conſtituit. Sed omnia quæ Deus poſſidet (ſi ea ad *Spinozæ* principia examines) Deo indifferentia ſunt; eique nec bona nec mala: ita ut iis delectari, aut gaudere non debeat. Nam quare Deus ſuis attributis cogitationis & extenſionis gauderet, quandoquidem nihil *mali* aut *boni* complectuntur: quemadmodum nobis nihil felicitatis aut gaudii conferunt, niſi quatenus errore impulſi (quo Deus caret) credimus nos cogitando & laborando aliquem felicitatem adepturos; & putantes nos ſed per errorem, (juxta ſententiam *Spinozæ*) ex libertate voluntatis agere, nobis applaudimus quando virtutem exercemus, dolemus quando vitio nos dedimus: ſed horum nihil vera cauſa beatitudinis eſſe poteſt, quia per errorem tantum in nobis oriuntur: ita ut ſi errore eſſemus liberati, nulla eſſet res, propter quam nobis melius eſſe poſſet, quam lapidi. Et quia Deus *Spinozæ* omni

omni errore caret, nullam habet lætandi cauſam: ſed tantum quia ſolus ex legibus propriæ naturæ agit, neque cauſam ſe ſuperiorem habet, quæ ipſum à ſtatu ſuo depellere poſſit, dolore carebit in perpetuum: neque ullam rationem dabit *Spinoza* quare cauſa prima perfectior ſit ſecunda, ſubſtantia accidente: nam ex ipſius ſententia, entia intelligibilia ac intellectu carentia æque beata ſunt, neque ullius finis cauſa agunt; quemadmodum neque alterius quam ſui, ſi ita loqui liceat, (negat enim ideam finis, propter quem aliqua cauſa intelligens, operationem ſuam ſuſciperet, eſſe veram ideam, ſed falſam & errore ſuſceptam) cauſa operantur. Tota itaque perfectio qualiscunque fingi poſſit, hoc unum tantum continet, quod natura intelligens aut cogitans dolore careat. Et hac parte, fateor, Deus *Spinozæ* reliquis naturis naturatis intelligentibus perfectior eſt. Sed propter doloris privationem tamen beatus non eſt: quia ſola illa carentia doloris beatitudinem non conciliat; ſed poſſeſſio quarumdam perfectionum intellectu comprehenſarum, & voluntate complexarum, idque à natura rationali. Blande ridebunt fortaſſe *Spinoſiſtæ*, quod tantum operæ ſumam ad probandum contra ipſos, quod Deum adeo imperfectum, Dei nomine inſigniant: dicent enim; eſto, ſit ita comparatum cum Deo: alius Deus exiſtere non poteſt; neque alium agnoſcimus: & ſufficit quod doloris carentia eum diſtinguamus ab omnibus aliis entibus. Et hæc reſponſio conſentanea eſſet ſuis principiis, & intimis ſui animi ſenſibus, quia jactantes & crebro uſurpantes nomen Dei, nihil minus per nomen Dei intelligunt, quam id quod vulgus eo ſignificat; utpote qui Deum reipſa negent. Quibus aliud non habeo quod reſpondeam, quam quod argumentis ſupra in medium prolatis non tantum vitia demonſtrationis in ſerie argumentationis *Spinozæ*, qua Deum è medio tollere nititur, oſtenderim, ſed ſimul argumentis invictis me putem oſtendiſſe dari Deum talem, qualem Chriſtiani colunt; qui eſt ens ſumme perfectum: ſimulque in aperto poſuiſſe perfectionum verarum & infinitarum nos certas habere notas. Ponimus enim, Deum intellectu & voluntate prædiatum: ſive Deum eſſe ſubſtantiam æternam, infinitam, rationalem, &c. quæ ratio eſt aliquid bonum per ſe, & fundamentum, propter quod reliqua attributa perfectionis naturam habeant: conſtituitque illa ratio in Deo omnipotenſi, æterno, & qui à ſe eſt, beatitudinem ſummam, quatenus Deus ſuam illam naturam intelligit & vult. Et quemadmodum Dei beatitudo & perfectio iis continetur: ita hominis beatitudo & perfectio primo comprehenditur ratione, hoc eſt, recto rationis uſu; qui uſus rectæ rationis eſt fundamentum omnium aliarum perfectionum: & eo res magis vel minus perfectæ & bonæ ſunt, quo plus aut minus conferunt ad bonum rationis uſum. *Spinoza* equidem diverſis in locis ſui Tractatus Poſthumi, iiſdem verbis eademque ratione in ſpeciem & per ſimulationem utitur; ponitque in recto uſu rationis hominis felicitatem & beatitudinem: ſed reipſa tantum jocatur & lectori illudit; quia homini & Deo ſuo voluntatem eripit: quo omnis ratio intercidit & cadit; omniſque moralitas & vera perfectio perit; nullaque perfectio aut bonitas Deo aut hominibus relinquitur: & ambo ſunt tantum conſcii ſuarum actionum omni moralitate carentium: quæ actiones beatitudinis aut lætandi cauſam præbere non poſſunt.

Pergimus ad adornandum adhuc aliud argumentum, quo probetur Deo & entibus intelligentibus, ſive cogitantibus voluntatem eſſe tribuendam: ideoque moralitatem in actionibus dari; & *finis* nomen non eſſe vanum aut inane, aut cui ignorantia locum dedit. Privat *Spinoza* Deum ſuum ea voluntatis libertate, qua ſe determinat & decreta facit: at libertatem, qua ex ſola ſuæ naturæ neceſſitate ex-

exiſtit, & ex ſua natura ſola ad agendum determinatur, non autem ab alia extra ſe, Deo ſuo aſſignat: eamque libertatem perfectionem eſſe contendit, non ex intuitiva aliqua cognitione, aut ex notione prima; aut ex idea aliqua perfectionis abſolutæ, quam ſponte noſtra cognoſcimus: ſed quia putat eſſe abſurdum aliquid, quod eſt prima cauſa, ab alia re quam à ſua natura poſſe determinari. Agnoſcit tamen *Spinoza* hominem decere ex ratione agere, eaque ſe duci ſinere: & recenſet & numerat regulas & præcepta, quibus homo illam perfectionem aſſequi poſſit: dicitque vitæ curſum, quo homo rationi obedit, eſſe illum, in quo mens præcipue propriis ſuis viribus utitur. At nos dicimus in uſu illarum virtutum formalem rationem moralitatis eſſe: quæ moralitas, ex ipſius Adverſarii ſententia, ſine ea libertate voluntatis, quam nos urgemus, eſſe nec concipi poteſt: & quam moralitatem *Spinoza* negat, quia libertatem voluntatis negat. At nos contra tuemur talem moralitatem dari, tum propter memoratas rationes, cum etiam ex ipſis, quæ *Spinoza* tradit, atque concedit, principiis. Diſtinguit (ſicut ſupra docuimus) *Spinoza* inter *perceptionem* & *judicium*: negatque aliquem decipi, quatenus percipit: hoc eſt, mentis perceptiones in ſe conſiderate nihil erroris continent: afferit tamen in omni perceptione eſſe *judicium*; omneſque homines, quatenus percipiunt, affirmare aut negare: dicitque illam affirmationem & negationem eſſe opus voluntatis. Harum ſententiarum alius ſenſus eſſe non poteſt, quam aliam eſſe rationem formalem judicii, aliam perceptionis; quamvis una forma cogitationis ſine alia nunquam ſit, nunquam judicium ſine perceptione: nunquam perceptio ſine judicio. Hoc tamen concedimus *Spinozam* iſtis poſitionibus nobis nihil aliud largiri, quam internam & in ſe reflexam operationem mentis, quæ à nullo imperio, multo minus ab aliqua libertate arbitrii aut indifferentiæ proficiſcitur, ſed mentem tantum neceſſario afficit aliqua modificatione, quam *judicium* aut *voluntatem* vocamus; & neceſſario tantum comites habet quoſdam mentis appetitus, & impetus. Ex his omnibus *Spinoſiſtæ* dicent, nihil poſſe confici pro moralitate aut libertate voluntatis ſtabilienda. Examinemus itaque quouſque hæ poſitiones veræ ſint; & quid ex iis ad noſtræ ſententiæ defenſionem erui poſſit. Accipimus itaque, quod nobis *Spinoza* largitur, formam perceptionis à forma judicii diverſam eſſe. Sed negamus in omni perceptione judicium involvi; aut cum omni perceptione judicium conjunctum eſſe: ſed tunc id verum, & eouſque verum eſſe dicimus, quando perceptio eſt clara & diſtincta. Fateor enim nos ita natura factos eſſe, ut cum clare & diſtincte aliquid percipimus, tunc nos à judicando nos temperare & ſuſtinere non poſſe. At quoties in re percepta aliquid obſcuritatis ſe nobis prodit, tunc mentem poſſe & debere ſuum judicium, quatenus in ea aliquid obſcuri ſe prodit, non exerere. *Spinoza* admittit diſtinctionem inter claram & diſtinctam, obſcuram & confuſam cognitionem & perceptionem: admittit etiam quoſdam pergere ad aliquid de re judicandum & ſententiam ferendum, alios eouſque non procedere, ſed hæſitare an idem, quod alius de re affirmat aut negat, rei conveniens an ab ea alienum ſit. Sed *Spinoza* docet hoc poſterius nunquam oriri ex libertate voluntatis, ſed ex diverſitate perceptionis, quam cogitando de re homines habent: qui plus aut minus de re percipientes & cogitantes, aut illius plures aut minores ideas in animo præſentes habentes, plus aut minus judicant rei ineſſe. Eſto: attamen verum eſt, dari cognitionem *obſcuram* & *claram*: ergo alia eſt conſtitutio mentis cum clara, alia cum obſcura cognitione affecta eſt: & homo iſtius affectionis conſcius eſt. Ergo cum homo ſive rem clare ſive obſcure percipiat, nihilominus

ominus judicat, idem ille effectus à diverſa perceptione eſſe non poteſt: ergo cum judicat homo, ſive clara ſive obſcura cognitione affectus eſt, non poteſt illud judicium proficiſci neceſſario à mente; quatenus *certo* modo affecta eſt; quia, quamvis diverſimode affecta eſt, tamen judicat: at *omnis effectus determinatam debet habere cauſam*: ergo non à perceptione, ſed à voluntatis libera determinatione in perceptionibus obſcuris. Non quod putem judicium in perceptionibus claris & diſtinctis non proficiſci à voluntate, ſed quod exiſtimem in perceptionibus claris & diſtinctis libertatem indifferentiæ, aut liberi arbitrii non eſſe; ſed pariter nego in illa libertate indifferentiæ conſiſtere formalem rationem voluntatis: ſed in præſentia argumentum ad probandam dari libertatem & voluntatem in homine, ducere volui à libertate indifferentiæ, & contrarietatis; ut præoccuparem inſtantias & argumentationes Adverſarii, depromptas à judiciis, quæ in omni perceptione implicata eſſe docet; & ita fingit judicium & voluntatem non ſolum ſine ulla libertate arbitrii aut indifferentiæ, ſed ſine ulla determinatione libera, aut ſine *decreto*. Data & probata voluntatis libertate ultro ſe prodit moralitas in noſtris actionibus. Neque Adverſario ſupereſt ullum argumentum ad probandum ideam *moralitatis* eſſe ideam falſam.

Pro cumulo reliquorum argumentorum, & quod mihi facile inſtar omnium eſt, addo veritatem hiſtoriæ Populi Iſraëlitici; & Chriſti atque Chriſtianorum; quam nullus quantum ad ipſius hiſtoriæ capita, in dubium vocare poteſt, qui ulli hiſtoriæ continenti facta ſuperioris ævi, & quorum tantum ex relatione memoriam habemus, fidem habeat. Et quia nullus etiam aut perditiſſimorum hominum, vel etiam eorum, qui ex circumſpectione & accurata conſideratione agere ſolent, quique non opinione, ſed ad veritatem perſuaderi ſe ſinunt, reperitur qui omni hiſtoriæ fidem abroget, ſic etiam non exiſtimo ullum niſi præjudiciis & malitia & obſtinatione occupatum Hiſtoriæ Sacræ fidem nullam tribuere poſſe, quia ad confirmandam Sacræ Hiſtoriæ fidem tot ſuppetunt argumenta, quot ulli hiſtoriæ adſunt aut adhærent, quibus ſuam fidem & auctoritatem probet. Et quia hoc ita præclare à quibuſdam præſtitum eſt, ut in eo totus acquieſcam, nec quicquam habeam quod iis addam, ſuperſedebo à labore recenſendi illa argumenta, cum Lector ea facile ex Auctorum libris requirere poſſit.

Docere autem totam Populi Judaici, Chriſti & Chriſtianiſmi hiſtoriam veram quidem eſſe, & cultum à Deo profectum complecti, ſed qui nulla libertate præditus eſt; neque ulla decreta circa res mundi formavit; neque homines moraliter regit: ſed omnia ex neceſſitate naturæ Divinæ profecta eſſe, ita à communi ſenſu abhorret, ut eſſet hominis otio abundantis, illam ſententiam refutandam ſuſcipere. Præterquam quod Adverſarii, ſi ſuam ſententiam tueri velint, docere neceſſe habeant, Chriſtum tot excellentibus donis inſtructum, vixiſſe tamen tantum in regno pietatis, non autem in regno ſcientiæ & cognitionis: ipſumque ignoraſſe illam cauſæ primæ & Dei ſui proprietatem, quod non agit propter finem: & leges atque præcepta à Chriſto inculcata non habuiſſe veram vim legum & præceptorum: (quamvis Chriſtus, qui ex ſententia *Spinozæ*, tunc idiotæ perſonam egiſſet, & in regno pietatis vixiſſet, hoc ita putarit) ſed illas leges fuiſſe tantum declarationes, quid ad aliquid ſecuturum ſit: non per rationem præmii aut pœnæ; ſed tanquam effectus naturales à cauſa naturali, & à vi quæ in natura eſt, profectum, nullo interveniente nec hominis nec Dei decreto: nec conſtitutione finis, quo Deus tamquam Rector & gubernator mundi decrevit probis & virtutis via graſſantibus, ornare præmio, & im-

impios à fide & veritatis ſtudio deflectentes, mulctare ſupplicijs. Hoc inquam (juxta ſententiam *Spinozæ*) ignoravit Chriſtus: at *Spinoza*, ejuſque ſectatores attenta Dei ſui & naturæ conſideratione illam veritatem ſunt aſſecuti; & ita omnem cultum divinum & omnem moralitatem ejurantes, & è medio tollentes; omniaque fatali neceſſitate ferri aſſeverantes ſe Deo ſuo exæquarunt; imo ſupra Deum ſuum ſeſe extulerunt, cognoſcentes ſingularia, quæ Deum fugiunt: agentes quidem neceſſario, & ab alia cauſa impulſi, ſed Deum ſuum etiam neceſſitati ſuæ naturæ in exſerenda vi ſua ſubjicientes; neque dantes ullam rationem, quare perfectius ſic vi naturę ſuæ nulla voluntatis libertate interpoſita operari, & tamen ignorare quid opereris, quam habere naturam, quę cum aliis naturis ita eſt implicata, ut ab iis acta agat alias, & ſimul conſcia ſit eorum, quæ agit. Ita ut *Spinoſiſtæ* nullam cauſam habeant, quare hominem non vocent Deum, & Deum hominem: imo quare hominem non extollant ſupra Deum; cum homo, etiam ex ſententia *Spinozæ*, gaudeat & lætetur, quamvis errore ſeductus; Deus autem omnis gaudii ſit expers. Nonne hæc pulchra & magnifica ſunt, propter quem nova *Spinoſiſtarum* exiſteret diſciplina, in eaque multi ſe jactent?

---

## CAP. III.

*In quo agitur de natura Mentis humanæ, & probatur illam eſſe actum ſubſtantialem cogitativum; eamque eſſe non modum, ſed ſubſtantiam: menteſque humanas non modaliter ſed ſubſtantialiter à ſe invicem diſtingui.*

CUivis notum eſt, duplicia eſſe principiorum genera: alia cognitionis, & *exiſtentię* alia; quibus nempe rerum exiſtentia probatur. Prioris generis ſunt v. gr. non entis non ſunt affectiones: idem non poteſt eſſe, & non eſſe: non poteſt eſſe in effectu, quod antea non fuerit in cauſa. Poſterioris generis principium eſt, *cogito ergo ſum*, aut qui cogitat eſt: cogitationis nomine intelligo ea omnia, quæ nobis conſciis in nobis fiunt. Hoc principium tam clarum & manifeſtum eſt; & in hoc principiorum genere ita primum, ut ſive credam Deum eſſe, ſive non, ſive putem ſenſuum teſtimonio ſtandum, aut iis fidem eſſe abrogandam; ſive credam ſpiritum exiſtere, ſive ſtatuam talem ſubſtantiam in rerum natura non eſſe, manet tamen verum me cogitantem exiſtere. Non poſſum autem de veritate hujus enunciati dubitare, propter ejus perſpicuitatem, & evidentiam; unde recte concludo omnia quæ clare & diſtincte cognoſco, vera eſſe: non quod noſtra clara & diſtincta cognitio ſit norma veritatis, aut quod ab ea pendeat veritas rerum, aut vera rerum natura: cum extra omnem dubitationem poſitum eſſe debeat, res ipſas eſſe debere regulam, & normam, ad quam exigendum eſt noſtrum judicium & cognitio: & cogitationem noſtram falſam & erroneam eſſe, quoties non eſt conformis, & conſentanea naturæ rei, cujus cognitionem profitemur: ſed clara & diſtincta cognitio eſt norma & regula ad quam, tanquam ad lapidem lydium, res mente percepta & comprehenſa examinari debet, antequam judicium feramus. Tum quia ita homo factus eſt à natura, ut tunc demum recte inſiſtat in judicando, quando rem de qua judicare inſtituit, clare & diſtincte percepit: ita ut tunc contra naturalem ſuam dignitatem peccet, ſi in judicando aliter progrediatur. Decet enim ſapientem vitare & fugere arrogantiam, & temeritatem affirmandi. Cum etiam, quia nullam aliam normam habemus, ad quam judicium noſtrum in judicando exæquare debeamus: non dico quod veritatem in ſe conſideratam, ad

ad illam claram & diſtinctam cognitionem exigere debeamus) ſed noſtrum judicium ad illam claram & evidentem cognitionem expendere debemus, antequam ſententiam feramus: nam ſublata illa nota veri & falſi, vel potius ſublata illa nota certo judicandi, tunc nullum erit rerum judicium; & homines inaniter movebuntur in cognitione rerum. Tertio, denique illi claræ & diſtinctæ cognitioni illam vim tribuimus: quia eſt impoſſibile rei clare & diſtincte perceptæ aſſenſum non præbere, quamdiu illa clara perceptio menti præſens eſt. Intelligo autem cogitationis hoc eſſe proprium, quod *conſcientiam* inferat: ita ut omnis res cogitans ſuæ cogitationis ſit conſcia; neque in hoc falli poſſit, ut cum ſentia ſe cogitare, reipſa tamen non cogitet.

Deinde ulterius cogitationis naturam diſcutiens, multas diverſas cogitationes reperio: alia eſt enim cogitatio cum volo, alia cum intelligo, alia cum dubito, alia cum affirmo, alia cum gaudeo, alia cum doleo: eſt præterea alia cogitatio, quando rem extenſam cogito, alia, quando rem cogito, in qua nulla eſt extenſio, ſive quando cogito de re cogitante. Ita alia eſt forma cogitationis, quando ſubſtantiam cogito, quam quando cogito modum ſubſtantiæ &c. Eſt hoc præterea manifeſtum, me illos varios cogitandi modos intelligere, atque mente complecti non poſſe ſine re cogitante, in qua illi modi cogitandi ſunt: poſſum enim rem cogitantem conſiderare & intelligere, non cogitans de volitione, aut intellectione, aut de dubitatione, aut de mœrore, & gaudio, &c. Quæ quidem res indicium eſt, iſtas varias cogitationis formas non eſſe de natura & eſſentia rei cogitantis. Sed quandoquidem illas varias cogitationis formas concipere non poſſum ſine ſubjecto & ſubſtantia, in qua ſunt, manifeſtum eſt, illas cogitationes diverſas eſſe modos rei cogitantis. Iſtos varios cogitandi modos lubet vocare ideas. In idearum numero, quas in me comperio, ſeſe prodit idea rei *extenſæ*, quam corpus ſolemus vocare, cujus ideæ formam intelligo longe aliam eſſe, quam eam, quæ eſt rei *cogitantis*, in qua nullam extenſionem eſſe comperio.

Porro cum modus realiter non diſtinguatur à re, cujus eſt modus: neque ſubſtantiæ per ſe nos afficiant, ſed modis & attributis ſuis, ſequitur, nos de natura ſubſtantiarum ſolummodo judicare poſſe per naturam modorum & attributorum. Quandoquidem omnes cogitationis modi extenſionem excludant; & modus realiter non differat à re, cujus eſt modus, ſed ſit ipſa res modificata, ſequitur ſubſtantiam, cujus variæ cogitationes ſunt modi varii, qui omnes extenſionem excludunt, & tamen aliquid poſitivi menti ſubjiciunt, eſſe ſubſtantiam tota natura diverſam à ſubſtantia extenſa. Quod quidem eo manifeſtius ſe prodit, quod ſubſtantiam extenſam clare atque diſtincte cognoſcere poſſum abſque ſubſtantia cogitante: & vice verſa, ſubſtantiam cogitantem abſque ſubſtantia extenſa. Ex hoc enim ſolo cognoſcimus ſubſtantias realiter eſſe diſtinctas, quod unam abſque alia clare, & diſtincte cognoſcere poſſumus. Ipſi Adverſarii concedunt, extenſionem & cogitationem eſſe duo attributa tantopere à ſe invicem diſtincta, ut nulla inter ea ſit cognatio, & unum per aliud cognoſci non poſſit, volunt tamen uni eidemque ſubſtantiæ duo illa attributa tribui poſſe: quod quam falſum ſit poſtea explicabitur.

Subſtantiam autem illam cogitantem *ſpiritum* vocamus, aut ſubſtantiam ſpiritualem: quæ cum realiter à corpore, aut ſubſtantia extenſa differat, inde ſequitur, ejus exiſtentiam natura ſua non dependere ab exiſtentia corporis, ſed poſſe illam ſupereſſe, quamvis omnia corpora extenſa ſublata, & in nihilum redacta forent.

Sed quia hæc ſententia, animam nempe eſſe ſubſtantiam cogitantem à multis acriter oppugnatur, & nos æſtimemus, illam non ſolum veritati conformem eſſe, ſed

iſti u

iſtius etiam utilitatis, ut latum unguem ab ea recedere non liceat, quin tota labat doctrina de animæ immortalitate, quatenus illa contra atheos lumine naturæ probanda ſuſcipitur, operæ pretium me facturum arbitror, ſi enucleatius, & fuſius eam rem explicare laborem. Supra jam attigi, modum non realiter differre à re cujus eſt modus; modum itaque in tantum eſſe rem ipſam, cujus eſt modus, ſed certo modo modificatam. Supra etiam ſtrictum indicavi ſubſtantias per ſe non intelligi, ſed per modos & attributa: nam quamvis ſubſtantia intelligendi ratione prior putatur ſuo attributo, & modo, & ita per ſe cognoſcatur reſpectu modi, quatenus poſſim concipere ſubſtantiam ſine hoc aut illo modo; intellectus tamen non concipit aut intelligit ſubſtantiam niſi intelligendo aliquod ejus attributum: ita ſubſtantia corporea non aliter ſeſe menti noſtræ cognoſcendam præbet, quam ſub attributo extenſionis, cujus attributi extenſionis modi ſunt, figura, color, mollities, durities, &c.

Ex certa autem proprietate modorum judicamus de natura & eſſentiali proprietate ſubſtantiæ: quia itaque in omnibus ſupra memoratis modis ſeu accidentibus reperitur extenſio, in qua omnes illi modi, quamvis cæterum differentes, conveniunt, inde recte conficitur, ſubſtantiam illam, in qua illi modi, qui extenſionem in ſe complectuntur, reperiuntur, ſive ſinguli, ſive omnes ſimul, eſſe ſubſtantiam extenſam, ſive ſubſtantiam attributo extenſionis affectam. Et ideo quando illi modi attribuuntur ſubſtantiæ, quam non putamus extenſam, aut quam non concipimus ſub attributo extenſionis, etiam riſus pueris & agreſtibus movetur: quod uſu diſcimus quando ex infante requitimus cujus figuræ, coloris, ſaporis, &c. ſit anima? Utrum major ſit anima hominis infantis an adulti? An cum corpus molle augeſcit, etiam anima incrementa capiat? An anima celerius moveri poſſit, quam equus? Pluſque viæ eodem temporis ſpatio conficere? Quantum occupet loci? An habeat partes dextras, & ſiniſtras? An aliqua ejus pars ſit alicui corporis parti propior quam altera? Et quando quidem nullas habeat partes, an poſſit per ſe uni corporis parti eſſe vicinior alteri? Et ſi mens non poteſt dici præſens alicui corpori per partes, an corpus per ſuas partes poteſt dici præſens menti, quod certe infans abnuet: cum omnes ſponte judicemus præſentiam notare relationem; nec quicquam dici poſſit eſſe præſens, niſi alicui rei ſit præſens, & illa res viciſſim illi præſens, in cujus vicinia & præſentia illa eſſe dicitur. Nam ſi corpus eſt præſens menti, debet habere relationem & reſpectum ſuarum partium ad mentem; & cum mens partes non habeat, nec quicquam iis ſimile, quo pacto mentis *ubi* per ſuam eſſentiam deſignari poteſt? Quod quidem ulterius urgeri poteſt, quando animadvertimus ſpiritum nullum habere locum intrinſecum, qualem locum intrinſecum omnia corpora poſſident. Et ita infantes poterunt docere quoſdam doctores, ſpiritus per ſuam eſſentiam non eſſe in loco; nec corpus ſpiritui aliter eſſe præſens, quam quatenus nunc mens ita includit corporis præſentis ideam, ut nec ſciat ſe eſſe, nec alicubi eſſe, niſi quatenus corpus ſibi præſens eſſe cognoſcit: & quod, quamdiu eſt in hoc ſtatu naturali, omnes ſuas operationes in illo corpore exerceat. Ita interrogando elicies ex infantibus reconditam in illis cognitionem, ſpiritus nempe de loco ad locum non moveri; tum quia non ſunt in loco, cum etiam, quia naturaliter norunt motum & quietem eſſe affectiones corporis: nam cum animadvertunt aliquem motum in corpore, cujus cauſam corporalem non vident, ilico exclamant, corpus illud vivere, & animam cauſam eſſe illius motus; & à cauſa illius motus, quam animam eſſe ſtatuunt, tam longe motum abeſſe putant, ut perceptio motus in corpore illis ſit argumentum, & occaſio cogitandi in illo corpore eſſe aliquod

quod principium, quod cieat motum in corpore; & quod non eſt corpus, neque motus eſt capax, quemadmodum corpus eo modo affici poteſt. Et ratiocinatio infantis tam recte procedit, ut doctis etiam firmiſſimum argumentum ſit ad probandam numinis exiſtentiam. Datur, inquiunt, motus in corporibus, qui motus cum ab ipſis corporibus eſſe non poſſit, neceſſario eſt ab aliquo principio, quod ex ſe eſt, & in corporibus concitet motum, cum ipſum motu careat, nam alioquin iſtius principii eadem eſſet ratio, illud nempe indigere alio principio quo moveatur. Neque adverſarii elabuntur, dicendo duo genera motus dari, alterum quo moventur corpora, alterum, quo ſpiritus, quia hoc tantumdem eſt, ac ſi dicas duo genera extenſionis dari, una extenſio, quæ corporibus, altera, quæ ſpiritibus convenit: non habemus enim aliam ideam motus, quam eam, qua corpus recedit à vicinia alterius corporis. Hoc argumentum, etiam pueris notum, exiſtimo optime procedere contra eos, qui ſpiritibus locum & motum tribuunt; an autem vim ſuam tueri poſſit contra eos, qui ſtatuunt motum eſſe ab æterno, in præſentia non diſputo.

Sed revertamur ad inſtitutum: cognoſcimus itaque tantum ſubſtantias per modos; & per naturam modorum naturam ſubſtantiæ: ſi itaque in hac aut illa cogitatione non continetur extenſio, recte concludimus, hanc & illam cogitationem eſſe in tali ſubſtantia, quæ non eſt corpus, aut extenſa; imo non tantum recte inde judicatur ſubſtantiam illam, in qua eſt hæc & illa cogitatio, non eſſe extenſam; ſed illam eſſe ſubſtantiam cogitantem: nam hæc & illa cogitatio cum ſit modus, tantum modaliter differt ab hoc, cujus eſt modus, ergo res in qua tamquam in ſubſtantia eſt hæc aut illa cogitatio, eſt ſubſtantia cogitans, modificata hac, & illa cogitatione. Moneo Lectorem me hic nondum diſputare contra auctorem Operis Poſthumi B. D. S. Fiet hoc in ſequentibus: & ideo nondum aſſevero mentem meam eſſe ſubſtantiam; ſed cogitationem eſſe in ſubſtantia cogitante.

At fortaſſe negabit adverſarius hanc aut illam cogitationem poſſe habere pro ſubjecto ſubſtantiam, cujus natura conſiſtit in cogitatione: ſed difficultas admittendi hanc noſtram ſententiam oritur inde, quod vulgo fallimur in judicando de actione, & quod ſuſpicari non poſſumus ullam aliam actionem eſſe, quam motum, quem percipimus in corporibus; cum tamen ille motus revera non ſit *actio*, ſed mera *paſſio*: & ideo imperite confundimus actuoſam ſubſtantiam corpoream cum ſubſtantia ſpirituali, aut cogitante, aut cum actu ſubſtantiali; quia non poteſt eſſe, & exiſtere ſubſtantia *actuoſa corporea*: pugnat enim cum corporis natura, per ſe, & ſua ſponte moveri; & ideo motus eſt aliquid corporis naturæ ſuperadditum. Scio equidem novos quoſdam Philoſophos hoc quaſi pro jure ſuo aſſumere: à ſubſtantia ſub attributo extenſionis conſiderata, ſive à ſubſtantia extenſa poſſe procedere *motum*: ſed illi Philoſophi hoc nullis argumentis à priori probant; ſed à poſteriori, quod nempe tantum poſſit dari una ſubſtantia duobus attributis extenſionis, & cogitationis affecta: ab attributo cogitationis non poſſe procedere affectiones corporis: nec ab attributo extenſionis affectiones cogitationis: & quandoquidem motus eſt in corporibus, ea conſideratio eos impulit in illam mentem, ut docerent motum poſſe venire ab extenſione, quia motus eſt corporis affectio. Sed non facile illa Philoſophia fidem apud homines inveniet, quæ ut ſua principia ſtabiliat, prima rationis fundamenta ſubvertit; urgens uni eidemque ſubſtantiæ poſſe convenire duo diverſiſſima attributa, cogitationis nempe & extenſionis. Sed proſequamur reliqua.

At quia hæc aut illa cogitatio eſt modus ſubſtantiæ cogitantis; ideo modus ille in genere non poteſt non eſſe modus ſubſtantię cogitantis, & cujus eſſentia conſiſtit

in

in cogitatione: quæ cogitatio non eſt attributum alicujus ſubſtantiæ, per quod attributum hæc aut illa cogitatio eſt in ali. qua alia ſubſtantia, cujus ratio formalis, aut cujus eſſentia non conſiſtit in cogitatione, ſed cujus attributum aut proprietas eſt cogitare: nam ſi cogitare eſt attributum ſubſtantiæ, tunc iſtius ſubſtantiæ formalis ratio conſiſtit in cogitatione: quia attributum re idem eſt cum eo cujus dicitur eſſe attributum. Si ſit tantum proprietas, tunc à modo non differt; at unus modus non eſt modus alterius modi: ergo actuoſa, & cogitans illa ſubſtantia eſt ſubjectum hujus aut illius cogitationis.

Concipimus equidem actionem ſemper eſſe in aliquo ſubjecto, ſed vulgus peſſime inde conficit non eſſe ſubſtantiam aliquam totam actuoſam; & quæ reſpectu iſtius actuoſæ naturæ eſt extra potentiam, qua ad actum excitetur; cujus actus reſpectu antea erat in potentia: turpiter enim vulgus in illa cogitatione labitur, tum quia illa actio, quæ à ſubſtantia illa excitaretur, non eſſet *actio* ſed *paſſio*; cum quia ab omni ratione alienum eſt, ſubſtantiam inertem & ignavam, & omni actione carentem, ex ſe excitare poſſe actionem. Deinde cum nulla ſit ſocietas, aut cognatio naturæ actionis cum illa ſubſtantia inerte, & cui tribuitur potentia excitandi illam actionem, quæ ratio ſtatuendi illam ſubſtantiam poſſe producere cogitationem? Eſt principium per ſe notum, nihil poſſe eſſe in effectu, quod non eſt in cauſa, vel formaliter, vel eminenter; alioquin eſſet aliquid in effectu quod eſſet à nihilo; & quod ideo nullam haberet cauſam: at cum ſubſtantia iners atque ignava producit actionem, unde illa actio produceretur? Et quomodo illa ſubſtantia ſeipſam excitaret? Si dicis à Deo, ergo concedis tunc ſubſtantiam aliquam exiſtere, de cujus ratione formali eſt, quod ſit actuoſa; & ita largiuntur, quod poſtulamus: alioquin dicendum foret, eſſe etiam in Deo ſubſtantiam diverſam ab ejus actuoſitate, & in qua illa actuoſitas eſt tanquam in ſubjecto, & in potentia. At ſi concedant tale quid in Deo non obtinere, quare negant Adverſarii *actum ſubſtantialem exiſtere*; & noſtram mentem, omneſque ſpiritus eſſe actus ſubſtantiales; & quos actus merito vocamus ſubſtantiam cogitantem. Deus non ideo ſolummodo purus actus vocatur, ut vitemus compoſitionem in Deo, ſed ut probemus nihil eſſe in Deo, quod ab alio afficitur & agitur, ſeſeque paſſive habet: neque Deo tribuitur quod ſit purus actus, quia eſt ens ſumme perfectum, ſed quia Deus eſt ſpiritus. Dicitur autem eſſe actus purus propter ſummam perfectionem, quatenus enti ſumme perfecto repugnat non omnia ſimul poſſidere, reſpectu alius rei, quæ ipſum movet, aut ad actum excitet. Ita etiam rationem ſpiritus dicimus conſiſtere in eo, quod ſit talis actuoſa ſubſtantia, ut *vi ſuæ naturæ cogitet*, quia ejus formalis ratio eſt cogitare; quamvis Deo indigeat ad exiſtentiam ſuæ naturæ, quemadmodum aliæ creaturæ. Exiſtimamus hunc ſermonem continere demonſtrationem, quæ moveri aut convelli non poſſit.

Sed revertor ad id, à quo nonnihil deflexerat oratio, & recedens à Deo, converto me rurſus ad naturam, à qua mutuabor exemplum, quod mihi præbebit occaſionem enodandi omnes difficultates, quæ contra hanc ſententiam proferri in medium poſſunt. Quemadmodum itaque ipſa vita rei viventis non differt ab ipſa re vivente, ſed in ejus formali ratione continetur, ita vita mentis non differt ab ipſa mente vivente: non enim formalis ratio rei viventis eo continetur, quod aliquod principium in ſe habeat, quo poſſit vivere, ſed eo, quod reipſa, & actu vivat. Quia illud principium cujus virtute actiones vitales excitantur, quandiu tantum eſt principium, neque reipſa vitalium actionum cauſa, non efficit, quod res aliqua viva, aut vivens appelletur, ſed quod vivere poſſit. Quod ſi itaque ſubſtantia ſpiritualis ea vocetur, quæ in ſe habet principium, per

quod vivere poſſit, aut actiones vitales exerere: tunc ſpiritus, quatenus eſt ſpiritus, non eſt ſubſtantia vivens, ſed ſubſtantia quæ poteſt vivere.

Porro ſi ſtatuas illud principium, ſive illam potentiam vivendi ſemper actu vivere, tunc ſtatuis actuoſam ſubſtantiam, & cujus formalis ratio in actu conſiſtit. Si rurſus reſpondeas, illud principium, ejus formalis ratio in actu conſiſtit, habere pro ſubjecto, cui ineſt, ſubſtantiam, cujus formalis ratio non eſt actio, ſed quę eſt baſis actionis vitæ, tunc rurſus ſe aperit illa difficultas, quomodo ſubſtantia otioſa, iners, & mortua poſſet vitam, vel vitæ actualis principium ex ſe ſua ſponte excitare: quandoquidem ſubſtantia iners & mortua, toto genere differt à vita. At nihil poteſt eſſe in effectu, quod antea non fuerit in cauſa, alioquin ille effectus foret à nihilo. Et quare pari ratione defendi non poſſet *corpus* ex ſe poſſe excitare motum: quod tamen fieri non poſſe per ſe notum eſt. At quare, & quæ cauſa quare hoc cenſemus de ſubſtantia, quæ quidem non putatur eſſe corpus, ſed tamen ab actione alienam naturam habet, non minus, quam corpus, & cujus formalis ratio non conſiſtit in actione. Si bene attendamus, comperiemus hujus judicii diverſitatem inde oriri, quod ſpiritum putemus eſſe ſubſtantiam formaliter actuoſam: quamvis verbis utamur, quæ aliam mentis ideam videntur exprimere. Et error ille oritur ex prejudiciis, quæ hauſimus in infantia. In qua confundentes actionem cum paſſione; & exæquantes actiones ſpiritus corporis motibus, ſive actionibus, (quæ tamen revera tantum paſſiones ſunt) ponimus in actionibus ſpiritualibus ſubſtantiam, in qua tanquam in *baſi* illæ actiones ſunt & nituntur: quia in corporibus motis animadvertimus corpus, ſive extenſionem, & ejus modum, motum, ſc. qui in extenſione tamquam in ſubjecto eſt; idque merito facimus, quia omnis motus eſt *paſſio*; ita ut ille requirat ſubjectum, in quo actio recipiatur. At per ſummam ſupinitatem requirimus in actione vitali, quæ vera actio eſt, baſin, ſive ſubſtantiam inertem, quam puerorum inſtar, extenſam non ſolum, ſed etiam *firmam* & *conſiſtentem* nobis imaginamur, quamvis id verbis negemus; & porro ſtatuimus ab illa ſubſtantia proficiſci actiones toto genere diverſas ab illa ſubſtantia, à qua procedere dicuntur; & cum qua nullam connexionem aut naturæ communionem habent: quemadmodum etiam motus non eam cum corpore connexionem habet, quia ab eo abeſſe ſemper poteſt.

Manifeſtum etiam ex præcedentibus, vitam plantis & animalibus improprie tribui, niſi illas *ſpiritu* præditas eſſe ponas, quod hactenus Ariſtotelici tueri non ſunt auſi. Excogitarunt quidem tertiam aliquam ſubſtantiam; quam docent, nec corpus nec ſpiritum eſſe: ſed plantis aut brutis ſubſtantiam ſpiritualem, quæ illis animæ vicem præſtet, hactenus abnuere. At ubi non eſt ſubſtantia ſpiritualis, ibi non eſt vita proprie dicta: quia tunc in talibus creaturis non eſt ulla *actio*, ſed non niſi *paſſio*. Dicimus tamen plantam vivere juxta loquendi conſuetudinem vulgi; quod nullum principium extra plantam aut animal pærcipiens, quo ad germinandum aut ad motum excitentur, ilico ſtatuit plantam & animal vera vita prædita eſſe. Et quia idem vulgus natura edoctum eſt corpus non poſſe eſſe vitæ principium: quia nullum corpus ſui motus principium in ſe habet, ideo plantæ & brutis animam tribuerunt, de qua anima nullum conceptum aut ideam habent poſitivam, ſed negativam, ſc. quod non ſit corpus: quia operationes, quas in brutis & plantis conſpiciebant, ejuſmodi arbitrabantur, ut corpori tribui non poſſint: & ea cogitatio homines traduxit in illam opinionem, dari adhuc tertiam aliquam ſubſtantiam, quæ non ſit corpus aut ſpiritus: non corpus, quia putabant, ſe in plantis animadvertere operationes ſponte ab aliqua ſubſtan-

ſtantia naſcentes: non ſpiritum, quia intellectum & voluntatem illis aſſignare non poterant: & ita natæ ſunt tertia ſubſtantia, & formæ ſubſtantiales.

Quod ſi attendiſſent ad totam mundi machinam, & plantam atque animal illius partem eſſe, & per eam machinam in plantis & animalibus brutis, latentibus & abditis viis motum excitari: atque ita id, quod in planta & brutis actionem & vitam vocabant, meram paſſionem eſſe, nunquam in illum errorem lapſi fuiſſent, aut illum ilico correxiſſent: quemadmodum vulgus hoc indies facit, quando temere judicans aliquid ſui motus principium eſſe, aut illud principium in ſe habere, illud *vivere* pronunciat: quo tamen ſtatim illud privat, quando uſu aut ratione venit in cognitionem cauſæ externæ iſtius motus: eumque extra illam rem quam vivere dixit, eſſe cognoſcit. Quando autem planta, aut animal ita conſtituta ſunt, ut per mundi machinam atque ordinem cauſarum in illis non poſſint excitari motus & effectus, quos *germinationem* aut motum animalem vocare conſuevimus, tunc vulgus plantam & animal mortua eſſe dicit.

Ex his jam etiam conſtat, quam inconſiderate Ariſtotelici diſtinguant inter actum primum & actum ſecundum vitæ. Sunt hujuſmodi diſtinctiones tantum termini logici, notiones ſecundæ, & conſiderandi tantum modi, qui nihil reale, quod in natura reperitur, exprimunt. Arbor inquiunt, tempore hyemali, quando non germinat, eſt in actu primo vitæ: at æſtate, cum folia & flores fundit, eſt in actu ſecundo. At quam improprie arbor vocatur *vivere* tempore hyemali, ſi nullos tunc motus ex ſe cieat: ſed vivendi nomine gaudeat, quia potentia vivendi etiam hyeme in ſe contineat. At in arbore, & omnibus illis vegetativis ſubſtantiis, quæ nullum vitæ actum, hoc eſt, nullum motum ex ſe, & ſua ſponte in ſe excitant, ſed tantum valent potentia ad actus vitales excitandos, illa potentia, aut actus primus, ut imperite appellant, non eſt potentia activa, aut actus, ſed tantum mera potentia paſſiva, ſive *potentia objectiva*; qua res ſunt in potentia non ad aliquid *agendum*, ſed ad aliquid *patiendum*. Arbor hyemali tempore, cum nullum motum aut actum vitalem ex ſe excitat, & cum omnes tales actiones ceſſant, (quod jam ex adverſariorum ſententia præſupponimus) eſt tantum in potentia ad recipiendum naturæ, aut potius ſolis & caloris motum; & eo moveri motu, quem ab iis mutuatur ſecundum communes naturæ leges motus. At quis Philoſophus unquam potentiam, qua aliquid ad patiendum aptum eſt, *vim*, *virtutem*, *actum* ſive *primum*, ſive *ſecundum*, aut *principium vitæ* vocaverit? Facit hoc vulgus, quod ſenſu, non ratione duce, de rebus fert judicium. Sed quam temere hoc à vulgo fiat, & quam indignum ſit Philoſopho, ad vulgi ſermonem, & ſententiam conferre ſua dogmata, inde manifeſtum eſt, quod vulgus eandem illam potentiam *paſſivam* nunc *virtutem*, *vim*, *efficaciam* & *potentiam ad agendum* vocat; rurſus illam indigitat nomine *impotentiæ*, *infirmitatis*, *defectus virium* &c. *ad agendum*. Quia aromata partes continent, quæ cito motum recipiunt; & partium ſuarum figura ſui ſenſum in organis guſtus facile excitant, vulgus illa *virium*, *potentiæ & actus primi*, ut cum Ariſtotelicis loquar, plena dicit: at in aliis rebus eundem illum partium facilem motum *infirmitatem vocat*, & *virium defectum*: quia conducit conſervationi talium rerum, quod motui reſiſtere poſſunt, & ita naturalem ſtatum tueri: facile itaque moveri in talibus rebus *infirmitas*, & *impotentia* eſt, non autem facile moveri *vis*, & *potentia* vocatur.

Ita vulgus hominem vocat teneræ valetudinis, cujus temperamentum, ſive partium conſtitutio facile motu alieno à ſtatu ſuo depellitur. Ita homines, qui facile paſſionibus obediunt; iiſque duci ſe ſinunt, infirmos vocamus. Quid igitur veri aut ſani eſt in illis diſtinctionibus de *actu primo* &c.

& actu *ſecundo*, de *potentia & actu*, de *facultate*, & ejus *progreſſu & exitu ad actum?* An quia aliquod corpus, quod externam ſpeciem arboris adhuc conſervat, ſed cujus tamen minimarum partium conſtitutio ita eſt mutata, quod ſolis & naturæ motum *ad germinandum* recipere non poſſit, mortua dicitur: & quia truncus, & non arbor eſt, dicetur carere *actu primo* vitæ: arborem autem veram dicemus eo præditam eſſe, quia illum naturæ motum ſuſcipere poteſt? At ſi rem expendamus, primus actus vitæ in arbore vivente, tantùm indicat potentiam paſſivam, quemadmodum ligni ſicci diſpoſitio ad facile recipiendum ignis motum, indicat potentiam paſſivam. Et ſi arbor vivens actu primo vitæ facile obedit motui caloris ſolis ad germinandum, etiam arbor mortua & ſicca facile ſe flectit ad leges motus & caloris ignis. Et diverſæ illæ diſpoſitiones nullam vim agendi important, ſed patiendi infirmitatem. Et arbor vivens tam parum apta eſt ad excitandum ſua ſponte, vi ſuæ diſpoſitionis ſuarum partium, motum germinationis, & vegetationis, quam reliqua corpora inepta ſunt, ad excitandum ex ſe motum; & ita reſpectu talis principii, quo aliqua res in ſe motum ſua ſponte excitare poteſt, tam arbor vireſcens, quam ſiccum lignum veræ vitæ expers eſt: quia non tantum ex ſententia eruditorum, ſed etiam opinione vulgi, illi rei tantum vita tribuitur, quæ ſua ſponte movetur. At ex ſupra dictis liquet, nihil ſua ſponte moveri, quod non ſemper movetur: nam ſi non ſemper moveatur, ſed ab alio moveatur, tunc patitur: & ſi id, quod alii actum vitæ communicat, non ſit ipſe actus vitæ, tunc perfectius ab imperfectiore producetur: quod implicat contradictionem. At ex ſententia omnium, *actus ſecundi* nobiliores ſunt *actibus primis*: & id, quod actibus ſecundis etiam vivit, perfectius eo, quod actu primo tantum vivit; & actualis intellectio melior potentiali. Nec quicquam proficiunt adverſarii, quando docent actum primum tanquam potentiam actus ſecundos in ſe complecti; & ita potentiam nobiliorem eſſe actione, quam etiam in ſua natura continet. Nam primum dico: *potentia, & potentia aliquid in ſe complecti* inania, & vacua nomina ſunt, ſub quibus nulla clara & diſtincta eſt idea: nec ſunt *ullæ* reipſa *potentiæ*, quales ſibi fingunt Ariſtotelici, in rerum natura: potentia enim ipſis eſt res in ſe non actuoſa, ſive non agens reipſa; & quæ tamen actionem producit: tales potentiæ inquam, in rerum natura non ſunt; neque ullam veram realitatem habent: ſed ſunt tantum denominationes externæ rebus propter varios conſiderandi modos tributæ; & ad ſua cogitata aliis communicanda inventæ: quod ex ſequentibus liquebit. Deinde, cum *actus ſecundi*, ex adverſariorum ſententia, reipſa differant ab *actibus primis*; quomodo una res aliam, cum qua nullam naturæ conjunctionem habet, producere poteſt? Si hoc admittatur, licebit ſtatuere quidlibet ex quolibet fieri poſſe: quia in tali rei productione inter cauſam & effectum nulla datur proportio. Et actus ſecundi productio ideo creatio dicenda erit, quemadmodum motus majoris productio, quam antea in mundo fuit, creatio dicenda eſt; quia minor motus majorem producere non poteſt, nec non intellectio intellectionem: nam quare tunc etiam intellectio à corpore procedere non poſſet? Et cum aliquid fit, quod antea non erat, id non fit ab aliqua potentia, hoc eſt, à re inerti & otioſa, ſed ab actione ſubſtantiali, quæ nunc hoc nunc illud attingit, in eoque terminatur, ibique rem ſui ſimilem producit.

Contemplatio enim naturæ nos docet, quod quicquid operatur, operatur *per ſuam ſubſtantiam*: qua poſita ſemper ponitur aliquis effectus. Et cujus rei natura ea non eſt, ut actio ſit de ejus eſſentia, illa res nunquam actionem, ſive potius actionis effectus producere poteſt; & talis res tantum ſemper eſt in potentia paſſiva, adeoque reſpectu ſui ipſius

ſius omni *vi, potentia*, & *facultate ad agendum* privata, & ita infirma, ut tantum ad patiendum ſit idonea. Et talis naturæ ſunt omnia corpora, quorum nullum ſeſe movere poteſt, ſed omnia immediate à ſubſtantia actuoſa moventur: & effectus, qui ex modificatione corporum per motum facta reſultant, ſunt tantum conſequentiæ, vel potius ſitus corporum mutationes, quæ oriuntur ex motu, quo Deus & ſpiritus corpora movent. Quarum autem naturarum formalis ratio eſt *actio*, illæ à potentia ad actionem non progrediuntur, ſed *ab actione ad actionem*; quatenus in creaturarum actione datur ſucceſſio: & ita atque tali modo nulla creatura una actione ſua omnia poſſidet. Quemadmodum itaque Deus motus auctor, non progreditur à potentia ad actum, quando eum conſideramus, ut per novam voluntatem (voco novam voluntatem in Deo, quando aliquid operatur, quod ex eo, quod prius eſt operatus, non ſequitur per ſe, nec in primo opere continetur) aliquid ſecundo producentem, ſed actum Dei voluntatis tantum novo termino finiri, & terminari. Ita actus ſubſtantialis mentis, ſive mentis cogitandi actus, non progreditur à potentia ad actum, ſed progreditur *de actione ad actionem*: & quia diverſus cogitationis terminus includit in ſuo formali diverſum cogitandi modum, ſive novam ideam; & quia ita diverſitas & numerus (qui à diverſitate) in mente oriatur, ideo etiam ſucceſſio, & tempus in mentis operationibus ſeſe produnt. Et quia hæc eſt natura mentis creatæ, quod omnia ſimul cogitare non poſſit, hinc mens noſtra natura finita eſt; nec unquam concipi debet, primum ut *cogitatio ſimplex nullo termino limitata*; & poſtea variis cogitationis modis ſive ideis limitata: ſed quia ratio & uſus nos docet, mentem eſſe rem finitam, ſtatuendum mentem ſemper aliqua *forma* cogitationis, ſive idea ſingularis rei *limitari* & definiri. Quemadmodum *enim* nulla extenſio, duratio, ſucceſſio, &c. poteſt concipi ſine partibus, vel ſaltem non ſine *alio* & *alio*, ita non poteſt concipi cogitatio continuata ſine diverſis cogitationis formis, & modis: cujus contrarium tamen quoſdam urgere video, ut probent poſſe etiam extenſionem dari ſine partibus: cum tamen revera, quemadmodum nulla cogitatio creata datur ſine diverſis idearum formis & cogitandi modis, idque ſit de natura rei creatæ, quæ finita eſt, ita eſt de natura extenſionis habere partem extra partem, aut ſaltem *aliud* & *aliud*; & in qua extenſione unum non eſt aliud, & in qua unum ſine alio clare & diſtincte intelligo, non quia cogitatione, aut imaginatione in illo extenſo partes facio, ſive corpora aliqua qualitate, qua alia non ſunt affecta, prædita: ſed quia natura extenſionis me docet, unum in illa non eſſe aliud. Sed ad inſtitutum.

Mentis itaque cogitatio non dicitur eſſe in potentia, quaſi à non cogitando progrederetur ad cogitandum: ſed quia termini cogitationis ſucceſſive variant; ad diſtinctionem tamen actionis ſubſtantialis, in qua mentis formalis ratio conſiſtit, ab illa ſingulari actione, quæ eſt *modus actionis ſubſtantialis*; & cui per modum inhæret, quidam recte vocant primam actionem, *actum ſubſtantialem*, poſteriorem *actionem*. Quemadmodum quidam non male extenſionem in genere conſideratam, vocant *extenſionem*; & conſideratam ut varie modificatam vocant *corpora*. Quamvis in eo graviſſime hallucinentur, quod ſtatuant extenſionem numero unam eſſe, ſed quæ varie modificata, eſt ſubjectum (ſi ita loqui liceat) iſtorum *modorum corporeorum*: ita ut corpora in hoc univerſo *modis* tantum diſtinguantur, non *materia*, aût extenſionis partibus, ſive *alio* & *alio* extenſionis; ut ita ſibi viam & aditum parent, mentes hominum tantum eſſe cogitantis ſubſtantiæ generalis modos: ſed quæ *ſubſtantia* cogitante ſingulari à ſe invicem non diſtinguun-

guuntur: ſed omnes ſub diverſo cogitationis modo infinitum Dei cogitationis attributum exprimant.

Res itaque de cujus ratione formali eſt ipſa actio, ſi ſit infinita, quemadmodum ipſa ſuæ actionis cauſa eſt, ita cauſa eſt naturarum, quarum formalis ratio eſt actio: & eatenus hujuſmodi creaturæ, quarum formalis ratio eſt actio, & qua etiam ab omnibus corporibus diſtinguuntur, per Deum & in Deo agunt, Deo non tantum exiſtentiam actus ſubſtantialis producente, & ſuſtentante; ſed ſimul illi creaturæ dante generalem ad actionem inclinationem, ſive motum voluntatis generalem, quo illa creatura omnia, quæ vult & intelligit, vult & intelligit; & ita nunquam à potentia ad actum progreditur, quaſi unquam ceſſaret aut ceſſaſſet: ſed in objecto, & termino, eſt tantum variatio. Et mens nunquam ab inclinatione, quam à ſua origine habet, deflectit, quam per defectum, & negationem rei, quæ res illa inclinatione generali adeſſe debebat: & in quo defectu *peccatum* conſiſtit, quod inclinationi illi generali adhæret. Neque oportet hanc generalem inclinationem conſiderare ut potentiam, ſed ut generalem modificationem actus ſubſtantialis: & hæc actio ſubſtantialis ita modificata conſtituit hominis mentem, quæ generali illa modificatione ſingulares intellectus, & voluntatis actionis ſuæ ſubſtantialis modificationes in ſe exiſtere facit: ita ut velle, & intelligere mentis noſtræ, quatenus ſunt actiones ſingulares, nihil aliud ſint, quam actus ſubſtantialis, quem jam *mentem* vocavimus, modificationes ortæ in nobis ex generali illa inclinatione, qua ſemper volumus, & intelligimus; & quę inclinatio recte vocatur intelligendi, & volendi facultas: & cui inclinationi bene vel male parendo, bene vel male operamur. Ita ut vanum ſit argumentum *Spinozę*, quod, ad tollendam ab homine voluntatem & intellectum, ducit ab abſurdo: quaſi voluntas ſeſe aperire, & quaſi emergere non poſſit, quin quaſi ex aliqua mentis parte recondita & incluſa ſe in propatulo oſtenderet, unde probare nititur in nobis facultatem volendi non dari; ſed de his in ſequentibus.

Hinc jam etiam apparet, quam nullius ponderis ſit argumentum, quando quidam dicunt in *ſubſtantiali cogitandi actu* non poſſe eſſe *habitus*, *notiones &c.* quaſi ille etiam ſemper actu operarentur. Mens intellectu, voluntate, & memoria prædita, pro libitu notiones excitat, & virtutes atque habitus ſuos explicat. Deinde, an in Angelis, qui ex adverſariorum ſententia ſemper cogitant, non dantur habitus, & notiones; nec tamen earum opera ſemper utuntur, nec ſpiritus ſeparati & ſejuncti à corpore, ſemper actu & reipſa omnia cogitant, quæ beneficio & ope memoriæ cogitare poſſunt. Ex his jam etiam manifeſtum eſt, quam nihil ſit virium in argumento, quo adverſarii utuntur ad refellendam doctrinam de actu ſubſtantiali cogitativo mentis. Agere inquiunt, præſupponit *poſſe* agere; & ideo mentis formalis ratio non poteſt conſiſtere in ſubſtantiali cogitatione. Certe contemplatio naturę illis non ſuggeſſit tale argumentum: cum contra nullę dentur potentię in rerum natura: quatenus potentia ſignificat aliquam rem, quæ cum non ſit actuoſa, ſed iners & deſidioſa, cauſa tamen eſt actionis: & quæ nec ejuſdem eſt naturæ cum re, cujus dicitur eſſe potentia, nec cum effectu, quem producere dicitur. Præterquam quod conſtet, in Deo *poſſe* non præcedere *eſſe*.

Quando autem Dei ordinatione ille actus cogitandi, aut ſubſtantia cogitans, aut ſubſtantialis cogitatio ita alicui corpori alligata eſt, ut ab illo corpore certo modo afficiatur; & viciſſim cogitare non poſſit, quin ad illam cogitationem corpus aliquo afficiatur modo, & ita illud ſemper præſens eſſe cogitare debeat, tunc illam ſubſtantialem cogitationem dicimus illi corpori ſubſtantialiter unitam, & cum illo corpore conſtituere unam perſonam, ſc. homi-

hominem. Nec quicquam aliud in unione hypoſtatica mentis cum corpore fingere licet: & inane eſt quod dicunt, *actum ſubſtantialem non poſſe uniri ſubſtantialiter cum corpore.* Qui hæc negant, aut non capiunt, ſatis oſtendunt ſeſe abſtractis mentis cogitationibus parum aſſueviſſe; & eos nunquam de mente cogitare, quin ſimul de ſubſtantia aliqua firma, conſtante, ſolida cogitent. Velim etiam quidem ab adverſariis doceri, quomodo illi concipere poſſint conjunctionem mentis cum corpore, mente nihil agente: aut quomodo corpus in unione hypoſtatica à mente ſine actione affici poſſit? Quod ſi actio mentis intercedere debet, quare negant actum ſubſtantialem mentis impedire, quod mens corpori ſubſtantialiter uniri non poſſit?

Hiſce ita expoſitis, liquet nihil præſidii adverſariis eſſe in illis objectionibus, quas mutuantur à conceptibus *potentiæ, actus, ab actione, & ejus ſubjecto*, à conceptu ſubſtantiæ, quod nimirum ſubſtantia ſit res *abſoluta*, actio autem *relatio*. Sed quia intelligo adverſarios multum in iis fiduciæ ponere; neque multis ſit jucundum ex jam traditis principiis ſolutiones objectionum adverſariorum fixa attentaque meditatione expedire; operæ pretium me facturum arbitror, ſi breviter illarum ſolutionem aggrediar. Omnis actio inquiunt, requirit ſubjectum, & eſt *relativum* ad ſuum principium, ergo mens non poteſt eſſe *ſubſtantialis cogitatio.* Reſpondeo: omnis modificatio actionis requirit ſubjectum, quemadmodum omnis figura requirit ſubjectum. At ſubjectum figuræ, quod eſt extenſio, non requirit aliud ſubjectum. Deus eſt actus, nec tamen requirit ſubjectum. Et ideo ſi accurate Philoſophari velimus, actio ſingularis, qua actio, non requirit ſubjectum, ſed quatenus eſt res finita; & ita aliqua *forma* cogitationis limitata, & quæ forma cogitationi inhæret: unde etiam conficimus contra hodiernos Atheos, generale attributum cogitationis, aut generalem ſubſtantiam cogitantem, non in hac aut illa diſtincta re cogitante exiſtente, limitari per aliquam ſingularis cogitationis formam: ſed ſingularem cogitationis formam oriri, quia eſt in ſubſtantia *ſua natura finita* & *limitata*; quæ finitudo, & limitatio formam ſingularem cogitationis infert: quemadmodum extenſum ſua natura ex alio & alio conſtans; adeoque ea ratione finitum, & *non unum*, neceſſario importat iſtius *alius ab alio* per ſuum ſitum diſtinctionem. *Spinoza* contra, extenſionem unum & indiviſibile eſſe docet, ſed illam per figuram ſingulorum corporum fieri multiplicem, & diviſibilem: ut ita extenſum ſit diviſibile non per ſe, ſed per ſuos modos: & ita corporis figura non ſit in alio & alio extenſo, ſed in uno & ſimplici, & indiviſibili, aut in diviſo extenſo ſive extenſione; nec ita ſingularia corpora ſingulare aliquid extenſi in extenſione poſſideant, quo realiter à ſe invicem differant, ſed omnia corpora per modos extenſionis diſtingui, non autem per aliquid extenſi, quod ex generali extenſione ſibi vindicant, quapropter corpora tantum modaliter inter ſe differunt. Quemadmodum itaque in extenſione aliud & aliud eſt propter formalem extenſionis naturam; quodque ita ſua natura eſt finitum, quia in illo unum *aliud* non complectitur, nec eſt de natura alterius *aliud*, quodque ita propter finitudinem in illo extenſo eſt *aliud & aliud*, & diſtinctio atque ſeparatio rei à re: ita dantur ſingulares cogitationes, quia ſubſtantia cogitans finita cum ſit, ideo neceſſario variæ cogitationes exiſtunt, quæ ideo ſingulæ ſunt in diverſa ſubſtantia, non autem ejuſdem ſubſtantiæ *ſimplicis, individuæ & infinitæ diverſi modi*; qui ſub forma certa cogitationis infinitum Dei attributum cogitationis exprimunt. Velim lectorem hæc attente conſiderare: quia hac re continetur tota controverſia, quam cum hodiernis Atheis habemus, qui docent mentes noſtras tantum eſſe cogitandi modos, nec hominum mentes realiter, & ſubſtantialiter

ter inter ſe differre, ſed tantum modaliter. Et libenter largior adverſariis me difficulter ex ratione probare poſſe, mentem meam ſubſtantialiter differre ab alterius hominis mente, ſi poſſint probare, ordine prius eſſe ſubſtantiam infinitam, ſimplicem, infinito cogitationis attributo affectam, quæ tamen nulla forma cogitationis, aut idea eſt prædita, ſed à qua manant omnes formæ cogitationis ſingulares, quæ illud attributum infinitum cogitationis exprimunt. Quemadmodum illis etiam libenter largior omnia corpora naturalia, ſol, luna, lapis, aqua &c. non realiter, ſed modaliter tantum inter ſe differre, quando probarint dari ordine prius aliquod extenſum infinitum, ſimplex, indiviſibile, & unum proprie dictum; in quo non eſt aliud & aliud, quodque ideo reſpectu illius alius & alius, aliam & aliam rem non poſſidet, ſed quod plura fit, & aliam atque aliam rem poſſidet, quia eſt attributum ſubſtantiæ, à qua infinita corpora naturalia infinitis modis manant, quæ illam ſubſtantiam, ſub attributo extenſionis conſideratam exprimunt: ita ut corpora tamen, quoad extenſionem, quæ eſt attributum ſubſtantiæ, non realiter, & extenſionis *alio* & *alio* differant, ſed tantum modaliter ſuis figuris, ſed quæ tamen ratione extenſionis unum individuum ſunt. Hæc heterodoxa, & quæ cum communi ſenſu pugnant, non aſſumere, ſed probare debebant Adverſarii. Quemadmodum nos probamus omnes res finitas eo ipſo, quod finitæ ſunt, certam & limitatam naturam habere, qua diſtinguuntur ab aliis naturis. Nam quamvis agnoſcam finitum ſub aliqua conſideratione nobis ſignificare alius rei poſitivæ excluſionem, ideoque rem finitam vocari, quia terminatur alia re finita, per quam, quia eam non complectitur, terminatur, quodque ſub ea forma conſiderata ſit *nihil*, & quo *nihil* unum ab alio non diſtinguitur: finitum tamen non eſt totum *nihil*; ſed ſignificat etiam *naturam*, & *rem poſitivam*, ſed limitatam; & hæc natura ab alia diſtinguitur. Sed me rurſus refero ad priores adverſarios.

Dicunt præterea Ariſtotelici, æque abſurdum eſſe conſtituere *actionem* ſubſtantialem ac *motum* ſubſtantialem. Sed ex ſuperioribus conſtat motum, ut eſt in corporibus, non eſſe actionem, ſed paſſionem. At cauſa motus, qua corpora moventur, eſt actio, & ſubſtantia; nempe Deus: & ita cauſa ſingularum noſtrarum actionum eſt etiam actio ſubſtantialis: neque ulla actio vera datur quæ non ſit ſubſtantia. Quod autem Adverſarii dicunt, actiones ſingulares cogitationis non eſſe tales modos ſubſtantialis cogitationis, quemadmodum figuræ ſunt modi corporis; ſed quemadmodum motus eſt corporis modus, qui abeſſe à corpore, & eidem adeſſe poteſt, id plane abſonum eſt: quia niſi hæc & illa cogitatio eſt modus cogitationis ſubſtantialis, quemadmodum figura eſt modus corporis, tunc potentia cogitandi nequidem erit de eſſentia mentis: quia quemadmodum corpus poteſt moveri, ita etiam poteſt quieſcere. Imo corpus natura prius quieſcit, quam movetur: & concipi debet motus in corpore, ut qui nova Dei voluntate, & operatione in eo producatur diſtincta, quantum ad terminum, à priore voluntate; quia eſt modus corpori ſuperadditus: & ita ſi rem bene expendamus, corpus nihil commune habet cum motu, ſed eſt tantum in potentia paſſiva ad motum; quæ potentia nullam poſitivam & realem qualitatem in corpore ponit. At adverſarii nunquam dabunt mentem cum potentia cogitandi, nihil plus conjunctionis habere, quam corpus habet cum motu.

Præterea, nihil proficiunt adverſarii illa comparatione deſumpta à motu: quia illud in eos ſic retorqueo. Quemadmodum motus arguit ſubſtantiam corpoream, cujus natura eſt extenſio: ita cogitatio arguit ſubſtantiam cogitantem, cujus natura eſt cogitatio. Deinde modus arguit naturam ſubjecti, & non otioſam potentiam. Præterea quandoquidem potentia cogi-

cogitandi (ex adverſariorum ſententia) eſt teipſa eadem res cum ipſa mente; & tantum diverſo conſiderandi modo à mente diſtincta, mens tunc revera non per aliquam potentiam cogitandi actus cogitandi excitat, ſed ipſa per ſe, & per ſuam ſubſtantiam hoc agit. Ergo poſita ſubſtantia mentis, ponitur cogitatio: quia quicquid ita agit, (omnes autem res ita agunt) neceſſario per ſuam naturam ita agit; neque ulla entia intercedunt inter naturam, & ſubſtantiam agentem, & effectum, qui ex illa actione procedit. Et quandoquidem cogitatio eſt actio immanens, illa actio etiam neceſſario eſt de natura, & de ratione ſubſtantiæ, cujus dicitur eſſe actio: & ita hæc & illa cogitatio à ſubſtantiali cogitatione tantum modaliter differt: quemadmodum figura ab extenſione cujus eſt figura. At quemadmodum figura arguit ſubjectum, in quo eſt, & cujus eſt modus eſſe extenſum, ita hæc & illa cogitatio arguit ſubjectum in quo eſt, & cujus eſt modus, eſſe ſubſtantiam cogitantem.

Ex quibus rurſus hæc conficimus: mentem, ſicut actu eſt, ita actu operari: & actum & actionem idem eſſe: & ideo diſtinctionem inter *actum primum*, & *actum ſecundum* vanam eſſe, nec ullam illius claram & diſtinctam poſſe formari ideam. Deinde ex præcedentibus conficimus, nos cognoſcere intrinſecam mentis naturam, & eſſentiam; eamque in cogitandi actu conſiſtere aſſeveramus. Non autem hiſce profitemur nos clara, & diſtincta idea cognoſcere ipſas mentis modificationes: nempe, v. gr. qualem mens acquirat modificationem cum audit, cum guſtat, cum intelligit, cum vult, cum amat, cum odit, ſed lubenter agnoſcimus nos mentis noſtræ naturam, quantum ad illas modificationes tantum cognoſcere per conſcientiam, quam illarum modificationum in nobis experimur. Neque tamen inde ſequitur nos tantum ita cognoſcere ſubſtantiam ſpiritualem, quod intime cog-



noſcentes naturam extenſionis, ſimul
cognoſcimus cogitationem non poſſe
modum extenſionis; & nos præterea ni-
hil de mente cognoſcere, quam quod
non ſit extenſio: nam contra, non poſ-
ſumus cognoſcere cogitationem non eſſe
modum extenſionis, ſi neſciamus quæ
ſit natura cogitationis; quam me cogno-
ſcere aſſevero, quia cognoſco ſingularis
cogitationis naturam. Aliter itaque inſiſto
cum ex hac aut illa cogitatione infero, &
concludo animam eſſe ſubſtantiam cogi-
tantem, quam cæcus, qui ex ſenſu caloris,
quem experitur cum videntes illi judicant
ad ſolis ortum ipſum calorem ſentire, inde
concludit ſolem tantum calorem eſſe, ejuſ-
que naturam tantum in calore conſiſtere.
Non inquam, ita inſiſto cum ex cogitatione
concludo, quid & qualis ſit illa ſubſtan-
tia, cujus cogitatio eſt modus: quia nec
caloris ſenſatio, nec illius ſenſationis cau-
ſa, quicquam inter ſe ita commune ha-
bent, ut unum ſit alterius modus. At
cæcus manibus corpus aliquod palpans, &
tentans, atque ejus figuram explorans,
in qua figura ſemper agnoſcit extenſionem
eſſe, recte concludit figuram à corpore
figurato modaliter tantum differre. Et
quamvis cæcus ſentiendo calorem neſciat
qualem modificationem mens in tali cogi-
tatione acquirat, cognoſcit tamen ex for-
mali cogitationis ratione, ejus ſubjectum
eſſe cogitationem ſubſtantialem: quamvis
talem claram, & diſtinctam ideam mentis
ſuæ non habeat, ut per illam ideam duci
poſſit in cognitionem, quod ſciat qualem
configurationem, aut potius modificatio-
nem ſinguli cogitationes in mente produ-
cant; aut quales configurationes ſuſcipiendi
capax ſit. Ita ſurdus qui nunquam audivit,
non euſque cognoſcit intrinſecam natu-
ram mentis ſuæ, ut poſſit ex ejus conſidera-
tione venire in cognitionem, mentem ſuam
idea audiendi poſſe affici: quemadmodum
ex contemplatione corporis poſſum veni-
re in cognitionem multarum figurarum,
quarum corpus capax eſt. Fateor nos tam

tam claram & diſtinctam mentis noſtræ ideam non habere, quamdiu mens in corporis ergaſtulo incluſa eſt.

Deo viſum fuit, ut mens, quamdiu eſſet corpori in hac vita unita, nullarum aliarum idearum excitandarum poteſtatem haberet, quam quæ eſſent neceſſariæ ad vitam naturalem & moralem degendam, reliquarum poteſtate nos privavit. Ita quamvis ratio & religio nos doceant mentem noſtram accipere quaſdam modificationes, quibus memoria ſpiritualis continetur: & quæ modificationes diſtingui debent ab illa configuratione cerebri, quæ memoriam, qua in hac vita utimur; & quæ corporalis eſt, conſtituit: videtur tamen Deus menti illam facultatem largiri noluiſſe, ut illa memoria ſpirituali jam uteretur: ſed illius uſus tantum erit poſt hanc vitam: & præſertim in ultimo judicio, cum Deus occulta cordis in aperto ponet. At ſi mens iſtarum notarum, quibus memoria ſpiritualis continetur, nullam ideam excitare poteſt, quid mirum illam non poſſe excitare ideam omnium notarum corpori impreſſarum, (nam hoc in omni cogitatione evenire concedo) & quarum notarum ope mens recordatur, quandoquidem corpus, tot alterationibus obnoxium, facile ſubeat illam alterationem, ut illæ notæ in illo non hæreant, quæ requiruntur ut mens ſibi cônſcia eſſe poſſit ſe hanc aut illam rem aliquando cogitaſſe; eamque in mente aliquando verſatam fuiſſe. Ita ut vanum ſit ex illa oblivione velle conficere mentem aliquando non cogitare. Eſt igitur de mentis eſſentia non tantum in ſequenti vita, ut Adverſarii concedunt, ſed etiam in hac vita ſemper cogitare. Neque quiſquam pateretur ſibi quicquam contra in mentem venire, niſi quod communi & populari præoccupati fuerint errore, ſubſtantiam omnem eſſe quandam rem ſolidam, firmam & conſtantem; & quam vulgus ut extenſionem concipit. Ita quamvis verbis agnoſcant eſſe duas ſubſtantias, aliam extenſam, cogitantem aliam, ſive ſpiritualem: tamen cogitantes de ſubſtantia ſpirituali, eam ſibi repræſentant, non tantum ut aliquid extenſum, ſed (quod craſſius, & à ſenſu Philoſophorum alienius eſſe debebat) ut aliquid *firmum* & *conſtans*, ut commodum ſingularum actionum ſubjectum eſſe poſſit: & contra omnem actionem ſumpſere pro hac aut illa actione ſingulari, quæ revera tantum modus eſt: & actum ſubſtantialem non ſibi repræſentarunt quam per ſubſtantiam extenſam, firmam & ſolidam. Deinde exiſtimarunt omnes res creatas agere per aliquam potentiam, vim, facultatem, &c. ſingulis naturis ſuperadditam; per quam natura ſubſtantialis tamquam per aliquod principium ageret. Non cogitantes hoc principium rurſus egere alio principio, cujus ope agat; & quo adjuvante operetur. Quomodo alioquin illud principium, ſive potentia progrederetur ad actum, quem vulgus ſecundum vocat. Ad hoc Adverſarii nihil aliud reſpondent, quam potentiam per ſeipſam actum ſecundum producere: alioquin inquiunt, non poſſet dici potentia. Et rogant inſuper quomodo quævis cauſa producat ſuum effectum, quem *virtualiter* in ſe continet. Sed jam in præcedentibus ad illa reſponſum fuit: nullæ enim potentiæ dantur; & cujuſque rei potentia, ejus eſſentia definitur. Nec quicquam eſt præter Deum, quod aliquid *reale*, quod modus non eſt, producit. Porrò Adverſarii ſic urgent: actio à potentia, à qua illa procedit, realiter diſtinguitur, ergo forma potentiæ, ſive forma actus primi non eſt forma actus ſecundi. Quis poteſt capere, inquiunt, aliquid à ſpiritu provenire, & tamen ſpiritus eſſentiam conſtituere: cogitationem proficiſci à ſubſtantia cogitante, & ſimul ſubſtantiæ cogitantis formalem eſſe rationem. Et revera Adverſarii aliter ex ſuis principiis argumentari non poſſunt. Quis enim hoc pro congruentibus ſumere poſſet, formam *potentiæ* eſſe eandem, quæ eſt forma *actionis*; aut formam actus pri-

primi eſſe formam actus ſecundi. At in noſtra ſententia nihil hujuſmodi abſurdi ſe aperit: quia facile aliquid à ſpiritu procedere poteſt, non quod ſit unum & idem cum ſubſtantia ſpiritus, ſed quod tamen tantum modaliter à ſubſtantia ſpirituali differat. Nunquam enim Carteſiani docuere, ſingularem aliquam mentis cogitationem ipſam mentem conſtituere; aut ſingularem aliquam mentis actionem ipſam ſubſtantialem actionem eſſe. Sed contra, ipſa ſubſtantialis cogitatio primo concipi debet, quam hæc aut illa cogitatio. Imo concedimus etiam reſpectu mentis, primum præcedere debere *poſſe* agere, quam *agere*, quatenus mens non omnes ſuas actiones ſimul exerit; hoc eſt, non omnes ſuas cogitationes ſimul habet, non magis quam corpus motum omnia ſpatia, per quæ tranſit, ſimul occupat. Non tamen ita *poſſe* agere natura prius eſt quam *agere*: quaſi corpus cum movetur, & nova ſpatia ſucceſſivè occupat, à *poſſe* moveri tranſiret ad *motum*: aut quaſi mens, quæ ſucceſſive hoc vel illud cogitat, ab una cogitatione ad aliam tranſiret, tamquam à *poſſe* cogitare ad *actualem cogitationem*. Poſſe cogitari natura prius eſt cogitare *actu*, quatenus mens de una cogitatione tranſit ad aliam; & cum unum cogitat, eſt in potentia ad cogitandum aliud: quemadmodum corpus motum in aliquo ſpatio eſt in potentia ad tranſeundum per ſequens ſpatium. Et ita in hoc ſenſu non eſt abſurdum actionem præcedere *potentiam:* (quod Adverſarii tamquam abſurdiſſimum rident) hoc certe non magis abſurdum eſt, quam hunc motum in hoc momento, & qui motus ut actio conſideratur, præcedere illam potentiam, qua corpus motum ulterius moveri poteſt. Alias potentias in natura non cognoſcimus. Duo enim tantum entium genera à Deo producta ſtatuimus, ſubſtantias & modos ſubſtantiæ. Et per actum primum, aut per actuoſam ſubſtantiam nihil aliud intelligimus, quam quamlibet ſubſtantiam, qua in natura poſita ſemper aliquid Ponitur ſive libere ſive neceſſariò: quatenus cauſa libera ſemper aliquid neceſſariò agit. Et ita omnis ſubſtantia quandoquidem eſt actuoſa, eſt actus ſecundus. Porro quandoquidem ex Adverſariorum ſententia mens eſt prona ad cogitandum: nec tamen in initiis ſuæ conjunctionis cum corpore, cogitat, ſequitur inde mentem eſſe in ſtatu contra naturam, quando unita eſt corpori: quod abſurdum. Deinde ſi actus cogitandi eſt tantum modus mentis, & ſi ille modus aliquando ab anima abeſſe poteſt, unde probabunt Adverſarii mentem poſt deceſſum à corpore, ſemper cogitaturam. Et hoc argumentum eo fortius ſtringit, quia Adverſarii docent mentem ad cogitandum excitari per corpus: an non recte inde conficitur animam poſt ſeceſſum à corpore non cogitaturam, quia tunc corpore caritura eſt? Denique quandoquidem modus operandi, ex Adverſariorum ſententia, arguit modum exiſtendi; & propterea docent mentem quamdiu corpori unita eſt, ſine corpore cogitare non poſſe: an inde non recte concluditur, mutato exiſtendi modo etiam operationem mentis ceſſaturam, quando à corpore ſeparata alium exiſtendi modum eſt nacta?

Exiſtimo me itaque probaſſe, mentem noſtram eſſe ſubſtantiam cogitantem; ejuſque formalem rationem in cogitatione conſiſtere. Deinde mentes ſingulorum hominum eſſe ſubſtantias diverſas & realiter à ſe invicem differre; non autem modaliter: & ita probavimus mentes non eſſe modos: quod tamen in capite ſecundo hujus Tractatus aliis præterea argumentis confirmavimus. Nunc reliqua perſequamur; & ea probemus, quæ ad cultum naturalem probandum neceſſaria ſunt. Inter quæ primo occurrit voluntas, ſine qua apud omnes in confeſſo eſt, nullam moralitatem eſſe poſſe.

CAP.

## Cap. IV.

*De Voluntate ſive Libertate arbitrii: probatur contra* Spinozam *eam in homine eſſe: quæ ſit ejus natura: & quid in ea requiratur ut moralitatis fundamentum eſſe poſſit.*

EST itaque in me cogitatio: neque illa una & ſimplex eſt; ſed contra, varias cogitationis formas in me experior; & inter alias illam formam, quam *voluntatem* vocamus: quæ eſt actio mentis, qua mens *ſua ſponte decernit ſeque determinat*: & omnes homines iſti actioni illam (quam dixi) dant formam; & quam nunc uno verbo *ſpontaneitatem* vocare lubet. Et eâ nota illam cogitationis formam diſtinguimus ab omnibus aliis cogitandi formis aut modis, quod illa ita ſponte à mente exeratur, ut omnis vis, potentia, aut actio ab ipſa mente aliena, eique extrinſeca; & qua mens determinetur, ab ea cogitandi forma, quam voluntatem vocamus, abeſſe debeat. Eſt autem cum illa mentis vi conjuncta illa proprietas, quod ea ſemper cognitionem aut perceptionem ſequatur: ſive (ut *Spinoza* vult) in perceptione includatur, quatenus nulla datur perceptio ſine judicio. Hoc ſaltem certum eſt, non cogniti aut non percepti non dari voluntatem. Hæc voluntas eſt fundamentum, fons & origo omnis moralitatis in nobis: & quia illius voluntatis nobis ſumus conſcii, ideo excitantur in nobis omnes illæ animi commotiones & affectiones, quas creatura rationalis in ſe ſentit, quoties ſibi conſcia eſt, ſe aliquam virtutem exercuiſſe, aut peccatum commiſiſſe.

Sed quamvis illud ſpontaneum ſit fundamentum omnis moralitatis, non tamen ubicunque illud eſt, illic etiam omnis actio, quæ ab illo proficiſcitur, aliqua moralitate eſt affecta. Nam hæc non recte reciprocantur: ubi non eſt ſpontaneitas, ibi non eſt moralitas; ergo ubi eſt ſpontaneitas, ibi eſt moralitas. Diſtinguendum itaque inter ſpontaneum ſive liberum, (quibus duabus vocibus eandem rem ſubjicio) & inter liberum arbitrium. Et rurſus diſtinguendum inter liberum arbitrium, quod eouſque ad diverſa ſeſe extendit, ut ſufficiat ad fundandam moralitatem in actionibus; & inter tale liberum arbitrium, quod ita contractum & deductum in anguſtum eſt, ut non ſufficiat ad afficiendam aliquam actionem moralitate. Totam hanc rem exemplis manifeſtam reddam. Infantes ante uſum rationis ſponte per voluntatem ſeſe determinant, ſed tamen non per liberum arbitrium: quia, quamvis ita ſponte agant, ut ab illarum voluntate vis externa eam determinans abſit, non tamen ea libertate agunt, ut prævia cognitio & electio in eorum actionibus appareat. Ita ſomnians ſe determinat ſua ſponte, nec tamen illa determinatio ſemper eſt comitata moralitate. Stultus in actionibus illis, quas à moralitate abeſſe putamus, non tantum ſponte & voluntarie ſe determinat, ſed etiam cum aliqua libertate ad oppoſitum: ſed quæ tamen propter defectum & ægritudinem organorum corporis tanta non eſt, ut in talibus actionibus ſtultus laude aut vituperio dignus putetur; quia non poteſt tot & tales ideas excitare, quæ requiruntur, ut aliquis æſtimetur *ſua culpa male judicare, eligere atque decernere.* At homo ſanus & integræ mentis non tantum ſua ſponte ſe determinat, non tantum aliqua libertate agit; ſed plenaria & completa libertate: quia ex inſtitutione ejus vitæ conſtat & liquet, eum ea facultate cogitandi de tot rebus præditum eſſe, ut omnes judicemus illius actiones moralitatis capaces eſſe. Tot hujuſmodi hominum ſtatus eſſe tam certo cuivis compertum eſt, quam certo conſtat exiſtere infantes, qui rationis uſu carent, & etiam exiſtere ſtultos & mentis compotes. Id enim & ratione & bene-

beneficio ſenſuum judicatur. Homines autem ſponte ſeſe determinare; & quoſdam inſuper agere libere ex libertate arbitrii, id cujuſque hominis conſcientia judicatur. Cujus hoc proprium & ſingulare eſt, quod ea mens intelligit, quid in ſe agatur; formaſque ſuæ modificationis & cogitationis cognoſcat, eaſque ab aliis formis cogitationis diſtinguere norit.

Quemadmodum itaque diſtincte intelligimus cogitationem eſſe actionem, cujus non tantum res cogitans eſt conſcia, ſed qua præterea intelligit quid cogitet; eamque cogitationis formam ab aliis diſtinguit: ita clare intelligimus voluntatem, quæ moralitatem fundat, eſſe actionem, quæ pro libitu, cum prævia cognitione, & electione in nobis exeritur. Qui hoc negat, poteſt ſimul negare ſe cogitare: nam non cognoſcimus nos cogitare, quam per hanc aut illam ſingularem cogitationis formam: quemadmodum nulla eſt extenſio, quæ hoc aut illo modo non ſit modificata. Aut itaque negandum me non ita clare & diſtincte percipere modum cogitandi, quem volitionem vocamus: quemadmodum clare & diſtincte percipio cogitationem in genere: aut ſtatuendum nos poſſe falli cum cogitamus nos cogitare. At unusquiſque ſe exploret & pertentet an non tam clare & diſtincte intelligat ſe velle cum vult, hoc eſt, ſe ſua ſponte ſe determinare, quam ſe cogitare cum cogitat. At cum voluntatem diſtinguimus ab omnibus aliis cogitationis formis, præſupponimus nos illius ideam habere. At unde mutuati ſumus illam ideam niſi à propria mentis noſtræ operatione, quam experimur in nobis, & quam voluntatem vocamus; quamque homines tam clare & diſtincte norunt diſtinguere ab aliis cogitationis formis, quam diſtinguunt ideam rei quadratæ ab idea rei rotundæ. Et qui negat ſibi conſtare an cogitet figuram quadratam, quando eam ſe cogitare putat, ille negat ſe certum eſſe ſe cogitare, quando cogitat.

Nec refert quod objici poſſit. Si nos tam conſcii ſumus noſtræ volitionis, cur igitur tantopere diſputatur; eſtque res plena controverſiæ inter doctos, quænam actiones ad voluntatem pertineant, quæ ab ea alienæ ſunt: v. gr. an judicare ſit operatio intellectus an voluntatis? Reſpondemus, illam litem & controverſiam inter Doctos de *judicio*, utrum ad voluntatem, an ad intellectum pertineat, non labefactare noſtrum argumentum: quamvis enim quædam in mente noſtra peragantur, de quibus propter actum ſubitaneum, inadvertentiam, & implicationem illius cum aliis actibus mentis multi non ſatis bene judicare norint de natura alicujus actionis aut cogitationis, non ideo univerſaliter in dubium vocandum, utrum ſciamus nos velle & pro libitu agere. Sæpe multæ paſſiones ſimul mentem movent & agitant; ita ut etiam doctis difficile ſit illas omnes ſeparare atque diſtinguere: an ideo aliquis recte concludat nos ignorare an affectu amoris, iræ, invidiæ, zelotypiæ, &c. ducamur? Neque in exemplo de ſtulto, Adverſariis quicquam eſt præſidii, cum talis de determinatione ſuæ voluntatis propter organorum defectum judicare non poſſit: quia non poteſt euſque reflectere ſuper ſuas actiones, ut inde ipſi conſtare poſſit utrum libertate arbitrii agat: ſtultum enim libere agere mihi nullum eſt dubium, quamvis ideo ejus actiones ſemper non ſint affectæ aliqua moralitate. An quia ſtultus fallitur, (quemadmodum ſomnians fallitur ſæpius, cum putat ſe ex libertate arbitrii agere, cum tamen tantum ea libertate & ſpontaneitate agat, quæ ſuæ actioni moralitatem non conciliat) qui cum pauper ſit, tamen Cræſo ſe ditiorem eſſe putat, etiam veri divites dubitabunt an ſint in re lauta. Si inſtes; at unde conſtat te non æque ac ſtultum organorum tantum meliori diſpoſitione, ordinata & congruentia velle & agere: quemadmodum ſtultus mala diſpoſitione eorundem organorum incongruentia &

& abſona committit. Reſpondemus nos negare ſtultum organorum mala diſpoſitione velle aut nolle, voluntas enim cogi non poteſt: ſed organorum mala diſpoſitio cauſam ſuſtinet, quare ea omnia cogitare non poſſit, quibus indiget ut cum ratione agere dicatur. Quæ igitur ſtultus vult, ea vult libere, & ſua ſponte: ſed quædam non poteſt velle propter organorum malam diſpoſitionem.

Sed quia reperiuntur, qui tam ſerio negant voluntatem in nobis dari, operæ pretium me facturum arbitror, ſi omnia argumenta, quibus pugnant, ad examen vocem. Sunt autem illi, qui voluntatem negant, in duplici differentia: quidam illam homini eripiunt in actionibus juſtis & bonis, quas Deo ita in ſolidum attribuunt, ut homo merum tantum in iis Dei inſtrumentum ſit, nihilque laudis per eas mereatur; quia Deus ita in virtutis opere hominis mentem afficit, ut Deus operetur non homo: totaque illa actio ita Deo adſcribenda ſit, ut libera illa determinatio ab illa tollenda ſit; errorque ſit, ſi illam in virtutis opere menti adeſſe putemus: ita ut Deus quidem in virtutis actione voluntatem non cogat ut velit, ſed cogit, hoc eſt, hominem ita determinat ut neceſſario, neceſſitate quæ liberum arbitrium tollit, virtutis exercendæ ſit cupidus: & ideo non permittunt, quod homo plus ſibi tribuat, ſibique applaudat in ſtudio virtutis, quam quod Deus dignatus ſit ipſo tamquam inſtrumento uti in exerenda virtute: & docent nos falli quando putamus nos nobis conſcios eſſe libertatis noſtræ, quia nos fugit ratio actionis divinæ in mente noſtra, quando per nos bonum operatur. Quæ Dei actio, quia menti ita intima eſt, eamque ita permeat, ut quaſi in unum cum mente coaleſcat, ideo à mente percipi non poteſt, ſed ratio ducta ab hominis vilitate & impotentia ad operandum bonum, nobis perſuadere debet rem ita ſe habere. Putant itaque illud liberum & ſpontaneum in nobis eſſe non poſſe, idque non propter dependentiam creaturarum à Deo, ſed propter hominis conditionem virtuti operam dantis, qua Deo ita conjungitur, ut Deus ſit omnia in eo. Hæc ſententia viget inter Enthuſiaſtas, neque illius ullam habuiſſem rationem, niſi uterentur reſponſo, quod etiam illi in medium proferunt, qui voluntatem omni modo homini eripiunt; quemadmodum *Spinoſiſtæ*: quod quidem argumentum eſt, quod à conſcientia eorum, quæ in mente fiunt, argumentari non liceat, *quia ignoratio cauſæ, quæ nos determinat, nos fugit*: & ideo quia conſcii ſumus nos cupide aliquid agere, concludimus imperite & male noſmet nos determinare: quaſi unum & idem eſſet *cupide* aliquid agere, (cujus nos revera conſcii ſumus) & ſponte atque libere ſeſe determinare, cujus poſterioris nullam claram ideam habemus: & qualis libertas (ſicut illi ferunt) nec in Deo nec in creaturis datur. Una itaque erit depulſio argumentorum utriuſque partis, ſi probaverim me non falli in illo conſcientiæ teſtimonio, quo mihi intimo mentis ſenſu conſtat me memet determinare; & actionem exerere, quæ ab alia quacunque re non determinatur.

Omnes homines putare illam ſpontaneitatem in ſe experiri Adverſarii non eunt inficias; itaque fatentur ex ipſa illa intima ſenſatione aliter judicari non poſſe de voluntatis natura: ſed urgent illud judicium non oriri ex claris, diſtinctis & adæquatis ideis, ideoque illud corrigendum, quemadmodum corrigimus noſtram imaginationem, quæ nobis ſolem repræſentat à nobis tantum diſtantem ducentis aut trecentis paſſibus, neque majorem aliquot pedibus. Nam quamvis, inquiunt, ſubducta ratione intelligimus ſolem & longe majorem, longiuſque diſtantem à nobis, tamen non aliter imaginationi ſubjicitur quam magnitudine & diſtantia admodum mediocri affectus: & ideo recte docetur nos duas ſolis ideas habere, unam, quæ intel-

tellectu formatur, alteram, quæ per imaginationem nobis oritur. Ita ferunt Adverſarii comparatum eſſe cum illa idea libertatis & ſpontaneitatis: ſi ſimpliciter ad conſcientiam nos convertimus, videmur libertate præditi, quia quædam cupide, quædam invite facimus; at quando naturam iſtius ſenſationis propius exploramus, comparet illam non eſſe fultam clara & diſtincta idea, ſed confuſa & inadæquata, quæ nunquam veram ſcientiam, quæ cognitione veræ cauſæ nititur, generat. Imo tota erroris cauſa in eo vertitur, quod ignoramus unde illa cupiditas, qua mens aliquid appetit aut adverſatur, in nobis originem trahat: illius enim cauſa non eſt *potentia*, ſive *facultas mentis*, quæ tamquam in loco & ſede aliqua mentis incluſa, pro libitu mentis prorumpit; & per actum, quem *ſpontaneitatem* vocamus, ſeſe prodit: ſed cupiditatis illius cauſa eſt ipſa hominis eſſentia, quatenus ex data quacunque ejus affectione, determinata concipitur ad aliquid agendum: quæ determinatio ad agendum in brutis eadem eſt quæ in hominibus, ſed in brutis illa vocatur appetitus, in hominibus autem cupiditatem appellant, quia illum appetitum, ut & illius objectum, ad quod ducit, cognoſcit; illiuſque eſt conſcius: & ideo in homine ſub attributo cogitationis concipi debet, in brutis ſub attributo extenſionis; & ad leges motus de eo judicium fertur. Per voluntatem autem intelligunt *Spinoſiſtæ* nihil quam facultatem affirmandi aut negandi, qua mens quid verum quid falſum ſit affirmat aut negat: & iſta volitio nihil aliud eſt quam *ipſa rerum idea*, ſive *conceptus mentis*, qui nunquam ſine judicio eſt. Cupiditatem itaque longe à voluntate differre docent. Cupiditas enim ex eorum ſententia, nihil aliud eſt, quam actuoſa hominis eſſentia certo modo affecta: qua affectione data concipitur determinata ad aliquid agendum.

Hæc eſt Adverſariorum doctrina de voluntate per compendium explicata: per quam nihil voluntati attribuitur præter *judicium*, quod ſi ex claris, diſtinctis & adæquatis ideis proficiſcitur, vera hominis vis & potentia eſt; tuncque ſola ex ſua virtute agit: *vera enim inquiunt, hominis potentia & virtus eſt ipſa ratio, quam homo clare & diſtincte contemplatur, quando clare & diſtincte intelligit.* Ita ut ipſa ratio nihil aliud ſit quam clara & diſtincta cognitio: & hominis potentia in hoc ſolum conſiſtit, quando ſolo rationis ductu vivit, nec ſe à rebus, quæ extra ipſum ſunt, duci patiatur; nec ab iis ad agendum determinetur: quod toties fit, quoties ad agendum determinatur ex eo, quod inadæquatas habet ideas: eatenus enim patitur; quia tunc agit, quod ex ipſius virtute non ſequitur, ſed quod rerum externarum communis conſtitutio poſtulat, non autem quod ipſa illius natura in ſe conſiderata requirit; & quod ex ipſius virtute ſequitur: tunc nempe animus agit, habetque cuncta, neque ipſe habetur.

Ex quibus liquet, Adverſarios menti attribuere aliquam virtutem & actionem, quæ à rebus, quæ extra ipſam ſunt, non determinatur, nempe *judicium natum ex claris, diſtinctis & adæquatis ideis*: idque judicium actum voluntatis eſſe ferunt: quemadmodum etiam omnia alia judicia, quamvis ex claris & diſtinctis ideis non exiſtant. Unde conſtat *Spinoſiſtas* diſtinguere inter perceptionem & judicium: quamvis negent unquam perceptionem eſſe ſine judicio. *Spontaneitas* itaque & *voluntarium* non eſt inane nomen, ſed aliquid reale & poſitivum. Ita diſtinguunt inter voluntatem & cupiditatem: aliamque cupiditatis rationem, quantum ad determinationem, eſſe docent, quam voluntatis ſive judicii: & rurſus aliter mentem affectam eſſe docent quando judicium ex claris & diſtinctis; aliter quando ex confuſis & inadæquatis ideis proficiſcitur. Agnoſco equidem inde nondum probari, homines libero arbitrio eſſe præditos: (voco liberum arbitrium indifferentiam

tiam hominis voluntatis ad oppoſitum) ſed negamus rationem voluntatis contineri *illa indifferentia*: ſed eam tantum complecti dicimus *ſpontaneam determinationem conjunctam cum perceptione aut cognitione reflexa*; qua proprie loquendo, judicium continetur, ſine quo judicio videtur nullam moralitatem eſſe poſſe. Sed inquies, quid inde lucraris, & in rem tuam refers, quandoquidem hujuſmodi voluntas non poteſt parere ullam *moralitatem*: ſequitur enim illa voluntas neceſſario ad *perceptionem*. Et quemadmodum perceptio eſt neceſſaria, ita judicium ſemper cum perceptione conjunctum, neceſſarium eſt: imo judicium, ſive affirmatio & negatio nihil aliud eſt, quam *idea*, ſive *conceptus* cogitationis: ille enim includit illam mentis affirmationem & negationem; negant enim hominem poſſe non judicare, aut judicium ſuſpendere, quando aliquid percipit. Reſpondemus: quicquid ſit, ex ipſorum tamen Adverſariorum ſententia, aliud eſt percipere, aliud judicare: ergo datur voluntas.

Deinde quamvis largiar nos ad perceptionem alicujus rei judicium ita ſuſpendere non poſſe, ut nihil judicemus, poſſumus tamen ita eſſe mente conſtituti, ut nobis caveamus, ne aliquid affirmemus aut negemus de re, quam clare & diſtincte non cognoſcimus, quamvis tunc non poſſimus non judicare rem eſſe obſcuram, & nos de ea claram & diſtinctam ideam non habere. Et Adverſarii nobis hoc largiuntur, quando concedunt claram ideam per ſe ipſam cognoſci: & quando inter cognitionem per claram & diſtinctam ideam, quam *ſcientiam* vocant, & inter dubitationis abſentiam diſtinguunt. Agnoſcunt enim & urgent neminem de ſuo judicio, quamvis erroneo, dubitare poſſe, quamdiu ejus mens non eſt imbuta idea, quæ excludit præſentiam illius rei, in qua fundatum eſt falſum judicium; & ideo concedunt hominem dubitare non poſſe de ſua religione, cui nulla eſt oblata occaſio acquirendi ideam, quæ ipſum moneat non temere eſſe judicandum: ſed nihilominus concedunt hominem poſſe ſcire an de aliqua re claras, diſtinctas & adæquatas ideas habeat: & ita poteſt ſcire utrum rem ſciat *per veram ſuam cauſam*, an tantum eam ſe ſcire *putet*, quia nulla dubitandi occaſio ipſi oritur.

Sed inſtant: etiamſi inquiunt, noſtra ſponte diſtinguere novimus inter ideam claram & confuſam, non eſt tamen noſtri arbitrii, nunc hanc nunc illam ideam excitare: neque Adverſarii hujuſmodi libertatem homini concedunt, ut poſſit ea recordari, quæ velit; ſed quemadmodum neceſſario judicat, & ad agendum determinatur, cum percipit, ita nihil percipit, quam quod concatenatione cauſarum in mente oritur. Reſpondemus: primum hac inſtantia non tolli, nec ſubverti vim argumenti mutuati etiam à doctrina Adverſariorum; dari nempe ſpontaneitatem cum cognitione reflexa: quamvis lubens agnoſcam illam ſpontaneitatem ad conſtituendam moralitatem illam, quæ homini *viatori*, & tentationi peccati ſubjecto, convenit, non ſufficere, (quid per illum ſtatum intelligam in ſequentibus fuſius & planius explicabitur) manet tamen id inconcuſſum, nempe hominem *voluntate* eſſe prædicum. An homini omnes cogitationes & ideæ, quas percipit, (de quibuſdam enim id facile largimur) neceſſario naſcantur, & à cauſa alia quam à voluntate, nunc inquirendum: nam ſine illa ſpontaneitate atque libertate moralitas in hac vita tenere & conſiſtere non poteſt.

Rurſus primum meum argumentum repeto, nempe me eſſe conſcium iſtius libertatis, qua ſponte & pro libitu cogitationes excito. Reſpondent nos falli, cum etiam in ſomno varia decreta formemus, variæque cogitationes & ideæ in nobis excitentur, ſimuſque conſcii eas tam libere excitari, quam cum vigilamus. Conſtat tamen iſtæc decreta, quæ formamus, cum ſomniamus, non eſſe attri-

attribuenda voluntati, niſi duas voluntates homini velimus attribuere, unam ſomnianti, alteram vigilanti: ſic etiam phrenetici ſe determinant, decernunt, affirmant, negant, volunt, nolunt, non tamen hæc ex principio aliquo libertatis procedunt, ſed neceſſitate cauſæ externæ determinantis hominis mentem ad aliquid agendum. Reſpondemus, iſtas determinationes, quæ in inſomniis, in ſtultis, & phreneticis fiunt, oriri à voluntate, & ſpontaneam mentis determinationem pro cauſa habere, quatenus ad perceptionem cum reflexione mens hominis ſomniantis ſe determinat, quod Adverſarii negare non poſſunt, quia ſomniantibus & ſtultis attribuunt *perceptionem*, quæ ſine *judicio* ex illorum ſententia eſſe non poteſt. Agnoſcimus tamen omnem determinationem voluntatis non ſufficere ad pariendam moralitatem. Non ſunt itaque diverſæ voluntates in ſtulto & in ſano, in vigilante & dormiente, ſed diverſi voluntatis ſtatus. Quid hiſce intelligam, in ſuperioribus paucis dixi: nunc illud exponam ulterius.

Diximus in ſuperioribus voluntatis rationem formalem contineri in ſpontanea determinatione cum cognitione reflexa: hæc ab homine quocunque in ſtatu conſtituatur, (de infantibus dubitatur) nunquam tolli poteſt. Neque formalis ratio voluntatis ita in libero arbitrio & in indifferentia ad oppoſitum conſiſtit, ut ubi illa indifferentia non adeſt, illic intereat libertas; imo contra, uſus & experientia nos docet, voluntatem ſe ſemper determinare ad perceptionem: & ſi mens ſemper eſſet circumfuſa ideis claris, diſtinctis & adæquatis veri boni, ſicut hoc credimus futurum in cœlis, tunc ſemper careret indifferentia ad oppoſitum. Et falluntur, qui exiſtimant humanæ voluntatis perfectionem contineri illa indifferentia, cum illa ſit infimus libertatis gradus; & homini non perfecto, ſed ad perfectionem tendenti tantum conveniat; eatenus enim homini attribuenda tantum, quatenus talem cognitionem boni & mali habeat, ut à malo tentari poſſit: quam quidem infirmitatem poſtquam ſuperavit, tunc omnis indifferentia ad oppoſitum malum ceſſat. At quando homo eſt conſtitutus ut malo tentari poſſit, & bono ut malo oppoſito affici, in quali ſtatu fuit Adamus cum adhuc eſſet integer, & tota ejus poſteritas in eo tamdiu verſatur, quamdiu nondum *viatoris* perſonam depoſuit, tunc ab illo ſtatu non poteſt abeſſe illa voluntatis affectio, per quam in ſe experiatur indifferentiam, quæ teſtatur eum bono & malo poſſe affici, quatenus aut claris & diſtinctis, aut confuſis & obſcuris ideis poteſt affici.

Et ſi homo non habeat liberum arbitrium ad excitandum claras ideas, cum ſe confuſis affici videt, aut ad ſeſe temperandum ab aſſenſu, quando ſeſe confuſis ideis affici experitur, tunc hominis voluntas in ſtatu viatoris deſtituitur facultate, quæ requiritur ut homo mereatur præmium aut pœnam. In ſomniantibus, ſtultis & phreneticis illam facultatem adeſſe negamus: & quando adeſſe, aut adeſſe potuiſſe in quibuſdam eorum actionibus putatur, tunc etiam virtutis & vitii eas participes eſſe judicamus. Neque alia ratione de eorum actionibus judicare poſſumus, quam eventu & uſu: quando videmus eos ſeſe ita determinare, taliaque decreta formare, quæ nemo mentis compos formare poteſt; tunc illorum actiones vitio carere ſtatuimus, quia mentis compos non poteſt eſſe deſtitutus ideis, quæ errorem non indicent, & abſentiam illius, quod ſtultus affirmat vel negat, cupit aut fugit, non excludant. Nam cum voluntas non poſſit ferri in falſum, & in malum qua malum; & ſomnians atque ſtultus ea perpetret, affirmet & neget, quæ homo ſanæ mentis in ſe committere non poſſit, quia nullus mentis compos, & ad ætatem juſtam provectus carere poteſt ideis, quibus abſentia illorum, quæ ſtultus & ſomnians

nians affirmant aut negant, indicatur: inde recte conficitur ſomniantem & ſtultum deſtitutos facultate habendi præſentes ideas, quibus error detegatur. Neque quenquam admiratio teneat nos tantum à poſteriori cognoſcere poſſe utrum aliquis mentis ſit potens, an contra; neque id mentis deſipientes per ſe judicare poſſe: nemo inquam hoc miretur, cum omnes quotquot in univerſo ſunt homines, docti, indocti, rerum uſu triti aut ſimplices, ſuper aliis rebus judicando, eadem via progrediantur. Unde quæſo eſt quod omnes, etiam illi, qui brutis ſenſationem tribuunt, judicamus bruta non reflectere ſuper ſuas actiones? Et cur omnes eandem facultatem infantibus eripiunt? An hoc non ex eventu, & externis brutorum & infantium operationibus tamquam ex indiciis ſtatuimus: & ſingulatim ex illis indiciis de infantibus concludimus, quod habeant corpus ad pauciſſima aptum; & quod maxime ſit dependens à cauſis externis: ideoque minus commodum menti præbet domicilium ad actiones liberas & à ratione venientes exercendas.

Scio equidem Adverſarios omnem erroris & peccati cauſam attribuere confuſis ideis, mentemque per eas tam determinari, quam per claras & diſtinctas: ut liquet in iis, qui falſas religiones per errorem amplexi de veritate ſuæ religionis dubitare non poſſunt, quamdiu claris ideis, quibus error aut judicii præcipitantia detegitur, illorum mens non imbuitur. Deinde negant in hominis poteſtate eſſe novas & clariores excitare ideas, quibus error aut præceps judicium detegatur, quia ad quamlibet perceptionem neceſſario ſequitur judicium, & mentis determinatio: & ideo arguunt erroris ſententiam illorum, qui cauſam erroris conſtituunt, *quod voluntas latius pateat quam intellectus*; & quod voluntas ſua non ſolum ſponte, ſed etiam pro libitu, judicat plus eſſe in re, quam in ea percipit. Negant enim Adverſarii, in voluntatis libertate poſitum eſſe aliter judicare, quam percipit; aut eam poſſe ſuſpendere judicium, ſed ſi voluntas latius patet quam intellectus, tunc per intellectum tantum oportet intelligi, inquiunt, claras & diſtinctas ideas: judicium tamen æque neceſſario tam ad claras quam ad confuſas ideas ſequi: & hominem mentis compotem tam neceſſario cohærentia dicere & agere, quam ſtultus neceſſario non cohærentia perpetrat, cum concatenatio noſtrarum idearum non à libertate, ſed à neceſſitate proficiſcatur.

Reſpondemus negando, concatenationem idearum eſſe neceſſariam in ſapiente, quemadmodum illam neceſſitatem concatenationis in ſtulto aſſerimus: nam nos ſtultum non ideo moralitatis expertem judicamus, quia idearum concatenatio in ſtulto eſt neceſſaria, ſed quia per organorum cerebri vitium tot & tales ideas excitare & recordari non poteſt, quot & quales requiruntur, ut *error* detegatur: quod etiam de infantibus videtur deberi aſſeri, qui adhuc uſu rationis carere putantur. Infantes multas ideas in infantili ætate libere excitant, & ſuo modo earum ſelectum faciunt: ſed quia uſu & experientia nondum adepti ſunt tot & tales ideas, quæ poſſunt ſufficere ad tuenda officia vitæ, ideo illos moralitatis exſortes dicimus. Ego ſtultos & infantes componere ſoleo cum homine conclavi incluſo, qui nullas alias ideas excitare poteſt, nullaſque alias novit, quam quæ continent perceptionem earum rerum, quæ conclavi continentur: hujuſmodi captivus ratione idearum, & rerum, quibus ejus mens eſt imbuta, libere nunc hanc, nunc illam ideam excitat; & quia reliquas ideas, quarum excitandarum occaſionem proſpectus erga conclave ipſi poſſet ſuppeditare, ignorat, ideo non experitur libertatem ſuam parietum conclavis ſpatio concluſam eſſe: ſed putat ſe tam libere agere, quam is, qui occaſione & libertate prodeambulationis extra conclave, multarum aliarum rerum cognoſcendarum facultatem habens, de

multis

multis ſanius judicat quam ille ſtultus, qui v. gr judicat extra conclave nihil eſſe ſpatii; ſuumque conclave totum mundi ſpatium continere. Sic ſtultus & infans deſtitutus ideis, quæ requiruntur ad exequenda vitæ munera, vitio carent; & tamen libere agunt. At infans cujus organa intellectionis & imaginationis bene ſunt conſtituta, non poteſt non progreſſu ætatis, uſu, ſtudio, & meditatione acquirere ideas, quibus excluditur præſentia earum rerum, quæ cauſa erroris exiſtunt. Et ut ſupra in medium prolato exemplo inſiſtam, qui religioni nutricis ſeſe addixit, quia de nulla alia fando audivit, ille nihilominus non potuit caruiſſe experientia, quæ ipſum docuit, non conſuetudine & anticipatis opinionibus ſtandum, quando de certitudine cognitionis agitur: & potuit uſu cognoviſſe, quid ſit clare & diſtincte rem cognoſcere, & quid confuſe & obſcure; cum facile potuerit recordari, ſe ſuper multis quæſtionibus ambigui fuiſſe animi, & judicium eouſque ſuſpendiſſe, ut judicaret ulterius deliberandum eſſe.

Quod autem Adverſarii objiciunt, hominem non poſſe recordari, quæ velit; quemadmodum non poteſt oblivíſci quæ velit: & ideas tam neceſſario in nobis excitari aut non excitari à cauſis internis, quemadmodum id fieri agnoſcimus à cauſis externis. Non poſſumus pro arbitrio in nobis excitare ſenſationem ſoni, neque ſenſationem ſiſtere, quando ſatis magnus eſt ad afficiendum auditus ſenſum: ita id pariter evenire volunt reſpectu cogitationum & imaginationum, quæ in nobis oriuntur cauſis externis abſentibus; quemadmodum fit in inſomniis, in quibus ideæ excitantur ſine ulla mentis noſtræ determinatione. Reſpondemus, id temere ab Adverſariis aſſeri; & id primum in ſanis à vero alienum eſſe: cum ſinguli ſe explorantes, & ſuam conſcientiam interrogantes comperiant ſe memoria tenere, quorum poſſunt recordari, & quorum non: & cum quo ita comparatum eſt, ut experiantur ſe eorum non amplius meminiſſe, quæ ad præſtanda vitæ officia requiruntur, ille culpa vacat ſi in quibuſdam deficiat. Et nunc liquet, quare ſtulto vitio non datur, quando male ratione utitur, & inepta ac abſurda committit; ſapienti autem laudi datur, quando recte inſiſtit, & ratione ſe ducit: ſtultus enim deſtitutus eſt potentia excitandi ideas, aut eas præſentes habendi, quibus abſentia rei, quæ ipſum in errorem inducit, & abſona cogitare & facere impellit, indicatur: at ſapiens, aut ſuæ mentis compos illa potentia non eſt deſtitutus; atque ita quamvis ſuſpendere & ſuſtinere judicium, & revera judicare, attamen error à voluntate procedit, quando ex ideis confuſis & obſcuris, (quas ut obſcuras & confuſas cognoſcimus) tamen judicamus, avertendo mentem per voluntatem à contemplatione ideæ clare nos docentis, rem obſcure à nobis tantum percipi; & convertendo ad ideam confuſe nos docentem in ea re, quam amplectimur, & ut bonam judicamus, aliquid boni eſſe. Et hæc actio voluntatis omnis erroris & peccati cauſa eſt. V. Gr. Homo ſcortator, & mentis ſuæ compos novit per ideam claram & diſtinctam ſcortationem eſſe peccatum; neque à ſe impetrare poteſt, ut de ea veritate firmiter non ſit perſuaſus: habet etiam ideam voluptatis, quæ in coitu capitur, ſed qua in ſcortatione legitime non licet frui: at evenit, aut objecto, aut temperamenti conſtitutione, aut etiam aliqua voluntatis operatione, ideam voluptatis, quæ in coitu percipitur, menti vivide repræſentari; & tamen ſimul adeſt idea judicans illam voluptatem in præſentia cum ſcorto capiendam non eſſe. At homo ſponte & vi voluntatis ſuæ mentem declinando ab intuitione ideæ docentis voluptatem in præſentia fugiendam eſſe, & eam convertendo ad contemplationem ideæ, voluptatem rem eſſe delectabilem judicantis, ſe determinat ſive judi-

judicio practico judicat, nunc in præſentia ſatius eſſe voluptati indulgere, quam virtuti parere. Idem dicendum de ſomniantibus, quorum mens ita eſt alligata corpori, ab eoque adeo dependens in ſuis operationibus, ut propria vi nihil ferme agere, neque meminiſci aut recordari idearum aut cogitationum, multo minus eas excitare poſſit; per quas impediret ne mens ad perceptionem ideæ in ſomno excitatæ, poneret præſentiam alicujus rei: ſed ſi homo in inſomniis eſſet potens excitandi, aut recordandi multarum idearum, quibus mens imbuta eſt, in ſomno non æſtimaret ea vera & præſentia eſſe, quæ poſtea experrectus falſa eſſe judicat; quia à ſomno liberatus poteſtatem habet recordandi idearum, aut eas excitandi, quibus arguit falſa eſſe, quæ ſomniando judicabat eſſe vera. Et in eo ſenſu, & in hoc caſu veriſſimum eſt, quod *Spinoza* docet, *ideam ſimplicem & in ſe conſideratam nullam notam poſitivam habere, qua vera à falſa diſtinguatur:* ſed judicium de veritate aut falſitate idearum expedimus excitando ideas, aut recordando earum, quibus veritas aut falſitas ideæ indicatur. Homo itaque in inſomniis percipit, judicat, ſe determinat, nec tamen ut plurimum peccat, aut moralitatis capax eſt; quia deſtituitur facultate ſeſe libere determinandi eo modo, qui requiritur ad fundandam moralitatem.

Inſtant equidem Adverſarii, & dicunt hac reſponſione difficultatem non tolli, ſed contra augeri: quia par & ſimilis eſt ratio vigilantis & ſomniantis: uterque enim neceſſario judicat ſecundum præſentiam idearum, quas in ſe præſentes experiuntur: vigilans plures præſentes habet, & ideo de multis rebus ſanius judicat, quam ſomnians: ſed tota tamen errandi & peccandi cauſa continetur eo, quod vigilans quaſdam ideas præſentes non habet, quæ ipſum doceant abſentiam illius boni, quod in re quam cupit, præſentem putat. Ita ut homo tam neceſſario judicet, quam neceſſario percipit. Si itaque v. gr. per *imaginationem* percipiam ſolem tantum ſexcentos pedes à me diſtare, nec habeo ullam ideam per *rationem* comparatam, quæ me doceat ſolem multorum terræ diametrorum intervallis à me abeſſe, debeo neceſſario judicare ſolem ſexcentos tantum pedes à me diſtare: quia judicium ſequitur tam ideam confuſam quam diſtinctam: & tam poſſum eſſe perſuaſus de re, quam per obſcuras & inadæquatas ideas cognoſco, quam de ea, quam per claras & diſtinctas intelligo, quamquam unam rem intelligam & ſciam per ſuam veram & proximam cauſam, de altera tantum per falſas aut potius inadæquatas ideas perſuaſus ſim. Quando autem per ideam per rationem comparatam ita auxi cognitionem, ut ſciam ſolem multorum terræ diametrorum intervallis à me disjunctum eſſe, non poſſum non à priori errore liberari. Quamvis agnoſcam me à me impetrare non poſſe, quin quoties ſolem *imaginari* velim, eum ita mihi præſentem ſiſtam, quaſi tantum ſexcentos pedes à me diſtaret: quia affectio cerebri per ſolis intuitum in me producta; & quam vulgo vocare ſolemus ſpeciem imaginationis, & quas mens imaginando intuetur, talis eſt, ut mens ſolis ideam imaginari aliter non poſſit: quia ſimplex intellectio in cerebro non delet illam imaginationis ſpeciem. Concludunt itaque Adverſarii mentem neceſſario judicare ſecundum naturam idearum, quas præſentes in ſe experitur; neque voluntati ullam potentiam, aut vim in illas eſſe; multo minus quod cauſa erroris, quemadmodum Carteſiani docent, orietur ex eo, quod voluntas ſe latius extendat quam intellectus. Sed dicunt eum oriri, & in hoc ſolo conſiſtere, quod aliquid de aliqua re affirmetur, quod *in ipſius, quem formavimus conceptu, non continetur: ut quando affirmatur motus & quies de ſemi-circulo. Unde ſequitur ſimplices cogitationes non poſſe non eſſe veras, ut ſimplex circuli, motus, quietis, quantitatis idea; quicquid hæc affirma-*

*firmationis continet, earum adæquat conceptum, nec ultra ſe extendit.*

Reſpondemus: dari tertium genus idearum, quod nec referendum ad id genus, quod vivide menti repræſentatur; nec ad illud, cujus mens omnino non eſt conſcia: ſed quod hujuſcemodi eſt, quod mens leviter & confuſe tantum cogitat: & illius confuſæ cogitationis cauſa, mens iſtius generis idearum recordari, quatenus per cognitionem reflexam ſcit & meminit ſe plura & diſtinctiora de iis cogitare poſſe. Quemadmodum ferme ſimul quid evenire videmus in iis, qui ad ultimum ſupplicium ducuntur; nec mortem intueri audentes, nec tamen ejus imaginem & horrorem plane ex mente delere valentes, ludicris & geſticulationibus, quibus mens occupetur, mortis horrorem & formidinem depellere conantur. Ita pariter nos meminimus, & nobis conſcii ſumus nos plura de aliqua re cognoſcere poſſe, ſi eam propius intueri velimus; unde nobis de ea re alia orirentur judicia: ſed quia talia judicia fugimus, ideo cogitationem in iis figere nolumus: & hoc agere vel non agere poſitum eſt in poteſtate noſtræ voluntatis.

Quod quidam ſtatuunt voluntatem non latius patere intellectu; & quod in omni perceptione neceſſario implicetur judicium: imo nullam eſſe differentiam inter voluntatem & intellectum; *quia* inquiunt, *in mente non eſt alia affirmatio & negatio præter illam, quam idea quatenus idea eſt, involvit: & ipſa volitio nihil aliud eſt, quam ipſa rerum idea.* Denique addunt, quod judicium & voluntas in qualibet perceptione tam clara quam confuſa involvitur, & ita à qualibet perceptione determinatur; & præter illam perceptionem, qua etiam judicium continetur, nihil homini præterea attribuendum eſſe: ſed ferunt nos fædum errorem committere, cum *cupiditatem* cum *voluntate*, ſive cum illa perceptione confundimus: cum conſtet illum appetitum non naſci à mentis decretis aut voluntate, ſed eſſe ipſam hominis eſſentiam: quatenus ex data quacunque ejus affectione determinata concipitur ad aliquid agendum. Solemus tamen tribuere illum appetitum, cupiditatem, conatum &c. voluntati & mentis decreto, quia putamus nos eſſe iſtius cupiditatis principium & cauſam primariam: & ideo nobis perſuademus *nos alicujus finis cauſa* agere quando aliquid appetimus. At quandoquidem illa cupiditas non oriatur ex mentis decreto, ſed ex ipſa mentis natura certo modo affecta, male voluntati tribuimus quod neceſſitati debetur: & ignorantes cauſam, per quam aliquid cupimus; & per errorem putantes nos noſmet determinare & modificare, quia *cauſa neceſſaria* facit ut lubentes & cupide aliquid agamus, inde nata idea falſa *cauſæ finalis*; & cujus cauſa nos aliquid agere dicimur.

Hæc inquam non officiunt noſtræ ſententiæ; nam quantum ad primam objectionem, puto non magnopere intereſſe, utra duarum ſententia eligatur, ſc. an cauſa erroris conſiſtat in eo, quod voluntas latius pateat quam intellectus, an quod mens à confuſis ideis ad agendum determinetur; modo conſtet in hominis poteſtate eſſe excitare ideas, quibus mens poſſit abduci, ne de rebus, de quibus obſcuris afficiatur ideis. Ita non judicat, ponо in magno diſcrimine utrum intellectus & voluntas aliquo modo idem ſint; & an in omni perceptione implicetur judicium: dummodo obtineamus in mentis poteſtate eſſe ideas menti contemplandas & percipiendas objicere; hominem adultum, & ſanæ mentis, & qui in modio rerum ac hominum vitam colit, inſtructum eſſe facultate diſtinguendi ideas confuſas ab evidentibus & claris; eumque informatum eſſe ideis, quibus indicatur abſentia rei, qua mens tamquam præſenti ſe ſeduci patitur. Et Adverſarii temere ſibi ſumunt conſecutionem idearum, quam in omnibus hominibus experimur à cauſa extra mentem procedere, nihilque actionis

nis aut determinationis voluntati aut menti in toto hoc negotio tribuendum eſſe; ſed illi tantum dandum, quod illarum idearum ſeriei, quæ eſt ipſa idearum continuata ſucceſſio, ſit conſcia: dico Adverſarios temere ſibi ſumere illam concatenationem idearum oriri ab alia cauſa, eaque neceſſaria, quam à libero hominis arbitrio & voluntate, cum cogitationes quæ fortuito in nobis naſcuntur, nec à voluntate reguntur, ita deſultoriæ, & nulla cognatione continuatæ ſint; nec aliæ aliis finitimæ, ut mera ſint vigilantium inſomnia: quod unusquiſque in ſe experiri poteſt, quando ſuas cogitationes vagari ſinit, nec voluntatis imperio coërcet: ut & ſibi unuſquiſque conſcius eſt, quantum imperium habeat in ideis excitandis, quando ad libitum vagas illas cogitationes reprimit, aut in ordinem cogit.

Exiſtimant quidem contrariæ ſententiæ defenſores iſtam averſionem & converſionem intellectus non poſſe fieri per ſponta neam & liberam voluntatis determinationem, quia voluntas ex ſuo arbitrio, ideis ſive argumentis, quibus mentis judicium implicatum eſt, pondus aut momentum dare aut detrahere non poteſt; & ita homo non poteſt aliter de objecto judicare, quam ſecundum ideas, quas de illo habet; ſive illę ſint claræ & diſtinctæ, ſive confuſæ & obſcuræ: & negant ideo voluntatem ſe ulterius extendere quam intellectum. Si itaque unam rem alia meliorem judicat, non poteſt non judicium practicum, ut cum vulgo loquar, manere determinatum ad ita judicandum, & ad voluntate in illam rem incumbendum. Neque poteſt voluntas illam determinationem tollere, niſi per ideam indicantem illius rei præcedentis, quam mens adeſſe judicabat, abſentiam; & cui ideæ pariter voluntas nullum momentum ad perſuadendum addere poteſt: & ſi ab utraque parte ſunt paria argumentorum, aut rationum momenta; quæ rationes & argumenta à perceptione pendent, homo neceſſario pendebit animi, neque ulla voluntatis actione ſeſe poterit determinare ad alterutrum, quia judicabit in vi idearum ad ſuadendum nihil intereſſe, nihilque differre aliud ab alio; & ita non poterit conſtituere quid ſatius ſit: ac ideo mens tam neceſſario media hærebit, quam neceſſarium eſt mentem eodem tempore unum & ſimile de eadem re formare judicium. Erit itaque mens tali in caſu inſtar Aſinæ Buridanæ, quæ utrimque impulſa, & tamquam in bilance æquis ponderibus ſuſpenſa neutrum poterat amplecti. Reſpondemus, quamvis mens non poteſt aliter judicare quam percipit, dicimus tamen mentem multis in caſibus ideas præſentiam aut abſentiam alicujus rei indicantes, ex ſuo arbitrio ſibi præſentes ſiſtere poſſe, aut ſaltem aliquando illam facultatem habuiſſe, ſed quam libere corrupit & decoxit; & ex quibus judicium, ex perceptione ortum, dirigi debet: quod ſi mens illam facultatem non habet, nec habere potuit, error innoxius eſt; & actio errorem ſequens aliena à vitio.

Lector facile intelligit totam diſputationem eo dilapſam eſſe, & in hoc cardine verti; qua nempe in re conſiſtat vis mentis ad judicandum, & ad decreta formandum. An ſolum in certa quadam affectione & conſtitutione mentis, qua afficitur per ideas rerum in præſentia in mente verſantes; ad quam affectionem ſequitur neceſſario certus conatus mentis: qui pro generali fundamento habet conatum mentis ſe conſervare nitentis: qui tamen conatus nihil aliud eſt quam ipſa mens, quatenus certo modo conſtituta & determinata eſt ad aliquid agendum. Nam (quod notandum) ſive ratione utar, ſive non, ſtudium tamen ſe conſervandi manet & idem eſt, & illud ſtudium eſt vis naturæ. An vero vis mentis conſiſtat in illa libertate voluntatis, qua mens quidem nihil poteſt velle & decernere, quod non cognoſcit, (agit enim ſemper ex prævia cognitione) ſed qua ex iis, quæ cognovit,

poteſt eligere quicquid lubet, etiam peſſimum: quatenus in uſu iſtius libertatis bonum ſuum collocat in præſentia. Hanc ſententiam ego tueor: prior eſt doctrina *Spinozæ*. Concedo tamen mentem in ſuis operationibus per habitus virtutis & vitiorum, & per confuſas & claras ideas ad operandum propenſiorem: quando claris ideis ſive ratione ducimur, tunc ſumma proclivitas in mente ad volendum bonum; cum confuſis, tunc vacillat mens, & huc atque illuc impellitur: quatenus ideæ confuſæ & non adæquatæ involventes privationem alicujus cognitionis; & quapropter ideo minus clare rem intelligens, minus conſtanter agit; quia non agit ex virtutis habitu, quem claræ, diſtinctæ & adæquatæ ideæ in nobis producunt. Et quamvis mens per voluntatem, etiamſi nullo habitu vitii aut virtutis imbuta ſit, poteſt velle quicquid lubet; tamen ordinarie non vult, quam quatenus diverſimode claris aut confuſis ideis afficitur.

Si inſtent & urgeant Adverſarii, dicantque quomodo mens confuſis & inadæquatis ideis poteſt ſe duci ſinere, quando claras habet præſentes: ut fit in caſu, cum dicimus *video meliora proboque, deteriora ſequor?* An non conſtat nos ideo in cœlo peccati expertes fore, quia ideas claras & diſtinctas veri & boni ſemper ſumus habituri præſentes; & voluntatem ideo tunc illi infirmitati non futuram obnoxiam, ut ad pejus ſeſe inclinare poſſit; neque in falſas & confuſas ideas incumbere: quomodo itaque in terris degentibus adeſt nobis idea *melioris*, & tamen pejori nos duci ſinimus? An hac in re alia eſt idearum & voluntatis ratio in cœlis, quam in terra; & an in utroque ſtatu non pariter obtinet, ut judicium ſequatur perceptionem, vel potius eo implicetur? Mens itaque tam veris quam falſis (inquiunt) ideis æque afficitur: quando nimirum veræ adſunt una cum illis ideis, quæ menti dubitationem injiciunt. Dicunt itaque, quamvis *Carteſius* recte docuerit, neminem decipi, quatenus percipit; idque in eum finem feciſſe ut ita voluntati ultra perceptionem ſeſe extendenti; erroris cauſam tribuat, quod Adverſarii fieri poſſe negant. Quemadmodum etiam abnuunt & negant hominem nihil affirmare aut negare, quatenus *percipit*: adduntque nobis noſmet pertentantibus conſtare in noſtra poteſtate non eſſe oblviſci eorum, quæ volumus; & ideo docent mentis vires excedere, præſentem ideam à mente depellere, & aliam ſubſtituere. Et hiſce ſequi putant, plane aliter cum vitio & virtute comparatum eſſe, quam vulgus putat: nempe hominem omni libertate deſtitutum eſſe: omnia neceſſitate fieri: tam ideas diſtinctas & claras, quam confuſas & obſcuras neceſſitate & connexione cauſarum in nobis excitari: ſive illa connexio cognita nobis ſit, ſive nos fugiat, cum hoc tamen diſcrimine ut cum claris homo ducitur ideis, propria ſua virtute agat & virtutem colat: quid *Spinoza* per virtutem intelligat Cap. I. oſtendimus. Dicitur autem mens tunc ex ſua virtute agere, & ſimul virtutem colere, quia quatenus intelligit, hoc eſt, ratione ducitur, eatenus tantum agit; cum autem confuſis inadæquatiſque ideis ducitur, tunc mentem pati ferunt; quia determinatur ad agendum à rebus, quæ extra ipſam ſunt, & quæ ex hominis virtute non ſequuntur, quæque ipſius hominis natura in ſe ſola conſiderata non poſtulat, ſed quæ rerum externarum & totius naturæ conſtitutio requirit; in quibus, quando iis ſe duci ſinit, tota hominis impotentia conſiſtit, & non agit, ſed agitur, quia non ex vi ſuæ naturæ agit, ſed ex vi cauſarum & naturarum externarum: & ideo id, quod ex vi ſua agit, hoc eſt, ex dictamine rationis agit, naturæ ſuæ tantum accommodatum, & tantum verum bonum eſt, & conſervationi hominis conducens: quia experimur rectam rationem, adeoque omnes virtutes, quemadmodum ab illo principio ſui proficiſcuntur, ita illa conſervatione comprehendi: cum autem

tem homo aliis perceptionibus & judiciis ducitur, quam claris & diſtinctis ideis, tunc vis naturæ hominis (quæ continetur conatu ſe conſervandi, & ille conatus clara & diſtincta cognitione: quæ clara & diſtincta cognitio eſt ipſa ratio; & rationis eſſentia eſt ipſa mens noſtra) non agit, ſed ſuperior vis & natura extra ipſam hominem ad agendum determinat; & ideo ille ſtatus *ſervitutis ſtatus eſt*. At ex ratione, hoc eſt, vi propriæ naturæ agere, *eſt libertatis ſtatus*: quamvis utriuſque illius generis actiones æque neceſſariæ ſint; & pariter omni libertate deſtitutæ: & virtutis & vitii, aut moralitatis ratio (ex Adverſariorum ſententia) non ſit petenda à libertate voluntatis, aut libero arbitrio, ſed ab eo, quod homini accommodatum, aut ab ejus natura alienum eſt; quod ex vi naturæ hominis ſequitur, eique inteſtinum eſt; aut quod foris ipſi offertur. Ceterum, virtutem tantum eſſe denominationem externam, ita ut quod reſpectu hominis, quatenus illum conſideramus ut naturam rationalem; & à cujus natura, ſi illum in ſe, & divulſum à reliqua natura conſideramus, judicia vera tantum procedere debebant, virtus aut vitium eſt perfectio aut imperfectio, pulchritudo aut deformitas, id totam ſuam rationem perdat, quando hominem conſideramus ut partem univerſi, cujus reſpectu vitii, imperfectionis & deformitatis nomen; & res eo nomine ſignificata, perit: quia nihil ſunt quam ſingulares naturæ; earumque actiones & paſſiones, ſequentes ex determinata earum natura; & quæ ideo non agunt propter aliquem finem, neque ab aliqua re agente propter finem procedunt, (à cujus tamen finis conſideratione ortæ ſunt illæ denominationes externæ virtutis, vitii, perfectionis, imperfectionis, pulchritudinis & deformitatis, &c. quatenus nempe nos fingimus aliquam naturam finem aliquem intendiſſe; aut quatenus nos ipſi, ſed per errorem, fingimus nos propter finem agere) ſed agunt tantum vi ſuæ naturæ & affectionum, quibus ſingulæ naturæ in hoc univerſo affectæ ſunt. Et ita cauſa finalis, propter quam aliquid velle aut agere dicimur, nihil aliud eſt præter appetitum, quatenus alicujus rei veluti principium & cauſa primaria conſideratur; & ita vulgus per ignorantiam illi appetitui nomen voluntatis imponit, & contra aliud quid per appetitum intelligit, putans decretum eſſe à voluntate appetita à motu. Neque homo appetit aliquid, quia bonum eſt, ſed quia ab homine appetitur, ideo bonum eſt; quia illa cupiditas eſt tantum vis naturæ ſive conatus, quo homo ſeſe conſervare nititur. Ita ut quemadmodum homo claudus imperfectionem indicat, quia nos fingimus hominem exiſtere ad explenda munera, quibus claudicatio eum reddit imparem, ita debet interire tota illa conſideratio, quando intelligimus claudum legibus naturæ propter nullum finem agentis neceſſario exiſtere: quemadmodum relatio hujus aut illius loci, ſuperioris aut inferioris, ceſſat, quando ſupra & infra hunc & illum locum nova loca fingimus, quia locus ſuperior & inferior eſt tantum denominatio externa. Vel ut alia ſimilitudine utar: quemadmodum in pictura, in qua homines claudi, membro aliquo mutilati, aut eo redundantes, &c. picti ſunt, non culpatur, quod in ea tales ſtatus & formæ hominum compareant: imo laudamus artificis induſtriam & artem; neque illam picturam vitioſitatis arguimus, quia illic comparent hominum effigies, qui in ſe conſiderati & vivi exiſtentes non eſſent apti ad munera vitæ, quibus nos homines deſtinamus, aut ab aliquo deſtinatos eſſe arbitramur: ita claudi, quibus improbos aſſimilo, non ſunt in ſe reputandi deformes, ſed deformitas in iis tantum eſt denominatio externa, nata ex noſtro imaginandi modo; quatenus nos illam ideam hominis, tamquam naturæ humanæ exemplar perfectiſſimum, formamus & intuemur, quam omnibus hominibus in ſe conſideratis, & non quatenus partes univerſi

verſi ſunt, maxime utilem, decoram, honeſtam, & pulchram judicamus; & omnia virtutes vocamus, quæ ad talem hominem formandum conducunt, vel quod certo ſcimus medium eſſe, quo ad exemplar humanæ naturæ, quod nobis proponimus, magis magiſque accedere poſſimus, non autem quod tale exemplar aut natura univerſalis requirat, aut natura naturans, (ut Adverſarii vocabulo utar) ſive Deus tale exemplar tamquam finem intenderit, aut quod exemplar reale quid aut poſitivum ſit, ſed hoc totum pendere ferunt à noſtro cogitandi modo.

Dicunt itaque Adverſarii virtutis aut moralitatis fontem non eſſe repetendum à libero arbitrio, ſive à voluntatis libertate: atque id manifeſtum eſſe ferunt ex ipſorum Theologorum doctrina, qui neceſſitatem cum ſtudio virtutis non tantum convenire poſſe docent; ſed teſtantur tunc hominis conditionem ad ſummum perfectionis apicem perductam, quando neceſſario ex ideis claris & diſtinctis agit; & ita virtuti neceſſario adhæret: ut fieri ferunt in ſanctis glorificatis, qui tunc vi rationis ſolummodo agentes, & extra telum & jactum cauſarum externarum conſtituti, (à quibus in terris patientes poſſunt agi in tranſverſum) beatum & ſempiternum ævum degunt. Habebit itaque mens propriam ſuam naturam, qua data, ſi ab aliis cauſis externis in hoc univerſo non ſuperaretur, mens clare & diſtincte ſemper intelligeret; & ita ex vi ſuæ naturæ agens, & in ſumma eſſet libertate, & res omnes perciperet ut *æternas veritates*; & ideo æque afficeretur idea rei præteritæ aut futuræ, ut præſentis: ita ut non ſolummodo ab errore & peccato eſſet immunis, ſed etiam ab omni paſſione, & ita nihil pateretur: ſed quia mens eſt pars univerſi, cujus legibus etiam obnoxia vivit, iiſque parere neceſſe habet; *quia jus naturæ non legibus rationis humanæ, quę nonniſi hominis verum utile, & ejus conſervationem intendunt, continetur, ſed & infinitis aliis, quæ totius naturæ ordinem ſpectant*, ideo non tantum agit, ſed & patitur; non tantum claris, diſtinctis & adæquatis ideis, quæ rationes & leges hominum complectuntur, ſed etiam confuſis, obſcuris & inadæquatis, quæ leges univerſi, quatenus à legibus hominis diſtinctæ ſunt, opponuntur, ducitur.

Lubuit fuſius & explanatius hic exponere ſententiam Adverſariorum, & nonnulla hic commemorare de moralitate, quæ alibi repetenda erunt, & forte magis debito loco tradentur, ſed malui potius parumper ab ordine & methodo deflectere; & ea in medium afferre, quorum cognitionem ad vim argumentorum Adverſariorum percipiendam, neceſſariam arbitror, quam nimia anxietate cavendo iterationem, obſcura ratione recenſendi Adverſariorum objectiones, Lectori moleſtiam & tædium conciliare.

Refero itaque me ad ordinem & ad objectionem Adverſariorum. Reſpondeo, totam iſtius ſermonis & argumentationis vim infirmari partim concedendo ideas veras, falſas, claras, obſcuras, diſtinctas, confuſas, adæquatas, inadæquatas à cauſa intellectum neceſſario determinante ad illas percipiendas, generari: nullus etiam homo (ut jam eſt conſtitutus) de virtute, & de vitio virtuti oppoſito cogitaret, ſi externę cauſæ illi iſtarum idearum excitandarum cauſam non præberent. Quemadmodum etiam concedimus, virtutem hominis eſſe ex ratione vivere; rationis præcepta includere ſui conſervationem; vim & virtutem mentis eo comprehendi, quod homo in ſuo eſſe perſeverare nititur; & quo quiſque ſuum eſſe magis conſervare nititur, eo eſſe perfectiorem, quia tunc maxime vivit ex ſuæ naturæ legibus: porro virtutis fundamentum & originem eſſe conatum ſe conſervandi, & ejus felicitatem in eo conſiſtere, quod à cauſis externis liber, ſe conſervare poſſit. Sed negamus hominem mentis ſuæ compotem non poſſe excitare e ſua ſponte ex libertate volun-

voluntatis, atque ita pro libitu ſuo, quaſdam ideas, & ab aliis attentionem avertere, & ita quarundam oblviſci; atque ita à judiciis quibuſdam ſe temperare, quatenus aut perceptionem iſtam, ſive potius excitationem ideæ poteſt vitare & prætermittere, vel quatenus ad excitatam, mentem poteſt non convertere, atque in ea cogitationem non figere; aut facere ut rei perceptæ tales ſemper adſint ideæ, ut non aliud judicium perceptione implicetur, quam quod virtuti ſit conſentaneum: facere v. gr. ne libido ſcortationis ipſi obrepat, vel ne cogitatione jucunda in ea hæreat; aut nunquam libido ſe ei ſiſtat, quam conjuncta cum idea, quæ impediat, ne illam libidinem bonam & utilem in præſentia ducamus: aut quare propria vi ſui liberi arbitrii utens ſe non determinare velit contra omnes voluptatis illecebras vi judicii, quod ante formavit, & ſtatuit libidinem eſſe vitium.

Cum autem dicitur *nos meliora videre, & deteriora ſequi*, id non ita intelligendum, quaſi judicium practicum *melioris* eſſet ſimul præſens cum judicio ſectandi malum: ſed alternant judicia propter dubiam ambiguamque judicandi rationem, quam alternationem tunc dubitationem vocamus; vel alternant propter reciprocum affectuum ſibi invicem oppoſitorum impetum ad mentem, quam reciprocationem *fluctuationem* vocamus.

Quod autem homo in illa lucta ſuccumbit, & malum eligit præ bono, id fit quia ſeſe ab idea clara & diſtincta boni avertendo, privat ſe idea, aut ſaltem fixa cogitatione illius ideæ, quę præſentiam illarum rerum, quas ſibi præſentes imaginatur, & quibus ſe duci ſinit, excludit. Eſt quidem hæc impotentia & libertas ad peccandum, minor perfectio in homine, ſed id voluntati, qua tali, non eſt tribuendum; quæ cum ſit virtus & perfectio, nihil eorum ad illam referri poteſt, quod hominem impotentiæ arguit; ſed hoc tribuendum negationi majoris perfectionis voluntatis; qua fit ut dum in illa non datur determinatio ſpontanea ex clara & evidenti perceptione, poſſit tamen ſeſe determinare per confuſas ideas: unde indifferentia & libertas ad oppoſitum: quæ libertas, ut ſupra ſæpius inculcavimus, non eſt de eſſentia libertatis voluntatis, ſed indicat ſtatum voluntatis minus perfectum, cum ſumma voluntatis creatæ perfectio conſiſtat in conſtanti determinatione ejus ad bonum, orta ex clara & evidenti perceptione; ad quam tam neceſſariò affirmatio aut negatio ſequitur, quam ex trianguli natura omnes ejus perfectiones ſequuntur. Non itaque poſſumus ideo peccare, quia voluntate ſumus præditi; voluntas enim, ut ſupra docuimus, virtus & perfectio eſt: at ad peccandum non eſt opus facultate poſitiva; & ideo, ſi accurate loqui velimus, non dicendum nos *poſſe* peccare, ſed nos ita eſſe imperfectos, quod huic defectui obnoxii ſumus. Alia argumenta, quæ propius moralitatem ſpectant & rationem formalem virtutis & vitii complectuntur, nunc tacita in præſentia præteribimus, illaque ventilabimus ſuo loco.

Majoris in ſpeciem videtur eſſe momenti argumentum, quando Adverſarii dicunt: nihil aliud in homine voluntatis nomine venire poſſe, quam illud *judicium, quod in omni perceptione implicatur*; reliquum quod vulgus in ſe experitur & voluntati attribuere ſolet, appetitui attribuendum eſſe; eumque nihil aliud eſſe, quam corporeum motum, cujus mens eſt conſcia; vel potius appetitum ſive cupiditatem eſſe ipſam mentem, quatenus ex data quacunque ejus affectione determinata concipitur ad aliquid agendum: & ita, ex eorum ſententia, cupiditas nihil aliud eſt quam actuoſa hominis eſſentia, quæ actuoſitas ſive virtus definitur ſolo conatu, quo homo in ſuo eſſe perſeverare nititur: qui conatus eſt idem ille appetitus quærendi conſervationem ſui, & cujus homo eſt conſcius. Quibus certe datis & conceſſis nullum libertatis aut voluntatis veſti-

veſtigium in homine reliquum eſt, ſed omnes illæ actiones, quas vulgus voluntates vocat, erunt actiones neceſſariæ, ſequentes neceſſariam mentis affectionem, qua ad certo modo operandum determinatur. Et eo lubentius *Spinoſiſtæ* tranſiere in illam ſententiam, quod ferunt ſe nulla cogitatione aſſequi poſſe, quomodo voluntatis ratio, quatenus à nobis vulgo concipitur, non ſit idea rei falſæ, cum nihil quod ſit *potentia*, ſe in *actum* ſua ſponte proripere poſſit; nec ſenſu aut intellectu percipi, ubi illa facultas, & in qua ſede aliquandiu iners & deſidioſa latens pro libitu ſeſe prodat, & imperium capeſſat: & ideo voluntatem in Deo eſſe negant; ſed omnia neceſſario ex ejus natura profluxiſſe ferunt: de his autem in ſequentibus. Certe ſi res corporeas cogitate contemplemur, comperiemus, nullas potentias aut facultates in illis inveniri, ſed ex data quacunque corporis affectione, illud determinatum eſſe ad agendum, & ſeipſa agere; nihilque *eſſe in potentia*: adeoque *potentiam* eſſe denominationem externam, natam à noſtro concipiendi modo, quo ex ordine & ſerie cauſarum aliquem effectum ſequuturum, aut ſequi poſſe judicamus: vel quod ad unius ejuſdemque rei multas & diverſas operationes attendentes animum; & ſimul aut ignorantes cauſam iſtarum diverſarum operationum, aut fugientes laborem ad illam inveſtigandam, verbo defungimur, eoque totam quæſtionem expedimus, dicentes illas operationes à natura aut potentia proficiſci.

Reſpondemus, in hac objectione inveniri vera permixta falſis, & bona malis, ideo agnoſcimus illam poſſe invenire aliquem applauſum. Nam primo libenter concedimus, appetitum ſe conſervandi eſſe vim actuoſæ mentis humanæ; eamque ab illo appetitu nudari & ſpoliari non poſſe: & ideo ex vi ejus naturæ proficiſci totum illud ſtudium ſe conſervandi; & ita illam determinari ad agendum ex illo ſtudio & conatu: & ideo ejus naturæ inſitum eſt, ut malo, qua malo delectari non poteſt, & bono, qua bono contriſtari: & ideo etiam libenter Adverſariis concedo hominem non neceſſario *propter finem agere*, neque bonum qualecunque, ſive morale ſive naturale ab eo neceſſario appeti, quia bonum eſt, ſed bonum eſſe, quia appetitur: imo non gravarer hoc illis largiri, Perfectiſſimum forte hominis ſtatum eſſe, quando bonum ſectatur, non quia bonum eſt, ſed quia ſancta ejus natura eo ipſum ducit; quemadmodum melius cum homine comparatum eſt, qui cantat quia eſt hilaris, quam qui cantat ut ſibi hilaritatem concilies: & quemadmodum ille ſuavius vivit, qui cibo veſcitur ut appetitui naturali ſatisfaciat, quam qui edit ut valetudini inſerviat, & ut mortem vitet, & ne inedia pereat. Dolere itaque, pœnitere, metu affici, pudere ſunt hominis affectiones & conſtitutiones, quæ in eo locum habere cœperunt, poſtquam peccato debilitatus vanitati ſubjectus eſt. Ita ille majorem perfectionem videtur adeptus, qui in eo ſtatu eſt, & mentem ſanctitate ita affectam habet, ut vi iſtius affectionis ſanctæ virtutem colat, quam ille, qui operatur bonum ut ſibi paret aliquod commodum, aut ut vitet malum, aut alium aliquem ſibi propoſuerit finem: modo ponatur, virtutem conſiſtere in uſu rectæ rationis, & in clara & diſtincta cognitione; hominiſque ſummum bonum conſiſtere in intelligendo Deum pro modulo captus ſui. Sed negamus Deum hominem unquam ad tam excellentem ſtatum hic in terris extuliſſe, ſed Adamo in ſtatu integritatis datam dicimus legem de non edendo de arbore ſcientiæ boni & mali; & iſtius legis cauſa, & ad illum ſolum præceptum quod attinet, Adamum propter finem, & ſub ratione præcepti, à quo pœna & præmium ſejuncta eſſe non poſſunt, obedientiam præſtitiſſe: reliquarum virtutum præſtatio ex ſancta ejus natura profluxit ſine ulla conſideratione obedientiæ, ſpei, præmii, aut metus pœnæ: at poſtquam Adamus peccavit,,

vit, & ita ſuo damno cognitionem boni & mali adeptus eſt, ſub ratione præcepti virtutem colit; & ita negamus hominem nunc, quamdiu in terris verſatur, non agere propter finem, non formare vera decreta, ſe non intuitu boni, ſeu veri, ſeu ementiti determinare: agnoſcentes tamen illam determinationem in genere dirigi, imo, ut ita dicam, originem ſuam trahere ex lege & vi naturæ hominis; quæ vis eſt conatus ſe conſervandi: quo fit ut nullus ſibi ſit odio, & omnis homo ſimulac ortus eſt, ſibi concilietur, ſuique ſit amans, neque unquam ſe deſerat. Quemadmodum etiam largior illam determinationem ſequi naturam hominis certo modo per perceptionem & judicium affectam, quod judicium in omni perceptione continetur: ſed negamus hanc aut illam perceptionem non proficiſci à libertate. Et quæ libertas (ut reliquas ſupra allatas difficultates expediamus) non eſt quędam res nunc ut iners & otioſa mente incluſa, nunc inteſtina vi prorumpens tamquam ex ſua ſede, & in actum ſe concitans. Nam lubens concedo, *nihil, quod eſt in potentia, ſe ſua vi poſſe in actum concitare*, ſed à vi externa & oblata iſtud fieri neceſſe eſſe. At ſtatuimus illam voluntatem eſſe de actuoſa & cogitantis mentis natura, in qua cogitatio ideo non exiſtit, quia fit applicatio mentis ad certum aliquod objectum, ſed contra, quia eſt ſubſtantia cogitans: ideo, quando fit ejus applicatio ad aliquod objectum, oritur hæc vel illa cogitatio. Concipimus tamen illam actualem cogitationem tamquam potentiam, quando illam opponimus applicationi rei ad ſingulare aliquod objectum: quæ applicatio communiter *actio* vocatur, etiam in rebus phyſicis. Ita dicimus ſolem primo vere agere incipere in plantis, quando ſuccum in iis fermenteſcere facit; diciturque ante illam operationem fuiſſe in potentia: aut potentem fuiſſe illum effectum producendi, reipſa autem illum producere, quando ejus calor, qui actus & motus eſt, iſti ſubjecto, plantis nimirum, applicatur: ita applicatio cogitationis ad hoc vel illud objectum *actio* vocatur, & pro modo applicationis, aut perceptio, imaginatio, aut volitio, &c. appellatur; & reſpectu iſtius actionis nondum præſtitæ, ſed quam mens potens eſt exſerere, mens dicitur eſſe in *potentia*. Ex his jam prodet ſe ſolutio hujus objectionis. Si, inquiunt *Spinoſiſtæ*, eſſentia rei & ejus actio unum & idem ſunt, debet toties eſſentia rei mutari, quotis mutatur actio; quod perabſurdum videtur: nam tunc mentis imo Dei natura toties mutaretur, quoties actio mutatur: & ita præſtaret rotunde fateri mentem noſtram nihil aliud eſſe quam cogitandi modum, qui actualem corporis præſentiam involvit: at à modo ex omnium Philoſophorum & Theologorum ſententia, nulla proficiſci poteſt determinatio activa. Reſpondemus: diſtinguendum inter cogitationem in ſe conſideratam; & inter eandem in hoc vel illo objecto defixam: mutatio objecti indicat actionem novam, ſed non mutationem eſſentiæ ſive ſubſtantiæ cogitantis, quæ ſemper manet & eſt ipſa actuoſa hominis natura. Quod ſi idea in mente, ſive hæc & illa cogitatio eſſet unum & idem cum ipſa mente, tunc argumentum videretur procedere: vel ſi ſubſtantia cogitans nihil aliud eſſet quam idea abſque relatione ad aliquod objectum; & hæc aut illa cogitatio eadem illa idea cum relatione ad objectum conſiderata: aut ſi idea reflexa, ſive idea illius ideæ, qua ſcimus nos cogitare, eſſet mens ipſa, tunc objectio in medium prolata attentiore cogitatione digna foret: ſed hæc omnia à veritate aliena ſunt; & voluntatis ratio longe alia eſt.

Concedimus itaque ſingulares voluntates aut volitiones quidem eſſe certos cogitandi modos; & qui ideo facultate volendi aut nolendi non ſunt prędititi; & qui ideo non ſunt dicendi liberi, ſed ſunt effectus libertatis, & rejiciendi in numerum actionum liberarum imperatarum & deter-

terminatarum ab alio; ſed negamus voluntatem, & idem de intellectu dicimus, à qua ullæ ſingulares volitiones & intellectiones proficiſcuntur, eſſe tantum *modos cogitandi*, quemadmodum amor & ira; ſed dicimus eſſe facultatem ſubſtantiæ cogitantis, vel potius eſſe ipſam ſubſtantiam cogitantem: de cujus ratione formali atque natura eſt *intelligere & velle*; & à qua natura varii intelligendi & volendi modi proficiſcuntur: inter quos amor & ira conſiderata, ut in mente exiſtentia, cenſenda ſunt. Nec talis ſubſtantia temere à nobis defenditur, nam ipſi Adverſarii concedunt dari ſubſtantiam attributo cogitationis affectam, à quo attributo certo modo affecto naſcuntur cogitandi modi: negant quidem mentem noſtram eſſe ſubſtantiam cogitantem, ſed docent eam tantum cogitationis modum eſſe, natum à ſubſtantia attributo cogitationis prædita; & ita per intellectum & voluntatem non intelligunt abſolutam cogitationem, *ſed certum cogitandi modum, qui Dei naturam, quatenus eſt res cogitans, certo & determinato modo exprimit.* Neque ideo mirandum illos homini libertatem voluntatis eripere, quandoquidem illius mentem ex claſſe ſubſtantiarum ejiciunt, & modis cogitandi accenſent: hoc eſt, ejus naturam in modo cogitandi, ſive in idea, faciunt conſiſtere; & quidem in illa idea, quæ pro objecto habet corpus humanum actu exiſtens: & in *Spinozæ* Opere poſthumo hujuſmodi loquendi modi occurrunt. *Mens humana eſt ipſa idea ſive cognitio corporis humani. Primum quod mentis exiſtentiam conſtituit, eſt idea corporis actu exiſtentis: objectum ideæ humanam mentem conſtituentis eſt corpus, ſive certus extenſionis modus actu exiſtens, & nihil aliud: idea quæ mentis exiſtentiam conſtituit, corporis exiſtentiam tamdiu involvit, quamdiu ipſum corpus exiſtit; & præſens noſtræ mentis exiſtentia ab hoc ſolum pendet quod mens actualem corporis præſentiam involvat: & ideo mens unita eſt corpori, quia corpus mentis objectum eſt; & propter eandem rationem idea mentis unita eſt menti, imo mens & idea mentis una eademque res, quæ ſub uno eodemque attributo cogitationis percipitur; & revera idea mentis, ſive idea ideæ nihil aliud eſt, quam forma ideæ, quatenus eſt modus cogitandi abſque relatione ad objectum conſideratus.* Quæ loca volui allegare, ut Lectori Auctoris doctrina melius eſſet perſpecta & cognita; & ut liquido pateret, quomodo doceat corpus & mentem unum eſſe individuum, (propter unitatem ſubſtantiæ, in qua ſunt tamquam modi) quod jam ſub extenſionis, jam ſub cogitationis attributo cognoſcitur. Ut liqueat totam doctrinam Spinozæ niti hoc uno præcipue fulcro, eſſe tantum unam & unicam ſingularem ſubſtantiam, quæ ſimul attributo cogitationis & extenſionis ſit affecta: hoc eſt, exiſtere tantum unam ſubſtantiam ſimplicem, quæ ſimul ſit cogitans & extenſa. Quæ ſententia mihi monſtrum & portentum videtur; & potius febricitantis hominis inſomnium, quam vigilantis Philoſophi cogitatio; & quam jam partim ſupra exploſimus, & in ſequentibus facere conabimur, quando ordo & progreſſus operis nos eo deduxerit.

Quod autem virtutem æſtimant tantum externam denominationem ortam ex noſtro imaginandi modo, & non ex rei proprietate aut attributo depromptam, id Adverſarii ex ſuis ipſi principiis tueri non poſſunt. Diſtinguunt enim inter eum, qui ex ratione vitam inſtituit, & inter eum, qui affectibus duci ſe ſinit: docent conſtantem acquieſcentiam mentis complecti ſummam hominis beatitudinem. Docent eum, qui ratione ducitur, virtutem exercere, nec tamen rationem aliquid imaginarium & opinione ſuſceptum eſſe autumant, ſed quid poſitivum, reale & æternum. Nec impedit quod, quandoquidem homines vitioſos in natura offendimus & reperimus, iique partem univerſi faciunt; neque contra voluntatem Dei ſint & exiſtant, ideo æſtimandum ſit Deum æſti-

æſtimaſſe melius eſſe ut peccatum & vitium in mundo fiat, quam quod non fiat: & quod ita peccatum conferat aliquid ad pulchritudinem univerſi: & quaſi ideo bonum & malum eſſet tantum imaginandi modus: nihil minus. Nam ex ratione agere eſt aliquid reale & poſitivum, formam virtutis ſemper & ubique conſtituens, hominis mentem perficiens, & quæ conjuncta eſt cum acquieſcentia & lætitia ſpirituali & conſtanti, &c. Plura in pręſenti non commemorabo, neque ea, quæ modo memoravi, argumentis confirmabo, cum alibi opportunior de iis dicendi erit locus. Eſt igitur longe à veritate alienum, docere, *quod ratio dictat malum eſſe, non eſſe malum reſpectu ordinis & legum univerſi, ſed reſpectu noſtrę naturæ legum.*

Nunc reliqua perſequamur, quę contra libertatem voluntatis poſſunt objici ut Adverſarii probent voluntati nihil tribuendum eſſe præter illud *judicium*, quod omni perceptione implicatum eſt; neque ulla decreta aut determinationes à voluntate proficiſci: dicunt nos volentes exiſtere, nec tamen nos determinare nos ipſos ad exiſtendum; unde conficere volunt decreta & determinationes reipſa exiſtere, & non proficiſci ab aliqua determinante cauſa, ſed eſſe ea reipſa nulla, & eorum ideam eſſe falſam, ortam ex ignoratione cauſæ: putamus enim inquiunt, nos noſmet determinare quia conſcii ſumus nobis aliquid grati, aut ingrati accidere, quod cupiditate vel odio proſequimur, cum tamen illa idea nobis non eſt indicium aut argumentum nos noſtra voluntate & determinatione cauſam dediſſe, quare proſecutionis & fugæ, unionis & abalienationis idea in mente excitetur; in hujuſmodi enim caſibus mens reipſa ſe non tam determinat, quam determinatur; non tam ducit quam ducitur, non tam ſe alicui rei applicat, aut ab illa ſe amolitur, quam quod harum rerum, quæ aguntur, conſcia illas lætitiæ vel triſtitiæ ſenſu & conſcientia comitatur; & mens nihilo plus determinationum aliquarum auctor eſt, quam aliquis auctor eſt motus navis, in qua ſecundo fluvio quieto & placido curſu belliſſime navigans cupide iſtam navigationem vult; & ita ſe quaſi determinet ad navigationem, quæ extraneam cauſam habens, & ab alieno impulſu profecta, à nobis tamen motus ſui principium habere putetur, quando iſtius motus cauſam ignorantes, ſed tamen gratum motum ipſum experientes in nobis, eo momento quo illum experimur, eum etiam cupimus, hoc eſt, delectabiliter eo afficimur, non nos determinantes, *nec propter finem agentes*: ſed grato motu nos oblectantes. Utar adhuc alia ſimilitudine, quæ etiam in medium profertur ab iis, qui nullas alias voluntates in homine admittunt quam judicium, quod neceſſario ad aliquam perceptionem ſequitur. Finge inquiunt, mentem hominis ita cum lapide deorſum lato junctam, ut mens conſcia ſit motus illius naturalis: ſi mens ignorat cauſam illius motus, & ſimul illo motu delectatur, & quem ideo velle & cupere dicimur: hoc eſt, mens ut primum ſentit illum motum, amore illi jungitur; & pariter iſtius motus continuatione, ejuſque fruitione delectatur, ſeque illi unit: illa mens inquiunt *Spinoſiſtæ*, ſibi perſuadebit ſe iſtius motus lapidis cauſam eſſe: pari ratione ſi quæ grata atque jucunda menti accidunt, & ſimul ignoramus cauſam iſtius jucunditatis, putabimus nos iſtius rei, à qua nobis delectatio oritur, liberam cauſam eſſe, quia mens ſua ſponte nulla extranea vi concurrente, ideoque etiam illam non experiens, iſti rei, ex qua jucunditatem & voluptatem capit, obſecundat; putatque id ex ſuo decreto & determinatione fieri, cujus initio & continuatione delectatur.

Reſpondemus, nos poſſe Adverſariis largiri, ita cum voluntate comparatum eſſe reſpectu voluntatis & determinationis ad exiſtendum, ut mens neceſſario velit ſuam exiſtentiam; neque in ejus poteſtate eſſe, ut aliquam ideam excitet, qua mens abduca-

ducatur ab amore ſui ipſius, ſuæque exiſtentiæ: imo facile concedo iſtam voluntatem, aut volitionem eſſe naturalem effectum ſequentem mentis naturalem conſtitutionem; & illius reſpectu poſſem concedere hominem alicujus finis cauſa non agere, quia finis in ipſa illa cupiditate & volitione eſt; neque ea foris & ut aliquid externum petitur: nego tamen illam volitionem non eſſe vocandam determinationem, aut decretum: nam quæro quare illa voluntas non eſt vocanda determinatio & decretum? An quia mens non habet facultatem eligendi oppoſitum? At ſupra ſæpius inculcavimus de natura & ratione voluntatis non eſſe, ut homo poſſit velle oppoſitum; aut voluntatem ſuam ſuſpendere. Supra probavimus ſufficere ad naturam voluntatis conſervandam, ut in eo ſemper ſit ſtatu, quod *cogi* non poſſit: & quod ita ſemper facultatem & poteſtatem habeat volendi ea omnia, quæ voluntatis objectum eſſe poſſunt. An vero erit quia finis ineſt in ipſa illa volitione, neque extra illam aliquid externum quæritur? Sed Adverſarii omnem virtutem ita coli & exerceri volunt, eamque ex claris ideis enatam, voluntatis effectum eſſe volunt: quatenus in omni perceptione eſt judicium ſive voluntas. Quemadmodum itaque perfectiſſima hominis conſtitutio eſt, quando perfectiſſimæ iſtius naturæ conſtitutione virtutes ab ea per voluntatem & judicia proficiſcuntur; nec deſinunt eſſe virtutes, quia illæ virtutes manant, ut ita dicam, per voluntatem à ſancta illa natura: ſufficit enim ad actionem rectam, ut hominis voluntas ita ſit conſtituta, ut præeunte cognitione & comitante actione reflexa mentis, mens ſe determinet, & ad virtutem incumbat; eaque delectetur: ita pari jure non deſinit eſſe voluntatis actio, in eaque eſſe decretum & determinationem voluntatis, qua volentes *exiſtimus*; nam ad perceptionem nos determinamus & cogitatione reflexa cognoſcimus illam determinationem nobis eſſe convenientem.

Adverſarii propius pedem conferunt & dicunt: ſi hoc ad voluntatis rationem ſufficiat, tum inter nos tantum nominis, non rei controverſiam eſſe, cum non negent voluntatem dari; neque ejuſmodi determinationes & decreta, (quæ tamen improprie ita vocantur) quibus amoris & odii, proſequutionis & fugæ, conjunctionis & abalienationis idea delectamur aut contriſtamur, eam amoliri aut frui appetitu pergimus; cum tamen voluntas ita ſe habeat ad naturam mentis, ut motus & quies, & abſolute omnia naturalia, quæ omnia certo modo affecta, determinata ſunt ad aliquid agendum. Concedimus itaque, inquiunt, talem voluntatem dari, ſed qua data infinita ſequi ſtatuimus; quemadmodum datis motu & quiete etiam infinita infinitis modis ſequi debent. & ideo non magis dici poteſt, *mentem ex libertate voluntatis agere, quam corpus ex libertate motus & quietis*: ponunt enim tam neceſſario ex data ſubſtantia prædita attributo cogitationis; eaque certo modo affecta, certas & determinatas volitiones ſequi, quam ex data ſubſtantia prædita attributo extenſionis, & certo modo affecta, ſequuntur neceſſario infinita motus & quietis effecta: ſed negant id voluntatem vocandam in ſenſu, quo vulgo accipitur, quod inane & vacuum nomen eſſe dicunt; & cui nulla notio ſubjecta eſt, ſed libertatem vocant *conſtitutionem alicujus rei, quæ illam conſtitutionem ſuæ naturæ à nulla cauſa extra ſe, ſuamque naturam determinante, accepit, ſed ex ſe & perfectione ſuę naturę eſt id quod eſt; & ex ea perfectione & proprietate naturę ſuę neceſſario agit.* Et ea ratione Deo ſoli libertatem attribuunt, & omnibus aliis rebus eripiunt: quia Deus eſt ſubſtantia, quæ à nulla alia re eſt determinata; at *natura naturata* ſequitur ex data illa ſubſtantia Divina, quæ infinitorum modorum in infinitum, & æterna ſerie cauſa neceſſariis ſuæ naturæ legibus exiſtit.

Reſpondemus: quandoquidem (ut ſupra

pra ſæpius inculcavimus) voluntatis rationem formalem eſſe ſtatuimus, *quod ſeſe determinet ſua ſponte ad precedentem perceptionem, cum reflexione comitante eam determinationem*; non videmus quid ſuperiore objectione conficiatur quod nobis obſit: eſt enim tunc mens aſſecuta ſummam ſuam perfectionem, cum ſemper certo & infallibiliter bono adhæret, & ſupra omnem tentationem eſt poſita; & illa perfectio eſt moralis perfectio: quia ex ſe ſeſe determinat cum reflexione ad bonum, & cum illa acquieſcentia & applauſu mentis, quem omnes experiuntur, qui virtutem colunt; & eo magis, quo magis eam exercent *vi ſuæ mentis*, quatenus clare & diſtincte intelligit: & hæc eſt illa naturalis, inſita, & quæ à rationali creatura ſeparari non poteſt, virtutis idea; cujus pulchritudinem naturaliter appetimus: quæ non plebiſcitis, aut ſenatusconſultis, aut uſu & hominum induſtria eſt conſtituta, multo minus, quod ſit tantum *denominatio externa*, ſed eſt tam vera, neceſſaria, & nobiſcum nata illa virtutis idea, quam ipſa ratio: & poſt peccatum omnes noſtri labores ad illud vitæ ſtudium mediati eſſe debent, ut illam perfectionem conſequi poſſimus, & virtutem propriis mentis noſtræ viribus excolere. Sed quia nos peccandi infirmitati & defectui obnoxii, antequam vitam cœleſtem ſumus adepti, imperfecti ſumus, ut illum liquidum virtutis guſtum & fructum capere non poſſimus; nec ſemper agere vi rectæ rationis, & propter virtutis pulchritudinem, (tum quia inadæquatis, obſcuris & confuſis ideis poſſumus duci, cum etiam quia peccando diſturbamus noſtram felicitatem) & quia aliter ad eam adſpirare non poſſumus, quam ſub ſpe præmii: intuentes enim bonitatem & miſericordiam Dei, qui ſtudium noſtrum virtutis, multis aberrationibus obnoxium, & quod ideo ſua vi nobis felicitatem conciliare non poterat, remuneraturum ſperamus cœlitum beatitudine; ideo etiam ſpe præmiorum & metu pœnæ ad virtutis ſtudium excitamur: neque virtus, quia ab illa ſæpe deficimus; & quia peccatum in mundum miſerias invexit, hominemque præcipue illis ſubjecit, & à quibus virtutis ſtudium ipſum immunem præſtare non poteſt, hominem beatum in hac vita reddere poteſt; & ideo recte ſub ſpe præmii & propter talem finem virtutem ſectatur: & hæc Dei regendi hominis ratio ſtatui, in quo jam verſamur, conveniens eſt. Cum enim ad vitam cœleſtem erimus tranſlati, tunc, quemadmodum vi mentis & rationis virtutem ſumus exerciturí & operaturi, ita iſte regendi modus deſinet: quia, quemadmodum non imperamus ut homines credant bis ter eſſe ſex, ſic tunc virtutis præſcriptio per formam legis aliena erit. Fuſius nunc hæc non tractabo: quia in ſequentibus erit de iis agendi locus.

Liquet jam etiam ex ſuperioribus quomodo voluntatis libertas, quæ conſideratur ut nullis repagulis conſtricta, ſed ita illimitata & libera, ut ad omnia, quæ mens intelligit, ſe extendat, ſit vocanda perfectio, cum tamen à perfectiſſimo hominis ſtatu ſejuncta debere eſſe videatur: & quod indifferentia tamen, quæ ab illa libertate naſci videtur, ſit imperfectio & infimus libertatis gradus. *Summa illa libertas* perfectio eſt in homine integro, quatenus liberrime in omnibus virtutibus verſatur; ſed homini in aliquo ſtatu in malum & ruinam cedit, quia homo in illo ſtatu ſatis eſt imperfectus, ut iſtoc bono & illa perfectione abuti poſſit.

Illi qui contra voluntatem dicunt, porro ſic objiciunt: mens nullum habet imperium in corpora extra ſe: at ſine illo imperio nulla voluntas exſeri poteſt præter illam, quæ perceptione implicatur. Sic nulla etiam alternatio perceptionis ſine ſpirituum corporeorum & organorum corporeorum ope; ſaltem quamdiu mens juncta eſt corpori: nulla inquiunt, eſt ratio aut proportio ſpiritus ad corpus, & ideo nulla datur comparatio inter mentis

& corporis potentiam, & conſequenter hujus vires nequaquam illius viribus determinari poſſunt: & ita per jocum quæſierunt, *quot gradus motus mens ſpiritibus poſſit tribuere?* Et ſi ulla vis mentis eſt in ſpiritus corporeos, quare paſſionibus imperare non poſſumus, & præſertim vehementius concitatis: nam cum paſſio minus eſt vehemens, tunc libere agere dicimur, quia motus ſpirituum reſiſtentiam minus in nobis experimur: at illam reſiſtentiam mens non ſuperat voluntatis imperio, ſed motu aliorum ſpirituum priori motui oppoſito, qui contrarius motus non ex determinatione voluntatis oritur, ſed ex notis & formis cerebri impreſſis. Dicunt itaque, quare paſſionem ſedare non poſſumus ſimplici voluntate & judicio, ſed opus nobis ſit aliam paſſionem excitare priori, cui modum ponere volumus, adverſariam? Reſpondeo: primum non capio, qua fronte Adverſarii nobis hic dubitationem movent, cum ipſi pro fundamento totius doctrinæ, quæ verus Atheiſmus eſt, ponunt unam eandemque ſubſtantiam præditam attributo extenſionis & cogitationis, hoc eſt, quæ ſimul ſit corpus & ſpiritus. An major ſe prodit difficultas in ſententia, quæ profitetur ſpiritum poſſe agere in corpus, & corpus in ſpiritum, quam unum idemque individuum eſſe corpus & ſpiritum, quatenus vel conſideratur ſub attributo cogitationis, vel ſub attributo extenſionis? Deinde cum conſtet uſu & argumentis, quæ moveri non poſſunt, mentem à corpore affici, quare dubium habent, aut negant mentem in corpus aliquid poſſe? Eſtne eadem ratio corporis ad mentem, quæ mentis ad corpus? Scio equidem Adverſarios negare corpus in mentem, & mentem in corpus agere: ſed omnes mentis & corporis modificationes immanentes proficiſci ab una illa ſimplici ſubſtantia conſiderata ut affecta attributo cogitationis & extenſionis: ſed quando Adverſarii probaverint talem ſubſtantiam ſimplicem iſtis duobus tamen attributis affectam dari, eamque [illegible]ulla communicatione attributorum [illegible]orum una continuata ſerie producere tot modificationes cogitationis & extenſionis, quæ ita ſibi invicem reſpondeant, quemadmodum hoc in nobis uſu comperimus, tunc illa ſententia propius ad examen vocabitur. Pergo itaque ad reliqua.

An non experimur nos nunc facilius, nunc difficilius quarundam rerum ideas excitare, quia ſpiritus magis aut minus parati ſunt ad parendum voluntati: unde recte conficitur ex ordine naturæ aliquam conſtitutam rationem & proportionem mentis ad corpus dari: unde etiam procedit mentem non poſſe moderari omnibus paſſionibus, neque per judicia & ſimplicem voluntatem illis occurrere aut ſiſtere; quanquam illa mentis impotentia etiam referenda eſt ad naturalem conjunctionem mentis cum corpore, qua fit ut quædam mentis ideæ junctæ ſint cum quibuſdam corporis partibus, cum aliis non, ita ut mens fruſtra tentet per ſe ciere, aut ſedare motum in quibuſdam corporis partibus, ſed opus habeat per alias ideas colligatas cum quibuſdam corporis partibus, excitare motum & paſſionem priori oppoſitam, ut ita clavus clavo pellatur. Hoc tamen hic monendum duco, eum non ita recte, & homini convenienter agere, qui paſſionem paſſione depellit, metum mortis per metum infamiæ: ſed vera affectuum remedia à mentis cognitione petenda, quæ vera vis mentis eſt, cum ſolâ intelligentiâ ejus potentia definiatur: & ubi ratione agitur, illic omnis paſſio exulat. Qui de hac re plura deſiderat, ea requirat apud Carteſium in aureo illo Tractatu de *Paſſionibus*.

Mentem autem imperium in corpus habere, & eam non ſolummodo conſciam eſſe ſuæ affectionis, qua per affectiones, quibus ad agendum determinatur, ut volunt Adverſarii, afficitur, præcipue manifeſtum eſt ex illis cogitationibus & motibus corporis, quibus nec concatenatio idearum, neque ulla conſuetudo cauſam præbere

bere potuere: qualia verbi cauſa ſunt illæ voluntates, quæ pro objecto habent res omnino indifferentes, ita ut nihil reperiatur quod interſit aut differat aliud ab alio præter id, quod homo ex ſuo beneplacito unum præ alio exigit, ut documentum præbeat ſummæ ſuæ libertatis, quo etiam referendæ ſunt illæ motiones corporis, quæ nullum habent momentum ad conſecutionem boni, aut fugam mali; neque ſub illa ratione ſub judicium & delectum hominis cadunt, quales ſunt porrectio aut contractio digiti, aut ſtatus flexuſque corporis temere, aut ad oſtendendam ſummam noſtram libertatem adhibiti. Has autem actiones Adverſarii maxime liberas à nobis vocari dicunt; *non quia revera in iis major eſt libertas indifferentiæ, ſed quia earum cauſas ignoramus*: illud autem temere ab illis ſtatui ſupra probatum eſt. Ex his etiam jam liquet quatenus illud axioma verum ſit. *Si nulla detur determinata cauſa, impoſſibile eſt ut effectus ſequatur: quia nempe omnia neceſſario ab actuoſa Dei eſſentia fluunt, & Deus ex naturę ſuæ neceſſitate agit*: nam cum ponimus dari naturam voluntate præditam, veritas iſtius axiomatis non poteſt conſiſtere in naturis voluntate præditis, cujus idea determinationem externam excludit, & internam, unde *decreta*, includit.

Præterea Adverſarii ad id abſurditatis prolabi neceſſe habent, ut tueri debeant, corpus brutum certis tantum legibus motus actum, quæ leges tamen in ejus natura non comprehenduntur, ita poſſe modificari, ut ſine ulla directione mentis opus aliquod artificioſum, quod multorum annorum decurſu tantum confici poteſt, & nonniſi à multis hominum millibus, à corpore nulla intercedente hominum voluntatis directione poſſit effici: quemadmodum noctambulones nonnulla ordine faciunt ſine ulla mentis determinatione.

Monendus tamen Lector nihil ad vim noſtri argumenti intereſſe ſive doceamus corpus à mente affici, & mentem à corpore: ſive ſtatuatur Deum ad quoſdam motus in corpore noſtro excitatos, quaſdam in nobis excitare ideas, & ad noſtras voluntates quoſdam motus in corpore, ita ut nulla operatio immediata & mutua mentis in corpus, aut corporis in mentem detur: (ut quidam volunt) ſufficit ex noſtro argumento conſtare in nobis eſſe voluntatem; & dari aliquam mentem Deum nempe, quæ prę ſidet iſtis operationibus corporis & mentis, & ex ſua voluntate eas dirigit.

Ut denique concludam: lubet eos interrogare, qui hujuſmodi excogitant, ut libertatem hominis tollant è medio; & conſequenter omnem cultum & moralitatem. Eos interrogare inquam lubet, quæ cauſa & ratio illos in iſtam ſententiam impulerit, ut crederent genus humanum ita ſibi imponere, & ita ludificari hac *libertatis* cogitatione, ut cum omnes, pauciſſimis novis Philoſophis demptis, exiſtiment ſe in ſe experiri libertatem illam, putantque ſe illius intime conſcios eſſe, in ea tamen fallantur. An idea libertatis in genere conſiderata eſt *falſa idea*, *& idea rei ſua natura impoſſibilis*, *ſeſeque ſubvertentis*, quemadmodum opinio vulgi de ſpatio inani, & de gravitate corporum? Ita videntur credere Adverſarii, quandoquidem nec Deo illam tribuant. At quomodo illa idea falſa eſt, cum per ſe notum ſit libertatem *perfectionem* involvere, quia potentiam, vim, actionem &c. ſignificat: imo præter illam voluntatem non datur *vera actio*. Notat præterea voluntas poteſtatem, dominium &c. quia qui illa præditus eſt, agit *ſuo libitu*; neque alieno impulſu movetur; *qui ſummus libertatis gradus eſt*.

Et quandoquidem Adverſarii ſtatuunt ſuum Deum ex *natura ſuæ ſubſtantiæ agere*; dicuntque imperfectionem eſſe, impulſu alieno agere, aut potius agi; & contra, perfectionem & libertatem eſſe vi ſuæ naturæ, non ab ulla cauſa extrinſeca ad agendum determinari, quare non erit perfectio actuoſam ſubſtantiam attributo cogitationis affectam vi ſuæ *cognitionis*, cujus

jus ſibi conſcia eſt, nunc ad hoc, nunc ad illud ſua ſponte ſeſe applicare? Nam ſumendo memoriam & cognitionem pro natura, cujus vi agit, non video quare hoc non tam ſit res poſſibilis, & perfectio, & libertas vocanda, quam libertas illa, quam ſoli Deo tribuunt; quamque nihil aliud eſſe volunt, quam *libertatem à cauſa externa determinante* Nam quod ferunt *actioni* non poſſe convenire determinationem, id fruſtra ab illis dicitur, ſi reſpectum habeant ad ſubſtantiam cogitantem, quæ infinita rerum cognitione affecta, illamque cognitionem per memoriam præſentem habens, vi voluntatis ſuæ, nunc ad hoc, nunc ad illud ſe applicat. Concedimus alioquin actioni ſimplici, hoc eſt, actui ſecundo determinationem convenire non poſſe. Quod autem dicunt non eſſe ſaltem imperfectius *ſua natura agere*, quam *libere agere*: cum Deus ſua natura ſe diligat & amet, id à ratione alienum eſt. Et nos negamus Deum *ſua natura* ſe amare, quemadmodum ignis ſua natura urit: Deus amat ſe per ſuam voluntatem, ſcienter & volenter id agens, quod naturæ ſuæ conveniens eſt; & in eo Dei ſanctitas conſiſtit.

Inſtant & inquiunt, quid vos tantopere laboratis de determinatione, & decretis Dei atque mentis, cum ea non conſtituant moralitatem: determinant enim ſe ſtulti, & ſomniantes, & infantes? Reſpondemus: determinationem requiri ſi electioni erit locus: & ſine electione nulla moralitas. Per *electionem* hic nihil aliud intelligimus quam amplexationem voluntatis alicujus rei cum conſcientia & cognitione reflexa; qua mens verbi gratia virtutem, tamquam rem pulchram & ſibi convenientem cognoſcit. Non autem per electionem hic intelligo indifferentiam ad oppoſitum; aut talem electionem, qua unum præ alio tamquam melius prę pejori eligitur: ea poſterior electio indicium eſt nos in quibuſdam actionibus nos libere determinare. Quando itaque Adverſarii ab hac electione argumentum ducentes, inquiunt: unde conſtat in una determinatione *electionem* intervenire, & in alia non? Reſpondeo: quia experior me plura eodem tempore cognoſcere, aut plurium rerum me actualem habere memoriam; & me ex iis unum præ alio eligere. Hoc ſtultus, ſomnians, & infans non habet: & quamvis cum eligo, non ſentiam majorem libertatem in me determinando, quam infans, aut ſtultus, aut ſomnians in ſua determinatione experitur, tamen ante electionem factam mihi conſcius fui, me potuiſſe me aliter determinare. Et quamvis Sancti in cœlis ſe determinant ſine electione, cognitio tamen virtutis, & quod convenienter ſuæ naturæ agunt, in Sanctis eſt perfectio moralis. Et multum intereſt, quod me non fatalitate, ſed voluntate certo, & infallibiliter tamen me determinem; quia nemo poteſt cum ratione gaudere & exultare de actione, quando perſuaſus eſt ſe fatali neceſſitate non ſua ſponte impulſum agere. Eſt enim res per ſe nota, neminem ſibi poſſe applaudere, qui ſcit ſe fato & neceſſitate; & ita abſque libertate voluntatis agi. Et quandoquidem omnes ſibi merito applaudunt, quando rectè agunt, ideo omnes habent *ideam libertatis* in ſe; neque ille applauſus ideo falſus eſt, quia etiam ſomniantes, quando ſeſe ad aliquid bonum determinarunt, ſibi applaudunt, cum tamen nulla in eorum actionibus ſit moralitas: nam quia ſomniantes exiſtimant ſe libere & per electionem agere, ideo eaſdem animi motiones experiuntur: cum autem experrecti cognoſcunt ſe in ſomno nihil libere & per electionem egiſſe, ilico moralitatem à ſua actione removent. Ex eadem moralitate, quam in quibuſdam actionibus eſſe omnes novimus, idque ea certitudine, qua novimus *notiones communes*, probatur dari in nobis *voluntatem*: & ita ſolvitur ea objectio, qua aliquis inſtare poſſit contra ſupra allata, quibus probavimus nos in nobis habere ideam voluntatis; eamque actionem nos in nobis experiri; ejuſque nos eſſe conſcios. Objiciunt enim, voluntatem ab

ab alio poſſe determinari, quamvis non ſentias: quemadmodum omnes orthodoxi agnoſcunt, vim eſſe ſupra nos, ad cujus efficaciam nos volumus & operamur: & quemadmodum nos à Deo ſuſtentamur, nec tamen illius ſuſtentationis influxum ſentimus: ſed quia ignoramus illam vim, illumque nutum Numinis, ideo putamus nos liberos eſſe; ita eodem argumentandi modo, inquiunt, inſiſtens poſſes pariter conficere, te temetipſum ſuſtentare, quia pariter non ſentis Dei influxum ad ſuſtentationem tui. Si reſpondeas, te aliunde poſſe probare Dei ſuſtentatione creaturas omnes indigere. Reſpondent, ergo tu pariter proba voluntate & libertate te præditum eſſe *debere*: nam ex forma cogitationis tuæ, quam voluntatem vocas, hoc non probas; quia quamvis non ſentias te determinari, ideo non ſequitur te non determinari. Reſpondeo: primum, diſtinguendum eſſe inter hæc duo: me neſcire quid Deus in me operetur, in eoque me falli poſſe, & me neſcire an aliquid in mente mea fiat; & me falli poſſe cum v. gr. cogito me cogitare. Quamvis itaque ſequitur me expertem eſſe poſſe cognitionis alicujus operationis Dei circa me, non inde ilico recte conficitur me etiam ignorare poſſe quid ipſa mens agat, & me falli poſſe quando cogito me libere agere: eſt enim illa actio menti ita inteſtina & intrinſeca, ut pugnet mentem ſuæ modificationis, quam per voluntatem acquirit, non eſſe conſciam: quemadmodum conſcia eſt reliquarum modificationum, quas percipit, cum cogitat ſe audire, videre, dolore aut lætitia affici. Tollitur præterea hæc difficultas hoc reſponſo, quod homines voluntate præditi eſſe debent, ſi moralitati conſtabit ſua ratio: at datur moralitas, aut ſaltem *idea moralitatis*: ergo liberum arbitrium, voluntas aut libertas voluntatis non eſt idea falſa. Me autem voluntate præditum eſſe ex hoc præterea conſtat, quia Deus eſt verax, nec poteſt me fallere. At nulla datur via vitandi illius erroris: quod nempe putem me determinare me ipſum, cum tamen id non faciam; ſed ita exiſtimo, quia tantum conſcius ſum meæ cupiditatis, quam in me à mea determinatione puto proficiſci, quia me fugit cauſa, quæ me determinat. Dico itaque nullam Deum mihi reliquiſſe rationem, qua me ab hoc errore liberem: & tamen Deus mihi indidit non ſolum ideam moralitatis in genere, ſed etiam ſingularium mearum actionum: quas à me per determinationem proficiſci puto. Ergo datur in me libertas voluntatis.

Eſt itaque voluntas perfectio, & ideo ſaltem Deo tribuenda; neque homini eripienda, niſi ratio id vetet: ita ut nulla cauſa obeſſe poſſit, quam qua à priori, ut loqui ſolemus, probetur omnia fatali neceſſitate ſubjecta eſſe; & perpetua ſerie & connexione cauſarum naturalium cauſam ex cauſa ſerentium, omnia fieri: & omnium rerum ſive entium, & præcipue primi entis eſſe eam conditionem, ut ad ejus naturam & eſſentiam tota natura neceſſario, quam aut oculis intuemur, aut mente cogitamus, ſequi debeat. At probabimus in ſequentibus dari Deum; & talem Deum, qui eſt *ſumma ratio*: & virtutes eſſe *prima rationis fundamenta*; & in moralibus dari tam notiones primas, quam in ſcientiis theoreticis ſunt notiones primæ, & res per ſe notæ: quales ſunt bis ter eſſe ſex; idem non poſſe eſſe & non eſſe; non entis non eſſe affectiones; nihil poſſe eſſe in effectu, quod non fuerit in cauſa. Ita docebimus comparatum eſſe cum virtutibus: injuriam facere alteri, ingratum eſſe, crudelem eſſe, impudicum eſſe, mendacem eſſe, &c. eſſe mala moralia: neque illius probationem aut rationem non eſſe altius arceſſendam; ineptumque eſſe quærere, quare injuſtitia ſit malum morale: quemadmodum abſurdum eſt quærere quare bis ter ſint ſex. Cum autem dico ineptum eſſe quærere cur injuſti-

juſtitia ſit *malum morale*, non loquor de vocibus injuſtitia & malum morale, ſed de re, quæ vocibus ſubjecta eſt: & ſtatuo tam per ſe notum eſſe contradictionem involvere, fas eſſe ſibi vindicare quod alterius eſſe concedimus, quam conſtat contradictionem importare bis ter eſſe ſeptem: quid autem ſit meum & tuum, hoc non eſt per ſe notum. Et quamvis de omnibus virtutibus moralibus demonſtrari poſſit, illas natura ſua comparatas eſſe ad colendam ſocietatem; eamque feliciſſimam eſſe, in qua virtutes maxime vigent: virtus tamen non ideo magis eſt virtus, quam bis ter ideo ſint ſex, quia in Arithmetica ille numerus aliquas ſingulares proprietates habet. Sed rem ipſam aggrediamur: & re ipſa oſtendamus moralitatem in actionibus non oriri, quia inſerviunt conſervationi ſui: ſed totam rationem virtutis à Deo repetendam.

---

## CAP. V.

*De moralitate, quatenus eſt in actionibus: & quæ ſit illius formalis ratio. Summa argumentorum & reſponſionum, ad quæ omnia revocari debent, quæ in hoc & præcedenti capite dicta ſunt, proponitur. Probatur moralitatis rationem à Deo petendam: Deique exiſtentia argumentis oſtenditur.*

EXiſtimavi ex uſu futurum ſi primum tentem an ex lege *conſervationis ſui* potero pervenire ad moralitatem in actionibus, quæ à libero hominum arbitrio proficiſcuntur; ſimulque oſtendam illum curſum in eruenda jam dicta moralitate tenendum non eſſe: ſed à notionibus impreſſis rem petendam eſſe. Principia igitur Diſciplinæ Moralis à ſua origine repetam; ejuſque proceſſum, & quomodo in homine oriatur, oſtendam: & ideo perſequar veſtigia, quibus progredimur plerumque ad formandas de moralitate cogitationes & judicia: & ita manifeſtum fiet ideam moralitatis non naſci in nobis ex legibus conſervationis ſui. Quæ eſt Hobbeſiorum ſententia. Primo id in homine obſervare licet, quod naturaliter fertur ad id proſequendum, quod ipſi gaudium conciliat; & ad vitanda ea, quibus ipſi creatur dolor & moleſtia: & ut uno verbo dicam, homo naturaliter appetit beatitudinem ſuam. Et quidem tam acri inſtinctu agitur ad proſecutionem boni, & ad fugam mali, ut à ſe impetrare non poſſit, ut præſentia bona non amplectatur & ſectetur; & mala præſentia non vitet, ab iiſque abhorreat, quamdiu ſpes majoris boni obtinendi per tolerantiam mali in ipſo non eſt excitata. Quando autem experientia aut doctrina nullam adeptus eſt cognitionem aliquid præter præſens bonum ſperandum eſſe, recte atque debite rationes inſtituit, quando præſentia bona rapit, & contra præſentia atque urgentia mala fugit. Conſtat enim hominem in eo ſtatu conſtitutum, in nulla alia cogitatione verſari poſſe, quam ut gaudio præſenti fruatur, & malum præſens amoliatur. In hoc ſtatu bonum phyſicum, & bonum honeſtum aut morale idem ſunt. Et honeſtum eſt quod eſt utile, & utile quod honeſtum. Et quia in illo ſtatu homini fundamentum ſuarum actionum eſt præſens gaudium, ideo etiam propter eandem rationem eodem impetu & eodem jure ducitur ad ea omnia, quibus æſtimat ſibi poſſe parare illud gaudium, & ad depellendum ea, quibus putat ſibi dolorem creari poſſe: neque fas eſt in tali homine, qui vacuus eſt cognitione omnium aliarum rerum, aſſignare ullum formale vitium morale, quia id tantum proſequitur, quo appetitus naturalis ipſum ducit. At nullus homo diu hærere poteſt in tali ſtatu ignorantiæ, ſed brevi uſu & experiendo cognoſcet (præſertim quando vivere incipit in medio alio-

aliorum hominum; & attendere ad opera, quæ quotidie in oculis hominum & vitæ conſuetudine fiunt) primum non id illi ſemper ad conciliandum gaudium maxime utile eſſe, quod in præſenti ipſum maxime delectat & afficit, ſed ſæpius evenire ut libido capiendi præſens aliquod gaudium, ipſum poſtea mulctet majori moleſtia & ægritudine, quæ triſti ſuo ſenſu longe excedit delectationem, quam capiebat ex præſenti commodo, quo eum præſentis gaudii conſideratio rapiebat: & intelliget id ſibi evenire vel ab aliis hominibus, quorum conſortio & conſuetudine utitur, vel id etiam ex ſe ipſo oriri; quatenus ægritudines, morbi & dolores efflorescunt per intemperantiam, aut incuriam & neglectum valetudinis.

Deinde ubi prodeuntibus annis ratio magis magiſque incipit emergere ex ſuis ſeminibus, ſeſeque erigere uſu & obſervatione eorum, quæ in univerſo evenire videt, intelligit ex nihilo nihil fieri: hoc eſt, nihil poſſe eſſe in effectu, quod non fuerit in cauſa: & comperit univerſum, quod quotidie contemplatur, tale eſſe, quod à ſe eſſe non potuerit: quia in omnibus creaturis illos defectus eſſe comperit, quod à ſe eſſe non potuerint: unde oritur in homine mediocris quædam cognitio Numinis. An autem illa idea Numinis per contemplationem univerſi in homine tantum excitetur, non autem ab ipſo formetur & fabricetur, nunc non diſputo: neque quicquam intereſt ad rem, quam jam præ manibus habemus, utcunque ea res æſtimetur. Hoc tamen ſcire intereſt hominem illum, qui adhuc in hiſce cognitionis primordiis conſiſtit; neque aliam ſibi adhuc comparavit ſcientiam, quam eam, cujus jam formam & ſpeciem dedimus, in iis tantum perfectionem agnoſcere, in quibus vim & facultatem invenit, qua aliquod gaudium & felicitas comparari poteſt. Tribuet itaque Deo quidem intellectum, & voluntatem, & omnipotentiam, qua omnia immutabiliter poſſidet, quibus Dei felicitatem compleri exiſtimat: & forte quædam alia pauca: ponimus enim hic hominem nondum multarum rerum uſu eruditum; neque mentem meditationibus aut doctrina excultam habentem.

Examinemus jam porro, quid uſus & conſuetudo cum aliis hominibus eum, ubi jam magis mens ſe corroborare incipit, ſingulatim docebit de rebus; quas, quamvis præſens inde ſperet gaudium ſectari, & amplecti tamen non debeat. Primo intelliget ſe ſolum parem non eſſe pluribus hominibus; neque ſe potentia præditum ad ita flectendas eorum voluntates, ut ſuis tantum ſervientes commodis, propria ſua deſerant; eaque poſthabeant. Ita etiam uſu cognoſcet ſe hominum ſocietate & victus conſuetudine ſine maximis incommodis carere non poſſe: inde conficiet bonum eſſe ut cogitet de mediis, quibus ab hominibus quam plurimæ utilitates & commoda ſibi conciliet: & uſus ipſum docet id metu & amore præcipue obtineri poſſe: intelliget enim ſe nec ſatis potentem, nec ſatis divitiis, & aliis facultatibus, quibus omnium hominum deſideriis ſatisfaciat, affluentem, ideo cum iis tantum amicitiam ſibi putabit firmam futuram, quorum opera ſibi promittere poteſt ſe ea comparaturum commoda, quibus vita à dolore & triſtitia quam maxime libera & immunis ducatur: & intelliget neminem nonniſi mutuis & viciſſim præſtitis officiis talem vitam adipiſci poſſe.

In hac autem vita hominum, in pace & mutua fiducia & amore fundata, ſe hæc officia produnt: pacta, fides in iis ſervandis, amor, charitas, gratitudo: denique illa omnia, quæ conducunt ad pacem & concordiam tuendam inter homines. Et harum rerum conſideratarum ſub ratione *utilis & commodi* (ut jam diximus, quia in hac ſerie ſermonis nihil indicatum, quo idea moralitatis aut honeſti in hoc homine, cujus jam exemplar damus, naſci potuerit) prima origo eſt, quod

quod homo intelligit ſibi noxium eſſe id ſemper velle conſequi, quod in præſentia delectare videtur: ſed pluribus in caſibus ad conſequendum plus gaudii, & ad vitandum plus mali, expedire præſens gaudium negligere ſub ſpe poſſidendi poſtea gaudii majoris & firmioris. Et hoc eſt ex ratione vitam inſtituere & prudenter ſuas rationes putare. Sed interea intelligit Lector illam prudentiam hactenus tantum occupatam eſſe in parando bono utili, & vitando malo inutili, ſive triſti. Quia ponimus talem hominem mali moralis nullam adhuc notionem habere poſſe: & omnes ſupra numeratas virtutes pacis & concordiæ conſtituendæ & fovendæ comparatas locum tantum invenire propter utilitatem & commodum: & quamdiu rebus modo enumeratis ſtudemus *utilitatis cauſa*, nulla in iis virtutis moralis forma eſt: ſed omnes illæ res tantum conſiderandæ ſunt ut res utiles & commodæ. Et ea quidem ratione hominis ſocietas abſque cognitione Numinis, aut ejus metu & reverentia, & ſine ulla virtute morali conſiſtere & ſe tueri poteſt.

Nunc inveſtigandum ſupereſt an hæ mentis diſpoſitiones & cognitiones, hac via, quam jam inſtituimus, pergendo, poſſint induere naturam virtutis moralis. Quomodo v. gr. habitus & actiones prudentiæ, bonæ fidei, charitatis, amoris, liberalitatis & gratitudinis, &c. quibus mihi paro res & facultates ad ætatem feliciter agendam: & quæ, ſi earum primam originem ſpectes, ab eodem in tali homine principio oriuntur, quo cura ſe ipſa conſervandi in brutis; & quæ progreditur, ſeque exerit per eaſdem rationes & vias, quibus bruta innumerabilia agunt, quo ſui & ſuæ prolis conſervationem procurent. Hac tamen cum differentia (quod tamen jam aſſumo) quod homo ea agat cum conſcientia; eaque proſequatur aut fugiat cognitione præeunte aut comitante: imo addam hominem ea agere ſua ſponte; & quam actionem libertatem vocare lubet.

Sed tamen hactenus nullum reperimus fundamentum aut rationem moralitatis: quia in actionibus, vulgo vocatis indifferentibus; & à quibus ex confeſſione omnium, moralitas abeſt, omnes illæ circumſtantiæ concurrunt; & præſertim adeſt ſpontaneitas aut voluntarium, nec tamen moralitatem illis actionibus addunt. Nullum itaque hactenus, inſiſtentes via, quam jam ingreſſi ſumus, invenimus moralitatis fundamentum.

Sed an moralitas in actionibus, quæ hominis conſervationi inſerviunt, non inde orietur, quia illas facere aggredior *non mei commodi cauſa, ſed in gratiam proximi*: ita ut quamvis omnes actiones virtutis oriantur ex fundamentali lege de conſervatione ſui ipſius, vel ex poſſidendæ beatitudinis cupiditate; & quæ lex ex conſenſu omnium nullam virtutis formam complectitur, ſed tantum *prudentiæ* nomine venit: illæ actiones tamen tunc virtutis naturam acquirant, cum eas homo exerit ex amore & charitate erga proximum? Sed neque hæc ratio cauſa moralitatis eſſe poteſt: quia lex charitatis & amoris oritur etiam ex illa lege de conſervatione ſui: illa lex enim nihil prius imperat quam mutuam charitatem & dilectionem; nihilque magis pacem & concordiam diſſolvit quam ſtudium ſerviendi ſuis privatis commodis: & proximo officiis præſto eſſe, non quo ejus commodis conſulas; ſed quo tua tibi pares commoda. Itaque non probaveris amorem & charitatem, & actiones, quæ ex illis principiis manant, bonas eſſe vocandas, quam quia ſocietati conducunt: & bona ſocietati utilia vocantur bona, quia bono & utilitate civitatis ſingulorum civium bonum & beatitudo continetur. Ergo ne nunc quidem invenimus fundamentum moralitatis ex lege de ſui conſervatione.

At hic animadvertendum; & notanda diſtinctio inter actionem ipſam, & inter affectum mentis, quo alacriores reddimur ad actionem aliquam obeundam. Quemad-

admodum etiam ab hiſce duobus diſtinguenda cauſa impulſiva, aut cauſa finalis *cui* & *cujus*. Amor & charitas proximi, qua in illius gratiam aliquid facere aggredimur, nos alacres & promptos reddit ad obeunda quædam munera: ſed bonitas moralis actionis non eſt ducenda, aut petenda ab illa paſſione aut affectu amoris & charitatis: quia amore proximi etiam multa proximo noxia perpetramus. Præterquam etiam (quod ſi rem attentius conſideremus) amor & charitas proximi oriuntur ex ſtudio noſtri conſervationis. Nam quia experimur amorem & charitatem proximi nobis magnopere prodeſſe ad noſtri conſervationem, ideo charitatem tanti facimus: & ſi beatitudo dum in his corporis compagibus vivimus, non acquirenda & tuenda foret mediis & auxiliis mutuis, charitas nomen boni tueri non poſſet: & ideo in illis hominibus ſe opera charitatis maxime produnt, qui ſuis viribus parum confidunt; à dolore & paupertate abhorrent tamquam à magno malo: & quatenus homines, qui ſolo affectu non ratione ducuntur, ea mala minus metuunt, aut uſu contemnere diſcunt, ita gradatim illa paſſio in illis minuitur: & qui tunc tamen in illis operibus charitatis perſeverant, non amplius affectu, ſed ratione aguntur. At illa ratio non eſt utilitas aut lex conſervationis ſui: quia, ſicut jam diximus, illa magis aut minus in nobis viget, quatenus majoris vel minoris æſtimamus vitæ commoda aut incommoda, ſed illa ratio eſt omnino aliud quid, & quæ nullo modo reduci poteſt ad legem de conſervatione ſui, de qua ratione agemus in ſequentibus: eſt enim illa formalis ratio moralitatis.

Ex quibus manifeſtum eſt, in quæſtione de moralitate actionum humanarum nihil tribuendum inſtinctui aut averſioni naturali, nihil cæcis illis judiciis, quibus quaſi naturaliter rem bonam vel malam æſtimamus potius imaginationis vi, & ex temperamenti corporis conſtitutione, quam ex ratione: quam nullam non tantum reddere norunt; ſed quam eorum actiones non moderari inde conſtat, quod pereunte illa corporis conſtitutione, judicium ab imaginatione profectum etiam mutetur, & ſtudium illarum rerum ceſſet, quia aliter quam antea de re judicamus: quod judicium ratione corrigere norunt, quia in degenda vita, & in æſtimandis rebus ea parum uſi ſunt. Uſque adhuc itaque nullam veram moralitatis cauſam aſſecuti ſumus; ſectando viam, quam illi, qui ex lege conſervationis ſui, moralitatis præcepta petere volunt, nobis oſtendunt.

Pergamus & reliqua perſequamur, ut nobis manifeſta fiat vera ratio formalis moralitatis. Videamus itaque unde leges natæ in civitate: & num illæ ſint, quæ actionibus hominum voluntariis moralitatem concilant: id multi arbitrantur; & ideo exiſtimant nihil per ſe & ſua natura malum eſſe, ſed legem (quæ certe extra actionem eſt) actionibus voluntariis hominum moralitatem conciliare docent; ideoque volunt bonum & malum tantum eſſe denominationem externam actionum liberarum: rem aut actionem non prohiberi quia mala eſt, ſed malam fieri, quia prohibetur. Leges autem natas in civitate ferunt ad amoliendum malum triſte, & ad comparandum bonum utile: & ita illas leges nihil aliud eſſe ferunt, quam præcepta & regulas prudentiæ, quibus nobis à malo triſti caveamus, & bonum utile comparemus; & ideo urgent reipſa nullam moralitatem dari. Videtur hoc certum & exploratum eſſe leges ab hominibus inventas ad adhuc facilius aſſequendam felicitatem civilem: ut ita homines, qui conſideratione utilitatis communis, quæ etiam ſingulorum felicitatem complectitur, non moverentur & excitarentur ſpe præmii & metu pœnæ ad regulas prudentiæ obſervandas. Sed pariter cuivis naturam legis intuenti manifeſtum eſt, *legem* non conſtituere regu-

las

las prudentiæ, ſed eas tantum in aperto ponere, & deinde homines impellere ad eas regulas obſervandas. Liquet præterea nullam actionem virtutis numero ponendam, quam metu pœnæ aut ſpe præmiorum ſolummodo aggredimur. Dabunt mihi præterea hoc omnes, non committi vitium morale, quando recedentes & declinantes à regulis prudentiæ, quibus bonum utile nobis comparamus, non paremus legibus prudentiæ, & ita venimus in diſcrimen damni: parati tamen ſubire illud damnum, ſi modo animo morem gerere liceat: & ita omnium peccatorum non alia erit ratio, quam certi alicujus facti, cujus nemini in civitate poteſtas permittitur, quam illi, qui aliquid ſolvit, quo redimatur jus & libertas aliquid agendi. Præterea hoc de natura legis eſſe apparet, quod nulla lex eſſe poſſit ſine pœna & præmio; alioquin lex fruſtra poneretur: nam, ſicut jam diximus, lex regulas prudentiæ non conſtituit, ſed ad conſtitutarum regularum prudentiæ obſervationem homines impellit. Hoc etiam hic notandum, homines quos ex lege conſervationis ſui ducere volumus in cognitionem moralitatis, ejuſque præceptorum, quamdiu adhuc nulla alia Numinis cognitione imbuti ſunt, quam eâ, quam ſupra tradidimus, & qualem tantum habere potuerunt, quia altior Numinis cognitio eſt magis recondita, nulla alia ratione venire in illam ſententiam, quod violatores legum pœnâ, & illis obſequentes præmio digni ſunt, quam ea ratione, qua lex de conſervatione illos docuit regulas prudentiæ.

Et quamvis in Republica leges tantum ferantur de actionibus civium, quę ad felicitatem Reipublicæ egregium conferunt momentum; nec eæ vetentur, quæ communiter proficiſcuntur ab infirmitate humana; attamen reipſa omnibus actionibus liberis hominum, quæ ſua natura appoſitæ ſunt ad mactandam Rempublicam aliquo damno, aut ad illius utilitates augendas, legibus reguntur: quia nulla eſt (loquimur de illa, quæ à voluntate hominis procedit) quæ ſi non præceptis, diſciplina, inſtitutione magiſtrorum & parentum, coërceatur, non tranſeat & migret in pravam conſuetudinem; quæ actiones ab hujuſmodi prava conſuetudine manantes, quia frequentes ſunt, Reipublicæ etiam pernicioſæ exiſtunt. Et ita nullam actionem, quæ ſua natura Reipublicæ prodeſt aut nocet, fieri exiſtimamus, quæ non habeat notam legis appoſitam; & quæ ſeſe hominum animis cum illa circumſtantia & appendice legis offerat: eſtque illa circumſtantia illis actionibus ita arcte conjuncta & implicata, ut citius cogitent de pœna & præmio talium actionum, quam de natura ejus interiori & inſita, quâ per ſe Reipublicæ utiles aut noxiæ exiſtunt: quia ſpes præmii, & metus pœnæ (ſub quibus comprehendo laudem & ignominiam) magis in promptu ſunt; neque ratio eorum eſt ita recondita, quemadmodum earundem actionum utilitas & noxa, qua Rempublicam ſua natura afficiunt. Et inde nata eſt in hominibus, qui ulteriore Dei cognitione, quam ea, quæ jam in ſuperioribus tradita eſt, imbuti non ſunt, operatio illa mentis, quam conſcientiam vocare ſolemus; qua mens aut animus hominis in benefactis ſibi non tantum applaudit, ſed & ſpem præmii concipit, & in malefactis pudore & triſtitia afficitur, & pœnam metuit. Et quia homines, propter rationes ſupra traditas, omnes actiones indifferentes (quales jam ſæpius eas eſſe diximus, quę Reipublicę utiles aut noxiæ ſunt) pœna aut præmio dignas arbitrantur; & cujuſvis boni & honeſti civis officium eſſe exiſtimant, & exemplo, præceptis, inſtitutione, & pœnis atque præmiis, pro ſtatu cujuſque civis efficere, ut actiones Reipublicæ ſua natura utiles, in Republica frequentes exerceantur; & inutiles arceantur. Inde natum, quod homines Deo, quem concipiunt ſub idea entis ſum-



Digitized by Google

ſumme perfecti, juſtitiam attribuant; eamque exercitaturum præcipuè poſt hanc vitam: quia animadvertunt in hac vita probis non ſemper bene eſſe, & malis male: ſed ſæpius contra evenire. Quam ſententiam in hominum animis confirmavit ſumma utilitas, quæ ex illa doctrina ſocietatibus accedit: quia cum Magiſtratus omnia flagitia punire non poſſit, nec etiam deſiderat, quia naturaliter abhorremus ab affligendo proximo, & tamen plurimum interſit homines pœnarum metu deterreri, proni fuerunt & ad credendum, & ad aliis doctrinam illam inculcandam, poſt hanc vitam præmiis & pœnis locum eſſe.

Non quod exiſtimem Magiſtratus arte & prudentia illam doctrinam, qua defunctis poſt hanc vitam pœnam & præmium conſtituta putamus, vigere potuiſſe in hominum animis, qui adhuc nulla alia Numinis cognitione imbuti erant, quam ea, quam jam ſupra deſcripſimus, non certe: nullum enim dabitur exemplum, dogma aliquod omni ævo apud omnes gentes receptum fuiſſe, & perpetuum duraſſe, quod tantum nitebatur auctoritate & prudentia aliquorum hominum: ſed dogmata illa univerſalia exiſtunt in hominum animis ex circumſtantiis quibuſdam, in quibus omnes homines naturaliter conſtituti ſunt; & quarum circumſtantiarum conſideratione & effectibus, in omnibus vulgo hominibus quædam univerſales ſententiæ & opiniones excitantur. Sic ex ſupradictis conſtat omnes homines naturaliter in illis circumſtantiis eſſe conſtitutos, ut regulæ illæ prudentiæ civiles, quibus leges naturales contineri illi putant, qui ex lege de conſervatione ſui moralitatem deducunt; & quibus homines proni ſunt ad ſtatuenda præmia & pœnas poſt hanc vitam, in ipſis generentur. Et ideo nulla vis eſt in argumento, quod petitur ab univerſalitate alicujus opinionis, aut dogmatis: cum illud eſſe poſſit mala illatio ex bono univerſali principio. Quemadmodum hoc evenit in pœnis & præmiis poſt hanc vitam: quod dogma exiſtimo omnium mentem occupare, qui tamen ulteriorem Dei cognitionem non habent, quam jam tradidi: & ideo illa fides in hominum illorum animis, qui de Dei juſtitia aliis argumentis perſuaſi non ſunt, non nititur principiis firmis & demonſtrativis, quemadmodum ex ſupra memoratis conſtat. Ita eſt doctrina univerſalis dari Deum: ſed ab univerſalitate non eſt ita petendum argumentum, ut in eo ſubſiſtere liceat, & ſtatuere, *hoc univerſaliter creditur*, ergo eſt verum: nam ſunt dogmata univerſalia ſæpe falſiſſima. Eſt dogma & opinio generalis dari ſpiritus, ſeu dæmones, & omnes de eo perſuaſi ſunt; cum tamen nullum argumentum *ex natura depromptum* in medium afferatur, ad probandam dæmonum exiſtentiam, quod convelli non poſſit: unde tamen inquies illa univerſalis opinio, quæ omnium mentem pervaſit? Reſpondeo eſt mala illatio ex bono principio univerſali exiſtente in hominum animis propter circumſtantias quaſdam naturales, in quibus homo eſt conſtitutus: quod quidem principium & fundamentum eſt dari ens infinite perfectum: & quod ideo eſt ſanctum & juſtum, & à quo propterea nihil proficiſci poteſt, quod vitioſum, aut peccato infectum ſit. Cum itaque homines ſibi viſi ſunt quædam in mundo fieri, quæ nec naturæ, nec Deo attribuenda putabant, ſtatuerunt dari malos ſpiritus. Similiter quamdiu non eſt probatum Deum eſſe peccatorum vindicem, & ita juſtum: quod hactenus præcedenti oratione nondum eſt probatum, & quod nos hactenus fugere fingimus, opinio de præmiis & pœnis poſt hanc vitam non nititur veris ſuis principiis. Cum hic loquor de conſcientiæ teſtimonio, quaſi illud firmum argumentum non præberet ad probandum dari moralitatem in actionibus, loquor de illo conſcientiæ teſtimonio, quod deducitur ex principiis ſupra memoratis, non

non de illo, quod notionibus communibus nititur: nam illud teſtimonium firmiſſimum eſſe ſtatuo; & forte unicum, quo probatur dari moralitatem.

Coguntur itaque Adverſarii, qui boni malique moralis diſcrimen & notionem petunt ex lege de conſervatione ſui, concedere, diſtinctionem inter bonum aut malum morale, & inter bonum aut malum phyſicum nulla alia ratione niti, quam quod id malum phyſicum v. gr. vocemus, quando præter & extra noſtram deſtinationem & culpam dolore aut damno afficimur: at malum morale cum noſtra imprudentia, idem illud malum accerſivimus, ejuſque cauſa extitimus; ita ut malum morale, ſecundum ipſorum principia, nihil aliud ſit quam *actio contra prudentiam, qua damnum & malum phyſicum vitari potuiſſet, commiſſa*. Si v. gr. caſu aut vi, aut injuria inimicorum, & quam prudentia effugere non potui, fortunarum diminutionem patior, tunc res mali phyſici ratione affecta erit: quod ſi imprudentia & male inſtituens rationes meas, fortunas & rem familiarem ita extenuem, ut inſigni noxa familiam mulctem, & ſpem honeſtæ educationis liberis eripiam, atque ita temere dilapidem rem domeſticam, tunc in ea re malum morale verſabitur. Erit itaque malum morale malum tantum imprudentiæ, quo me privo vitæ commoditatibus. Et ita regulæ prudentiæ, quæ traduntur, & ſua natura comparatæ ſunt ad degendam feliciter ætatem, erunt præcepta moralia ſecundæ tabulæ; eritque conſequenter tota illa virtutis pulchritudo nihil aliud, quam voluntariæ actionis aptitudo naturalis ad nobis conciliandum bonum phyſicum, aut ad malum phyſicum amoliendum: & laus hominis probi conſiſtet in habitu mentis, quo eas actiones ſectatur & colit, quæ ſua natura comparatæ & aptæ natæ ſunt ad conciliandum ſocietati, in qua degimus, bonum phyſicum; & cujus boni poſſeſſionem ſpe adducimur, quia illius ſocietatis, in cujus utilitatem res redundat, membrum ſumus. Et confuſio, pudor, dolor, &c. de peccato, ut conſcientiæ morſus orientur ex eo, quod iis rebus non dedimus operam, quæ natura ſua comparatæ ſunt ut earum uſu felicius conſtantiuſque ſeſe res humanæ habeant: & metus pœnarum poſt hanc vitam, & quas ſine fine duraturas Theologi ferunt; quæque tam graves & acerbæ futuræ ſunt, inde manabit quod ſc. Dei voluntati non paruimus in iis ſectandis, quæ momentum habebant ad noſtri conſervationem. Et Dei ſanctitas continebitur & exprimetur præcepto de conſervatione ſui ipſius, & iis legibus, quæ eo præcepto tamquam fundamento nituntur. Neque ita homo erit factus ad imaginem Dei, ſed Deus ad imaginem hominis: quatenus ſanctus, juſtus, &c. putatur, quia tales virtutes homines decent propter utilitates, quæ ad ipſum ex illis virtutibus redundant; & quas virtutes Deus imitatur; & Deo attribuuntur tamquam perfectiones, non quia illas perfectiones abſolutas eſſe novimus, ſed quia hominis ſtatus nos docet, illas perfectiones hominum reſpectu perfectiones eſſe, & quas deinde ad Deum transferimus. Neque juſtitia erit virtus, quia alteri aliquid, quod ipſius eſt, ſurripere per vim aut fraudem, malum eſt, & ſuum cuique tribuere, virtus, quia ratio ita judicat; quemadmodum judicat bis ſex eſſe duodecim: ſed quia id fieri aut non fieri conducit ſocietati; & propter utilitatem Civitatis hominibus ſingulis: quod quam erroneum ſit, omnibus Chriſtianis conſtare poteſt inde, quod Apoſtolus docet, charitatem etiam manſuram in vita futura. Neque ulla ratione probari poterit, Deum *natura* ſua iſtas virtutes probare, ſed tantum *inſtituto*: neque illas virtutes per ſe bonas eſſe, ſed quia conducunt. Nobis itaque nulla ratione conſtabit utrum Deus, qui ex uſu virtutis, qualem Adverſarii deſcribunt, nihil utilitatis capit, velit exercere juſtitiam & veritatem; quia for-

malis ratio virtutis, quam in actionibus hominum ponunt, quando Deo tribuitur, ceſſat in Deo, adeoque Dei reſpectu non eſt virtus neque perfectio: & ideo nullum argumentum reliquum eſt, quo probes Deum propter perfectionem ſuæ naturæ velle veritatem & juſtitiam exercere: velle non eludere hominem, promiſſis non ſtare, innocentem non punire, nocentem non ornare præmiis, &c. quia hæc omnia bona & pulchra ſunt hominis reſpectu non Dei.

Dicere autem, eſſe tamen quaſdam virtutes, quæ Deo propriæ ſunt; & ab ejus natura manant, eaſque æternas eſſe, neque ab *utilitate* earum rationem eſſe petendam; & ideo eas per ſe eſſe perfectiones: quales ſunt v. gr. quia ſummum ens eſt, ideo illud ſummo honore colendum: Deum illum honorem alteri communicare non poſſe; & ideo ſe ipſum abnegare eſſe vitium & imperfectionem, &c. Reſpondemus id temere ab Adverſariis doceri: quia non minus evidenter intelligo injuſtitiam, inclementiam, &c. eſſe vitium morale, & virtutes illis vitiis oppoſitas eſſe perfectiones, quam clare, diſtincte & intuitive cognoſco virtutem eſſe, Deum colendum religioſe: neque mihi per aliam rationem compertum eſt, cultum Dei eſſe virtutem, quam per quam mihi exploratum eſt clementiam eſſe virtutem, & crudelitatem vitium: & illa ratio mihi non minus eſt manifeſta, quam bis ter eſſe ſex. Si itaque omnium virtutum non eſt una eademque forma, nempe quod *rationem* in ſe complectantur; quod ſint notiones, quæ intuitive & per ſe cognoſcuntur; quod earum nulla præterea requirenda ſit cauſa: quemadmodum itaque inepte quæritur, quare bis ter ſint ſex, ita non minus inepte quæritur, quare ſit peccatum *proximo ſuum eripere*: ita ut illi, qui à conſervatione ſui petunt originem moralitatis, ad omnia hæc abſurda prolabi debeant, ſi ſuis principiis inhærere velint. Plura nunc non addam, quæ hoc argumentum ſpectant.

Nunc alia quædam argumenta adjungam. Sequeretur ideam virtutis in nobis ortum trahere ab uſu & experientia, quibus homines diſcunt, quid ipſos lædere & prodeſſe poſſit. Et lex non aliter inſcripta cordibus erit, quam generalia & omnium conſenſu approbata præcepta politica & œconomica, quæ longus uſus & conſideratio rerum humanarum fundamentalia eſſe dictitavit. Et ita recte probavi perire vim argumenti pro exiſtentia Dei & pro moralitate, quod petitur à conſcientiæ terroribus, & diſcrimine boni & mali, quamvis tam alte in mentibus fixum ſit, ut ne ſceleſtiſſimus quidem illud excutere poſſit. Et an ex his non ſit veriſimile pœnam & præmium poſt hanc vitam in animis hominum locum inveniſſe, quia cum viderent diſturbatores pacis & quietis publicæ, in qua ſalus ſingulorum civium verſatur, ſępe pœnam legibus humanis conſtitutam, effugere; rationem tamen conſervationis ſui ipſius dictare id nemini debere eſſe impune, homines ideo ſibi perſuaſiſſe etiam poſt hanc vitam legum prævaricatores pœnam manere. Denique quæ erit differentia inter leges civiles & morales, cum hæ poſteriores nullam in ſe complectantur majorem ſanctitatem, quam priores; cum utræque tantum comparatæ ſint ad acquirendum bonum temporale; & dictent tantum prudentiam humanam: neque aliter hominis mentem perficiant, quam prudentia & ſolertia facere ſolent.

Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quod etiam alibi inculcavimus, moralitatem ſive bonum & malum in actionibus non eſſe *relationem*, aut *denominationem externam*, aut modum rem concipiendi, ſed eſſe aliquid reale & poſitivum, ortum ſuum, ex hypotheſi conſtitutæ naturæ humanæ, habens ab ipſius Dei natura. Et quemadmodum proprietates trianguli, conſtituta ejus natura, ſunt aliquid poſitivum & reale, & neceſſarium, & demon-

monſtrantur ex trianguli natura triangulo ineſſe: ita ex natura Dei perfectiſſima demonſtratur Deo virtutes ſecundæ Tabulæ neceſſario probari; & mentem humanam non potuiſſe non informari principiis iſtius rationis rectæ, qua pulchritudinem & laudabile in virtute, & fœditatem, & quid nefarium & deteſtandum in vitio agnoſcit. Eſtque bonum & malum ante legem, quemadmodum præcepta Muſicæ (finge eam homini naturalem eſſe, & à natura conjunctionis mentis noſtræ cum corpore manare) non conſtituunt Muſicam, ſed tantum declarant quid ſit Muſica. Ita obedientia & obſervantia mandatorum Dei non eſt ſanctitas, quia comprehendit convenientiam cum lege, ſed quia exprimit eandem ſanctitatem, ad quam ipſa lex appenditur. Leges arbitrariæ, & occupatæ circa res arbitrarias, ponunt in rebus bonum vel malum: ſuntque cauſa relationis conformitatis aut diſconformitatis cum lege; totaque iſtius bonitatis & malitiæ arbitrariæ ratio conſiſtit in illa relatione conformitatis vel diſconformitatis: cujus rei exemplum & documentum manifeſtum habemus in moribus & conſuetudine gentium, quæ nempe ſuum fundamentum non habent in natura, ſed in more, ut & in legibus poſitivis & in cæremoniis. Non itaque lex Dei ponit bonitatem aut malitiam in actionibus moralibus. Neque ex poſitione legis, & actus naſcitur relatio conformitatis aut diſconformitatis cum lege, in qua relatione (ex Adverſariorum ſententia) formalis ratio boni & mali conſiſtit. Neque à fine, ex arbitrio Dei, aut hominis propoſito & intento, petitur moralitas in actionibus: quemadmodum horologium ejuſque motus bonos aut malos vocamus, quatenus reſpondent fini, quem nobis ex uſu horologii propoſuimus, qui uſus horologio extrinſecus eſt, nihilque motibus rotularum horologii addit aut demit. Non eſt inquam, virtutis moralis ratio ex lege, ſed lex declarat tantum quid bonum & malum ſit; & ita hoc non inſitum moralitati actionis, quemadmodum finis per motum horologii intentus extra motum eſt: ſed continet ille finis ipſam hominis naturam, quia *ratio naturalis*, ſive *lex naturalis* ea nititur. Concludo itaque legem quidem eſſe *diſtinctionem juſtorum & injuſtorum, ſed quæ ad antiquiſſimam & rerum omnium principem naturam Divinam expreſſa eſt, & ad quam leges naturales humanæ diriguntur; quæ ideo ingeniis hominum excogitatæ non ſunt.* Lex itaque moralis eſt *recta*, & à Deo tracta ratio imperans honeſta & prohibens contraria. Concedo alioquin iſtam legem de conſervatione ſui, egregium præſtare uſum; & aliquo modo continere naturam hominis, quatenus omnium operationum principium, fundamentum & cauſa in homine eſt, quod ſibi ſit charus, quod primum ſibi concilietur; quodque non poteſt velle ut ſibi ſit male: atque ideo & ratione & natura duce ea proſequitur, quæ ſibi proſint; nihilque ei à ratione alienius eſſe debet, quam non ſolum non agere propter finem, ſed agere contra ſuum finem, & judicare juſtum, æquum aut decorum eſſe, quod ſua natura comparatum eſt ad ſui deſtructionem, & ut ſit in malis.

Ut itaque ad ea revertamur, à quibus nonnihil ſermo deflexerat. Leges actionibus liberis moralitatem non conciliant. Quid ergo reſtat? An nulla itaque datur moralitas in actionibus? Ita certe, eſtque *ratio practica*. Voco rationem practicam, ut eam diſtinguam à ratione theoretica, qua erudimur de veritate rerum theoreticarum: quæ primo & ſua natura nullum reſpectum habent ad operationem: & ideo nulla ſcientia utcunque ſublimis & diffuſa ullam in ſe complectitur moralitatem; neque propter eam aliquis probior putatur; quamvis actiones morales bonæ ſemper rerum quarundam antecedentem cognitionem poſtulent. Sed de hac ratione ſupra ſatis ample locuti ſumus.

Eſt

Eſt itaque *ratio duplex*: alia ſpectat *veritates*, alia ſpectat *actiones naturæ rationalis*. Per priorem rationem judicamus bis ter eſſe ſex, totum majus eſſe ſua parte: per poſteriorem rationem judicamus, juſtitiam, clementiam, veritatem in dictis & factis, &c. eſſe virtutem, eſſe laudandam, eſſe rem pulchram, Deo, hominibuſque illam convenire: denique eſſe perfectionem abſolutam. Et hujus judicii, quantum ad rationem formalem virtutis, non poteſt dari alia ratio, quam illius, quo judicamus bis ter eſſe ſex: cujus veritatis ſi quis ulteriorem rationem petat, videtur velle cum ratione inſanire; quia per cognitionem intuitivam hoc cognoſco. At pariter per cognitionem intuitivam cognoſco, ſibi vindicare quod alterius eſt, hoc eſt, furari, aut injuſtitiam facere, malum morale eſſe. Eſt autem hæc *ratio* illa pulchritudo virtutis, qua ſua dignitate interiori & inſita lucet & fulget. Propter hanc rationem Deus virtutem naturaliter amat, eamque præmiis decorat & cohoneſtat: peccatum autem propter iſtius rationis abſentiam odit, & pœna perſequitur.

Et hæc ratio eſt illa *pulchritudo* virtutis, quam Deus neceſſario amat; & abſentia illius pulchritudinis in actionibus moralibus, arguit fœditatem peccati. Et hæc eſt ipſa illa ratio, per quam homo cognoſcit Deum eſſe peccatorum vindicem. Et cum intelligit & uſu cognoſcit, bonis & probis in hac vita non omnia feliciter evenire; improbis autem non ſemper iniquiore conditione eſſe, inde recte concludit pœnam & præmium hominibus poſt hanc vitam paratam eſſe. Quæ cognitio confirmatur, augetur, & cumulatur in homine hac cogitatione, quod percipit ſe in hac vita veram beatitudinem adipiſci non poſſe; neque leges naturales etiam perfectiſſime ab aliquo præſtitas beatitudinem ipſi conciliare poſſe propter mortis neceſſitudinem, ægritudines & vitium atque malitiam, ſi non ſuam, ſaltem aliorum, quia vim non habet aliorum libidini nocendi modum ponere aut coërcere: nec invenit in quo ſuaviter conquieſcat, & ita beatitudine fruatur: atque ita inde diſcit omnes ſuas ſpes conferre ad beatitudinem adipiſcendam poſt confectum hoc vitæ ſpatium. Et quia propter rationes ſupra traditas dubitare non poteſt, quin Deus virtutem amet, & peccatorem oderit: inde recte conficit, ſe tantum per virtutem ad veram beatitudinem graſſari poſſe; & ſe per peccatum ſibi miſeriam accerſere. Et poſtquam illa vera Dei cognitione animus eſt informatus, intelligit omnia caduca exiguum aut nullum momentum habere ad veram beatitudinem comparandam; & ideo virtutem non amplius colit, ut fluxum & fragile bonum ſibi paret; neque eam amplius ad homini in hac vita beatitudinem conciliandam appoſitam ducit, quia peccatum illum uſum corrupit, ſed ut Deo placeat, eique grata præſtet, à quo beatitudinem tamquam *præmium* exſpectat. Et cum ratio doceat, eum, qui alterius favorem ſibi parare velit, illius gratia, cujus favorem expetit, non propter ſuum commodum, officium ſuſcipere debere, ideo omnia ſua ſtudia refert ad Deum tamquam ad finem ultimum. Et quia porro ſe infirmum experitur ad ſectandam virtutem, ideo à Deo auxilium gratiæ petit. Atque ita in proclivi eſt ex his principiis manantem cultum naturalem in aperto ponere: ſi ordo hoc jam poſtularet.

Omnia itaque, quæ ſupra in medium prolata ſunt ad probandum virtutis rationem formalem non eſſe petendam à conſervatione ſui, aut ab aliis utilitatibus, ſed ab ipſa *ratione æterna*; & virtutem per ſe & propter ſe expetendam eſſe, veriſſima eſſe arbitror: nullam enim agnoſcimus virtutem, quę non ſit gratuita: qui enim voluptate, aut utilitate tamquam mercede ad officium impellitur, illa non eſt virtus, ſed fallax ſimulatio, imitatioque virtutis. Quemadmodum etiam id honeſtum dicimus,

quod

quod tale eſt, ut detracta omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibuſque per ſeipſum poſſit jure laudari. Et ideo ſtatuo formalem rationem virtutis tradi poſſe, quamvis nondum probatum ſit, exiſtere Deum, qui mundum gubernet, & leges hominibus præſcripſit: quia ratio virtutis antecedit talem legum promulgationem: eſtque ſicut antea diximus, res juſta & ſancta, non quia legibus imperatur; ſed quia res eſt juſta & ſancta, ideo legibus imperatur.

Agnoſco tamen, ex ſententia Adverſariorum hanc veram doctrinam ſequi: nempe aliquem non agnoſcentem Deum ut mundi gubernatorem, non teneri ſectari virtutem, ſi plus delectationis percipiat, majoraque vitet incommoda virtutem deſerens, quam ſi illi conſtanter adhæreat. Hoc præterea illis concedo, quamvis ſingulorum actuum virtutis finis *cui* non debeat eſſe bonum, utile aut jucundum illius, qui illos actus exerit: finis tamen generalis operis debet eſſe tale bonum, nempe quo conſervatio ſui continetur; & opera, quæ ſua natura eo non ducunt, virtutis nomen tueri non poſſunt. Ita pari ratione finis *cui*, ſive finis operantis ſingulorum, qui virtutem operantur, non eſt præmium aut fuga damni, ſed eſt ipſa virtus. Attamen à ſingulis virtutis officiis recte abſtinemus, quando illa conſtituuntur in illis circumſtantiis, ut illorum *finis operis* aut *finis cujus* non ſit beatitudo & felicitas. At quando Deus non conſideratur ut mundi gubernator & judex; quique aliquando unicuique diſtributurus eſt ſecundum opera ſua, tunc *finis operis*, virtutis nempe, non eſt felicitas aut beatitudo. Nam quod dicunt probum ſemper eſſe beatum, quamvis multis exerceatur moleſtiis & incommodis: quaſi conſcientia recte factorum omnem ægritudinem obtunderet & tolleret: ſicut iis evenit, qui ſtudiorum cauſa vigiliis ſe macerant, multoſque labores contra naturam ſuſcipiunt; & cum ſummo tamen gaudio eruditionis amore eas ſuſtinent, id oratione aſſerere in proclivi eſt, ſed ſenſu & uſu refutatur: & ſtatus, in quo experimur dolorem, à beatitudine alienus eſt. Is enim ſummum bonum ſolummodo eſt conſecutus, qui eſt in gaudiis nullo adjuncto bono: conſiſtit enim ex omnium ſententia, vita beata ex plenis perpetuiſque gaudiis. At quis neget dolore affici eſſe malum? Aut quis aſſerat virtutis eam vim eſſe, ut omnem dolorem & triſtitiam obruat? Aut quæ vera prudentiæ præcepta nobis imperant ut optatius ſit, omnes corporis dolores perpeti, quam latum unguem à virtutis tramite declinando ſe à dolore vindicare, nullam aliam metuens pœnam & incommodum, quam conſcientiam peccati. Non male certe illi calculum ponunt, qui animæ immortalitatem negantes, dicunt: edamus & bibamus, cras moriemur: hoc eſt, obſequamur noſtræ libidini, & in iis nos oblectemur, in quibus plurima delectatione fruimur.

Quod autem crepent in virtutis uſu veram tantum oblectationem eſſe: reliquas voluptates eſſe inanes, nihilque habere lætabile, id nunquam perſuadebunt iis, qui in corporis voluptatibus, aut in applauſu populari, aut in amplis honoribus, aut in eruditionis aut virtutis bellicæ gloria, aut in divitiis & affluente fortuna ſummum ſuum bonum collocant: qui uno reſponſo eludent pulchros illos, & ad modum & numerum extructos à Stoicis in laudem virtutis ſermones; quiſque abundat ſuo ſenſu: fruatur quiſque ſuo genio: mea mihi pulchra placent. Imo Stoici, qui tantopere ſeſe jactant in illa ſententia, qua ſtatuunt virtutem propter ſe expetendam eſſe; fatentur tam graves aliquando caſus homini poſſe incumbere, ut jure ſibi mortem conſciſcere poſſit, quo ſeſe dolore liberet. Cui pugnare non lubet, inquiunt, ei fugere licet, & ſtationem deſerere: cui autem placet plagam potius excipere, quam turpiter fugere, ei licet in ſtatione ſua manere. Et ita manifeſto



vir-

virtutem non ante omnia ponendam eſſe docent: cum ærumnarum vitandarum cauſa vita ſe privantes virtutis uſum ſibi interdicunt. Et certe non video, quo argumento ærumnoſus homo, probus tamen induci poſſit, ut malit in cruciatibus vitam producere, quam voluntaria morte illos puncto temporis extinguere; ſi non ſciat & credat Deum eſſe, qui ipſum in ſtatione collocavit, quam injuſſu ejus deſerere non debet. Eſt itaque virtus propter ſe expetenda; & finis operis virtutis eſt beatitudo: at virtutis ratio propter miſerias & infirmitates, &c. quibuſcum homo in hac vita conflictatur, ea jam eſt, ut nos ad veram beatitudinem ducere non poſſit, niſi interveniat Deus; qui ut gubernator & judex mundi; atque ita ut cauſa moralis, illum finem operis virtutis provehat ad veram illam beatitudinem. Et qui docent homini fas non eſſe intuitu præmii & beatitudinis virtutem colere, etiamſi per intellectum ei liceat videre & prævidere, quod ipſum beatitudo manet, illi idem quod nos urgemus, docent: aut ſaltem per quædam involucra & integumenta à nobis traditam veritatem perſpexerunt.

Hæc dum ita ſe habeant, merito nobis ſubit miſeranda hominis conditio, quod cum reliquæ creaturæ quæque in ſuo genere facile felicitatem ſuam aſſequantur, homini tamen nec virtutes nec vitium ſectando, liceat, aut fugere dolorem, aut plenum gaudium aſſequi: ita ut alterutrum ſtudium ipſum per ſe tamquam finis operis, ducere poſſit ad beatum ſtatum. Quod quidem gentilibus argumento eſſe debuit generi humano aliquid ſiniſteritatis eveniſſe, propter quam tam iniquo ſubjectum ſit fato, eamque à peccato defluxiſſe; & ſimul eam mentem iis debuit injicere, poſt hanc vitam bonos præmium,& malos pœnam manere.

Ut itaque omnia, quæ ſuperius ſparſim & pro re nata, de moralitate & voluntate hominis in hoc & præcedenti capite diximus,in ordinem & compendium redigam,ſummam argumentorum & reſponſionum, ad quæ omnia referri poſſunt, exponam, ut Lectoris animus minus diſtractus & vagus fluctuet. Docemus hominis naturam talem non eſſe, ut ex vi ejus naturæ omnes ejus operationes vel effectus, qui ad datam ejus naturam ſequi videmus, non ſequantur: ſed ſtatuimus in hominis natura eſſe facultatem & potentiam, qua homo non neceſſario obediens naturæ, aut univerſi legibus, *ſua ſponte* ſe determinat atque modificat. Illam potentiam aut facultatem mentis humanæ *voluntatem* vocamus: ipſas autem ſpontaneas determinationes voluntatis, *volitiones & decreta.* Docemus potentiæ illius illam eſſe proprietatem, quod *prævia cognitione* ſe in actum concitet. Cæterum illæ præviæ cognitiones nobis adſunt vel uſu & experientia, vel nobis ſunt innatæ: quæ uſu & experientia nobis adſunt, ſunt illæ, quarum mens fit particeps ex conjunctione ejus cum corpore: innatæ autem ſunt illæ, quæ illi conjunctioni tribui non poſſunt: quales præter alias multas ſunt v. gr. injuſtitiam eſſe peccatum. Per injuſtitiam intelligo actionem voluntariam, per quam alteri eripitur quod ſuum eſt. In hac actione duo ſunt conſideranda, I. Contradictio. II. Illa affectio mentis, qua illud improbamus tamquam malum morale. Contradictio ratione cognoſcitur: malum morale, ſive potius idea mali moralis, illam contradictionem ultro comitatur: quatenus mens ita facta eſt à natura, ut eam improbare tamquam malum morale neceſſe habeat; & quod malum morale quia ex pugna cum ratione practica naſcitur, deformitatem vocamus. Eſtque illa improbatio in nobis tam naturalis, quemadmodum ſtudium & conatus nos conſervandi: qui eſt vis mentis in natura ejus incluſa, qua ſui deſtructionem velle non poteſt. Ita moralitas ſive ratio practica mentis, menti naturalis & innata eſt, quia eſt rationalis, & quia ea ratione mentis natura

tura continetur; & propter quam rationem menti innatam malum morale non poteſt non improbare & damnare: eſtque vis illa conſcientiæ à Deo nobis una cum natura data; & quæ ideo à nobis divelli non poteſt.

Porro quemadmodum vis mentis, qua noſtri conſervationi ſtudemus, eſt ipſa natura mentis; & quemadmodum illa ſe non exerit propter aliquem finem: ſed in illa ipſa finis ipſe eſt; ita illa approbatio & improbatio, ſive idea pulchritudinis in virtute, & deformitatis in peccato, eſt de ipſa mentis natura, quatenus eſt *natura rationalis*. Neque ultra quærenda eſt cauſa, quare ad aliquam contradictionem moralem ſequatur illa idea deformitatis; quia eſt in ipſa illa contradictione, imo ab ipſa illa contradictione morali non differt niſi cogitandi modo. Non itaque extra contradictionem moralem quærenda cauſa deformitatis mali moralis, qualis à quibuſdam fingitur, damnum aut impedimentum ad ſe conſervandum. Sic pariter ultra convenientiam cum ratione practica, quam mens in virtute conſpicit, non eſt quærenda alia cauſa pulchritudinis in virtute, aut cauſa applauſus mentis, quo virtuti tamquam rei bonæ aſſenſum præbet, præter illam mentis naturam, qua eſt rationalis. At quamvis homo uſu & experientia cognoſcat committi ab hominibus actiones, in quibus contradictio moralis reperitur: idea tamen contradictionis moralis non oritur ex actionibus, ſed mens eam cognoſcit in actionibus vi rationis innatæ, quæ ipſa mens eſt, quatenus eſt rationalis: & à qua ratione malum morale deviat. Neque illa ratio petitur ab aliqua lege, aut ad eam appenditur; neque etiam ab aliquo commodo aut incommodo phyſico: ſed eſt notio prima per ſe nota; & ideo non ad aliud principium examinanda: quamvis actiones examinandæ ſint utrum in illis detur aliqua ratio moralis aut contradictio; an vero ab omni moralitate ſint immunes. V. Gr. contra naturalem dignitatem aliquid committere eſt impudentia: *eſtque in moralitate notio prima. An autem aliqua hominis actione tale quid ſit perpetratum, id petendum ex actionis circumſtantiis: quod quidem longe diverſum eſt ab eo, quo quæritur, quare contra dignitatem naturalem agere ſit peccatum: nam hominis dignitas naturalis neque à lege, neque à conſuetudine, neque ab utilitate aut damno phyſico naturam ſuam mutuatur. Neque homine aliquid dignum aut indignum eſt, quia illo aliqua beatitudo & felicitas paratur, aut amittitur: ſed quia illo aliquid dignum aut indignum eſt, ideo aliqua beatitudo aut miſeria illi inde paratur. Neque ratio contradictionis moralis in eo vertitur, v. gr. niſi Deo obediam, machinor mihi aliquod damnum: ſed in eo quod ingratum, ſuperbum eſſe, Numen reverenter non habere, ſe primam cauſam conſtituere, & ita omnia ad ſe & utilitatem ſuam revocare eſt agere contra rationem: & quamvis nullum homini inde naſceretur incommodum, quod tamen cogitatione fingi non poteſt, non fineret in hujuſmodi hominis actione eſſe contradictionem, quamvis tunc quidem nulla eſſet cauſa, quare potius Deo pareret quam libidini ſuæ obſequeretur: & in eo ſenſu non ageret contra rationem; ſed tamen ejus actiones vitioſitate morali non carerent. Quamvis itaque formalis ratio moralitatis non contineatur utili aut inutili: ab iis tamen recte argumenta deſumuntur, quibus ad virtutem homines exhortamur, & à vitiis revocamus.*

Sed revertor ad voluntatem: eſt itaque voluntatis proprietas ex prævia cognitione agere. Nunc examinandum primo, an illæ præviæ cognitiones neceſſario in nobis oriantur. Secundo, an ea ſit vis mentis, quam nunc voluntatem vocamus, in nobis, quæ illi præviæ cognitioni non neceſſe habeat obedire. Tertio, quomodo ſit diſtinguendum inter impetum mentis ex naturali conſtitutione mentis, qua ſe conſervare nititur, ortum, & inter voluntatis

tis actionem. Ad ultimum reſpondebo primum. Quando homini aliquid evenit, *quo vim ſe conſervandi majorem vel minorem experitur, gaudet vel lætatur gaudio & triſtitia naturali non morali*: eſt enim illa idea lætitiæ & triſtitiæ malum vel bonum ipſum, ſed non bonum aut malum morale: nam ſive homo ex ratione agat ſive non, ſive agat ſive patiatur aliquid, quo in ſe experitur majorem vel minorem ſe conſervandi vim; inde ſemper ſequitur lætitia vel triſtitia: quia homo ſemper nititur ſe quidem conſervare, ſed illud ſtudium non ſemper *ex ratione* procedit. At quando homo gaudet, lætatur aut contriſtatur, quia operatus eſt ſecundum aut contra rationem, illud gaudium aut illa triſtitia nihil aliud eſt quam approbatio aut improbatio mentis, quatenus aliquid ſecundum aut contra rationem operatam ſe eſſe putat. Neque pro fundamento habet ſtudium ſe conſervandi, aut illum mentis conatum, quo ſe conſervare nititur: ſed ſæpius hæc inter ſe pugnant; & triſtitia naturalis oritur in nobis etiam cum patimur: at triſtitia moralis nunquam niſi quando agimus. Et ſi homo ſola ratione duceretur, neque affectus eſſet illa infirmitate, quod etiam inadæquatis ideis duci poſſit; & ita falli, & malum morale operari, tunc homo bonum operaretur nullam habens ideam mali. Neque bonum operaretur ex metu mali; neque etiam ex conſideratione quod illo bono ſuum eſſe tuetur; quia ignoraret quid eſſet non eſſe: quemadmodum is qui edit, quia eo natura ipſum ducit, non ideo edit, quia bonum eſt edere ut ſe conſervet; ediſſet enim, etiamſi ignoraſſet homini mortem & interitum evenire poſſe: ita qui ſola ratione ſemper ductus fuiſſet, bonum operatus fuiſſet, quia rationis erat ita agere; non quia intererat ita agere ut ſe in ſuo eſſe tueri poſſit. Quod mihi quidem irrefragabile argumentum eſt moralitatem petendam eſſe ex alio fundamento quam ex ſtudio ſeſe conſervandi: approbationem & improbationem mentis ſuper actione morali non natam ex conatu mentis, quo ſe *conſervare* conatur, ſed ex mentis natura, quatenus *rationalis* eſt, ſequi.

Neque recte hoc argumentum in nos retorqueri poteſt, nempe inde ſequi in hominum actionibus non dari cauſam finalem, ſed unamquamque rem agere quemadmodum natura eſt affecta; aut ut *Spinozæ* verbis utar, *ad datam quamcunque rem neceſſario aliquem effectum ſequi*. Hominem itaque qui ſolummodo ratione ducitur, & in ſumma libertate vivit, non boni alicujus conſequendi aut mali fugiendi cauſa virtutem operari; neque ullum finem ſibi proponere: ſed ita agere, quia ejus in libertate conſtituta natura eò aurigatur. Urgentes porro rem in reliquis omnibus hominum actionibus ſe ita habere, eas ſc. non propter aliquem finem fieri: ſed quemadmodum Cicero docet, Apum examina non fingendorum favorum cauſa congregari, ſed cum congregabili natura ſint, fingunt favos. Sic homines natura congregabiles & congregatos adhibere agendi cogitandique ſolertiam, qua leges & bene conſtitutæ Reſpublicæ naſcantur. Parentes non propter aliquem finem bona præbere liberis, nempe ut ipſis bene ſit, ſed quia naturaliter liberis bene volunt, ideo educandorum liberorum curam ſuſcipere. Homines non vindictæ ergo gladio ſe armare, aut rem ad manum vocare: ſed quia ad ſic agendum ſpirituum & ſanguinis temperamento & motu feruntur, ideo ad vindictam inſtrumenta parare. Homines non ſuæ utilitatis quærendæ cauſa coire in ſocietates civiles: ſed quia naturaliter ad ſuum quærendum feruntur, ideo de conſtituendis civitatibus cogitare. Quemadmodum viri non conſueſcunt cum muliere ut liberos procreent, ſed liberis operam dant, quia Veneris ſtimulis parentes eo ducuntur. Nos medicamenta ſumere non ut ſanitatem adipiſcamur, ſed quia conatus noſmet conſervandi nobis eſt naturalis, ideo iſtius conatus

natus naturalis ductum ſequentes ad me-
dicamentum ſumendum progredimur:
quemadmodum non cantamus ut hilari-
tate fruamur; ſed quia hilares ſumus,
ideo cantamus. Dicunt itaque *Spinoſiſtæ*,
ex hujuſmodi effectibus ſe invicem ſubſe-
quentibus non licere quicquam conficere
quod valeat ad aſtruenda mentis *decreta*:
ſed nos tantum iſtorum appetituum con-
ſcios eſſe, & ejus cauſam ignorare, aut
ad eam non attendere & animadvertere.
Quod etiam inde manifeſtum eſſe dicunt,
quod finis, cujus cauſa aliquid agere præ
nobis tulimus, conſideratio ceſſat, quan-
do cauſa noſtri appetitus ſeſe nobis prodit:
quod tunc nobis evenire contingit cum
expleta cupiditate, & ceſſante naturali
impetu propter ſpirituum immutatum
motum, non autem propter finis conſe-
quutionem, (quem revera non intendi-
mus) ipſe appetitus ceſſat. Ita agnoſci-
mus in vehementi ira, aut in libidine ad
coitum nos tantum illi paſſioni obediiſſe,
neque ullius alius cauſa egiſſe: quia ex
pleta cupiditate animus ab omnibus illis
alienus eſt, quorum cauſa videbamur
egiſſe; ita ut ipſa expletio appetitus ſit
finis appetitus. Ita pariter parentes non
excitant in ſe amorem & charitatem erga
liberos, ut illis benefaciant; ſed quia cha-
ritate erga liberos naturaliter affecti ſunt,
ideo omnia bona illis procurant. Ita ut
cauſa finalis nihil aliud eſſe videatur præter
hominis appetitum, quatenus alicujus
*rei veluti principium & cauſa primaria conſi-
deratur.* Et quæ ratio iſtorum Parentum;
v. gr. pietati tamquam virtuti tribuere
quod liberis bene velint: qui in reliquis
vitæ actionibus nullum ſanctitatis & virtu-
tis ſtudium oſtendunt; & devii ſemper
præcipites ad omnia vitia feruntur: ita ut
in iis manifeſtum eſſe videatur omnem
amorem parentum erga liberos eſſe *naturæ
impetum, non virtutem ex mentis decreto
procedentem* Et ferme in omnibus homi-
num vitæ actionibus comperies virtutes
eorum non tam ab animi decretis, quam
naturali & phyſico *appetitu nato ex cor-
poris & cerebri conſtitutione naſci*, *quan-
do intelligis mutato illo temperamento*,
*aut motu ſpirituum*, *aut deletis aut muta-
tis cerebri notis*, *quibus mens ad imagi-
nandum utitur*, hominum judicia, ſtu-
dia & vitæ inſtituta mutari. Ita aliter
juvenes, aliter ſenes; aliter viri, aliter
mulieres; aliter iracundi, aliter quando
ira deferbuit, de infinitis rebus judicant.
Ita ut ſi homines bene expenderent ſuas
actiones, experiitentur ſe nullam majorem
cauſam habere quod ſibi applaudant in vir-
tute, & in vitiis ſeſe vexent conſcientiæ
morſibus, quam quod triſtes ſunt cum
jejunant, & hilares quando pluſculum
ſumpſere vini. Et ſi aliquis non ſenſibus,
appetitu aut imaginatione ducitur ſed ra-
tione; qua ſemper idem de rebus fert ju-
dicium, id acceptum referat ſtatui ſuo
libero, in quo liberatus à ductu & magi-
ſterio inadæquatarum idearum, mentis
viribus ſolis uti illi eſt conceſſum: quem-
admodum hoc futurum eſt in cœlis. Et
illis in ipſo virtutis opere finis ſolummodo
eſt conſtitutus.

Reſpondemus: nos in ſuperioribus
fundamenta ſolutionis iſtius objectionis
jeciſſe. I. Dicendo virtutis & vitii ratio-
nem formalem non eſſe ducendam à cog-
nitione boni aut mali, quod virtute vel
vitio nobis parari poteſt: & ita ea ratione
virtutis rationem formalem non continere
operationem, quæ ſuſcipitur propter bo-
num aliquod acquirendum, aut propter
malum aliquod fugiendum: & ſic conce-
dimus ea ratione virtutem non exerceri
propter finem. II. Docuimus hominem
poſtquam lapſus eſt, vel (ut inhæream
loquendi modo *Spinozæ*) quia inadæqua-
tis ideis afficitur; & quia ideo multis mo-
leſtiis ejus vita obnoxia eſt, propter bo-
num conſequendum aut malum vitandum
agere tamquam propter finem, nimirum
ut virtutem ipſi libero à miſeria exercere
liceat: ita ut quamvis virtutem propter ſe
expetat; quia tamen ea eſt ipſius conditio
ut

ut virtutis exercitatio ipſum à miſeria in hac vita immunem præſtare non poſſit; novitque homini virtutem colenti præmium eſſe propoſitum, quod ipſum conſtituet omni dolore vacuum, & replebit omni gaudio, ideo virtuti alacriori animo ſe dat, non quod aliter eam non ſectaretur, ſi illi præmium non eſſet propoſitum, ſed ut ejus exercitationi vacare poſſet ſine dolore. Et quia uſu cognovit bonum & malum, ideo inſtructus & imbutus eſt illa cognitione, quæ primo requiritur ut aliquis propter finem agat. Hominem autem propter finem agere, & decreta mentis formare, atque idcirco libertate præditum eſſe, multis argumentis in ipſo hoc Tractatu ſparſim recenſitis probavimus. Reliqua argumenta Adverſariorum nihil aliud probant quam temperamentum, ſpiritus, vim imaginationis plurimum valere ad formandos hominum mores: & homines plurimos falli tribuentes virtuti & vi mentis atque voluntatis, quod eorum appetitui & imaginationi tantum acceptum ferendum ſit: cum vera virtus ex ratione procedere debeat. Et ita evenire multos homines totum ſuæ vitæ inſtitutum non ratione ſed imaginatione regere; multoſque admodum male calculum ſuum ponere, qui virtutis ſtudio & probitati tribuunt, quod tantum appetitui naturali, aut temperamento, aut imaginationi acceptum ferendum eſt: ſequentes non quod rationis dictamen ipſis imperat, ſed quo corporis & cerebri conſtitutio ipſos ducit. Et *Spinoſiſtarum* oratio recte in nobis ſuſcitat cogitationem & curam bene examinandi noſtras actiones, utrum rationem an appetitum aliquem pro principio habeant: & utrum à determinatione proficiſcantur, & conſcientiæ noſtræ applauſus eam ſequatur; an vero illa mentis conquieſcentia oriatur ex conſtitutione & motu corporis & ſpirituum, menti gratis. Sed ex hiſce omnibus *Spinoſiſtarum* objectionibus tantum confirmatur doctrina Chriſtiana de peccato originali, & connata hominis corruptione, qua mens ſui obliviſcens, neque ſuis viribus & ſe dignis, utens corporis affectionibus, ſe nimium affici ſinit, iiſque obedit.

Ad ſecundum reſpondemus: ideas ſive veras ſive falſas & fictas nihil poſitivi habere, quo falſæ aut fictæ dicantur, ſed eas ut falſas aut fictas æſtimari ex ſolo defectu cognitionis. Judicat itaque homo, fugit aut appetit ſecundum ideas, quas habet præſentes; & ita ſecundum majorem vel minorem cognitionem, quam de re habet: ita ut ſi homo non eſſet imbutus ideis quibuſdam, quibus de alicujus rei abſentia docetur, procederet in judicando & decernendo quemadmodum ſomniantes; qui infinita ſibi præſentia imaginantur, quia non habent ideas præſentes, quæ ipſos doceant rem, quam præſentem imaginantur, præſentem non eſſe. Infantes itaque & omnes illi, qui deſtituti ſunt ideis neceſſariis ad vitæ curſum adminiſtrandum; & qui præſertim eâ deſtituti ſunt, qua ſciunt per cognitionem reflexam ſe poſſe agere quicquid lubet, hoc eſt, ſe eſſe voluntate præditos, illi neceſſario agunt, & neceſſario ſuæ cognitioni parent & obediunt. Et concedimus nullo argumento à priori poſſe probari in infantibus eſſe voluntatem: quia ſpontaneitas in iis ſeſe non magis prodit, quam in brutis; ſed quia ex ſubſequentibus actionibus (quas oſtendunt quando infantilem ſtatum ſupergreſſi ſunt) intelligimus in iis eſſe voluntatem; ideo etiam infantibus voluntatem, ſpontaneitatem & decreta tribuimus, quamvis certo & neceſſario omni libero arbitrio orbati ita agant & operentur, quemadmodum illos operari conſpicimus: eſt itaque quidem in infantibus aliud principium quam in brutis, quia à ſubſequentibus actionibus infantum rem ita ſe habere edocemur; attamen illud principium in illis, quamvis voluntarium, non tamen ita liberum eſt ut eam moralitatem conſtituere poſſit, quæ hominibus in hac vita adhæret ex libero ejus arbitrio,

Dici-

Dicimus ex uſu liberi arbitrii: quia poſſet infantium actionibus aliquid vitii adhærere ex peccati originalis effectibus: quod vitium omnes ferme Theologi attribuunt infantium operationibus, etiam ante rationis uſum editis, qui infantibus etiam in utero matris exiſtentibus tribuunt *cogitationes & determinationes* ab infantium mente profectas: quam quæſtionem tractavimus in Tractatu de *Juſtitia Divina & Humana* ſub titulo de *peccato originali*.

Et ſi toto decurſu vitæ hominis ideæ menti hominis æque neceſſario præſentes eſſent, quam ſunt infanti, ita ut ſua ſponte & libere alias atque alias ideas aut excitare non poſſet, aut eas per memoriam præſentes habere; aut aliis ideis non eſſet imbutus, quam infans recens natus, nec ex ullis conſequentibus actionibus conſtaret hominem facultate præditum eſſe excitandi ideas pro libitu, nulla eſſet ratio quare homini voluntas tribueretur, decretum aut determinatio, quæ infantibus convenire à poſteriori (ut jam diximus) probamus: ſed omnia recte tribuerentur menti neceſſario agenti ſecundum præſentem ſuam conſtitutionem: ſecundum axioma, *ad datam quamcunque rem, aut ejus rei affectionem, ſequitur certus & determinatus quidam effectus*.

At quæritur quomodo nos ſcire poſſumus nos ſponte noſtra ex libertate voluntatis ideas novas excitare; & non omnes neceſſario in nobis oriri: putantes tamen libere eas à nobis excitari, quia cum earum conſcii ſumus, & ad illarum præſentiam appetitus aut fuga in nobis excitentur, exiſtimamus totum illud in nobis oriri per voluntatem. Saltem conſtat adultis multas ideas in mente verſari, quarum cauſa libera non ſunt: v. gr. in ira ideæ quæ vindictæ ſtudium continent: idem evenit in libidine Venerea. Et quando illos pravos affectus oppugnamus, qui tamen ultro recurrunt, tunc facile nobis perſuademus illos nobis non volentibus in nobis oriri; quare idem non eſt dicendum quando illis malis affectibus obedimus: ita ut illa obedientia tantum ſit appetitus rei gratæ, cujus appetitus nobis ſumus conſcii: & ita pugna in nobis non oriatur à voluntate, ſed à cerebri conſtitutione; & appetituum pugnantium ille vincat, qui ſecundum leges motus validior eſt: quemadmodum fit in brutis. Ut inde recte confici puteturex ſimplici illa determinatione, quam in nobis experimur, non poſſe probari hominem voluntate eſſe præditum: atque ita ideam libertatis in nobis natam ex ignorantia cauſæ nos determinantis. Unde etiam natum nos tunc putare nos maxime liberos agere, & noſtræ ſpontis eſſe quando leviter aliquid appetimus; quia cauſa noſtræ determinationis minus in aperto eſt. Ita putamus nos maxime prodere indicium libertatis noſtræ voluntatis aut liberi arbitrii, quando nulla ratione nos movente ad prodendum argumentum & exemplum liberi noſtri arbitrii, digitum extendimus aut contrahimus: non hoc inde videtur oriri, quia magis liberi ſumus; ſed quia nullæ ſunt diſpoſitiones in cerebro, neque ulli motus ſpirituum, qui efficiunt quare in hanc potius, quam in illam partem incumbamus: neque mens eſt imbuta ulla idea, qua affecta ad unum tantum determinetur, ut ſolet fieri quando idea magni boni aut magni mali eſt affecta. Quod autem invicem & quidem cum ordine nunc digitum porrigam, nunc contraham, id non exiſtimandum oriri à decreto mentis, ſed ab ideis & ſpirituum curſu excitatis ex ſermone v. gr. de libertate arbitrii: quemadmodum ex oratione aut cogitatione de illata nobis injuria ideæ vindictæ & motus ſpirituum ei convenientes excitantur. Et quemadmodum, quando ambigimus & hæſitamus quid de duobus electuri ſumus propter obſcuras & difficiles rationes, quæ in re ſunt, & utroque trahi poſſunt, nunc huc nunc illuc impellimur: quæ animorum vicillitudo à decreto non videtur oriri; ſed ab idea rei ambiguæ, quæ illam reciprocationem.

onem motuum ſpirituum, & cujus mens eſt conſcia, in nobis efficit.

Ad hanc difficultatem reſpondemus nos ex ſimplici conſcientia, quam de noſtra determinatione habemus, ſcire poſſe utrum voluntate præditi ſimus: quia ſumus conſcii intimæ determinationis mentis noſtræ, qua afficimur quando nos determinamus; neque in eo falli poſſumus, non magis quam falli poſſum me cogitare quando cogito: omnes enim cogitationes ſunt ſingulares, & ſuis formis diſtinguuntur: non itaque ſcirem me cogitare, niſi quia me hoc vel illud cogitare, ſciam. Fateor tamen hoc argumentum à conſcientia meæ cogitationis, me nempe me determinare cum cogito me determinare, deſumptum, maximam etiam vim acquirere ab aliis argumentis incluſis in illa idea voluntatis, quam in nobis experimur: qualia ſunt, ideam voluntatis & liberi arbitrii non eſſe ideam falſam; moralitatem in actionibus dari; & mentis de illa moralitate judicium tam nobis innatum eſſe, quam illud, quo ſtatuimus bis ter eſſe ſex. Moralitatem itaque includere libertatem arbitrii. Nos naturaliter aliter affici de re turpi, & vitioſitate morali, quam de re vitioſa & noxia naturali. Abſurdiſſimum eſſe ſtatuere hominem non agere propter finem: & artificioſa opera, quibus homines pluribus annis continuis incumbunt, & ordine admirabili exequuntur, manare à conſtitutione materiæ corporeæ, homine nullis ſuis decretis illum ordinem aut conſtituente aut regente. Et quæ ſunt hujuſmodi, quæ ſparſim in hoc Tractatu in medium prolata ſunt. Denique cumulando præcedentia argumenta argumento (ut vulgus loquitur) ad hominem, dicimus minus repugnare dari ens, quod libere ſe determinet; quam hujuſmodi dari quod neceſſitate naturæ ſuæ ſucceſſive tam diverſa per ſe operatur, nec ab alia cauſa ad agendum determinetur. Hoc mihi tam manifeſto contradictionem importare videtur, quam bis ter eſſe ſeptem.

Neque (ut hoc præterea addam ad elucidationem argumenti pro voluntate à moralitate ducti) naſcitur illud judicium mentis de moralitate *ex errore*: quia ex ratione agere non eſt aliquid imaginarium, neque fictitium: quemadmodum nec clara & diſtincta cognitio. At quando contra rationem egimus, non tantum contriſtamur, ſed etiam niſi prorſus depuditum eſt, pudore ſuffundimur; & mali moralis idea mentem occupat. Et hoc tam naturale homini eſt, quam ipſi naturale eſt ſuum utile quærere. At ille pudor non poteſt oriri in nobis, ſi hominis mens non eſſet affecta idea moralitatis. Eſt igitur voluntas & liberum arbitrium in nobis: datur itaque etiam moralitas; ejuſque idea in nobis eſt quemadmodum omnes notiones primæ: quarum probatio aut cauſa à priori non eſt petenda; neque etiam à lege, neque à commodo aut incommodo ad noſtri conſervationem formalis ejus ratio petenda eſt. Eſtque virtus propter ſe expetenda; neque tamen hominem per ſe tamquam *per finem operis* ad beatitudinem ducere poteſt: ſed ad illam aſſequendam intervenire debet Deus tamquam Rector & gubernator mundi, qui virtuti operam navantibus promittat vitam, qua perpetuo virtuti vacabimus vacui ab omni dolore: non eſſet alioquin ratio, quare aliquis non mallet committendo peccatum ſe à miſeria vindicare, quam adhærendo virtuti malle ſemper in doloribus verſari deſtitutus omni ſpe liberationis ex eiſdem.

Ut igitur tota moralitatis ratio conſtet, probandum eſt dari Deum, de cujus natura eſt recta *ratio*, & à quo omnis moralitas, quæ in hominum actionibus reperitur, originem trahit: quatenus Deus creaturæ rationali largitus eſt rationem & fundamenta veri & juſti. Probandum itaque dari Deum, qui mundum regit, qui impietatem odio habet, eamque puniturus eſt: qui pietatem amat, eamque aliquando præmiis eſt remuneraturus. Ut autem hæc

res

res commode expediri poſſit, rem paulo altius acceſſam: idque eo magis, quia inter doctos hujus ævi tam diverſa inſiſtitur via ad Dei exiſtentiam probandam; varianteque ſententiæ quid homines per Deum intelligant. Quando de Deo ejuſque exiſtentia diſputatur, non hoc controvertitur, an nomen *Dei*, materialiter ſumptum, ſit & exiſtat: non enim eſt dubium, quin illud nomen voce prolatum, aut ſcripto conſignatum, eſt & exiſtit, quando ab hominibus ita profertur. Neque etiam eſt dubium, quin vox *Deus* ſit vox Latina, atque ita non omnibus nota; neque etiam ideo ab omnibus gentibus agnita, ut producta & exiſtens, aut potens produci. Sed in eo diſputamus utrum conceptus ſive idea, quam homines habent de re, cujus nomen *Deus* apud Latinos nota eſt; & quem conceptum omnes Gentes, quæ conceptum de Deo habent, aliqua voce ad communicandum ſua cogitata aliis exprimunt, omnibus una eademque ſit.

Reperiuntur hodie nonnulli, ſed qui non ſunt alicujus ordinis, aut nominis inter doctos, qui exiſtimant homines multis de rebus ſermones longos habere poſſe, verbaque, ex quibus ſermones componuntur, apte connectere, nec ullum tamen rei, quæ verbis ſignificatur, conceptum habere. Plane eo modo, quo cæcus memoria valens, ex relatu & ſermone eorum, qui vident, didicit quædam diſſerere de coloribus; & eadem quæ oculis præditi, à quibus etiam verba & voces accepit, quando illi ſuas ideas & conceptus vocibus exprimebant, vocabula uſurpare, quamvis nullam colorum ideam habeat. Ita cæcus poſſet memoriter & ordine recitare omnia, quæ Philoſophi v. gr. de albedine diſſerunt: nullam tamen ideam, aut conceptum aut perceptionem albedinis habens. Ita exiſtimant homines carnales, & Spiritu Dei deſtitutos erudite de Deo, & noſtræ religionis myſteriis multa diſſerere, cum tamen nullum earum rerum conceptum aut ſenſum habeant: idque juxta doctrinam Pauli, *homo animalis non intelligit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.* Sed falſi ſunt illi homines; & in eo errore verſantur, quia non norunt diſtinguere inter affectiones aut commotiones mentis, quibus illa afficitur ex intelligentia rerum ſpiritualium, & inter earum rerum cognitionem & intelligentiam. Homo animalis, quamvis ex principiis tam ipſi, quam homini ſpirituali communibus, tam clare & diſtincte cognoſcat myſteria fidei, quam is qui Spiritu Dei ducitur, non ita tamen afficitur; & mutuans verba & voces à ſpiritualibus, per ea illas affectiones exprimet, quarum ipſe nullum ſenſum habet; & iiſdem verbis excitabit in probis illas affectiones, quibus ipſe caret. Quemadmodum cæcus recenſens memoriter ea, quæ de albedine Philoſophi diſſerunt, multarum proprietatum albedinis cognitionem generare poteſt in vidente, quæ videnti antea latebant. Ita Eccleſiaſtes, amore Dei carens, multa diſſerere poteſt de Dei amore, quibus in aliis ille amor accenditur, cujus tamen Eccleſiaſtes ipſe expers eſt. Hoc tamen diſcrimen inter cæcum & hominem animalem intercedit, quod cæcus nec colorum ideas, nec iis quicquam analogum habeat; ejuſque ſermo de coloribus eſt ſine ulla intelligentia: at homo animalis imbutus eſt iiſdem principiis cognitionis naturalis, & eodem affectuum naturalium ſenſu, quibus ſpiritualis: & illa naturalis cognitio & affectuum natura, quibus innituntur & adhærent cognitio myſteriorum Euangelii, & animi commotiones ſpirituales hominis probi ſunt eadem tam in probo, quam in improbo. Et regeneratio non inſerit homini novas notiones, ſed latentes excitat, & impedimenta, quæ obſtant quia ad bonam frugem non poſſunt ſoboleſcere, tollit. Gratia enim præſupponit naturam. Non itaque ex eorum aberrantium ſententia dici poteſt, homines ab aliis verba & voces diſcere potuiſſe, quibus quiſque in ſua gente Dei, ejuſ-

ejuſque attributorum naturam exprimat, nullum tamen eos de Deo conceptum aut ideam habere. Nam primo ab illis, qui hoc reſponſo uti velint, requiro quo modo evenerit, ut gentes omnes, vel ferme omnes, nomina, quibus Numen exprimunt, excogitarint, ſi ideam Dei nullam habeant: quis omnibus Gentibus illam mentem injecit, ut omnes nomina uſurpent ad aliquid exprimendum, cujus nullum habent conceptum? Cæcus verba, quibus albedinis *natura* declaratur, à Philoſophis videntibus mutuatus eſt. Et homo animalis ſua vocabula, quibus proprietates hominis ſpiritualis exponit, partim à ſe, partim ab hominibus ſpiritualibus deprompſit. At unde Gentibus in mentem venit rei, cujus nullum conceptum habent, voces & vocabula excogitare? Ineptior atque abſurdior hæc ſententia, quam ut in iis refutandis major ponenda ſit opera. Gentes itaque omnes per nomen *Deus* aliquid intelligunt; eique nomini aliqua vis, conceptus, & idea ſubjacet, quoties ab hominibus uſurpatur: quid autem illud ſit, inveſtigandum eſt.

Omnes Gentes habere nomen, quo Deum exprimant, ſuperiora evincunt: quemadmodum etiam ex præcedentibus manifeſtum eſt, illo nomine aliquem conceptum ſive ideam mentis denotari. Hinc pariter ſe prodit, in Gentibus cauſam, vel ſaltem *occaſiones* exiſtere, quæ ipſis injicit cogitationes excitandi *ideam* Dei. Occaſiones has eſſe arbitror, quod omnes gentes uſu, experientia & ratione cognoſcunt aliquid ſe perfectius & beatius: & ea cogitatio illis occaſionem & cauſam præbet cogitandi de Deo, ſive de ente ſumme perfecto.

Nullus homo eſt, qui aliquando ſe non bene habet, aliquando male: nullus qui non experitur ſe aliquando aliquid poſſe efficere, aliquando ſe viribus deſtitui; aliquando cum labore ſe aliquid ſibi comparare, aliquando ſimplici voluntate & ſponte quædam efficere, &c. Habent præterea omnes gentes virtutis & vitii ideam: illam rem pulchram & laudandam, hanc rem fœdam & odio dignam æſtimant. Ope horum conceptuum uſu & ratione paratorum, in proclivi omnibus eſt cogitare de Ente ſumme perfecto & beato, cui attribuunt omnes perfectiones, quas mente aſſequi poſſunt: ita veniunt in cognitionem ſummæ felicitatis. Neque aliquid plus reconditi invenio, per quod in nobis excitetur idea, ſive cogitatio de Deo, quam cogitatio de beatitudine; & cujus beatitudinis omnes gentes æque ideam habent, quemadmodum de Deo: & quemadmodum alius in alia re ſummum bonum conſiſtere facit, ita gentes diverſimode ſummam Dei perfectionem concipiunt; quatenus una gens alia rectius ratiocinando inſiſtit, & melius introſpicit quid ſit perfectio, & quid verum & omnibus numeris abſolutum gaudium producat. Eſt tamen idem fundamentum iſtorum duorum conceptuum, *Dei* ſc. & *ſummi boni*, aut conceptus *entis ſumme perfecti*, & conceptus *ſtatus alicujus ſumme beati*, quæ duo ſemper in ente ſumme perfecto conjunguntur: nam facile homines intelligunt, illud, cui ſummam perfectionem attribuimus, ei neceſſario competere debere ſummam beatitudinem. Cujus rei invictum etiam argumentum eſt, quod ea Deo attribuimus, quæ in nobis perfectiones eſſe ſcimus, nobiſque bonum & felicitatem conciliare; ea à perfectionibus, quas in Deo ponimus, removendo, quæ imperfectionem, dolorem & triſtitiam involvunt. Et quia illas imperfectiones à noſtris perfectionibus removere, & mente ſeparare non poſſumus, quin nobis pereat aliquo modo idea noſtri; & cum tamen nos putemus non idoneos & capaces formandi alias perfectionum ideas: inde nata ſententia inter doctos, hoc eſt, inter eos, qui rem propius conſiderant, *conceptus perfectionum, quos de Deo habemus, tantum eſſe analogos ſi ad creaturas referantur*. Et inde ortum, quod iidem

docti

doſti Deum incomprehenſibilem dicant:
nempe , quia non poſſumus comprehen-
dere quomodo idea rei perfectæ, qualem
in nobis experimur, maneat, quando
omnes imperfectiones ab iis removemus;
quod faciendum eſſe intelligunt ſapientes,
ſi ideam entis ſumme perfecti habere ve-
lint. Totam rem exemplo illuſtrabo.
Omnes capimus intellectionem eſſe perfe-
ctionem: & omnia ſimul intelligere ma-
jorem eſſe perfectionem, quam ſucceſſive.
Ideo eam Deo tribuimus: at quia non intel-
ligimus *quomodo* hoc fieri poſſit, ideo dici-
mus Deum nobis eſſe incomprehenſibi-
lem. At longe differunt docere Deum eſſe
incomprehenſibilem; & ſtatuere nos ide-
am Dei non habere: clare enim cognoſci-
mus ſimul omnia intelligere perfectionem
eſſe, quamvis nos fugiat quomodo id eſſe
poſſit: dummodo clare & diſtincte cogno-
ſcamus impotentiam illam cognoſcendi,
*quomodo* Deus omnia ſimul intelligat, non
proficiſci à contradictione, quę in re eſt, ſed
à noſtræ naturæ defectu & infirmitate.

Ex his etiam natum, quod exiſtentiam
ab eſſentia entis ſumme perfecti non poſſi-
mus ſeparare, hoc eſt, exiſtentiam in-
cludi in natura Dei, ſive entis ſumme per-
fecti. Quia omnes ſua ſponte judicant, rem,
cui omnes perfectiones attribuimus, aut
potius in qua illas ponimus, debere tunc
à ſeipſa eſſe: omnes enim reliquas res,
quarum ideam habemus, aliqua imper-
fectione laborare præſupponimus; & per
eam imperfectionem eas à Deo diſtingui-
mus. Eſt autem per ſe notum, id quod
minus perfectum eſt, non poſſe eſſe cau-
ſam illius quod perfectius eſt. Præterea
cum eſſe ab alio, & incipere eſſe ſint im-
perfectiones, quid mirum homines adeo
ineptos non eſſe, ut formantes ideam
entis ſumme perfecti, ſimul judicent con-
ſiſtere non poſſe cum illa idea entis ſumme
perfecti, aliquam imperfectionem; qua-
lis imperfectio eſt *incepiſſe aliquando*: aut
illud ens ſumme perfectum produci non
poſſe ab ente aliqua imperfectione labo-
rante, propter quam imperfectionem il-
lam rem negamus eſſe Deum.

Verumenimvero quamvis cogitandi de
Deo *occaſio* nobis præbeatur ex contem-
platione eorum, quæ in mundo fieri in-
telligimus, & etiam in nobis experimur:
ipſam tamen *ideam* Dei non formamus
ex cognitione rerum, quæ in mun-
do obſervantur; quandoquidem ſatis in-
telligimus nihil in mundo eſſe, cujus idea
aliquam affinitatem habeat cum idea Dei:
quia omnes Deum à creaturis, & ab om-
nibus, in quibus aliquid imperfectionis
obſervant, diſtinguunt. Unde conclu-
dendum *ideam* entis infinite perfecti plane
alio modo, & ab alio principio ortum
ſuum in mente noſtra habere; & proxime
illam ab ente ſumme perfecto nobis indi-
tam eſſe: ita ut quidem conſideratione &
contemplatione earum rerum, quas jam
enumeravimus, ut & ordinis & pulchri-
tudinis, quæ in hoc univerſo comparet,
idea entis ſumme perfecti in mente excite-
tur, conſtet tamen nos illius fabricatores
& artifices non eſſe: nihil enim in nobis,
neque in tota natura ſe prodit, quod ullo
modo exæquet perfectiones illas, quas
Deo attribuimus. Eſt autem per ſe notum,
nos ideam rei perfectioris acquirere non
poſſe per cognitionem rei imperfectioris;
ideam entis infinite perfecti per ideam en-
tis multis perfectionibus deſtituti: neque
id alio argumento probari poteſt, ſed tan-
tum explicatione & expoſitione indiget.
Non poteſt mihi horologium male fabri-
catum conciliare cognitionem horologii
ex arte conſtructi. Imo quomodo poſſem
cognoſcere in horologio vitioſo eſſe de-
fectus & aberrationes à regulis artis, niſi
in me jam eſſet idea horologii perfectioris.
Nec poſſem acquirere mea induſtria ideam
horologii artificioſe fabricati, niſi in mente
formaliter vel eminenter eſſet ea perfectio,
quæ in horologio arte fabricato comparet.
A qua enim cauſa eſſet illa perfectio? Non
enim eſſet illa perfectio ex me & à me:
poſuimus enim illam perfectionem nec
for-

formaliter nec eminenter in me eſſe: non in horologio male conſtructo. Ergo illa idea horologii perfectioris nullam habebit cauſam. At quanto fortius & clarius Adverſarios ad illas anguſtias redigimus, quando ipſi agnoſcentes Deum omnibus creaturis, & ſe ipſis infinite perfectiorem, nolunt tamen admittere illam cognitionem Dei non à nobis, neque à creaturis niſi per occaſionem ortam, ſed formalem ejus & proximam cauſam Deum eſſe. Ex hiſce ergo vere recteque conficitur aut Deum noſtræ ideæ, quam de Deo habemus, auctorem eſſe; adeoque Deum exiſtere: aut illud abſurdiſſimum admittendum, iſtius perfectionis, cujus idea entis perfectiſſimi, quæ in me eſt, repræſentamen eſt, nullam habere cauſam: quia (ſicut jam expoſuimus) minus perfectum non poteſt eſſe cauſa majoris perfectionis.

Negare autem in nobis eſſe Dei veram ideam omnem abſurditatem ſuperat. Nam niſi hoc concedatur, debent Adverſarii concedere, quod tunc cum Deum nominant, ſe nihilo plus percipere, neque tunc quicquam aliud in eorum mente verſari, quam materialis aliqua vox aut vocabulum, cujus ſignificationem non norunt. Deinde ſi nullam Dei ideam habent, quare negant Deum eſſe creaturam, adjunguntque rationem, nempe quia creatura eſt imperfectior quam quod Deus eſſe poſſit. Neque cauſa eſſet quare Adverſarii dicerent, Deum ita perfectione omnem creaturam excedere, ut cum eam perfectionem creaturæ attribuere velint, ipſis idea creaturæ pereat, & idea Dei naſcatur. Neque cauſa ulla eſſet, quare negaremus ullam creaturam propter imperfectiones, quas in ea animadvertimus, Deum dicendum, ſi non haberemus ideam majorum perfectionum: & quæ majores perfectiones Deo ſolummodo convenire aſſeverant? Qua ratione poſſum negare truncum eſſe Deum, idque propter imperfectiones, quas in trunco eſſe cognoſco, niſi mihi eſſet cognitum, non tantum dari perfectiones majores, ſed eſſe quaſdam, (quod notandum) quæ ſoli Deo conveniant; & quas infinitas eſſe judico, ideoque Deo proprias. Ita ut quamvis infinitudo dicit negationem termini aut limitis, ſuperat tamen omnem abſurditatem per infinitum, quod Deo tribuimus, tantum aliquid negativi intelligi: quaſi Deum tantum negative, aut per conceptum negativum cognoſceremus, nempe quid Deus non ſit, v. gr. quod non ſit animal, aut arbor, aut truncus, aut aurum aut argentum. Si non habeam ideam argenti, quo pacto aſſeverare poſſum proprietates auri argento convenire non poſſe? Ignorantes tamen quid Deus ſit, cum tamen omnes tot illi attribuimus perfectiones & attributa.

Deinde ſi in nobis non eſt idea Dei, jam non ſolum ſumus Athei; ſed detruſi ſumus in illam neceſſitatem, ut ne quidem ab Atheiſmo liberari queamus. Si enim nullum Dei attributum cognoſcimus, nihil de Deo cognoſcimus. Si nullum attributum cognoſcimus, neque ejus exiſtentiam cognoſcimus: exiſtentia enim eſt Dei attributum. Cum dicis Deum exiſtere, & profiteris te neſcire quid ſit, agnoſcis te tantum exiſtentiam ſcire, ſed negas te ſcire cujus ſit exiſtentia: quo te Atheum eſſe prodis. Præterea fatentur Deum eſſe omniſcium, omnipotentem: ergo fatentur ſe cognoſcere Deum. Nam ut in me ſit cujuſpiam rei idea, nihil aliud requiritur quam quod illius rei unum attributum mihi ſit cognitum, quod ita iſti rei proprium eſſe ſcio, ut nulli alii attribui poſſit. Hæc argumenta ad probandam ideam Dei in nobis, ad ſuperiora, quæ ante tradidi, adjungere volui propter rei momentum.

Habemus itaque ideam Dei, & quidem talem, quæ nos docet unum tantum Deum eſſe poſſe: quod breviter & ſuccincte, quia ad alia properamus, argumentis tamen, quæ infirmari nullo modo poſſunt, probabo. Quod quidem in alio Tractatu etiam factum:

factum: nunc tamen hic breviter ea repetam, ut quæ in præſentia tractantur, melius cohæreant. Si darentur plures Dii, illi deberent eſſe ejuſdem naturæ & ſpeciei: ſed tamen interveniente aliqua diſtinctione. At illa diſtinctio eſt aliquid; ergo ambo alterutro carebunt, quo diſtinguuntur. Deinde nulla ejuſdem ſpeciei individua à ſe eſſe poſſunt: ſed debent originem ſuam cauſæ externæ. Ergo plures Dii eſſe non poſſunt: quia Deus eſt à ſe ipſo. Res autem ſic probatur. In unoquoque individuo tota eſſentia continetur: & quæ ideo alio non indiget, nec exigit multitudinem individuorum ad ſuam exiſtentiam. Aliud certe eſt quærere quare res aliqua exiſtat: alia cur plures ejuſdem naturæ exiſtant. Prius fluere poteſt ab ejus eſſentia: poſterius non; itaque pluralitas Deorum non oritur à natura Dei, ſed ab alia cauſa. Ergo plures Dii exiſtere non poſſunt: quia non eſſent à ſeipſo: neque eſſent ſumme perfecti.

---

## Cap. VI.

*In quo porrò probatur Deo & homini voluntatem attribuendam eſſe: omnemque moralitatem tam primæ quam ſecundæ Tabulæ à Deo, quatenus eſt cauſa prima & ſimul rationalis, profluere. Et ſimul aliorum quorundam ſententiæ de moralitate examinantur & refutantur.*

NUnc accedimus ad controverſiam quæ majoris eſt momenti, & propius attingit difficultates, quarum ſolvendarum & expediendarum gratia præcipuè hic Tractatus comparatus eſt. Supra probavimus *Dei* nomine intelligi ens ſumme perfectum: illique attribuendum eſſe quicquid in perfectionum numero ponendum eſt. Hoc etiam *Spinoſiſtæ* concedunt, & dicunt ſe Deo ſuo *ſummæ perfectionis cauſa*, quæ ſumma perfectio idea Dei continetur, omnia Deo tribuere, quæ illi in Deo eſſe ferunt. Sed opinionis diſſenſionem inter nos & ipſos natam dicunt: quia non convenit inter nos, quid perfectionis aut imperfectionis nomine cenſeri debeat: nos multa in claſſem perfectionum rejicere, quæ illi eo nomine indigna cenſent: & nos rurſus multa ponere in numero imperfectionum, quæ illi ſumma perfectione affecta arbitrantur. Illi primum ſtatuunt perfectionem, & rei bonitatem aut dignitatem non eſſe æſtimandam ex fine & utilitate, quam ex aliqua re percipimus: quia finis ex illorum ſententia, eſt inane nomen; neque quicquam in natura propter finem ſuſcipi aut inſtitui: nec ipſum quidem Deum propter finem aliquem agere; aut media fini conſequendo ordinare. Sed dignitatem & perfectionem rei æſtimandam arbitrantur ex cujuſque rei natura efficaci: quatenus ad illius naturæ conſtitutionem certa quædam ſequuntur. Deinde negant rei perfectionem æſtimandam ex utilitate, quæ in aliquam univerſi partem ex ea redundat, ſed ponderandum qualem uſum ex vi ſuæ naturæ toti univerſo præbent: nam quamvis noſtri reſpectu, res quædam imperfecta, vitioſa, noxia, mala, etiam moralitate morali (quia ſocietati nocet) verè æſtimatur: non ideo in ordine & relatione ad totum univerſum talem æſtimandam eſſe. Stultitiam ira malum eſſe & imperfectionem, quia *ratio* in nobis & reſpectu noſtri egregia perfectio eſt, ſed reſpectu totius univerſi ſtultitia etiam perfectionis nomine cenſenda: hoc univerſum enim à varietate ſua commendatur; quæ tamen oritur ex diverſitate creaturarum magis & minus perfectarum. Quemadmodum claudi & diſtorti in pictura homines illam picturam & tabulam commendant, in qua pictor claudos & diſtortos pingere in animo habuit. Ita ex Dei providentia efficaci natum noſtri Theologi ferunt,

ferunt, quod bonum & malum morale in mundo ordinem ſuum vindicaret: quod à Deo ſumme perfecto proficiſci non poſſet, ſi bonum & malum plus eſſent quam denominationes externæ, natæ ex noſtro cogitandi modo, non autem res & affectiones reipſa rebus inhærentes aut adhærentes. Ineptum eſſe, & ſuperbiam hominis arguere, ex ſuo commodo, aut ex ſuo uſu, quem ſibi de rebus univerſi parat, rem æſtimare, & juxta eum de pulchritudine, perfectione & dignitate rei judicium ferre; & de totius non tantum univerſi, ſed ipſius Dei perfectionibus judicare, & ad illud eas expendere. Denique hiſce principiis, ut putant, bene conſtitutis, inſiſtentes negant voluntatem aut liberum arbitrium, quale ſupra deſcripſimus, eſſe perfectionem. Extenſionem contra, quia aliquid poſitivi includit atque importat, perfectionem eſſe contendunt; & ideo attributum extenſionis Deo ſuo tribuunt. At contra extenſionis figurationem admirabilem, ex qua hujus univerſi pulchritudo exſurgit, atque efflorefcit, Deo eripiunt; & perfectionem eſſe negant quæ Deo conveniat. Ita attributum cogitationis tamquam perfectionem Deo aſſignant: at cognitionem aut cogitationem rerum ſingularium ab illo Divino attributo tollunt; & modis ſingularibus cogitationis, quas *mentes* vocant, tribuunt, quę mentes infinitæ infinitis modis ab illo attributo manant, & Deum ſuum ſub attributo cogitationis conſideratum exprimunt: & ita tam cogitationem ſingularium à Deo tollunt, quam figurationem extenſionis, aut attributi extenſionis. Et quemadmodum *Spinoſiſtarum* Deus non eſt affectus (quamvis ſit extenſa ſubſtantia) configurationibus, à quibus corpora oriuntur: ſed illas *Spinoſiſtæ* referunt ad naturam naturatam, ita eorum Deus cognitione rerum ſingularium, quæ ſunt tantum modi ſingulares cogitandi, & qui partem naturæ naturatæ faciunt, non eſt affectus: ſed illæ ſingularium rerum cognitiones ſunt modi, *qui Dei eſſentiam, quatenus ut res cogitans conſideratur, certo & determinato modo exprimunt.* Et quia Deus eſt omnium rerum cauſa proxima, ideo omnes ſingulares cogitationes involvunt conceptum attributi cogitationis Dei; quemadmodum omnia ſingularia corpora involvunt conceptum attributi extenſionis Dei. Sed non ideo qui cognoſcit extenſionem, ideo cognoſcit omnes extenſionis configurationes: ita qui cognoſcit cogitationis attributum, non ideo cognoſcit omnes ſingulares cogitandi modos.

Ex hiſce omnibus facile Lector percipit, Adverſariorum novam diſciplinam nobis imponere neceſſitatem quædam probandi, quæ antehac pro principiis primis poſita, & non tam probatione quam expoſitione indigebant; & qua in re nonnihil operę poſui in *Tractatu de Initiis primę Philoſophiæ*, ſub titulo de Deo. Nunc rem à capire ſed paulo altius reſumam; & ita adornabo orationem ut complexura ſit fundamenta generalia, quæ præſtruo iis, quæ in ſequentibus dicenda erunt: quando Adverſariorum doctrinam de ſuo Deo, qui nec voluntate nec intellectione rerum præditus eſt, ſed omnia agit ex neceſſitate ſuæ naturæ, ſpeciatim ſumus refutaturi, & ad ipſorum objectiones reſponſuri. Rem itaque ſic aggredior.

Commode ſe res habet quod Adverſarii aliquot notiones communes ſive fundamenta rationis admittant: ea enim ſicut agnoſcunt, ita ea definiunt: quod *illa fundamenta rationis aut notiones communes ea explicant, quæ omnibus communia ſunt; quæque nullius ſingularis eſſentiam explicant: quæque propterea abſque ulla temporis relatione, ſed ſub quadam æternitatis ſpecie debent percipi.* Et quemadmodum Adverſarii in genere ea admittunt, ita per occaſionem quorundam ſingulatim meminere: quæ hic enumerare non eſt neceſſe, quia in reſponſione contracta hoc factum eſt. Illud jam ab illis ſumam: *Dari rationem.*

*nem.* Nihil enim frequentius in *Spinozæ* ſcriptis occurrit: & omnem noſtræ mentis vim ea contineri recte aſſeverat. Confitentur porro mentem ratione uti, eaque duci, cum per adæquatas ideas, hoc eſt *clare & diſtincte* rem intelligit. Utrum hæc ratio ſit *perfectio*, nec ne, nunc non diſputo, neque hoc mihi jam aſſumo: ſed hoc tamen ex hiſce poſitionibus fluit, veritatem non eſſe rem inanem, aut denominationem; aut tantum cogitandi modum non explicantem *rei naturam*, ſed tantum *operationem mentis* quandam circa rei naturam.

Concedunt etiam Adverſarii aliquid poſitivum melius eſſe eo, quod nihil poſitivi involvit; imo omne poſitivum ferunt involvere perfectionem: & ideo præ ſe ferunt, ſe Deo, ſummæ ejus perfectionis cauſa, attributum extenſionis aſſignare. Agnoſcunt ergo aliquam perfectionem, quæ in rebus ſit. Ergo quo res plus realitatis & poſitivi poſſidet, eo eſt perfectior. Etiam docent Adverſarii, *eo rem perfectiorem eſſe, quo plura ad ejus eſſentiæ poſitionem ſequuntur*: cujusque enim rei potentiam ſola ejus eſſentia definiri ſtatuunt. Porro concedunt eſſe fundamentum rationis, ſive notionem communem, & rem per ſe notam, bis ter eſſe ſex: neque iſtius rei aliam rationem reddunt, quam quod *clare* & *diſtincte* cognoſcitur rem ita ſe habere; & quod eas proprietates in illo enunciato reperiamus, quæ in fundamentis rationis, quæque ſupra memorata ſunt, deſiderantur. Concedunt ſubſtantiam eſſe perfectiorem modo, ideo de Deo ſuo affirmant ipſum eſſe ſubſtantiam; at modos illi convenire abnuunt: & quia illi etiam attribuunt attributum cogitationis, inde liquet eos cogitationem numerare inter perfectiones. Et ideo ratio Deo attribuenda, quæ attributo cogitationis includitur: quia cum *modus cogitandi* illis eſt aliquid poſitivum; & modus ille cogitandi exprimit attributum Dei, quatenus affectum eſt aliqua re, quæ infinitam Dei eſſentiam ſub attributo cogitationis conſideratam exprimit: modus ille cogitandi eſt ens & aliquid reale.

Præterquam quod Adverſarii Deo ſuo attribuunt *ideam ſui*. Sic enim argumentantur: *quod ex neceſſitate alicujus Dei attributi ſequitur, non poteſt determinatam habere durationem: ſi itaque* inquiunt, *ex attributo cogitationis neceſſario ſequitur idea Dei, neceſſario eſt æterna: alioquin cogitatio ultra limites durationis ideę Dei exiſteret.* Et rurſus, *cum cognitio ſit attributum Dei, debet neceſſario immutabile eſſe.* Et rurſus, *idea Dei, quę eſt in cogitatione, infinita eſſe debet, &c. Et quicquid in objecto cujuscunque ideæ contingit, ejus rei datur neceſſario in Deo cognitio, quatenus ejuſdem objecti idea affectus conſideratur.* Hoc eſt, *quatenus mentem alicujus rei conſtituit. Quicquid igitur in objecto ideę humanam mentem conſtituentis contingit, ejus datur neceſſario in Deo cognitio, quatenus naturam humanę mentis conſtituit.* Hoc eſt, *ejus rei cognitio datur neceſſario in mente.* Hoc eſt, *mens percipit.* Satis equidem ex hiſce verbis & aliis ſimilibus, quæ in Opere Poſthumo *Spinozæ* occurrunt, percipitur, illum Deo ſuo eripere cognitionem rerum ſingularium; nec illi ſingularium rerum cognitionis reſpectu relinquere aliam cognitionem, quam eam, quam habet per modos ſingulares cogitationis; quibus tamquam modis attributum cogitationis Divinæ affectum, res ſingulares intelligit, non per ſe, ſed per illas mentes & modos cogitandi ſingulares: qui tot numero & modificatione diverſi ſunt, quot ſunt ideæ diſtinctæ diverſorum objectorum: quæ infinitæ infinitis modis manant & profluunt ex attributo cogitationis. Quemadmodum res ideatæ & eſſe formale rerum, quæ non ſunt cogitandi modi, ex ſuis attributis conſequuntur & concluduntur. Quanquam inquam, hæc ita ab Adverſariis docentur, cogitationem tamen, quia eſt *perfectio & res poſitiva*, Deo tribuunt; &

& cognitionem ſingularem, ſive mentes ſingulares ſequi dicunt ex attributo cogitationis. Et inter alias mentes, etiam mens humana ita ab attributo cogitationis divino ortum ſuum habet; & iſtius mentis inter alias ea eſt proprietas, quod ea ipſa *rationis eſſentia* contineatur: quatenus rem clare & diſtincte intelligit, ergo Deo ratio tribuenda eſt.

Eſt autem illa ratio, quæ in Deo eſt, cauſa quare omnes res ſunt id quod ſunt; & quare veram & determinatam habeant naturam: quandoquidem terminatæ cum ſint, à ſe ipſis determinari non potuerint. Et ideo aſſerunt triangulum v. gr. non eſſe ex ſe, ſed eſſe neceſſario talem propter Deum: qui cognoſcit triangulum non ex trianguli natura, ſed contemplans (ut ita dicam) ſuam naturam, etiam natura & idea trianguli in ea natura cognoſcitur tamquam in cauſa. Idem dicunt de extenſione. Quod nos quidem eo ſenſu concedimus: quatenus agnoſcimus rationem æternam præſidere omnibus ideis & naturis rerum: & quod ita omnes naturæ ab illa ratione æterna Dei ita mutuantur leges naturæ ſuæ, quod propter & per illam rationem Dei æternam ſint *naturæ veræ*, & quæ non implicant contradictionem: quæque ab æterno leges & proprietates ſuæ naturæ habent. Et ita natura extenſionis non magis à Deo libere eſt ordinata, quam natura rationis moralis; & quam natura numeri: & ſunt non minus æternæ veritates, quod omnis extenſio occupet ſpatium, quod non detur extenſionis penetratio, quam eſt æterna veritas bis ter eſſe ſex; & mentiri aut fallere eſſe peccatum.

Male tamen ex his inferunt Adverſarii, Deum eſſe extenſum; aut attributum extenſionis illi eſſe tribuendum: hoc non magis ſequitur quam Deum eſſe numerum aut plura.

Et hæc doctrina non ſolummodo vera, ſed etiam magni uſus eſt: quia inde conficimus Deum nihil poſſe (nec per potentiam ordinariam, nec per potentiam extraordinariam) quod eſt contra leges corporis: facere corpus quod non eſt extenſum, aut quod eſt indiviſibile, quod ſpatium non occupet, quod poſſit eſſe in pluribus locis ſimul. Niſi enim tuearis leges naturæ corporis æternas eſſe, nunquam convincas Pontificios per rationem, ſupra memorata impoſſibilia eſſe. Nam quod reſpondeas: Deum ſua conſtitutione, quamvis libera, eas leges nunc neceſſarias feciſſe, non ſatisfacit: quia ratio me non docet clarius & liquidius, Deum id, quod jam neceſſarium conſtituit, non poſſe illa neceſſitate abſolvere, quam me eadem ratio docet, corpus eſſe extenſum. Si tamen corpus potuerat fuiſſe non extenſum, quamvis ratio, quæ nunc in nobis eſt, judicet id nunc eſſe impoſſibile: quidni eadem ratione potero concludere, illud quod nunc neceſſarium factum eſt, poſſe tamen non neceſſarium fieri: quandoquidem fundamentum utriuſque enunciatæ contradictionis eſt clara & diſtincta cognitio, & notio prima. Si inſtes ex noſtra doctrina ſequi illud abſurdum, *extenſionem eſſe de natura Dei, & involvere ejus eſſentiam.* Sed quid abſurdi reperitur in illo dogmate: docere de Dei natura eſſe; & tam neceſſarium in Deo eſſe, quam Deus ipſe neceſſario eſt, ipſum ſcire leges corporis, quatenus cognoſcens ſuam naturam cognoſcit ſe omnis veritatis naturalis normam & regulam eſſe. Et quia extenſio poteſt intelligi, ſequitur inde extenſum poſſe intelligi à re non extenſa: ergo non eſt neceſſe Deum ſtatuere extenſum, quamvis introſpiciens & cognoſcens ſuam naturam intelligat leges extenſionis. Si dicas eadem eſt ratio extenſionis quæ durationis, & præſentiæ localis, quas mens non intelligit, niſi quatenus mentis idea comprehendit ideam præſentiæ corporis: quemadmodum enim ea pars mentis, cujus ideatum eſt certa corporis, cui unita eſt, conſtitutio, ſeipſam non cognoſcit, niſi quatenus corporis affe-

affectionum ideis affecta eſt, ita non ſciret ubi eſſet, ſi humanæ mentis unio cum corpore non in eo eſſet poſita, (loquor ex ſententia *Spinozæ*) quod mens humana ſit ipſa idea ſive cognitio corporis humani. Ita mens non intelligeret durationem ſuæ exiſtentiæ, neque in ea partes & ſucceſſionem cognoſceret, ſi præſentem ſui corporis exiſtentiam non conciperet: nam eatenus tantum mens potentiam habet concipiendi res cum relatione ad tempus: & extra hanc conſiderationem mens (pone eam ſine corpore eſſe poſſe) ſe intelligeret ſub ſpecie æternitatis, quia non cognoſceret niſi æternas veritates; à quibus non ſolum principium & finis abeſt, ſed etiam ſucceſſio. Quandoquidem itaque eadem eſt ratio extenſionis, quæ durationis, motus, ſucceſſionis & præſentiæ localis: quæ à mente noſtra non intelligerentur, niſi idea mentis humanæ ipſam præſentem corporis exiſtentiam involveret. Ita, inquiunt, Deus extenſionem non cognoſceret, ſi non eſſet ſubſtantia affecta infinito attributo extenſionis. Reſpondemus: non eandem rationem eſſe Dei, quæ mentis. Nos à priori probamus mentem noſtram eſſe ſubſtantiam ſpiritualem, diſtinctam ſubſtantialiter ab alia hominis mente: & ſimul probamus experientia docti, ita cum mente noſtra comparatum eſſe, ut quamdiu eſt in hoc corporis ergaſtulo, nihil operetur non interveniente corpore, cum quo ſubſtantialiter unita eſt; ſed negamus inde ſequi mentis naturam eſſe, ut nihil materialis aut extenſi, aut eorum quæ extenſionem, aut materiam comitantur, intelligere poſſit, ſi corpori non eſſet unita, aut ſi mens non eſſet unum individuum, quod jam ſub extenſionis, jam ſub cogitationis attributo cognoſcitur, ut vult *Spinoza*. Quando Adverſarii probaverint talem ſubſtantiam, aut talem rem dari poſſe, tunc tandem tempus erit illius argumenti pondus expendendi. Negamus etiam mentem non cognoſcituram durationem ſuam; neque ſucceſſionem in ſua exiſtentia, ſi corpori non eſſet unita. Nam quia, etiam ex Adverſariorum ſententia, modi cogitationis mentis finiti ſunt, & ſinguli alio, atque alio cogitandi modo terminentur, & hoc in infinitum, qui omnes ſimul Dei æternum & infinitum intellectum conſtituunt; vel potius exprimunt infinitum Dei cogitationis attributum: ergo mentis cogitationis modi ſunt diverſi, faciunt numerum, ſibi invicem ſuccedunt; & ita quantitatem involvunt, cujus mens eſt conſcia. Sic quamvis Adverſarii negent mentem à corpore, aut corpus à mente poſſe affici, quia illa duo conſideranda ſunt ſub diverſis attributis, inter quę nulla eſt naturæ ſocietas: docent tamen concatenationem idearum proficiſcentem ab illo attributo infinito cogitationis, quatenus ſingulari cogitandi modo affectus eſt: ergo Adverſarii ſucceſſionem agnoſcunt in re, conſiderata ſub attributo cogitationis. Denique ad hoc addendum: quod, quamvis jam à mente, quamdiu unita eſt cum corpore, nullæ actiones edantur, non interveniente corpore; tamen mentis perceptionum alias animam ſive mentem pro cauſa habere, alias corpus: & illæ quæ mentem pro cauſa habent, ſunt perceptiones noſtrarum voluntatum & aliarum cogitationum, quæ ab illa pendent: & ex iis probatur mentem non corpus ſed ſpiritum eſſe; quatenus illæ voluntates, decreta, & determinationes mentis ſine ulla ope corporis in nobis oriuntur: ſed quia corporis affectio eas operationes comitatur, ideo mens eas exerendo, tamen ſcit quod degat in corpore, & corpori præſens ſit.

At quemadmodum dantur veritates æternæ, quæ circa corpus & quantitatem diſcretam ſive numerum occupantur: ita dantur veritates æternæ, quæ circa cauſam & effectum verſantur. Ita æterna eſt veritas nemini eripi poſſe quod ſuum eſt, quin ea actio affecta ſit ea qualitate, quam nos injuſtitiam vocamus. Quæ non eſt denominatio externa, cum jus polliden-di

di non ſit denominatio externa, ſed vera affectio rerum & perſonarum. Nec hoc negant Adverſarii, ſed abnuunt injuſtitiam eſſe malum morale, & tantum denominationem externam eſſe ferunt; & rem ortam à noſtro cogitandi modo: id bonum morale æſtimantes, quod nobis conducit: quamvis inſuper negent aliquid bonum phyſicum propter eam utilitatis rationem appellandum eſſe, cum abſurdum ſit, rem bonam vel malam vocare propter utilitatem, quam minima pars univerſi ex ea percipit: & illas homini cogitationes de bono & malo natas inde ferunt, quod nos totum mundum noſtri cauſa creatum putamus. Statuunt itaque bonitatem moralem eſſe denominationem externam, natam ex noſtro cogitandi & conſiderandi modo, eoque præterea falſo & erroneo; & non eſſe rem aut affectionem rebus inhærentem: & ideo Deo non convenire, dato in illo eſſe *rationem æternam*. Reſpondemus nos antea invictis argumentis oſtendiſſe, ideam bonitatis & moralitatis moralis nunquam in nobis oriri poſſe ex conſideratione commodi & incommodi, quod arbitramur ex quibuſdam actionibus redundaturum in ſocietatem communem hominis: ſed aliam illi cauſam, nempe *rationem* aſſignandam eſſe, quæ in mente eſt: quæ ratio à Deo tracta eſt; & propter quam *rationem* menti impreſſam, homo ad imaginem Dei creatus dicitur; & in ſe circumfert notam ſui artificis. Et à qua ratione homo deflectens in vitæ ſuæ actionibus, paralogiſmum committit: quemadmodum in ratiocinando de naturis phyſicis; & de iis, quibus earum veritas continetur, paralogiſmum committit, quando à fundamentis rationis theoreticis recedit.

Et quemadmodum affectio adhærens actionibus hominum liberis tam vera eſt, quam ſunt affectiones trianguli, quas Mathematici in eo demonſtrant; & ideo tam verum eſt actionibus liberis, ſive quæ à voluntate proficiſcuntur, qualitatem moralem ineſſe, quam verum eſt triangulo ſuas proprietates ineſſe. Et iſtis affectionibus moralitatis in actionibus liberis reſpondent notiones communes practicæ: quemadmodum notiones theoreticæ reſpondent omnibus veritatibus naturalibus. Neque iſtarum notionum practicarum cauſa & ratio ulterior eſt quærenda: non quærendum quare juſtitia ſit bonum morale, injuſtitia malum: quare fallere, hoc eſt, quare facere ut fides, quam mihi aliquis me annuente & adſtipulante, habuit, illi fraudi ſit, peccatum ſit. Sunt enim hæ notiones primæ practicæ. Ita quamvis jus ex pactionibus naſci poſſit, & injuria ex ejus violatione: violare tamen pactum, non eſt malum ex *pacto*, neque *ex damno*, quod inde ſocietas communis hominum percipere poſſit: ſed quia committitur contra fundamenta rationis moralis.

Quod quidem eouſque extendo, ut æſtimem inclementiam, ferocitatem, crudelitatem non eſſe peccatum, quia aliquem injuſte cruciatibus excarnificamus: ſed quia delectamur dolore illius, cui à nobis ille imponitur. Quia malum morale eſt, hominis mentem ita affectam eſſe, ut delectetur dolore proximi, quia dolet: quemadmodum eſt virtus moralis animum ita comparatum habere ut libenter ea commodemus proximo, quibus quam feliciſſime vitam exigat; idque etiam tunc verum eſt, quando ex humanitate, & benevolo atque benigno animo nulla ſperatur utilitas humanæ ſocietatis: quia cum virtutes ſub ea ratione utilitatis conſiderantur, tunc prudentiæ laudem merentur, non virtutis moralis nomen tueri poſſunt. Et Deus vocatur non ſolum *maximus*, ſed etiam *optimus*: non ſolum quia ſi non eſſet bonus, nullus cauſam & rationem haberet, quare illi ſerviret; à quo, ſive illi ſerviendo, aut non ſerviendo ſemper mala ſibi impendere intelligeret. Sed Deus eſt ideo etiam *optimus*: quia eſt notio prima perfectionem eſſe, bene alteri velle: & ideo illi, qui dogmata in religione ample-

plectuntur, quibus docetur Dei conſilio aliquid factum perniciei hominum innocentium cauſa, ipſa prima moralitatis principia pervertunt. Et hæc conſideratio tanti mihi eſt ponderis, ut cum aliis rationibus plurimis, hæc non ſit minima, quare exiſtimem beſtias non ſentire: non capio enim quomodo cum Dei bonitate convenire poſſit, animal innoxium tot malis exercitum habere, & tot cruciatibus ſubjicere. Et eos non à peccato immunes arbitror, qui perſuaſi beſtias ſentire, eas delectationis cauſa cruciabili morte afficiunt. Non quod exiſtimem illis non occidere licere beſtias commoditatis & utilitatis cauſa, quandoquidem & libertatis & fortunarum tuendarum ergo etiam homines vita interficere liceat: ſed illos, qui ea opinione ſunt imbuti, quod beſtiæ ſentiunt, peccare aſſevero; ſi ex cruciatibus beſtię voluptatem capiant, quia cruciantur. Neque ſolummodo ideo peccant, quia ſæviendo in beſtias acquirunt ſæviendi habitum, & mores migrant in agreſte vivendi inſtitutum; & obdureſcimus contra ſtudia naturæ & humanitatis, quæ proximo debemus: (quapropter forte in Scriptura Deus declaravit ſibi gratum eſſe, homines etiam beſtiarum rationem & curam habere; & præſertim earum, quæ ſenſus organa eadem & nobiſcum communia habentes externis & in noſtros ſenſus incurrentibus corporis contortionibus, clamoribus, &c. in nobis commiſerationis affectum excitare poſſunt) ſed etiam ideo illos peccare ſtatuo, quia in hujuſmodi hominibus eſt illud vitium, (quamvis error illi cauſam præbuit) quod crudelitate delectantur. Neque inde recte conficitur, alias virtutes & officia, quæ proximo debemus erga beſtias exercendas, gratitudinem, facilitatem, modeſtiam, &c. *quia* beſtiæ non agunt cum electione & cognitione; neque ulla ſuæ dignitatis ſi quam habent, cognitione præditæ ſunt: ideo aliarum virtutum officia, quibus proximum afficere debemus, erga illas exhibere mera eſſet ſtultitia. Et qui arbitrantur beſtias ſentire, & dolore poſſe affici, in illis conſiſtit ratio, quare ſævire erga beſtias malum morale ſit.

Et ita aſſevero omnes notiones ſive fundamenta rationis practicæ, quæ tam in lege Divina quam humana comparent, Deo eſſentiales eſſe: neque ita libere à Deo in creaturis rationis capacibus conſtituta, ut aliis rationis fundamentis earum mentem informare potuerit. Nam pone, Deo liberum fuiſſe ideam creaturæ rationalis non habere: quia Angelus aut mens humana non eſt *natura neceſſaria*: exiſtimo tamen Deo liberum non fuiſſe, poſtquam rationalis creaturæ ideam formaverit, aliam rationem ſive alia fundamenta rationis imprimere illius menti: quia una tantum eſt ratio. Hoc ſi negetur: tunc nullarum rerum tam Dei, quam creaturarum ullum ſupereſt judicium ut reſponderi poſſit verane an falſa ſint. Sed de his in ſequentibus. Eſt autem ratio moralis de natura Dei, in Eoque formaliter eſt: & propter eam vere juſtus & ſanctus eſt, non autem propter aliquam ſignificationem ab hominibus ad Deum translatam; quia illa ratio moralis adhæret rei abſolute perfectæ: quæ eſt natura intellectu & voluntate prædita. At extenſionis alia eſt ratio: quamvis enim veritates, quæ de corpore prædicantur, ſint æternæ veritates, quatenus ab æterno verum fuerit corpus ſpatium implere: ſive corpus ſecum ſpatium importare: non dari corporis penetrationem: eſſe diviſibile: ita ut cogitatione fingere non poſſimus corporis naturam aliter à Deo conſtitui potuiſſe; quia tamen extenſio non eſt perfectio abſoluta; conſtituitur enim ex alio atque alio; & ita unum aliud non complectitur aliud: eſtque itaque extenſio reſpectu alius & alius res finita & terminata. Ipſi enim Adverſarii definiunt rem in ſuo genere finitam eſſe, quæ alia ejuſdem naturæ terminari poteſt: at extenſio alia re ſuæ naturæ

naturæ terminatur ; nempe illo alio, quod in omni extenſione intelligo & percipio : neque illud aliud & aliud, quod in omni extenſione intelligo & percipio, eſt affectio extenſionis, ſed eſt de ejus natura, & ejus attributum : quemadmodum eſt attributum motus, ipſum eſſe ſucceſſivum. Extenſio itaque Dei infiniti attributum eſſe non poteſt. Præterquam quod pugnent, nec duo attributa cogitationis & extenſionis in eadem numero ſubſtantia conſiſtere non poſſint.

Hiſce ita expoſitis & illuſtratis, manifeſtum eſt illos à vero aberrare, qui exiſtimant ipſas naturas rerum, quæ *veræ* vocantur, quia *clare & diſtincte percipiuntur*; & quæ ideo nullam contradictionem involvunt, & productu poſſibiles ſunt, ita eſſe libere à Deo profectas, ut omnes aliter eſſe potuerint : tam naturæ phyſicæ quam morales. Nec me movet, quod dicunt eas naturas in natura Dei non contineri ; neque quicquam neceſſarium eſſe præter Deum : & quod inde ſequi putant Dei naturam ipſos docere, omnia, qualia ſunt creaturæ, modi creaturarum, actiones, actionnmque affectiones, quæ creaturis adhærent, & quæ Dei naturam non continent, ita libere à Deo creata, ut eorum naturam aliter facere potuerit : quia nihil eorum quæ ſunt extra Deum, poteſt Deum repræſentare. Ideo docent attributa Dei alia eſſe eſſentialia ; & quæ ratione eſſentiæ in Deo ſunt, alia quæ ex Dei beneplacito. Diſtinguunt inter ſanctitatem Dei eſſentialem & arbitrariam : per ſanctitatem Dei eſſentialem, inquiunt, Deus nihil ferre, laudare, imperare &c. poteſt, quod ſit ſe indignum ; & quo non æſtimetur ut is, ad quem omnia referri debent. Et illud dogma tam late extendunt quidam ut doceant v. gr. numeros in Deo non eſſe univocos cum iis, qui ſunt in creaturis. Alii illud dogma parum coarctantes, dicunt in genere, ea moralia bona Deo eripi non poſſe, quæ ſi à Deo removeantur, tunc Deus abnegaret ſe-ipſum. Ita negant Deo arbitrarium eſſe velle fallere : jubere ut alium pro Deo agnoſcant, & creaturam vice Dei colant, &c. Leges autem naturales humanas ſtatuunt Deo arbitrarias fuiſſe ; & ideo abſolute neceſſarium eſſe negant bis ter facere ſex, ſed alium potuiſſe efficere numerum. Sunt alii, qui ſuperioribus quidem non omnino ſuffragantur, verſantur tamen in vicinia errorum modo recitatorum : & inde hujuſmodi effata apud tales auctores reperias. *Nullum jus humanum ante preceptum : alioquin Deus, qui eſt cauſa omnium rerum prima; & à qua reliqua, tam quantum ad exiſtentiam, quam quantum ad naturam ſunt, nihil contuliſſet ad conſtituendum jus : quia tunc actiones quædam ante præceptum eſſent juſtæ aut injuſtæ. Rectitudo in actionibus divinis & humanis ex diverſo plane principio proveniunt. Bene ratiocinando homo colligit jus naturę : illud autem jus ratione recta non continetur. Affectio moralis actionis humanę non fluit à convenientia cum recta ratione : ſed à convenientia cum lege : nam recta ratio non facit ut aliqua ſint honeſta aut juſta : ſed mediante ratione homo intelligit quid ſit juſtum, aut honeſtum. Leges naturæ in rebus phyſicis à natura rei creatę phyſicę, leges morales ſuperioris juſſum & legem requirunt.* Et inde etiam petunt diſtinctionem inter legem divinam & humanam, quod *hæc formam ſuam acquirat à lege & juſſu ſuperioris, juſtitia autem Divina non ſimiliter. Homo intellectum, puta rationem, ex beneplacito Divino eſt conſecutus. Turpia haberi honeſta non implicat contradictionem, quemadmodum implicat bis ter non facere ſex : quia non requiritur juſſum ſuperiorum ut bis ter faciant ſex; at in juſtitia humana naturali hoc requiritur, & poteſt reddi ratio à priori cur homini incumbat neceſſitas faciendi honeſta.* (debebant dicere cur homo exiſtimet v. gr. injuſtitiam eſſe malum morale) *Quædam jubentur aut vetantur in lege naturali humana, non propter intrinſecam ſuam honeſtatem, aut turpitudinem : ſed propter convenientiam aut repu-*

*repugnantiam cum natura animali ac rationali à Deo libere formata ; & honeſtas & turpitudo ſunt affectiones quæ legem ſequuntur : & cum lex naturalis humana præcipit non eſſe furandum, id fit quia congruit cum natura & conditione hominis generali, quæ eſt ſocialitas homini à creatore impoſita : & ideo plana eſt conſequentia, homo eſt ſociabilis, ergo non debet moechari : eſt autem homo illam naturam & conditionem ſortitus ex Dei beneplacito ; & quia ejus ſapientiæ & bonitati ita viſum eſt. Ita tamen ut quamvis homo ex Dei beneplacito talem naturam eſt conſecutus, poſtquam tamen illam eſt nactus, tunc illi naturæ quædam neceſſario conveniunt, aut non conveniunt.* Et propterea diſertis verbis aſſerunt honeſta & inhoneſta, ſenſu jam proxime tradito, non eſſe ex mero Dei beneplacito, aut ex Dei voluntate. Deus enim, inquiunt, non potuit non ea talia declarare poſita creatura rationali. Addunt præterea hanc rationem ſui dogmatis : quod quædam partes juſtitiæ naturalis humanæ non conveniunt Deo, quia præſupponunt infirmitatem : ut v. gr. res pudoris, & clementia atque miſericordia : & quia prius cognoſcitur juſtitia humana quam divina. Hujus ſententiæ patronum ore & ſcriptis ſe profitetur D. *Samuel Puffendorfius*, ex cujus Tractatu, cujus titulus *Specimen controverſiarum circa jus naturale*, &c. ſuperiora decerpſi. Non poſſum ſinere me transſcribi in eorum numerum, qui in hanc ſententiam abiere : quod quidem factum ab illis ſcio, ducti contemplatione cauſæ primæ, quo illi aſſignarent, atque vindicarent omnia, quæ putabant primæ cauſæ deberi, ſi ipſi conſtaret ſua ratio, eique congruentia dicerent, & quo illius naturam ſolummodo neceſſariam eſſe tuerentur. Non itaque malitia lapſi ſunt, ſed optima petentes, & tamen aberrantes, culpa erroris humani non aliqua impietate tenentur. Volentes tamen evitare Scyllam, inciderunt in Charybdin, & in tam præcipitem locum ſe commiſere, ut ſi eorum veſtigia perſequaris, nullum ullarum rerum judicium reliquum eſt. Et præſertim doctrina eorum, qui diſtinguunt inter Dei ſanctitatem arbitrariam & neceſſariam : inter attributa Dei eſſentialia & non eſſentialia, illo incommodo laborat : quamvis reliqui duo auctores in proximis ejuſdem erroris confiniis verſentur, quando juſtitiam humanam naturalem Deo *arbitrariam* eſſe docent ; & præſertim illi, qui etiam veritates naturales, & quarum contrarium contradictionem involvere *ratione* judicamus, à Deo ita libere profectas arbitrantur, ut corporis leges aliæ eſſe potuerint : ut & quantitatis, ita ut bis ter non facerent ſex. At quamvis hi erroris intervallis diſtant, omnes tamen in eam abſurditatem ſe induunt, ut homini *rationem* eripientes, omne præſidium ab ipſo tollant, quo ullius rei veritatem ſibi parare poſſit. Si bis ter non faciunt neceſſario ſex ; & ſi ſit ex decreto & beneplacito Dei rem ita ſe habere, nulla mihi ratio eſt credendi, Deum ſua natura eſſe unum, ſed Deum tantum ideam unitatis ex arbitrio mihi indidiſſe ; quam ejus juſſu (voco juſſum rationem illam mihi quidem inditam, & ſenem illam quam ego quidem neceſſario jucundum quam ego quidem neceſſario veritadico ; ſed quæ tamen neceſſario veritatem non complectitur) Deo tribuo, & quem ideo unum voco : ſed ad Deum attendens ſtatuendum eſt, nihil certi me comperiſſe de Deo, utrum unitas in ipſo ſit, quemadmodum ego illam comprehendo, nec ne. Si reſpondeas Deum fallere aut mentiri non poſſe ; & eſſe rem per ſe notam, fallere eſſe imperfectionem : & ſimul eſſe rem per ſe notam Deo omnes perfectiones tribuendas eſſe ; & ita nobis certo conſtare Deum tantum eſſe *unum*, quia fallere non poteſt. Rurſus urgeo atque inſto : quandoquidem de omnibus iſtis veritatibus judico per rationem creatam, libere à Deo, quantum ad ejus *naturam* profectam, non poſſum per dictamen iſtius rationis eſſe certus, quomodo res ſeſe in Deo habeant : & ita certus.

tus non ſum an fallere pugnet cum ejus natura: neque conſtabit an fallere ſit imperfectio in Deo. Et ita me fugit utrum ullus ſit cultus: & utrum ullum eorum, quæ me mea ratio humana docet, ſit aut futurum ſit.

Et qui docent rationem aliquam à priori dari oportere, qua probetur aliquid juſtum & decorum eſſe: quæ ratio ipſis eſt *ſocialitas creaturæ rationalis* à creatore indita, ab illis quidem doceri vellem, quam rationem à priori daturi ſint, quare Deo *jubenti* aliquid parendum ſit. Reſpondent: ipſum creatorem feciſſe, ut ſumma & prima lex omnium eſſet creatori leges ferenti parere. Sed hæc non eſt rationem dare, ſed dictata ſua decantare aliis: quia cum hæc ratio datur, nihil aliud inculcatur, quam notio quædam communis & prima. At velim rurſus doceri quare illi notioni citra rationem, à priori adhuc petitam, fidendum eſſe declarent, aliis autem notionibus non pariter, quas ego æque, imo plus prima fundamenta rationis eſſe tueor, quam illam notionem, quæ dictat, *legiſlatori Deo leges homini ferenti, parendum eſſe*. Nam is non magnopere ſeſe abſurdum proderet, qui quæreret, quæ eſſet illi parendi ratio & cauſa. An quia nos creavit? An quia eſt ſumme perfectus? An quia eſſet imprudentia fortiori non parere, & ita ſibi exitium accerſere? Saltem non eſſet magis abſurdum illius notionis & primæ (ex Adverſariorum ſententia) veritatis rationem petere, quam illius, quare furari, quare adulterari ſit malum: cujus rationem à priori reddendam putant. Cæterum ab aliis, qui juſtitiam humanam Deo arbitrariam æſtimant, diſcere velim, an aliam rationem habeant credendi Deum neminem fallere poſſe? Deum non poſſe imperare, ut creaturam pro Deo habeant, quia ſe abnegaret, quam habent credendi *fallere*, *ſævire*, *ingratum eſſe*, peccatum eſſe? Nam horum omnium eadem eſt ratio: nempe rem non poſſe eſſe ſimul in aliquo genere & in alieno. Deum profiteri & hominibus iſtam cognitionem inſerere, tamquam *legem*, ſecundum quam exigere debent ſuas actiones, ut credant ſe eſſe Deum ſummum, ad quem omnia referri debeant, & tamen ſimul imperare ea, quibus pro ſummo Deo non agnoſcatur. At pariter novimus hæc ſeinvicem ſubvertere per eandem rationem, nempe alteri ſuum eripere; & negare tamen injuſtitiam factam eſſe. Dicere & profiteri te nullam ſæviendi cauſam habere, quam delectationem qua afficeris cum creaturam dolores ſubire cogis; & tamen tueri velle te aliam rationem habere. At quare ſævire ſit malum, iſtius ratio alia dari non poteſt: eſt enim *fundamentum rationis*: quemadmodum fundamentum rationis eſt, non poſſe ſimul aliquid eſſe & non eſſe. Sed poſterius eſt fundamentum rationis theoreticę, aliud practicæ. Et ſi abnegationem Dei referas ad principium, ſive notionem communem practicam: quod ego in caſu, quem nunc examinamus, fieri debere arbitror, fundamentum iſtius rationis practicæ eſt Deum non poſſe ut juſtum & ſanctum æſtimare, quod à creatura rationali pro ſummo Deo colatur, & tamen imperare, ut creatura illo honore afficiatur: at quærere quare prius ſanctum & juſtum ſit, illius qualitatis practicæ ratio dari non poteſt; quia eſt primum fundamentum rationis practicæ. Et hæc noſtra reſponſio optime congruit cum *Spinozæ* principiis: ſic enim fatur. *Non enim ea cogitatio tantum vera eſt, quæ cognoſcitur per primas ſuas cauſas: ſed vera etiam dicitur, quod eſſentiam alicujus principii objective involvit, quod principium cauſam non habet; & in ſe & per ſe cognoſcitur: quare forma veræ cogitationis in eadem ipſa cogitatione ſine relatione ad alias debet eſſe ſita: nec objectum tamquam cauſam agnoſcit; ſed ab ipſa intellectus potentia & natura pendere debet. Quare id quod formam verę cogitationis conſtituit, in ipſa cogitatione eſt quærendum; & ab intellectus natura deducendum.* Sunt verba *Spinozæ*. Rationes

nes itaque quæ petuntur ab utilitate, à metu, &c. omnes vanę ſunt, cum tantum abſit, quod inde moralitas bona exiſtat aut oriatur in cultu, ut plane propter hujuſmodi fines, omnis bonitas moralis ab illo tollatur; & fit malum, quia virtus ſua caritate colenda: & illius nulla ratio à priori dari poteſt; includitur enim in ipſa ratione formali virtutis: quemadmodum nulla ratio dari poteſt, quare virtus ſit pulchra: & qui ejus rationem dare ſtudent, (quemadmodum non male illa opera ſuſcipitur in pulchritudine corporis, quæ revera tantum ab imaginatione pendet) ii cum ratione velle inſanire videntur.

Neque audent Adverſarii inſiſtere hac ratione argumentando. Si finis malus in operationibus moralibus tollit moralitatem bonam, ergo finis bonus eum ponit: & propter Deum operari, ſuaſque actiones ad Deum referre, ponit moralitatem, ergo moralitatis ratio datur; & virtutis formalis ratio extra ipſam actionem petenda. Non recte inquam hac ratione argumentando inſiſterent. Primum, quia nihil inde conficerent: rationem enim à priori darenon poſſent, quare ſit juſtum omnes ſuas actiones referre ad Deum: & quare hoc ſit pulchrum. Deinde generalis ratio virtutis formalis non continetur conſtitutione *Dei*, tamquam *finis*, ad quem actiones noſtras referimus, ſed plane alia virtutum illarum forma eſt, quæ ad Deum referuntur: quales ſunt gratitudo, amor, & reliquæ virtutes, quæ in nobis oriri debent, quia eſt noſter creator: quod *creatoris* nomen in ſe complectitur relationem ad hominem, ita ut contra gratitudinem & amorem peccaturus ſit, ſi ab his virtutibus abſit. At quare ingratitudo, & charitatis atque amoris defectus ſit vitium morale, illius ratio non datur: quia eſt veritas æterna, prima notio, ipſa ratio prima Deo eſſentialis, & homini tamquam lumen de lumine communicatum. Neque arbitror ex fundamentis rationis moralis probari poſſe nos alicui debere obedire, quia magnitudine præſtabilis eſt, ſi ab illa dignitate naturæ abſit *bonitas*. Diſtinguuntur itaque quidem quædam virtutes ab aliis per diverſitatem relationis & reſpectus, quem ad Deum habent: & propter ſingulares quaſdam formas, quibus in certa virtutum claſſe ponuntur; & ab illis ſingularibus formis ducitur ratio, quare in aliquam virtutum claſſem rejiciantur: at rationis formalis, quare virtus ſit virtus, non datur alia prior ratio.

Datur itaque intellectus in Deo, qui ſine æterna ratione eſſe non poteſt: nec ratio divina non hanc vim habere in rectis praviſque ſanciendis, quam jam deſcripſimus: cum hac tamen differentia inter creaturas ratione deſtitutas, & inter eas, quæ rationis participes ſunt, quod quando Deus irrationales creaturas produxit, in iis tunc manifeſtavit ſuam ſapientiam, potentiam & veritatem: at cum res rationales creavit, tunc in iis exprimit ſuam naturam, quoad eam à creatura rationali vult cognoſci: & ita creatura rationalis non tantum ingerit nobis cognitionem Dei potentiæ, ſapientiæ, &c. ſed etiam ejus naturæ, quatenus eſt ſubſtantia per intellectum & voluntatem agens. Deus itaque largiens alicui creaturæ rationem, eidem largitus eſt principia, ſive notiones communes, ſecundum quas ratio dirigitur: quæ ratio eſt emanatio & defluxus rationis æternæ, quę eſt in Deo. Ita etiamſi Deus nullas creaſſet creaturas rationales, aut naturam creaturæ rationalis æterna ſua ſapientia non conſtituiſſet, fuiſſent tamen in Deo notiones ſanctitatis & juſtitiæ. Et hoc ſenſu à veritate alienum eſt docere, *Juſtitiam humanam prius cognoſci quam juſtitiam Divinam. Et ſi non eſſet Dei preceptum, non eſſet moralitas, ſed tantum prudentia. Et quod tunc honeſta & juſta non poſſent conſiderari ſub ratione honeſtatis, juſtitiæ, &c. ſed ſub notione commoditatis & utilitatis.* Dei præceptum

ptum moralitatem non ponit; nec aliquid juſtum, honeſtum, &c. eſt quia Deus jubet, ſed quia juſtum & honeſtum eſt, ideo Deus illud imperat. Et ideo negamus Adverſatiis quædam juberi lege naturali; non propter intrinſecam ſuam honeſtatem & decorem: ſed propter convenientiam aut repugnantiam cum natura rationali à Deo libere formata: & honeſtatem & turpitudinem eſſe affectiones, quæ legem ſequuntur. Hoc tamen illis damus, quod qui in exponenda ſua ſententia, ea cautione utuntur, quam ſupra innuimus, non confundere leges naturales cum legibus cæremonialibus: quia docent leges naturales à ratione quamquam libera pendere, & leges cæremoniales tantum à juſſu legislatoris. Sed de his ſupra. Plura ad refellendam hanc ſententiam non addam, quia puto à me tradita ea fundamenta & ſolutionum fontes, ut reliquarum objectionum ſolutiones recte permittere poſſim Lectoris induſtriæ. Datur itaque intellectus in Deo: intellectus, & ratio, & Sanctitas.

Nunc examinandum an in Deo detur voluntas, & ea libertas, qua libere ſe *determinat*. Hanc libertatem *Spinoza* (ad quem rurſus me converto) Deo ſuo eripit. Et illam tantum libertatem illi aſſignat, quod ex ſuæ naturæ legibus neceſſariis exiſtit & agit, non ab alia re actus aut impulſus. Et hanc libertatem agnoſcit eſſe perfectionem, & ideo Deo illam tribuit. Et eam libertatem, qualem Chriſtiani docent eſſe in Deo, ab ipſo tollit: negatque liberum arbitrium perfectionem importare. Et ad hoc probandum ſic argumentatur: quicquid in homine impotentiam arguit, id ad ejus voluntatem non eſt referendum; & inde eſt quod difficultatem moveant, quomodo Adam integer peccare potuerit? Si non potuit deficere, niſi per libertatem & voluntatem: ergo potentia peccandi ad libertatem & voluntatem referenda. At libertas eſt perfectio, poſſe peccare imperfectio: ergo non eſt de voluntatis natura, quod alterutrum Adamus potuerit: peccare aut non peccare. Negat itaque *Spinoza* libertatem voluntatis, qualem nos eam definimus, & quæ ſpontaneam determinationem, & decreta importat, eſſe perfectionem; & Deo ideo non convenire. Quod jam probare conabimur, miſſis factis argumentis, quæ in contracta reſponſione in Capite ſecundo hujus Tractatus tradidimus.

Adverſarii attribuunt Deo ſuo, quod ſit beatus. Et mentis noſtræ beatitudinem eo contineri dicunt, quod Deum ſuum cognoſcat. Non jam enucleate examinabo, quid Adverſarii hac oratione doceant. Sufficit eos ſentire Deum ſuum beatitudine illa frui, quę ſumma, & qua major dari nec excogitari poteſt. At ſtatuo ſine voluntate tali, qualem nos defendimus; & quæ eſt principium determinationis, beatitudinem eſſe non poſſe: quia ſine applauſu mentis noſtræ non datur illud rationale gaudium, quo lætamur & geſtimus de actione virtutis. Dicent Adverſarii, qui homini voluntatem eripiunt, nos nobis placere ſingulari modo propter virtutis exercitium: quia virtutis cauſa adæquata ſumus; & quod tunc mens ſuis ſolummodo viribus nitatur, ex quarum contemplatione homo neceſſario lætatur: quia gaudet ſua potentia agendi, & illius uſu videt ſe ad majorem perfectionem tranſire. Mentem autem neceſſario ſe ipſam contemplari dicunt, quando veram ſive adæquatam ideam concipit. Reſpondemus hæc quidem veriſſima eſſe; ſed male confundi lætitiam, quæ ex cognitione veritatis oritur, cum ea, quæ oritur ex virtute, quam aliam cauſam habere, in nobis experimur. Aliud eſt cognoſcere verum & bonum, aliud virtutem exercere. Nam quamvis ad claram & diſtinctam cognitionem virtutis ilico ipſa virtus (uſurpo vocem virtutis ex ſenſu *Spinozæ*) oriatur: eſt tamen voluntatis effectus, claras de virtute habere ideas; quamdiu homo inadæquatis ideis affici poteſt: quod ſit

quamdiu

quamdiu nondum eſt ad cœlites translatus. Concedo equidem Adverſariis nos in gaudio eſſe poſſe ſine determinatione voluntatis: & quod ſequentes naturæ vim, quam cupiditatem & appetitum ab Adverſariis vocari non impedio, nos gaudio & delectatione affici: & forte quidam falluntur, qui fruentes illo appetitu; & ipſo delectantes eam mentis commotionem determinationis nomine vocent. Et ut probent homines ſibi imponere, cum ad determinationem voluntatis revocant, quando delectantur aliqua re, & cum gaudio in continuatione iſtius rei uſus perſeverant. Dicunt nos volentes exiſtere, neque nos tamen nos determinare ad exiſtendum. Dico inquam hoc dato, ſed non conceſſo; illud gaudium, quod oritur ex virtutis applauſu, & quod ſuperat omnia alia gaudia, & Enti ratione prædito maxime conveniens, non poſſe exiſtere niſi in eo, qui ex voluntate agit. An autem ego tali voluntate ſim præditus, nunc non diſputo: ſed ex prædictis conficio tale gaudium eſſe perfectionem abſolutam; & ideo Deo non eripiendam.

Quod autem dicunt quaſdam virtutes præſupponere infirmitates; ut pudor v. gr. in eo nihil nervorum eſt, quia non docemus uſum & exercitationem omnium virtutum Deo convenire, aut à Dei natura ita manare, ut data ejus exiſtentia detur reipſa illa virtus in Deo: ſed ex noſtra ſententia ſequitur, dato Deo dari *rationem æternam*, ſecundum quam Deus de actionibus hominum neceſſario judicat, utrum virtutis an vitii in claſſe ponendæ ſint: neque poſita creatura rationali in circumſtantiis, in quibus pudori locus eſt, Deo liberum eſſe *impudentiam* non habere pro vitio.

Sunt qui noſtram argumentandi rationem pro moralitate, & deſumptam à lege æterna, quæ in Deo eſt, labefactare conantur eo, quod nihil in Deo reperiatur, cujus aliqua in creaturis exiſtit ſimilitudo: & argumenta quæ pro ea ſententia in medium adducunt, hujuſmodi ſunt. Quæ inquiunt, inter Deum & hominem aut creaturam quamcunque poteſt eſſe conformitas, inter finitum & infinitum; inter independens & dependens? Deinde, Deus eſt ſimpliciſſimus, ergo totus nobis debet eſſe ſimilis, aut omnino diſſimilis. Deus non ponitur in aliqua claſſe aut genere rerum; ergo nulla nobis cum Deo intercedit cognatio, per quam propter aliquam in nobis facultatem, proprietatem, aut virtutem in una aliqua claſſe cum ipſo Deo collocari poſſimus. Addunt Deo indignum eſſe, ipſum ſimilem eſſe nobis: proprium tantum eſſe Dei Filio Deo eſſe ſimilem. Etiam ſententiam ſuam Scripturæ locis firmare conantur, *Deut.* 33: 26. *Non ſimilis eſt quiſquam Deo forti. Pſa.* 89:7. *Ecquis in æthere æquabitur Domino? Ecquis ex Deorum filiis Domino aſſimilabitur?* 1 *Reg.* 8: 23. *Inferius in terra, neque ſuperius in cœlis Deus ullus ſimilis tibi eſt ô Jehova Iſraëlis Deus. Eſai.* 40.18. *Cui aſſimilabitis Deum; & quid ſimilitudinis ei ordinabitis.* Et ideo Deum ſolum ſapientem, ſolum ſanctum, ſolum bonum, ſolum potentem in Scripturis vocari, 1 *Tim.* 1:17. *Apoc.* 15:4. *Matth.* 19:17. 1 *Tim.* 6:15. Varia itaque nomina, & quæ apud nos honorifica ſunt, Deo attribuimus: verum ea lege ut ne illorum pronunciatione pertendamus quid & qualis ſit Deus exprimere, ſed nos iis nominibus propriam tantum admirationem & obedientiam teſtari. Per hæc & ſimilia argumenta Adverſarii volunt conficere nos nullam Dei ideam habere, nullumque de eo conceptum formare, qui reſpondeat & conformis ſit illi Dei attributo aut proprietati naturali; ſed nos illi tribuere quod inter nos magnificum & excellens eſt: nullam etiam propterea Deo moralitatem attribuendam; ſed eam ab hominibus deſumptam ad Deum tranſlatam, eique attributam, quia virtus hominibus pulchra & laude digna putatur.

Reſpondemus hanc orationem ſibi non con-

conſtare; & qui hunc ſermonem ſic inſtituunt, ſibi ipſi in diſſerendo obſtrepere. Nam qui ita diſputant, præſupponunt Deum *exiſtere*: ergo ponunt ſe noſcere quid ſit *exiſtentia* in Deo. Ponunt Deum eſſe *aliquid*: ergo norunt aliquid *poſitivi* in Deo, quod privationi & negationi opponunt. Dicunt Deum eſſe *unum* non *plura*, ergo *unitatem* in Deo agnoſcunt, eamque à pluralitate diſtinguunt. Dicendo itaque ſe nihil de Deo intelligere, eodem ſermone profitentur ſe multa de Deo cognoſcere: idque per notiones tam Deo quam hominibus proprias & convenientes. Nam quamvis noſtra exiſtentia non eſt in omnibus ſimilis Dei exiſtentiæ, quæ eſt independens, æterna, &c. attamen quatenus exiſtentia opponitur *non eſſe*, aut non *exiſtere*, eatenus Deus & creatura in *exiſtentia* conveniunt. Idem dico de *poſitivo* & *uno*. At quemadmodum innatam ideam habemus de *exiſtentia*, de *uno*, de *aliquo poſitivo*, ita habemus innatam ideam moralitatis. Et *ratio*, quæ eſt in Deo, ſimilis eſt rationi, quæ eſt in creaturis rationalibus; quamvis non omnino par, & ad amuſſim reſpondens.

Quod autem dicunt nihil ſimilitudinis eſſe inter finitum & infinitum, inter dependens & independens, illius objectionis facilis eſt depulſio: quia non quatenus aliquid eſt infinitum, habet aliquid ſimile, aut cognatum cum finito, ſed quatenus eſt res, quæ finiti aut infiniti terminis aut conceptibus non exprimitur. Sic juſtitia, veritas, clementia, exiſtentia, ſpiritualitas, &c. in ſuo formali non includunt aliquid finiti aut infiniti, ſed eam denominationem adipiſcuntur, quando illa referimus ad ea, in quibus numerus & diviſio eſt, vel eſſe fingitur. Poteſt itaque eſſe aliqua affinitas & cognatio inter res, quæ ſub aliquo reſpectu infinitæ vocantur, cum iis, quæ propter ſuam imperfectionem infinitæ perfectionis non ſunt capaces.

Et quamvis Deus (ut etiam ad aliud argumentum reſpondeam) ſit ſimpliciſſimus; non ideo, qui aliquid illi, quod in Deo reperitur, ſimile habet, Deo ex omni parte ſimilis eſt, ſed in ea ſimplicitate Deo eſt diſſimilis: ſed ſimilis Deo, quatenus ſimplicitatis Dei ea eſt perfectio, quod ea in creaturis plurimis diverſis rebus & qualitatibus reſpondeat: quæ indiviſim in Deo ſunt, ſed diviſim in creaturis. Neque Deo indignum ipſum creaturis ſimilem eſſe, quando, quicquid poſitivi in ipſis (omni imperfectione & negativo ſejunctis) eſt, poſſidet. Quod autem Filius Dei Deo ſolummodo ſimilis dicitur, id eſt quia natura eſt unus idemque Deus cum Patre, ex ſubſtantia ejus genitus: & ita non tam ſimilis Deo quam idem Deus. Sed hoc non impedit quare creaturæ nihil habere poſſint, quod aliquam cognationem & ſimilitudinem habet cum aliquo illorum, quæ in Deo reperiuntur. Loca autem Scripturæ, quæ Deum ſolum ſapientem, ſanctum, potentem, beatum vocant, docent Deo iſtæc tam eximie convenire, ut quicquid horum ſimile in creaturis reperiatur, evaneſcat, quando cum iis quæ in Deo ſunt, contenditur: non autem quod nihil omnino ſimilitudinis inter Deum & hominem intercedat. Diutius in his refutandis non hærebo, cum ſint tantum ſophiſmata, & erectæ indolis viris, & veritati ſtudentibus indigna.

Si quæras, quæ itaque illa ſunt, quæ Deo attribui poſſint; & quorum reſpectu homo aliquid poſſidet cujus ſimile in Deo reperitur: & quæ illa ſunt, cum quibus nihil cognationis aut affinitatis habet? Reſpondemus alia eſſe hujuſmodi, quæ nihil niſi vitium & labem notant: ut quando quid malum, iniquum, infelix, ignobile, inops, anguſtum, infirmum, morbidum, mortale aſſerimus: nihil horum ſimile reperitur in Deo. Alia *defectum* quidem diſtincte ſignificant, tacite tamen quandam perfectionem inſinuant, cujus generis ſunt attributa corporea, facultates ſenſitivæ ambulandi, videndi, audiendi,

di, &c. Hæ vires id, cui inſunt, magnæ arguunt imperfectionis, aliquid tamen affirmant, de quo certo ſenſu dici poteſt ut adſit quam ut abſit melius eſſe, reſpectu ſtatus & conditionis infirmæ, in qua id, quod ea perfectione affectum eſt, conſtitutum eſt. Sic creaturæ finitæ melius eſt poſſe de loco ad locum tranſire, quàm eodem loco ſemper concluſam eſſe. Hujuſmodi perfectiones à Deo longe removendæ, quia perfectionis nomen tueri non poſſunt niſi in iis, qui egregia imperfectione laborant. Tertio ſunt quædam attributa, quæ abſolute quidem perfectionem ſignificant, ſed ita ut imperfectionem præciſe neque includant, neque excludant: qualia ſunt immunitas à materia, intellectus, voluntas, potentia, imperium, ſcientia, ſanctitas, juſtitia. Hæc enim generaliter conſiderata nullam quidem neque directe, neque indirecte ſignificant labem, ſed neque eam tamen omnino removent: & ideo eorum ſimilitudo in Deo reperitur. Tandem ſunt attributa quæ puram & abſolutam perfectionem important, & omnem defectus aut vitii mixturam penitus rejiciant. Talia ſunt æternum, immenſum, à ſeipſo exiſtens, independens & nulli obnoxium, omniſciens, omnipotens, rerum omnium principium adorandum. Horum nihil ſimile in creaturiſ reperitur. Et de his dicta ſufficiant.

Diximus ſupra nos Adverſariis largiri, non tamen concedere, me memet non determinare ad exiſtendum; quia præcedens demonſtratio abſolvi poterat ſine conceſſione iſtius veritatis: at ſi veritas limanda, & non loquendum ad opinionem Adverſariorum, negamus nos noſmet non determinare ad exiſtendum. Non quod æſtimem meam exiſtentiam oriri ex mea determinatione: nam quis eò abſurditatis prolabi poſſet: cum determinatio voluntatis in me eſſe non poſſit, quamdiu voluntas mea non eſt res exiſtens. Sed poſtquam meæ exiſtentiæ conſcius ſum, me determino ad exiſtendum. Quod liquet ex oppoſito: quia me determino ad non deſtruendam meam exiſtentiam; & ideo omnia mihi comparare ſtudeo, quibus mea exiſtentia conſervari poſſit. Et probent Adverſarii contrarium: nam quod objiciunt neminem ſanæ mentis à ſe impetrare poſſe ut non velit ſuam exiſtentiam, id non impedit quare determinatio removenda ſit ab appetitu, & cupiditate ſingulorum perſeverandi in ſuo eſſe: quia non requiritur ad naturam voluntatis ut ſit *in libertate contradictionis*. Neque requiritur ut homo, quando per determinationem & libertatem voluntatis bonum eligit, ut malum illi bono oppoſitum cognoſcat. Imo non eſt neceſſe ut homo in virtutis ſtudio agat propter finem à virtute ipſa ſeparatum. Sed ſufficit ad moralitatem, hominem in virtute intelligere & percipere rationem practicam & moralem: ex qua cognitione oritur determinatio homini aut enti rationali conveniens; & quæ moralitatem conſtituit: quia illa determinatio fit ex præcognitione moralis boni, quod in ratione conſiſtit; & quæ ratio à natura nobis eſt inſita; & propter illam determinationem, quæ ex ratione jam dicta naſcitur, nobis in exercenda virtute applaudimus, eaque gaudemus. Neque poteſt conſtare reſponſum, nos gaudere quia appetitu fruimur, & cupiditati ſatisfit. Lætamur enim aliter de bono Phyſico, aliter de bono morali; de hoc lætamur quia ejus auctores ſumus: & quando gaudemus de virtute proximi, non ideo gaudemus, quia illi aliquid feliciter accidit, ſed quia tacti ſumus ejus perfectione. Quemadmodum itaque *Spinoza* docet, id quod formam veræ cognitionis conſtituit, in ipſa cognitione quærendum eſſe: ita idea boni & mali moralis pendet à vi & natura noſtræ mentis; & quidem ab ea mentis noſtræ parte, (ut cum *Spinoza* loquar) quę æterna eſt, & res æternas contemplatur.

At quia *Spinoza* nonnulla argumenta ad eripiendam Deo voluntatem, addit, quæ qui-

quidem non directe ex ipſius definitionibus, axiomatis, & propoſitionibus ſequuntur; ſed ducta ſunt ab abſurdo, quod etiam communes Philoſophi juxta ſua principia, ſi recte ad ea attendant, ſequi agnoſcent: operæ pretium erit illa ad examen vocare. Ut itaque probari poſſit voluntatem ad Dei naturam non pertinere, ita argumentatur. Quæ in Dei poteſtate ſunt neceſſario ſunt; quia non datur actus & potentia in Deo: ſed quicquid in Deo eſt, actu eſt. Docere itaque Deum poſſe aliquid facere, quod tamen non fit: aut poſſe velle quod tamen non vult: aut aliquid feciſſe, aut voluiſſe quod potuit non feciſſe, aut non voluiſſe; idem eſt tamquam ſi dicas Deum poſſe efficere ut ex trianguli natura non ſequatur ejus tres angulos æquales eſſe duobus rectis: ſive ut data cauſa non detur effectus. Reſpondemus: negando omnia actu in Deo eſſe eo ſenſu, quo *Spinoza* illud inculcat. Et *Spinoza* id ſibi ſumit, & vice argumenti utitur, quod eſt in quæſtione. Nam qui Deo tribuunt voluntatem, eadem ratione tribuunt Deo facultatem & potentiam, à qua tamquam à cauſa libera proficiſcuntur quædam actiones, quæ neceſſarium nexum non habent cum Deo; neque ejus natura, aut ejus naturæ legibus comprehenduntur. Nec tamen illa potentia, quam voluntatem vocamus, quia Deus per illam potentiam decreta format, non eſt vera potentia in ſenſu, quo *Spinoza* potentiam ſumit, quaſi eſſet res privata ſua actione: & quæ cum actione eſt deſtituta, tamen actionem poſſet producere; ſed illa voluntas Dei ut & creaturarum rationalium, eſt unica & ſola vis actualis, quæ in natura datur; cum reliquæ operationes in natura nomine tenus operationes ſint, & revera paſſiones: ita ut negare voluntatem, ſit negare vim & actionem; & res tantum moveri in circulo, in quo nihil eſt quod operatur, quin etiam patiatur. Et ipſe Deus *Spinozæ*, ſi ei voluntatem demas, tam patitur quam agit: quia illo poſito neceſſario quædam ſequuntur: ſed quemadmodum ab æterno eſt, etiam ab æterno ad ejus exiſtentiam quædam ſunt ſecuta; quæ etiam ab æterno egerunt in alia, quæ Dei naturam ſequuta ſunt: & ita Deus *Spinozæ* tam patitur quam agit in natura, quia nunquam operatur quam quia & quatenus eſt affectus aliquo modo attributi cogitationis & extenſionis: & ita modificatus tam patitur quam agit, quia operationes in natura, juxta ſententiam *Spinozæ*, fiunt in circulo. Ergo quemadmodum in infinitam ſeriem modi à modis profecti ſunt, ita modi à modis in infinitum profecti alii aliorum cauſæ & effectus ſunt. At voluntatis alia eſt ratio: ad ejus enim poſitionem non neceſſario hoc aut illud ſequitur, ſed per cognitionem ſeſe determinat: & ad eam determinationem aliquid ſequitur, quia ſeſe determinat; non autem ſimpliciter ſequitur, quatenus voluntas eſt potentia: & ita reipſa nihil agit & operatur, ſed quatenus natura Dei voluntate affecta actuali per cognitionem ſeſe applicat, & ad aliquid ſe determinat. Et ita fruſtra à *Spinoza* objicitur, ex quibus tenebris & latebris prorumpat aut in Deo aut in homine illa cauſa, qua nos determinamus: eſt enim illa cauſa ſemper in actu, ſed quæ per antecedentem cognitionem nunc huic nunc illi rei ſeſe applicat.

Et quemadmodum in præcedenti objectione nihil eſt ſolidi aut firmi ad eripiendam Deo voluntatem, ita in ſecundo ejus argumento ducto etiam ab abſurdo, non multum debet habere fiduciæ. Eſtque tale: ſi in Deo eſt voluntas, ſequitur Deum non eſſe omnipotentem, quia ſequitur Deum plura ſcire & intelligere quam poteſt velle: ſcit enim ex orthodoxorum ſententia, infinita, eorum tamen infinitorum exiſtentiam nec velle nec efficere poteſt. Eſt hoc argumentum ſatis vulgare & tritum; nec tanti faciendum, ut propter id nova exiſteret diſciplina. Nam primum, pone circa Deum quaſdam moveri quæſtiones, quas tam facile expedire non poſ-

poſſumus: an ideo res clare & diſtincte nobis notas ibimus inficias. Sed quod caput rei eſt, non ſumus in hac cauſa ita deſtituti reſponſione & argumentis. Negamus enim Deum infinita numero cognoſcere: quia Deus in ſua natura tantum cognoſcit rationes rerum; à qua ratione veritatem ſuam mutuantur, & ſunt naturæ poſſibiles; & eatenus fundamentum ſuæ poſſibilitatis habent in Dei natura: ſed ea ratione individuâ non cognoſcit ſub numero, ſed ut æternas veritates, quæ ratione continentur: quæ æterna eſt in Deo. At individua non cognoſcit niſi quatenus illa decrevit: at finitum illorum numerum decrevit; quatenus ſingularum rerum ultima nunquam erit. Quod autem quædam res ſingulares in Scriptura dicantur poſſibiles, quæ tamen nunquam futuræ ſunt, & quas Deus tamen cognoſcit, quamvis illas non decreverit; & ideo videatur aliter loquendum de Dei intellectu, quam modo fecimus: id fieri dicimus reſpectu ordinis & œconomiæ in natura à Deo jam conſtitutæ. Deus enim ordinem cauſarum in natura inſtituit, ſecundum quem res fieri ſolent: idque obtinet tam reſpectu cauſarum moralium quam naturalium. Ita ut quemadmodum vere dicere poſſumus, ſi tantum momentum pondusque appenſum fuiſſet bilanci, illud pondus ſuperaſſet oppoſitum pondus; ita dicere licet, ſi tales exhortationes, tales doctrinæ, talia exempla adhibita fuiſſent erga quoſdam, eos ſe converſuros fuiſſe; quæ tamen in irritum cecidere, reſpectu aliorum, quibus iſtorum mediorum & viarum ſalutis copia eſt facta. Quorum omnium ratio eſt, quod Deus proximam ſuæ gratiæ operationem etiam ſecundum certum ordinem & regulas exequatur; quæ cum cauſis moralibus externis pari paſſu ſe communiter exerit: & ideo cauſis moralibus externis etiam tribuitur vis & efficacia ad hominis regenerationem, quamvis ſine gratia vacuæ eſſent viribus. Sed quia converſio hominis, qua reſipiſcit, eſt actio hominis rationalis, ideo operatio Gratiæ Dei in & cum illis cauſis externis moralibus juxta earum naturam operatur. Plura non addam: quia in Tractatibus de Prædeſtinatione & Gratia de iis abunde locuti ſumus.

Urget *Spinoza* adhuc alio argumento. Ex Adverſariorum inquit, ſententia omnia decreta ſunt æterna: at in æternitate non datur ante, quando aut poſt: inde concludit ex perfectione Dei ſequi, Deo voluntatem aut decreta non convenire; neque Deum quicquam decernere poſſe aut potuiſſe: aut ipſum ante decreta fuiſſe. Nam ſi res aliter ſe haberet: ergo Deus alium intellectum & aliam voluntatem habere potuiſſet ſine imminutione ſuæ perfectionis: & intellectus & voluntas, quam Deus habet, & à qua res ſingulæ profectæ putantur, ad Dei naturam non pertinebunt. Et ſi hoc rectè infertur, ſequitur nihil impedire quare Deus etiam nunc non poſſet mutare ſuam voluntatem ſine perfectionis ſuæ detractione. Et ſi Deus alium intellectum & aliam voluntatem habere potuiſſet, potuiſſet etiam habere aliam naturam; quia intellectus & voluntas à Dei natura non differunt. Non competit itaque Deo voluntas, ſed ex neceſſitate Divinæ naturæ infinita infinitis modis ſequi debuerunt, &c. Reſpondemus omnium iſtorum argumentorum unam eſſe depulſionem: dicendo Decreta Dei in ſenſu Adverſarii, non eſſe æterna: non ſunt enim iſtius naturæ ut eorum eſſentia includat exiſtentiam: poſſum itaque illa concipere, ut quæ potuerunt non fuiſſe: ſed voco illa æterna, quia ratio à nobis nulla dari poteſt, quare dicamus Deum, quicquid decretorum fecit, ea libere non feciſſe ab omni æternitate. Non ſunt autem æterna ſub ea forma & natura, qua Deum æternum dicimus: de cujus eſſentia eſt exiſtere: & Deus noſtro concipiendi modo prior eſt decretis, quia eſt cauſa libera decretorum.

Neque inde licet conficere eſſe aliquam im-

imperfectionem in Deo, quia eſt aliquid in Deo, quod non eſt Deus: nam nego id imperfectionem importare: ſunt enim illa decreta libera in Deo, quia eſt voluntate prædirus; at voluntas eſt perfectio: quod igitur à voluntate, qua tali fluit, imperfectio eſſe non poteſt. Lubenter itaque concedimus Deum alia decreta facere potuiſſe quam fecit; ſed negamus Deum ideo aliam voluntatem habere potuiſſe quam habet; & Deum etiam nunc ita liberum eſſe, ut poſſit mutare ſua decreta. Nam decretum non eſt Dei voluntas, ſed voluntatis effectus. Procederet illa argumentatio ſi voluntas & intellectus eſſent tantum modi cogitationis, quemadmodum amor & cupiditas ſunt cogitandi modi, & intelligendi actiones: quæ quando ceſſant pereunt; & quando ſibi invicem ſuccedunt, oriuntur & occidunt: quæ eſt ſententia *Spinozæ*. Non agnoſcit enim neque in Deo, neque in creaturis, aut in natura naturata, ullam vim, quæ ex ſe pergendo & continuando efficaciam ſuam reſpectu eorum, quæ in ſucceſſione ſequuntur, dicitur eſſe in potentia. At quamquam negemus talem vim aut tales potentias in naturis irrationalibus dari, Deo tamen & creaturis rationalibus illam tribuimus. Eſtque illa vis voluntas Dei & hominis: quæ voluntas eſt unica & ſola vera vis, quæ agit & non patitur; & cauſa eſt omnis ſucceſſionis in natura.

Quod autem Adverſarius dicit Deum etiam nunc poſſe mutare ſua decreta, ſi unquam illa fuerunt libera; neque illam mutationem magis pugnare cum perfectione Dei, quam prima libera Decretorum conſtitutio, id negamus: non quod pugnet cum ſumma perfectione Dei, quod voluntatis Divinæ applicatio ad novum aliquod objectum fieret; quaſi illa compoſitio imperfectionem inferret: nam tunc prima decreta etiam pugnarent cum Dei perfectione: ſed illa mutatio decretorum & conſiliorum Deo non convenit: quia non congruunt hæc, eſſe ſumme intelligentem & ſumme ſapientem, & mutare conſilia: hoc enim arguit inconſtantiam, ignorantiam & impotentiam, ſicut per ſe notum eſt.

---

## Cap. VII.

*In quo tam* Spinozæ, *quam aliorum argumenta refutantur, quibus cultum Numinis aut omnino tollere, aut ſaltem eum labefactare conantur. Et ſpeciatim proponuntur argumenta* Spinozæ *tradita in ipſius Tractatu* Theologico-Politico. *Et fundamenta cultus Divini naturalis magis confirmantur.*

Arbitramur ea de Deo, ejuſque attributis, & de Dei cultu, qui à natura Dei, ejuſque attributorum ducitur, à nobis in medium prolata, & probata, ut illa ſufficere poſſint ad ſtabiliendum naturalem Numinis cultum: ſed quia non omnibus, aut non ita eſt in proclivi ex traditis principiis Atheorum argumenta refellere: & quod ita ipſis multa poſſint oriri & hærere dubia, quæ ipſorum animos ſuſpenſos tenere poſſent, non detrectabo laborem, quo præcipua Atheorum argumenta enumerans, eaque ſpeciatim refutans, Lectorem muniam contra exitialia dogmata. Probabimus itaque in ſequentibus quædam ſingularia, quibus ſtabilitis cultus naturalis magis magiſque confirmatur, & Atheiſmus debellatur. Primum itaque probabo mundum non fuiſſe ab æterno; & illum ideo habuiſſe cauſam. Secundo probabo contra hodiernos Atheos mundum non per emanationem aut cauſam immanentem à cauſa prima profluxiſſe. Deinde probabo Deum eſſe juſtum, & vindicem peccatorum & bonorum remuneratorem: & ita per occaſionem expediam objectiones & nodos, quos hodierni Athei nectunt ad eximendam

dam hominum animis omnem Numinis reverentiam. Et ita porro ea perſequemur, quæ ſingulatim eam moralis diſciplinæ partem ſpectant, à qua ducuntur officia Magiſtratus & ſingulorum ſubditorum: quia *Spinoza* tam in Opere ſuo Poſthumo, quam in Tractatu Theologico-Politico, etiam in eo præcipue operam ſuam ponere voluit, ut probet æqui atque iniqui diſcrimen pendere à Magiſtratus inſtituto; & ante leges in Republica inſtitutas; & in ſtatu naturali nihil prohibitum, quam quod nullus vult *aut cupit*. Quatenus nullus, qui ſui potens eſt, neque à cauſis externis ſuperatus, cogitato & deſtinato ſibi interitum machinetur: aut putet id contra omne fas & æquum fieri, quod ſuæ conſervationi & bono ſuo conducere arbitratur: quia in ſtatu naturali ſinguli homines ſunt judices & æſtimatores ſui periculi; quod quiſque ex ſuo arbitrio ponderat. Et quamvis *Spinoza* iſtius arbitrii aliquam regulam ponit, nempe *rationem*; & quod ideo docet illos ſingulares homines in ſtatu naturali conſtitutos, eaque ſumma imperia feliciſſima eſſe, quæ res ſuas quam maxime ex ratione componunt, atque inſtituunt: agere tamen contra rationem, reſpectu hominum in ſtatu naturali viventium, ut & reſpectu ſummarum poteſtatum, non eſt *vitium morale aut peccatum, ſed imprudentia*: qua quis certe non alteri ſed ſibi peccat. Hoc eſt, non verſaretur talis in aliquo malo morali, ſed tantum ſibi aliquam noxam & aliquod damnum conciliaret. Qui v. gr. in ſtatu naturali nimium in proximum ſævit, quia nimium metuit; & inde in ſe hominum odia & machinationes concitat, is ratiocinando male inſiſtit, quia noxam & damnum ſibi creat: neque alia iſtius malæ ratiocinationis regula & norma eſt, quam eventus malus; propter quem talem à prudentia abeſſe dicimus. At talis ſævitia mali moralis rationem aut formam ex ſententia *Spinozæ*, non induit, quam poſtquam prudens Magiſtratus legibus vindictæ privatorum modum poſuit: & ita privati contra leges peccant, quarum obedientiam in ſe receperunt, quando alicujus civitatis facti ſunt cives, & in eam ſe aſſcribi paſſi ſunt: unde tunc *injuſtitiæ ratio* ducitur.

Probandum itaque mundum non eſſe ab æterno, non à ſe ipſo; ſed procreatum à Deo libere, non per emanationem, aut cauſam immanentem. Mundum hunc viſibilem tot diverſis corporibus & formis decoratum non eſſe ab æterno, neque eſſe à ſe ipſo, ipſi Adverſarii concedunt; qui agnoſcunt novas extenſionis modificationes, quas corpora vocant, indies fieri: ſed eum per emanationem ſive cauſam immanentem, à Deo profluere contendunt; eamque productionem novarum modificationum tam extenſionis quam cogitationis, perpetua ſucceſſione ab æterno in æternum progredi: quod nunc oppugnandum ſuſcipimus. Quandoquidem natura naturans & natura naturata, ſive Deus & mundus, ex Adverſariorum ſententia, non eſt unum & idem, fieri non poteſt hoc univerſum à Deo per emanationem proceſſiſſe: nam quod per emanationem ab aliquo procedit, quemadmodum neceſſario ab illa cauſa (loquor ſecundum uſum communem, quia cauſa emanativa non eſt vera cauſa) procedit, ita etiam pars eſt illius cauſæ, & quidam pars neceſſaria: quia ſine illo effectu cauſa nec eſſe nec concipi; nec viciſſim effectus emanativus ſine illa cauſa emanativa eſſe aut concipi poteſt. Et ille effectus, ſi rem recte putemus, non tam neceſſario ſequitur ad exiſtentiam cauſæ emanativæ, ſed ſimul cum illa cauſa exiſtit neceſſario: at quod ita neceſſario naturæ alicujus rei adhæret, eſt de eſſentia illius rei, cui ita neceſſario adhæret; & cogitandi modo tantum à cauſa differt: quatenus unam eandemque rem conſideramus, ut quædam poſſidentem, quæ *primo* à ſeipſis ſunt, & alia, quæ *ſecundo* à ſeipſis ſunt: cum tamen reipſa omnia in ente, quod agit per cauſam ema-

emanativam à ſeipſo ſint: quia non eſt niſi conſiderandi modus, quod id, quod conſideratur ut effectum alterius rei, quę per emanationem agit, non tam ſit de natura rei, quam id, quod ejus cauſa dicitur. Quandoquidem ex neceſſariis iſtius cauſæ neceſſarię legibus effectus ille profluit; & tam neceſſarium illi cauſæ eſt talem effectum producere, quam leges ſuę naturæ ipſi neceſſariæ ſunt. Si dicant, cauſam tamen eſſe perfectiorem effecto: extenſionem, aut attributum extenſionis perfectius extenſionis modo: cogitationem, aut attributum cogitationis, perfectius modo cogitationis; & ita naturam naturantem non eſſe confundendam aut miſcendam cum natura naturata: neque unitatis, neque perfectionis reſpectu. Reſpondemus: Adverſarios nulla ratione probaturos (ſi velint ſuis principiis inhærere) naturam naturantem perfectiorem eſſe natura naturata: quia utræque ſuis naturæ legibus æque neceſſario exiſtunt: neque ex ſuis principiis probabunt, unitatem eſſe perfectiorem pluralitate, cauſam effectu. Imo cur non cum ratione ſtatuere licet, mentem ſive ſubſtantiam attributo cogitationis affectam tunc perfectiorem eſſe, cum exerens vires naturæ; & ſecundum eas operans, conſideratur ut quibuſdam modis cogitationis affecta, quam quando conſideratur, ut iis deſtitutus. Imo quomodo Adverſarius inſiſtens ſuis principiis, mihi probaturus eſt, modum non eſſe aliquando perfectiorem ipſa ſubſtantia, quemadmodum in artificialibus ſæpe evenit, formam ſuperare dignitate & pretio materiam. Sed revertor ad inſtitutum.

Si itaque totum hoc univerſum iſtius eſſet naturæ, ut una pars non poſſit concipi ſine alia, tunc totum hoc univerſum tantum eſſet *una natura*: (partes enim denotant multitudinem rerum eſſentia diſtinctarum, ita ut eſſentia unius non ſit eſſentia alterius) & orireṭur pluralitas tantum ex cogitandi modo: quemadmodum figuræ tantum oriuntur ex noſtro cogitandi modo; quatenus aliquod corpus per modos quoſdam limitamus; & alios modos extenſionis, & corpora ab ejus conceptu, cogitatione & operatione mentis excludimus. Qua mentis operatione fit, ut corpora cum aliis corporibus ſimul conſiderantes, aut ea corpora à noſtra cogitatione excludentes, corpora à nobis dicantur hanc vel illam figuram habere. Quod autem ordinem aliquem intelligimus inter cauſam & effectum, per cauſam emanantem productum, id non impedit, quare res per emanationem producta non ſit una eademque res cum cauſa emanativa. Ita quamvis concipiendi modo dicimus impenetrabilitatem & diviſibilitatem ordine concipiendi ab extenſione eſſe; attamen diviſibilitas & impenetrabilitas unum & idem ſunt cum extenſione.

Quod autem Philoſophi diſtinxere inter cauſam emanativam, & inter iſtius cauſæ effectum, id natum ex non ſatis attenta conſideratione naturæ, quia cauſæ emanativæ attribuerunt quod à vera actione & operatione cauſæ, quam falſo emanativam vocabant, profectum erat: at quod ab operatione aut actione alicujus procedit, id per cauſam emanativam non oritur. Sic ſolem dicunt eſſe cauſam emanativam lucis: ignem caloris; quem à ſe fundunt in partes vicinas. Et quam obſcuras, confuſas & falſas ideas Philoſophi de modo & ratione iſtarum cauſarum habuere, accuratior hodierna Philoſophia docuit; & oſtendit nec lumen à ſole, nec calorem ab igne per emanationem in vicinas partes univerſi diffundi: ſed per actionem & operationem veram, qua omnes veræ cauſæ operantur: & quarum cauſarum effectus à cauſa ſunt diſtincti.

Sed ut totam hanc controverſiam, arcem cauſæ invadendo, dirimamus, negamus poſſe aliam cauſam activam dari, quam quæ ex libertate agit: & eam rem tantum ideo cauſam agentem eſſe, quia ex libertate agit. Et quemadmodum hoc

in

in ſequentibus probatum dabimus, ita in præſenti dicimus nihil magis congruere ſententiæ *Spinozæ*, quam de cauſalitate activa entium tradit, quam id quod nunc urgemus. Conſtat *Spinozam* tollere omnem *potentiam* tam à natura naturante, ſive Deo ſuo, quam à natura naturata, & inculcat ad conſtitutionem cujuſque rei neceſſario aliquid dari & exiſtere; quod nos etiam illi concedimus. Deinde docet ſubſtantiam infinitam, quam Deum ſuum vocat, agere, quicquid agit ex neceſſariis ſuæ naturę legibus; eamque attributo cogitationis & extenſionis affectam pro diverſitate modorum, quibus illa attributa affecta ſunt, neceſſario exiſtere, & eſſe cauſam aliorum modorum; idque in infinitum: ita ut reipſa ad initium aut principium aſcendere non liceat in illa ſerie cauſarum: ſed naturam naturantem & naturam naturatam ſimul tamquam in circulo, ex conſtitutione & poſitione cujuſque entis, & varietatem, quæ in modis extenſionis & cogitationis conſpicitur, oriri; neque aſſignari poſſe quid cujuſque ſit cauſa. Subſtantia enim infinito cogitationis & extenſionis attributo affecta, non eſt cauſa alicujus entis, niſi quatenus eſt affecta aliquo modo finito: at juxta doctrinam & principia *Spinozæ* iſtorum modorum unus non magis eſt cauſa alterius, quam in circulari motu globulorum unus globulus magis dici poſſit cauſa motus ſequentis globuli, quam globulus ſequens eſt cauſa motus præcedentis globuli. Quod cuivis animum ad rem attendenti manifeſtum eſt. Non datur igitur cauſa entium in natura naturata, neque etiam natura naturans eſt cauſa entium naturæ naturatæ: quia juxta ſententiam *Spinozæ*, ſubſtantia infinita non eſt cauſa ullius entis in natura naturata, quatenus attributo infinito affecta eſt; à tali enim attributo nil niſi infinitum proficiſci poteſt: ſed eſt cauſa entium in natura naturata, quatenus attributa infinita iſtius ſubſtantiæ infinitæ affecta ſunt modo finito. At jam probavimus modorum in circulo exiſtentium unum aliorum cauſam eſſe non poſſe. Hoc itaque dato, in natura naturata ad conſtitutionem alicujus entis certo modo affecti, neceſſario aliquid ſequi; totamque naturam naturatam eſſe in actu, nullamque in ea dari potentiam. Dato pariter ſucceſſionem in natura naturata non eſſe, quia ex ſententia *Spinozæ*, tota natura naturata movetur in circulo: & ideo omnis motus ſimul eſt, quemadmodum omnes globuli, qui in circulo moventur, ſimul moventur; & ſucceſſio, quam in digitis experimur, quando motis globulis illos imponimus, non eſt, ex ſententia *Spinozæ*, in motu, ſed in ſpatio, quod digiti conſtituunt, & per quod globuli in circulum moti tranſeunt: ergo inſiſtentes principiis *Spinozæ*, & tollentes libertatem voluntatis ex natura, non datur cauſa efficiens aut principium activum in ipſa natura. At poſito dari ſucceſſionem in motu, quæ eadem eſt cum continuatione motus, quam nullus in motu globulorum negare poteſt, danda neceſſario cauſa iſtius continuationis motus: eaque nulla alia eſſe poteſt quam cauſa libera, quæ ex libertate voluntatis agens ſucceſſionis & continuationis motus cauſa eſt, quia in volendo perſeverat: & quæ voluntas eſt cauſa efficiens omnium entium naturalium.

Quod autem objici poſſit mundum potuiſſe ab æterno fuiſſe; etiamſi libere productus fuiſſet: quemadmodum ex Orthodoxorum ſententia decreta Dei ſunt æterna, & tamen libere producta, id in ſuperioribus refutatum: ubi traditum decreta Dei non eſſe æterna, æternitate abſoluta, qua Deus eſt æternus: neque ideo nec una ſunt cum Deo, neque ejuſdem æternitatis, quia habent cauſam & originem liberam: quemadmodum judicium, quando ſequitur ad claras & diſtinctas ideas, talem cauſam habet; & eſt liberum libere ab anima profectum; & quidem tamquam à vera cauſa, quia eſt à libertate: at libertatis formalis ratio eſt, quod ex ſe ſponte ſua acti-

actionem cum cognitione excitet; & quod nunquam conſiderari debeat ut coacta ad agendum. Sed de his ſatis ſuperque in ſuperioribus.

Contra emanationem mundi præterea ſic argumentor. Si mundus à Deo eſt productus tamquam à cauſa emanativa: ergo totus ſimul & ſemel eſt productus. Neque in mundo ulla ſucceſſio aut motus eſſe poſſet: quia quod per emanationem putetur produxiſſe aliquid, id ex ſua natura id producere æſtimatur: quæ natura aut tota ſimul poſſidetur, aut per partes. Poſterius dici non poteſt; quia pars ſubſequens non poteſt eſſe de natura partis præcedentis: & ita illæ partes unam naturam aut rem unam non poſſent conſtituere. Si autem cauſa emanativa Deus eſt ſimplex & una, imo unica natura, non poteſt per emanationem ſucceſſive nunc hoc nunc illud producere. Quia poſtulo ab Adverſariis, unde illa nova vis, à qua continuatio & ſucceſſio, prius hæſit, & quare ceſſavit, ex quo loco concluſa ſe prodit: quæ Adverſarii cum contra voluntatem nobiſcum diſputant, nobis objiciunt. Poſſumus nobis facile ſucceſſionem imaginari in cauſis, quæ ad agendum motu alieno impulſæ ſucceſſive nunc hos nunc illos effectus coguntur producere: ſed ille operandi modus longe abeſt ab operatione, quam communes Philoſophi cauſæ emanativæ tribuunt. Jugulemus itaque Adverſarios ſuo gladio; & dicamus à cauſa emanativa nihil procedere & manare poſſe, quod ſucceſſionis viciſſitudini ſubjectum eſt.

Dicere autem ſucceſſionem in rebus nihil reale & abſolutum eſſe: ſed tantum cogitandi modum, qui in mente exiſtit: quemadmodum globulorum in circulo junctim poſitorum ſucceſſivus tranſitus ſub digitis, quando impelluntur & moventur, eſt tantum ex imaginatione natus: neque re ipſa in illis globulis, quando impelluntur, motus ſucceſſio datur: quia, inquiunt, continui cum ſint, ſimul uno eodemque momento moventur; neque per ſucceſſionem unus globulus alteri motum ſuum communicat; quamvis ſucceſſio continua globulorum ſub digito in nobis excitet cogitationem de ſucceſſione motus. Ex ſupradictis conſtat hujuſmodi reſponſionem vanam eſſe: quia quamvis globuli uni poſt alios non ſucceſſivè moveantur, ſed uno impulſu, eſt tamen continuatio motus totius circu' globulorum. At in tractu & continuatio..e motus ſunt partes; & una pars ab alia non pendet: ergo cum plures in ea ſunt partes, debet aſſignari cauſa iſtius continuationis: ea autem cauſa emanativa eſſe non poteſt. Prӕterea corpus continuum, aut potius contiguum, ex globulis conſtans movetur per ſpatium ſucceſſive: & ideo globulorum ſucceſſionem ſub digitis, qui pars ſunt ſpatii, quod globuli tranſeunt, ſentimus. Agnoſco equidem univerſum unum eſſe continuum aut contiguum; & ita quemadmodum globulorum unus alterum non movet ſucceſſive, ita concedo eandem eſſe rationem univerſi, quæ eſt globulorum: quia quandoquidem vacuum non agnoſcam, totum univerſum tamquam unum continuum eſt conſiderandum. Atque ita quamvis concedam eo ſenſu non dari ſucceſſionem motus, quo intervallis temporum pars una movet alteram, datur tamen continuatio motus, quatenus Deus motum in corporibus facit perſeverare: qui in univerſo numquam ceſſans, temporis & durationis cauſa exiſtit: & cujus cauſæ vi res ſucceſſive revera, non noſtro cogitandi modo producuntur; & ita à cauſa emanativa procedere non poſſunt: nam tunc non daretur motus continuatio. Et nulla cauſa poteſt motum, qui formaliter continuationem continet, producere, niſi aut agatur ab alia ad agendum, quod Adverſarii à Deo ſuo removent: aut debet eſſe cauſa libera, quæ per voluntatem motum durare facit. Et ita apodictice evincitur illam naturam, quæ eſt cauſa motus, etiam

etiam eſſe cauſam liberam ea libertate, quam nos contra *Spinozam* tuemur, qua Deus libero decreto agit omnia, quæ cum ejus natura neceſſariam connexionem non habent, non autem ea libertate, qua aliquid ex naturæ ſuæ neceſſitate, non coactum ab alio extrinſeco, agit. Quæ eſt ſententia *Spinozæ*.

Probavimus itaque Deum libere agere, quia mundum produxit libere, & non per emanationem: quia quod per emanationem producitur, id revera non producitur; neque in eo ratio cauſæ & effectus locum habet: & quod ab alio per emanationem produci putatur, id ex illius, à quo productum dicitur, proprietatibus eſt & exiſtit. At quemadmodum natura & proprietates naturæ ab eo, cujus ſunt natura & proprietates, ſeparari non poſſunt, ita res illæ, quæ per emanationem produci putantur, non tantum ſimul cum illa re exiſtunt, quæ cauſa emanativa illarum eſſe dicitur, ſed etiam ad ejus naturam pertinent, faciuntque unum cum re, à qua per emanationem proceſſiſſe dicuntur. Alterutrum itaque ſtatuendum, aut mundum & naturam naturatam Dei partem eſſe; & ita ipſum Deum: quod quidem ex Adverſariorum poſitionibus neceſſario ſequitur; qui Deum agere dicunt ex neceſſitate ſuæ naturæ: aut dicendum mundum libere à Deo creatum. At mundus non eſt Deus: hoc eſt, non eſt illud ens ſumme perfectum, cujus in me habeo ideam. Habeo enim in me ideam entis perfectioris, quam eſt mundus. Habeo enim ideam entis, quod actu omnia ſimul poſſidet: & quod ideo non eſt in potentia aut in fieri: quod ſe totum complectens, & nihil foris quærens, quo perficiatur, perpetua & conſtanti felicitate fruitur. At mundus, aut natura propter continuum motus progreſſum, & propter perpetuas mutationes & viciſſitudines, non poteſt eſſe illud ens ſumme perfectum. Et ut verbo abſolvam: habeo ideam entis, de quo nihilum abſolute removetur: & quod à nullo ente abſolute perfecto determinatur; & quod propter ſuam eſſentiam & naturam neceſſariæ eſt exiſtentiæ: at idea, quam de mundo atque de natura habeo, plane ab illa idea Dei diverſa eſt. Ergo natura non eſt Deus, neque à Deo per emanationem proceſſit, neque Dei aliqua proprietas.

Habemus itaque ens illud, quod vi ſuæ naturæ eſt, & omnium eſt cauſa, & propterea omnes veras & abſolutas perfectiones poſſidere debet: quod enim tam potens eſt, ut vi & perfectione ſuæ naturæ exiſtat, & omnium cauſa eſt, ſibi omnia, ut ita dicam, largitus eſt, quibus natura perfectiſſima continetur: præſertim quandoquidem intellectu & voluntate præditum eſt. Sed quamvis hoc concedant Adverſarii, ſunt tamen negaturi ea perfectionum abſolutarum numero cenſenda, quæ nos in ea claſſe ponimus. Reſpondemus jam probatum eſſe, ens ſumme perfectum eſſe *Spiritum*, hoc eſt, ens rationale, intellectu & voluntate præditum: illud conſcium itaque eſſe ſui ipſius: dolore itaque carere; plene contentum eſſe, hoc eſt, eſſe beatum, & quidem ſumme, quia omnia poſſidet, quæ entis rationalis beatitudo complectitur. Et quia ita illa poſſidet, ut nihil umquam ea ſit diſturbaturum, quia omnia quæ extra ſe ſunt, à ſe dependent, ſubſiſtunt atque operantur. Quæcunque itaque clare & diſtincte percipimus imperfectiones eſſe in ente rationali, ab illo Ente primo, & quod eſt cauſa omnium, ſunt removendæ: & ita ex idea Entis illius primi, ea ratione & via, quam jam narravimus comparata, recte argumentamur omnes perfectiones illi enti attribuendas: quemadmodum ex trianguli natura recte & accurate examinata, omnes illi proprietates attribuimus, quas Mathematici ex ejus natura triangulo ineſſe demonſtrant. Probata enim eouſque exiſtentia & natura entis primi, quod à ſe ſit, quod omnium ſit cauſa, quod intellectu

lectu & voluntate ſit prædiｔum, &c. ex illis iſtius entis primi proprietatibus deducimus, quæ illi enti præterea vi iſtarum proprietatum inſunt: quemadmodum ex trium linearum ita ductarum, ut triangulum conſtituant, natura fluunt omnes proprietates, quas Mathematici demonſtrant eſſe in Triangulo. Neque ſubſiſtit objectio, quando Adverſarii dicunt, nos nonnulla, quę perfectiones eſſe putamus, Deo attribuere quæ tamen impoſſibilia ſunt: quia pugnantia involvunt; adeoque vera entia non ſunt: quale inter alia eſt voluntatis libertas. Aut itaque ad ideam Dei ſufficit conceptus de Deo, quem *Spinoza* fingit: aut concedendum in eorum ſententiam, qui negant nos *Dei ideam* habere; & nos temere nobis Dei naturam in mente repræſentare per illas perfectiones, quas homines primo enti attribuere conſueverunt, cum nihil hujuſmodi in Deo eſſe poſſit. Si enim illas res, quas Deo tribuimus, & quarum aliquod analogum in creaturis reperiri putamus, omnibus imperfectionibus nudes, tunc ideam illarum rerum perire ferunt: nec voluntas, nec intellectus, nec potentia &c. in Deo reliqua erunt, ſi nempe ab iis auferas imperfectiones, quibus conveſtitæ ſunt in creatura rationali: neque ita illæ perfectiones genere eædem erunt in Deo, quas in creatura collocamus; & perfectionum numero habemus: & ita regula judicandi de perfectionibus, non erit conſtans & firma; & male inſtituetur ratio judicandi de perfectionibus Dei per perfectiones creaturarum: quia cum ſint perfectiones creaturæ, ideo Deo convenire non poſſunt: quia eſt de earum natura, quod ſint entia imperfecta: & ad hujus argumenti vim Philoſophi Chriſtiani attendentes removent à Deo extenſionem. Non itaque dicendum inquiunt, Deum tantum eſſe *incomprehenſibilem*, ſed Deum etiam *apprehendi* non poſſe; nihilque eorum, quæ Deo attribuimus, illi convenire, niſi nomine tenus. Dicimus iſtius objectionis vim jam cadere, quia à priori probavimus Deum eſſe ens ſumme perfectum, ex eo, quod vi ſuæ naturæ exiſtat: quod ſit cauſa libera omnium, &c. Inde recte conficio, ea omnia Deo convenire, quæ perfectiones eſſe abſolutas, Deoque competentes clare & diſtincte intelligo.

Neque negandum eas perfectiones eſſe in Deo, quia non poſſum comprehendere quomodo ſint in Deo: quandoquidem illa incomprehenſibilitas non oritur ex contradictione in re, ſed ex imperfectione & finitudine mei intellectus: quod manifeſtum eſt, quia *clare & diſtincte intelligo illa attributa Deo ineſſe, quæ ſunt fundamenta reliquorum*. Si clare & diſtincte intelligo corporis naturam in extenſione conſiſtere; & inde ſequi, illud eſſe in infinitum diviſibile, recte procedit ratiocinatio, quamvis comprehendere non poſſim, quomodo illa diviſio in infinitum fieri poſſit: & ideo recte dicimus id à nobis comprehendi non poſſe; non propter repugnantiam, quæ in ea re eſt, ſed propter imperfectionem & finitudinem noſtri intellectus.

Accedit, quod illorum Adverſariorum, qui propter difficultatem jam in medium prolatam, negant ideam Dei in nobis eſſe, ſententia abſurdiſſimis laboret conſequentiis. Si enim nullam veram Dei ideam habemus, ergo homines ignorant Deum eſſe: quia argumenta & rationes, quibus Dei exiſtentia probatur, infinitudinis illius participes ſunt, quemadmodum Dei natura infinita eſt. Ex. Gr. quis comprehendit naturam cauſa primæ, quis naturam ejus concurſus? Si propterea nullam ideam habemus cauſæ primæ, quomodo aſſerimus mundum cauſam habere? Quibus argumentis adſtruent Dei incomprehenſibilis exiſtentiam. Nam eodem jure dicetur nobis incomprehenſibilem eſſe rationem cauſalitatis primæ, quo jure Adverſarii aſſerunt Dei naturam nobis eſſe incomprehenſibilem: & ſi recte docetur nos propter *infinitatem* Dei nullam

lam Dei ideam habere, recte pariter docetur, nos nullam ideam habere cauſæ primæ, nec rationis ejus cauſalitatis; & ita nullam ideam illius habemus, quo exiſtentia Dei probetur. Deinde omnia, quæ Deo attribuimus, tantum erunt figmenta; neque ulla ratione Deo convenientia: neque ulla quidem analogia erit inter ea, quæ Deo attribuimus, & inter ea, quæ reipſa ei inſunt. Neque ulla erit cauſa, quare ullum attributum, quo aut Deum ab aliis rebus diſtinguimus; aut quo cultus & reverentia, qua erga Deum afficimur, nititur, Deo attribuimus: & ita nec Dei exiſtentia, nec ulla ejus attributa nobis erunt cognita. Quo, neſcio, an quicquam non tantum abſurdius, ſed magis impium fingi poſſit. Sic falſis numinibus Dei nomen denegamus, non quia Dei nomen illis attribui non poſſet, ſi materialis tantum ſonus conſideraretur; imo illis attributum fuit ab Ethnicis: ſed quia idea, quam in nobis habemus entis ſupremi, quamque huic nomini Deus alligavimus, ſoli Deo vero convenit. Præterea cum quidam Dii vocari voluere, quæ Caligulæ & Domitiani inſania fuit, illi impietatis crimen non incurriſſent, ſi nihil hiſce literis vel ſyllabis *Deus* ſubeſſet, quod non poſſet homini convenire, dummodo omni idea caruiſſent. Hinc etiam Batavum illum impietatis non accuſamus, quod diceretur *Ludovicus Dieu*, quæ vox Gallice Deum ſonat. Quænam ergo fuit horum Principum impietas? Huic nomini *Deus*, quod ſibi adoptabant, partem ſaltem ideæ, quæ illi nomini ſubjacet, relinquebant: ita ut ſignificaret naturam excellentem & adorandam; unaque ſibi hoc nomen cum hac idea adſcribebant; & in eo conſiſtebat eorum peccatum. Denique ſi nullam Dei ideam habemus, nomen hoc *Deus* proferendo, nihil amplius concipimus, quam haſce quatuor literas D. e. u. s. Et qui Latinam linguam tantum cognoſceret, linguæque Hebrææ eſſet ignarus, nihil amplius haberet in mente, audiro illo nomine, quam Synagogam ingreſſus, Hebraicæque linguæ ignarus, Hebraica Dei nomina *Adonai* vel *Eloha* audiret: quod pugnat cum omnium ſenſu & cognitione.

Quod autem ad moralitatem attinet tam primæ quam ſecundæ tabulæ; & quam ferunt tantum comprehendere perfectiones homini convenientes; & nos eas temere etiam Deo attribuere, exiſtimantes perfectionem abſolutam eſſe, quod nobis perfectionem addit: de ea per occaſionem ſupra multa dicta ſunt, ſed nunc paucis totam rem expediam. Quantum ad moralitatem primæ tabulæ, illa hac ratione ſe prodit ex præcedentibus. Cum ſcimus quomodo Dei exiſtentia, & quæ ipſi inſunt, attributa probentur, pariter mens noſtra imbuitur cognitione veri Dei: quæ cognitio inter alia complectitur à Deo omnia creari & ſuſtentari; & ita eouſque nobis ingenerat ſcientiam Divinæ providentiæ. Et mens propterea de Deo tales opiniones fovet; talique ſenſu erga illum ducitur, qui conjunctus neceſſario eſt cum illa vera cognitione Dei; taliſque, quam jam notavimus, providentiæ. Ergo Deus talis agnoſcendus. Et hæc cognitio fundamentum eſt totius cultus naturalis, qui prima tabula continetur: & ab eo, ſi contradictoria in moralibus ſtatuere nolimus, ducitur ratio illius moralitatis. Ergo peccatum eſt, talem Deum non agnoſcere: alium præter hunc Deum Dei loco habere: plures Deos ſtatuere: ea de Deo credere, & ita circa illum ſeſe gerere, quæ non conſiſtunt cum illis partibus cognitionis Dei. Voluntatem & præceptum itaque Dei eſſe, ut juxta hoc lumen practicum actiones noſtras componamus: Deo placere, quando ejus voluntati paremus; offendi, quando ab ea declinamus: illius voluntatis cauſa officium hominis eſſe bonum morale ſectari, & malum fugere: atque ita omnes noſtras actiones ad illum referre tamquam ad cauſam primam; in illo ſtudio ponere noſtrum ſummum bonum,

num, illudque ab eo exſpectare; quandoquidem conſcii nobis ſumus multa nobis deeſſe, noſque ea noſtris viribus comparare non poſſe.

Quantum autem ad illam moralitatis partem, quæ complectitur Dei ſanctitatem; & ſpeciatim ejus juſtitiam, qua peccata eſt vindicaturus, & bona opera remuneraturus; id partim etiam in ſuperioribus probatum: aut ſaltem ibi ea jacta ſunt fundamenta, ex quibus facile duci poſſunt argumenta, quibus illa veritas, tantopere creditu neceſſaria, probetur. Oſtendimus enim in virtute eſſe *rationem rectam*; & pulchritudinem ex ratione recta manantem ſeſe in virtute prodere: illius rationis rectæ & pulchritudinis eam eſſe vim, ut omnis rationalis creatura illam amplecti, laudare, & ut bonam, bonitate morali, æſtimare debeat: idque tam neceſſario, quam neceſſe habemus in Phyſicis, rebus clare & diſtincte perceptis aſſenſum præbere; & falſis atque contradictoriis illum abnuere. Deus itaque videt in virtute illam rationem & pulchritudinem, propter quam eam amat; & in vitio turpitudinem, ex pugna cum ratione morali ortam; & quod vitium ideo Deus naturaliter odit. Et ideo ſine dubitatione de Deo aſſerimus, quod in Deo ſit *perfectio*, virtutem, quæ à creatura rationali efficitur, amare; & propter eandem cauſam homines probos amare: & qui ideo etiam amoris effectum erga ſe experientur; quia Deus eſt potens ad illud efficiendum. Et contra eſt in Deo etiam juſtitia punitiva, quia eſt illa juſtitia perfectio abſoluta; & propter eandem rationem, propter quam Deus amat probitatem & probos, propter eandem odit improbitatem & improbos: qui ideo Dei odii vim & effectum non effugient. Et quandoquidem conſtat effectus amoris & odii, ſive remunerationem & punitionem non exſeri in hac vita; ſed probis hic ſæpe multa adverſa evenire, improbis multa proſpere, eoſque feliciter agere, inde recte conficitur, probos poſt hanc vitam præmia manere, & improbos pœnam: atque ita hominis officium eſſe virtuti operam dare, & vitium fugere: quia per virtutis ſtudium ſibi conciliat benevolentiam Numinis; quod ſolum eum beatum reddere poteſt: & per vitiorum perpetrationem odium Numinis, quod in perpetuum eum dolore mulctare poteſt. Peccat ergo contra omnes prudentiæ regulas, qui brevem & fugientem voluptatis uſum ſectatur cum diſpendio ſalutis æternæ. Falſum itaque quod docent *Spinoſiſtæ, neminem per naturam ſcire ſe ulla religione erga Deum teneri: ſed hoc tantum homini poſſe innoteſcere ex revelatione ſignis confirmata.* Ita etiam non minus falſum illud Adverſariorum, *nos lumine naturali percipere non poſſe, quod ſimplex obedientia ſit via ad ſalutem: & inobedientia via ad interitum.*

Sed quia hæc controverſia eſt maximi momenti, me operæ pretium factum arbitror, ſi hanc veritatem, nempe Deum non ſolummodo eſſe ſanctum, hoc eſt, rationem, quæ in virtute reperitur, probare, ſed etiam eſſe juſtum, hoc eſt, virtutem præmio afficere, & vitium pœna. Concedimus Adverſariis, Dei ſufficientiam, ejuſque in omnes creaturas potentiam conſtituere inter multa alia, jus & fundamentum imperii divini in creaturas rationales: eſt enim contra rationem ei refragari, eique ſeſe opponere, iramque ejus in nos concitare, cui viribus impares ſumus. Hoc enim eſſet contra ſtimulum calcitrare: at quamvis hoc veriſſimum, in ſuperioribus tamen multis argumentis probavimus veram rationem formalem moralitatis non verſari in commodo aut incommodo, quod ex aliquo noſtro inſtituto aut actione ſequitur. Præterquam quod illa ſufficientia & potentia Dei nos non doceat ad quam normam homines vitam ſuam componere debent: ea enim norma à ratione petitur; quæ expreſſa in lege menti noſtræ impreſſa, aut ore pronunciata, aut ſcripto conſignata, *lex Dei* voca-

vocatur. At eadem ratio conſiderata, ut à Deo manans & originem trahens, vocatur Dei *Sanctitas*. Quemadmodum itaque pugnantia dicit, qui ſtatuit rationem non eſſe perfectionem; & Deum ens ſumme perfectum non eſſe, ita pugnantia loquitur, qui negat Deum eſſe Sanctum. Eſt itaque illa Sanctitas Deo naturalis; & ab hac naturali ſanctitate, à qua manat ratio, manat etiam omnis virtutis *forma*, quæ ratione continetur. Et hæc ſanctitas complectitur omne jus, tam divinum naturale, quam humanum naturale; & quod eſt diſtinctum à jure divino poſitivo, quod non eſt neceſſarium: & à quo jure poſitivo profectæ ſunt omnes leges cæremoniales & politicæ; quarum materia atque præcepta nullam in ſe comprehendunt ſanctitatem veram & formalem. Hinc manifeſtum eſt, virtutis rationem non conſiſtere in relatione conformitatis cum lege; & actionem ideo bonam eſſe, quia à lege imperata eſt: ſed ideo à lege imperatur, quia ante legem latam bona erat: & quia bona erat, ideo ad illam bonitatem leges referri debebant. Quemadmodum concentus & regulæ proportionum vocis & tibiarum bona ſunt, quia conveniunt cum temperamento hominum & ſpirituum naturalium conſtitutione, ad quam leges Muſicæ componi atque conſtitui debent; & à qua conſequenter petuntur. At quia naturalis conſtitutio corporis & ſpirituum, quæ ſuum reſpectum habet ad Muſicam, legibus expreſſa cernitur, & ad illas leges exercetur; ideo illa conſtitutio naturalis corporis quidem eſt prima lex, & aliquid poſitivum & abſolutum, & quod proprie loquendo leges ſanxit: ſed concentus bonus legibus conformis dicitur, quia vulgus ad illud poſitivum non attendit, ſed ad leges inde manantes; ideo conſiderat bonitatem concentus conſiſtere in conformitate cum legibus Muſicæ, vitioſitatem autem concentus in relatione diſconformitatis cum lege: quæ diſconformitas fundamentum habet in defectu & non ente; quemadmodum peccatum ſuum fundamentum habet in defectu & carentia iſtius poſitivi, propter quod Deus ſanctus vocatur. At quemadmodum concentus bonus eſt, non quia legibus imperatur; ſed quia bonus eſt, ideo leges ex eo formantur, ad quas Muſica exigi debet, ſi bona ſit futura: ita bonitas moralis virtus eſt, non quia legibus imperatur; ſed quia virtus eſt, ideo ab ea regulæ ducuntur, ad quas homines actiones ſuas componere debent, ſi virtutem aſſequi velint.

Porro quemadmodum ex ſuperioribus conſtat, involvere contradictionem Deum non eſſe Sanctum; & jus naturale Divinum & humanum non eſſe neceſſarium: ita manifeſtum eſt ſanctitatem non eſſe rem mediam & indifferentem, ingeniis hominum inventam, aut ſcitum ſapientum introductum ad opinionem vulgi, & ad magnas utilitates Reipublicæ comparandas. Et quamvis in ſuperioribus probatum ſit ſanctitatem non eſſe ſanctitatem, quia legibus imperatur: ſed contra ſanctitatem ante leges eſſe; & leges ad ſanctitatem appendi, non ſanctitatem ad leges: indeque ſequatur, & quod virtus per ſe ſit pulchra, & ſua ſponte colenda, quia eſt *ipſa ratio*: & quod ita in ipſo virtutis cultu ſit beatitudo; & in ejus privatione miſeria: & quod ita virtutis colendæ ratio in eo non coſiſtat, quod homo eam conſideret ut legibus imperatam, (à quarum legum natura abeſſe non poteſt præmii promiſſio & pœnarum intentatio) ſed virtutis pulchritudinem cognoſcat ex rationis rectæ principiis & notionibus, quibus natura ſua imbuta eſt, in ipſa tamen virtutis ratione (quod notari velim) *ut manans à Deo*, continetur præmium, & in vitii natura pœna: quatenus virtus ex ratione procedens, complectitur aliquid, quod naturæ divinæ eſt conveniens; & vitium aliquid quod à ratione declinat, & aliquid quod à natura Divina eſt alienum. At quemadmodum Deus non poteſt non ſe amare; &

& non poteſt non odiſſe, quod ſuæ ſanctitati eſt adverſum & oppoſitum; inde ratione naturali ducimur in cognitionem præmii & pœnarum, quatenus iſtæc duo complectuntur amorem & odium Dei. Quorum effectus cum probi & improbi in hac vita non experiantur; recte inde conficitur poſt exactum hunc vitæ curriculum probis & improbis diverſos paratos caſus.

Quemadmodum itaque non poſſimus concipere ullam moralitatem in actionibus, ſi nullæ actiones Deo gratæ aut ingratæ ſint; ita nullam moralitatem iis attribuere poſſumus, ſi actiones morales pœnam & præmium non neceſſario poſt ſe trahant. Deus enim cum ſit ſumme beatus, dolore aut triſtitia non tangitur, neque voluptatis incrementa capit: ſed peccatum Deo ingratum eſt, quia peccantem reatui & pœnæ Divinæ obnoxium reddit. Quam neceſſario itaque in actionibus quibuſdam eſt moralitas, tam neceſſario Deo gratæ aut ingratæ ſunt quædam actiones, & quam neceſſario Deo quædam actiones ſunt gratæ aut ingratæ, tam neceſſario Deus eas punit, aut præmio afficit: id enim voces gratum & ingratum, Dei reſpectu, ſignificant.

Scio equidem plurimos hunc nexum nobis non ita concedere, ſtatuentes longe longeque plurimum diſtare, neceſſario nos propter peccatum reatui obnoxios fieri, & neceſſario nobis propter perpetratum peccatum, pœnam infligi. Sed ab illis Doctoribus res non recte expenditur. Si enim non ponat pugnantia, Deum odiſſe neceſſario peccatum, & tamen neceſſario pœnam non infligi: poteſt ergo Deus non punire peccatum; & ſi poteſt non punire, poteſt legem condere non adjunctis præmiis aut pœnis, quod eodem redit, ac docere in actionibus non eſſe moralitatem: Deo ſanctitatem non eſſe naturalem: nullum eſſe jus naturale. Nec labefactat noſtrum argumentum, quod dicunt id tamen ſæpius obtinere, Dominum legem ferre, quæ pœnæ comminationem adjunctam habet, qui tamen tranſgreſſores reipſa merito non punit: eſt enim illa argumentatio deprompta à natura legis humanæ, & à natura pœnarum, quæ à legiſlatoribus aut judicibus hominibus infliguntur; & hujuſmodi comminatio pœnæ ab ipſa pœnæ inflictione ſejungi poteſt: non enim ab hominis lege, & pœna ipſi legi addita, pendet *actionis moralitas.* Res enim ideo juſta aut injuſta non eſt, quia ab homine imperatur aut prohibetur: lex enim humana non obligat conſcientiam: neque lex humana ab hominibus, aut (ut rectius dicam) à ratione ipſis impreſſa procedit tamquam à prima regula & norma moralitatis moralis. Eſt enim lumine naturali & per ſe notum, rationem rectam non eſſe in nobis primam & originalem normam bonitatis moralis, ſed ad normam ſanctitatis Divinæ eſſe compoſitam: neque homines legibus pœnæ comminationem addunt, ut inde actionibus moralitas concilietur; ſed ut malum & noxa depellatur. At ſicut jam inculcatum eſt, pœnæ Divinæ neceſſitas pendet à Dei ſanctitate, vel potius continetur in Dei ſanctitate.

Et quemadmodum inter homines ipſa legis præſcriptio legem non facit æquam, aut legitimam in ſe; neque res præſcripta, qua talis, neceſſitatem puniendi aut præmiandi importat: ſed bonum jucundum aut utile, aut malum injucundum & noxium hominibus poteſtatem legis ferendæ cum pœnæ comminatione conciliat, ut ea aut malum imminens averruncetur, aut bonum ſperatum paretur. Sed ita res ſe non habet in Deo reſpectu legis naturalis: præcedens enim Dei ſanctitas cauſa eſt, quare res imperetur. Neque Deus ex ſuo beneplacito leges de rebus moralibus fert: ſed illæ à naturali Dei ſanctitate manant. Et ideo Deus juſtitiam ſuam punitivam non exercet ad beneplacitum ſuum, ſed ad regulas ſuæ naturalis ſanctitatis; quæ ſingulis peccatis pœnarum modum aſſignant:

gnant: & cui juſtitiæ ſine ſatisfactione non magis poteſt ſatisfieri, quam odium Dei adverſus peccatum, à peccato tolli. Homines aliquando non puniunt, quando pœnam comminati ſunt, quia cauſæ, propter quam lex lata fuit cum comminatione pœnæ; & propter quam cauſam legiſlatio tantum æqua eſſe poteſt, ſatisfit aliquando comminatione ſola: apud Deum vero per comminationem, quæ cum actuali pœna conjuncta non eſt, nunquam ſatisfit cauſæ, à qua legiſlatio cum comminatione pœnæ profecta eſt; quæ cauſa eſt Dei ſanctitas. Præterea ſi Deus neceſſario non puniret peccatum, nulla eſſet differentia inter legem Dei poſitivam & naturalem, quam tamen Adverſarii agnoſcunt. Docent enim leges poſitivas rationem aut hominem perfectiorem non reddere: quemadmodum leges naturales hoc præſtant. Cum enim materia legis poſitivæ non ſit actio moralis, hoc eſt, actio in ſe mala aut bona, ſed res media; cumque Deo liberum ſit talem legem ferre aut non ferre: materia autem legis Divinæ naturalis ſit actio in ſe bona aut mala, cumque latio illius legis concipiatur ut à Dei natura manans: ſi Deo liberum ſit actionem malam non punire, erit Deo liberum illam non prohibere: quare enim neceſſario illam prohiberet, ſi neceſſario illam non puniret; cum neceſſitas puniendi oriatur ex neceſſitate naturæ actionis moralis; & neceſſitas naturæ actionis moralis fundata ſit in neceſſitate Divinæ ſanctitatis. Alia non addam, ſi quis plura hac de re deſideret, ea requirat in Tractatu meo de *Juſtitia Divina & Humana*: in quo totum hoc ſtadium de Dei juſtitia punitiva decurri.

Jam etiam ex præcedentibus manifeſtum eſt, quare naturaliter hominis conſcientia hominem propter bene vel male facta excuſet vel accuſet: & quare (quod eodem redit) vitium & peccatum reatum contrahere virtutem nos ab eo immunem præſtare, homines judicent. Non eſt enim moralitas in actione aliqua, quæ ſua natura, quatenus lex à Dei ſanctitate profecta eſt, reſpectum non habeat ad præmium & pœnam. Et hinc apparet differentia inter rationem, quæ conſtituit *moralitatem*; & inter eam, qua nititur veritas alicujus rei: inter contradictionem moralem, & inter contradictionem ſpeculativam, ut ita dicam. In poſteriori non eſt reſpectus ad pœnam aut præmium. Quamvis contradictio v. gr. appareat in enunciato: accidens per ſe ſubſiſtere, & extra ſubſtantiam eſſe, non ideo *idea* aut *conceptus* & cogitatio *moralitatis* menti obverſatur. At quando concedis aliquid alterius eſſe, & te tamen hoc tibi vindicaſſe, tunc idea *vitioſitatis moralis* in nobis oritur: quia cogitamus hujuſmodi factum, in quo talis contradictio ſe prodit, *Deum odiſſe.* At ut ſupra indicatum eſt, odium in Deo nihil aliud denotat, quam Deo ex peccato creaturæ rationalis talem reſpectum accedere ad illam creaturam rationalem, quæ peccatum perpetravit, ut pœnæ illam ſubjicere debeat. Sed argumentum ductum à teſtimonio conſcientiæ eo firmius apparebit, ſi intelligamus noſtrum bonum & malum pendere præcipue ab interioribus mentis commotionibus: lætitiam v. gr. ſpiritualem à virtutis & officii præſtatione. Quemadmodum itaque creatura rationalis non poteſt non gaudio affici propter recte facta; & non poteſt non dolore tangi propter peccata, ita Deus non poteſt non præmio afficere probum, punire improbum. Illa enim ſatisfactio, quæ oritur ex virtutis exercitio, eſt pars illius felicitatis, quæ probos manet; dolor ex commiſſione peccati, eſt pars illius pœnæ, quæ incumbet improbis. Deinde ſummum bonum non eſt noſtrum, quam quando illud poſſidemus; & illud non poſſidemus niſi in ipſa virtutis exercitatione: nam ſi illa animi elatio in benefactis non eſſet hominis felicitas & beatitudo, ſequeretur inde creaturæ rationalis gaudium verum, & ipſi conveniens eſſe poſſe extra virtutem: & malis poſſe eſſe bene, & bonis male.

Pariter elucet quare tam alte hominum menti inſidet in ultimo judicio, & illo tempore, quod inde in æternum decurret, nullum pœnitentiæ locum fore; ſed tunc unicuique diſtributum iri ſecundum ea, quæ fecerit bona aut mala: & quare ille dies *dies judicii* vocetur; tunc enim vera juſtitia Dei *punitiva* exæquans pœnam delicto, tantum exſeret ſuum effectum, & tunc tantum vera pœna obtinebit, quæ eſt occupata in ſatisfaciendo juſtitiæ divinæ; cui nulla pœnitentia ſatisfacere poteſt: & cujus juſtitiæ punitivæ reſpectu pœnitentia nec in hac vita, nec poſt hanc vitam locum habet. Sed pœnitentia uſum ſuum habet in pœna humana, quia hominibus, in quorum gratiam & bonum, leges & pœnæ improprie dictæ comparatæ ſunt, ſecuritatem & cautionem præſtat, pœnitentem facti & peccati ſui in poſterum in idem peccatum non eſſe prolapſurum: nec ideo tamen præcedentem culpam eluit. Eadem pœnitentia etiam locum obtinet in pœna Divina impropria, & quam Deus inſtituit & exercet in mundi gubernatione; quatenus pœnitentia, quæ vera eſt, vitæ emendationem in poſterum pollicetur; etiam eſt medium, ſine quo Deus homini remedium contra pœnam peccati, quod per incomprehenſibilem ſuam miſericordiam in Chriſto generi humano comparavit, uſui eſſe non vult. Sed poſtquam tempus gubernationis, qua Deus homines ut viatores conſiderat, elapſum eſt, jamque judicis proprie dicti perſonam ſuſcepit, nulla amplius pœnitentiæ ratio haberi poteſt: quia judicium exercetur ſecundum legem, quæ manavit à Dei ſanctitate, qua quodlibet peccatum tam neceſſario vindicatur pœna, quam cuilibet pœnæ comminatio additur. Et quemadmodum iſtius legis & juſtitiæ punitivæ reſpectu, pœnitentiæ ad averruncandum aliquod malum pœnæ, nullus eſt locus, ita etiam pœna caſtigationis, quæ in libera œconomia & gubernatione mundi Divina, ut & in humana gubernatione publica & privata quaſi utramque paginam facit, à Deo non uſurpatur; nec uſurpari poteſt in neceſſaria illa œconomia, qua, poſita rationali creatura, Deus eidem propter ſuam ſanctitatem, legem perfectiſſimam præſcribere debet; & transgreſſorem juxta peccati magnitudinem punire. Unde etiam manifeſtum eſt legiſlationem creaturæ rationali factam, non tam eſſe partem gubernationis, qua variis modis creatura rationalis ad finem, quem Deus ſibi propoſuit, ducitur; & quæ variis partibus temperata eſt, ſed eſſe impreſſionem imaginis ſuæ, & expreſſionem ſuæ ſanctitatis. Quæ lex & imago eſt illa ratio moralis, qua omnium hominum mentes informatæ ſunt.

Ex præcedentibus etiam ſequitur, Deum legem ſemper æque perfectam hominibus tradidiſſe: fluit enim lex Dei à Dei naturali ſanctitate; eſtque ipſius ſanctitatis expreſſio, quæ expreſſio Deo non magis arbitraria eſt quam ipſa ſanctitas. Cum aſſerimus legem omni ævo, omnibuſque hominibus ſemper æque perfectam à Deo traditam, id ita intelligimus, quod nunquam ulli homini à Deo conceſſa fuerit poteſtas aut libertas id agendi, quod cum ratione pugnaret; & quod ex ratione coargui poſſet peccati. Deinde quod nihil ſanctum, honeſtum, aut bonum excogitari ab hominibus poteſt, quod lege Dei cordibus inſcripta, aut tradita ſcriptis, omnibus & ſingulis hominibus non fuerit mandatum. Quæ ſumma perfectio legis ſummatim expreſſa eſt his verbis: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & proximum ſicut te ipſum.* An ullus Deum & proximum ita diligere poteſt, qui ſimul ad omnia ſanctiſſima & perfectiſſima non adſpiret? Aut an aliquid egregium cogitari poteſt, quod hæc legis ſumma non complectatur? Qui ex animo & omnibus viribus amat Deum ſuum, an ille non ſtudebit in iis eſſe occupatus, per quæ

Deus

Deus quam maxime honoretur? Et quo jure dici poteſt is Deum ſuum amare, qui quaſdam voluptates, qualeſcunque eſſe poſſunt, priores ducit officiis, quæ Deo ut primo enti, & ad quod omnia referenda ſunt, debemus. Nec obſtat quod lex Iſraëlitis tradita, jubet proximum diligere ſicut nos ipſos; at Euangelium jubet etiam vitam exponere pro ſalute proximi: hoc eſt, proximum plus diligere quam nos ipſos. Si enim amoris naturam recte reputemus, nunquam ullus ejus fructus, aut uſus eſt, quam quando proximi commodum præferimus noſtris ſtudiis & commodis. Neque umquam extitit tempus, quo licuit ſeſe ſine prævaricatione in Deum, ſubtrahere periculo mortis, vel ipſam mortem fugere; aut ſeſe non dare vadem ad mortem pro proximo, cujus exemplum tantopere jactatur ab Ethnicis: quando talis caſus ſe obtulit, quo recuſare tale diſcrimen adire pro proximo, importat nos noſtram vitam nimium æſtimare, vel Dei gloriam nobis non ſatis cordi eſſe. Nam omni in tempore, omnibuſque in caſibus id legem Chriſtianam ab homine Chriſtiano non efflagitare, etiam Adverſarii concedunt. Sic concedunt hominis Chriſtiani officium non eſſe omni tempore, & quovis in caſu, omnia ſua bona largiri pauperibus: dicunt tantum tempora incidere poſſe, quibus à tali liberalitate temperare nos non poſſumus, ſi non velimus noſtras poſſeſſiones præferre gloriæ Dei. At illud nunquam fuit licitum: cui enim in mentem venire poteſt Deum homini id unquam conceſſiſſe, aut concedere potuiſſe, ut ſua commoda potiora duceret Dei gloria. Hoc eſt Deum permittere ut homo non Deum ſed ſe ipſum conſtituat ultimum finem ſuarum actionum.

Et finge Deum aliquando ab hominibus tantam perfectionem non flagitaſſe, quanta jam à Chriſtianis requiritur, id non obſtaret noſtræ ſententiæ, qua tuemur legem moralem tam cordi inſcriptam, quam lapideis tabulis exaratam; perfectiſſimam ſanctitatem continere: quia pro varietate circumſtantiarum hominum officia variant; & ideo unus à quibuſdam officiis abeſt, quibus alius aſtringitur. Nolle contendere ad ſumma, Deique ſanctitatem quam perfectiſſime moribus atque vita nolle referre, ſemper & omnium hominum reſpectu, peccatum eſt: non tamen ideo omnes peccant, qui in quibuſdam officiis aliis inferiores ſunt. In omnibus hominibus debet eſſe ſtudium ſummum parendi rationi, hoc eſt, virtuti; & nullus eo ſtudio & propoſito carere poteſt ſine vitio & peccato: ſed inde non recte conficitur, omnes propter idem illud ſtudium teneri ad eadem officia virtutis præſtanda: cum enim circumſtantiæ commutantur, officia commutantur. Nullus viator degens adhuc in his corporis compagibus ſe reum facit, quod ſanctitate glorificatis inferior ſit. At qui inter regenerationis primordia conſiſtit; & infans eſt in ſpiritualibus, non peccat, ſi viri ſpiritualis adulti pietatem non aſſequatur. Et Patres, qui ſub V. T. vixerunt, deſtituti illa copia Spiritus, quæ ſub N. T. promittitur, non peccarunt quod pietatis officiis ſeſe non exæquarint Chriſtianis. Nec ſequitur, Deum ſub N. T. majorem perfectionem hominibus præſcribere, quam ſub V. T. quamvis velit fideles ſub N. T. magis in ſpiritualibus occupatos eſſe: id enim non magis ſequitur, quam ſi dicas Deum ſub N. T. non ſummam ſanctitatem ab omnibus poſtulare, quia quorumdam ſtatus hujuſmodi eſt, ut illis magis circa corporalia liceat eſſe occupatis, quod aliis, quibus alia perſona impoſita eſt, non liceret. Plura quæ ad hanc rem pertinent, hic non tradam, ne actum agam, cum hoc in Tractatu de *Juſtitia Divina & Humana* abunde pro mea tenuitate præſtitum ſit.

Sanctitate & juſtitia Dei ita pro modulo ingenii noſtri conſtitutis, non ideo adverſarii manus dant: ſed contra acrius urgent

*Spinoſiſtæ*, nituntúrque probare non poſſe ſubſiſtere hominis liberum arbitrium cum eminenti illa dignitate Dei, qua fit, ut omnes creaturæ, tam illæ, quæ rationales vocantur, quam illæ quæ ratione & ſenſu carent, ita dependeant à prima illa cauſa, quæ eſt Deus, ut tantum per & in illa prima cauſa exiſtant & operentur: & ita principium ſuæ actionis, ſicut & ejus continuationem Deo acceptam ferre debeant: at cum tali veritate hominis libertas convenire non poteſt. Reſpondemus: quamvis veriſſimum ſit illam eſſe naturam cauſæ primæ, ut res omnes in ſua exiſtentia, & in ſuis operationibus ab ea dependeant, nihilominus nos in nobis ſentire, atque experiri illam libertatem arbitrii, quam homini attribuendam eſſe in ſuperioribus probavimus. Neque refert nos non poſſe conciliare duas illas res: omnes enim nobis largiri debent in re infinita multa nos fugere, imo nos fugere debere, quia res infinita eſt. Quis conciliet ſummam illam ſimplicitatem Dei, cum intellectione & voluntate Dei? Quis neceſſarios, & tamen multiplices effectus attributorum Dei, cum eadem illa ſimplicitate?

Neque recte infertur: ſi ex una parte probaverim per demonſtrationem veram, aliquam rem certo modo ſe habere, v. gr. hominem principium & continuationem ſuarum actionum à Deo habere, ita ut nihil ſine tali dependentia à Deo agere poſſit, tunc merito ſtatui, libertatem arbitrii in nobis non eſſe; & ideo nec intimo illi ſenſui, per quem nobis ſumus conſcii noſtræ libertatis; & reliquis argumentis alibi pro libertate adductis, nihil fidei attribuendum, & laborandum potius in id, quo rationes inveniantur, quibus illud conſcientiæ teſtimonium enervetur, quam quibus illi teſtimonio vindicetur ſua fides, & laboretur quomodo arbitrii libertas concilianda ſit cum illa dependentia à prima cauſa. Dicimus non recte ita rationes inſtitui. Nam ſi Adverſarii exiſtiment id ex æquo fieri, docebo eos tunc potius ludere, quam ſerio agere: nam erit etiam ex æquo, ut mihi illud jus concedant, quod ſibi ſumunt. Si itaque ex conſcientiæ teſtimonio, aut per alia argumenta probem me habere liberum arbitrium; neque illud argumentum minus eſſe perſpicuum, quam illud, quo probatur dependentia creaturarum à Deo, recte itaque mihi inferre licebit, tunc talem dependentiam non dari: & ita alterutra veritas dependebit tantum ab ordine & vicibus diſputantium: ut is cauſa cadat, cui ſecundæ erunt aſſignatæ vices: is autem ſuperior ſit, qui prius oppugnationem inſtituit. Quod deridiculæ vanitatis eſt. In hujuſmodi itaque caſu, in quo duæ veritates aperte demonſtrantur, quas tamen conciliare non poſſumus, ſufficit ne tales de iis veritatibus formemus cogitationes, quæ contradictionem manifeſtam important: quæ autem tales ſunt, ut tantum duas veritates ponant, quarum conciliationem ignoramus, illæ non important ſubverſionem alterutrius veritatis. Eſt equidem in dirigendo noſtro judicio vera norma, contradictoria non eſſe admittenda. Sed nunquam ab ullo pro regula judicandi traditum eſt hoc axioma: de duarum rerum veritate non eſſe aliquid enunciandum, niſi quando in illas veritates euſque penetraveris, ut eas non tantum clare & diſtincte agnoſcas, ſed ut eas etiam conciliare poſſis.

Sed ab hac arce depulſi aliunde novam impreſſionem facere inſtituunt, quam tanto fortiorem fore arbitrantur, quod etiam orthodoxos putant ſtare à ſuis partibus, qui eadem, quæ Adverſarii ponentes, conſecutionem conſequentiarum eorum negant, quæ Adverſarii ex illis præſuppoſitis liquido ſequi putant. Sumunt itaque ſibi hanc veritatem, à ſanioribus Theologis ſtabilitam & inculcatam: Deum eſſe cauſam & auctorem liberum omnium naturarum, tam earum, quæ voluntate præditæ ſunt, quam earum, quæ ea carent: Deum etiam.

am eſſe auctorem omnis ordinis, omniumque actionum tam liberarum, quam naturalium. Argueret enim imperfectionem in Deo, aliquid in natura eſſe aut fieri, quod à Dei voluntate, ut à cauſa prima & totali non pendeat: aut fingere aliquid à Deo diverſum, diſtinctum, & in ejus natura non comprehenſum; quod à ſe eſſet, nec à Dei potentia aut voluntate profectum. Ante Deum itaque, ejuſque liberum Decretum nec naturam, nec rem, nec rerum ordinem fuiſſe: & ideo ſtatuendum nihil cauſæ, extra Dei beneplacitum, fuiſſe, quare Deus voluerit hanc aut illam naturam aut eſſe, aut exiſtere. Omnia itaque Dei decreta eſſe abſoluta, fixa, immutabilia, & definita atque determinata. Non poſſe enim dependere à conditione, quod eſt ante omnem conditionem, & à quo res habet & acquirit naturam conditionis. Erit itaque (ut propius ad rem accedamus) lex, obedientia, remuneratio, inobedientia, pœna &c. à decreto ejuſdem naturæ, ſc. à decreto abſoluto, à quo decreto etiam eſt hujus aut illius hominis ſalus. Deus enim abſolute decrevit, eſtque totum à libero atque abſoluto Dei decreto, ut hi & illi ſingulares homines ſe ſanctitati traderent; & ita in ſtatu gloriæ eſſent conſtituti. Quemadmodum à libero & abſoluto Dei decreto profectum eſt, ut hic aut ille homo impietati ſe traderet, & in ſtatu damnatorum eſſet conſtitutus: vel, quod eodem redit, Deus abſolute decrevit hunc & illum hominem creare, & ut impietate eſſet affectus, & ut in ſtatu damnatorum conſtitueretur. Qui hoc negat, inquiunt, ſtatuere debet Deum ex occaſione boni aut mali liberi arbitrii uſus, nova capere conſilia; & nova formare decreta: nexum illum rerum, quem in mundo conſtitutum conſpicimus ex virtutibus & peccatis; denique totum id, quod fit, factum aut futurum eſt, & in quo libertas creaturarum intervenit, (in qua præcipue providentiæ Divinæ pars vertitur) non ab æterno à Dei conſilio proceſſiſſe: nec Deum ab æterno ex ſuo beneplacito decreviſſe, ut talis rerum nexus eſſet, qualem jam conſpicimus: ſed illum ordinem partim à rebus ipſis eſſe, partim à Deo in tempore per occaſionem & eventus rerum à ſe ab ęterno, & ut à cauſa libera, cujus nulla alia cauſa quam Dei beneplacitum dari debet, nec decretos, neque ordinatos formari. Et ita Deum non abſolute decreviſſe, ut v. gr. inter alias res eſſet infernus, pœna, peccatum: ſed Deum ex occaſione peccati à ſe præviſi de quorumdam hominum perditione decretum formaſſe.

Ex hac doctrina vera, inquiunt, & apprime congruente cum proprietatibus entis ſumme perfecti, manare putant: primo, omnia neceſſario evenire, ita ut locus libero arbitrio eſſe non poſſit. Secundo: virtutes & vitia eſſe tantum inania nomina, nata ex ignorantia vulgi, quod naturam primi entis non capiens; & mentem erroneis opinionibus informatam habens, de Deo tamquam de homine loquitur, Deumque bono aut malo morali tamquam per cauſam moralem aliam atque aliam relationem ad hominem habere; qua unum, probum ſc. felicitas, improbum damnatio manet: cum tamen reipſa voluntas Dei jam ordinem rerum conſtituerit; & res per cauſas producendas ſtatuerit, antequam moralis ratio interveniat. Deum decreto abſoluto conſtituiſſe hominem aliquem ſingularem ſalvare ante ullam conſiderationem bonorum operum; atque ita illis bonis operibus nullam efficaciam aut vim moralem attribui debere, propter quam inter Deum & creaturam ſervandam exoriatur relatio, cujus effectus ſit, ut Deus propter bonitatem moralem hominis, eidem velit conferre beatitudinem: ſed actiones, quas vulgus virtutes vocat, ex ordinatione Dei tantum intercedere, cauſa earum creaturarum, quæ ſunt conſciæ ſuæ actionis: & quæ gratis rebus delectantes, & ab ingratis abhorrentes, deter-

determinationibus, quibus illa grata & ingrata continentur; & aliunde quam à voluntate oriuntur, capti, putant ſe id velle aut nolle, cujus continuatione delectantur aut offenduntur. Sed præſertim id fieri inquiunt, propter imperitum vulgus, quod niſi ſpecie boni & mali ad officium impelleretur, ſeſe proriperet ad omne nefas; & ita genus humanum, quod ſine virtutum cultu & vitiorum fuga (uſurpo nunc nomina virtutum & vitiorum, loquens ad conſuetudinem vulgi) interiret, ſe tueretur, & in ſecula propagaret. Sic ſtatuunt pœnam & præmia tantum eſſe nomina, quibus vulgus ducitur ad graſſandum via virtutis: illis enim locum non poſſe eſſe ſtatuunt, ubi virtutis & vitii ratio ceſſat; quam, ut dixi, ceſſare ferunt, ubi omnia abſoluto decreto ſunt definita: non tantum quia tunc omnia neceſſariò eveniunt, ſed præcipue, quia virtus *cauſæ moralis rationem habere non poteſt*: hoc eſt, Deus nullum hominem propter opus bonum aut malum præmio aut pœna afficere poteſt, quando ante illorum bonorum aut malorum operum conſiderationem aliquem felicem aut infelicem reddere ſtatuit. Si v. gr. abſolute decrevi erga aliquem meam liberalitatem exercere, & poſtea decerno, ut antequam reipſa illam exerceam, is cui abſolute meum beneficium deſtinavi, me oret & precetur ad obtinendum beneficium, tùnc illæ preces interveniunt quidem antequam beneficium conferatur, ſed non habent *rationem medii & cauſę moralis*, propter quam conferatur beneficium; præſertim ſi addas tam abſolute à Deo preces hominis decretas, quam ipſam ſalutem: & ita perit illis precibus omnis moralitas. Cauſarum autem Phyſicarum ſubordinatio in decretis abſolutis plane alia eſt ratio: illæ enim vera cauſalitate operantur, naturamque ſuam conſervant. Qui abſolute decernit, ut aliquis violenta & foris oblata morte pereat, & huic fini ſubordinat lapſum tegulæ de tecto, is ſuo decreto non tollit vim cauſæ iſtius Phyſicæ: nempe lapſus tegulæ ad terram. At nullus recte, & cum ratione dixerit ſe alicui propter preces contuliſſe Eleëmoſynam, qui jam eleëmoſynam dare ſtatuerat antequam precaretur; præſertim ſi illi nihil magis curæ eſſe teſtetur, quam ne homines putent ſe precibus motum, ut eleëmoſynam daret; aut ut decerneret eam dare. In hoc caſu enim nihil intereſt (quantum ad efficaciam moralitatis) inter decretum & executionem decreti. Et quod in rebus moralibus eſt cauſa decreti, eſt etiam cauſa executionis decreti. Hoc quidem ferme in omnibus rebus moralibus evenit, ut cauſa libera iis veſtita ſit circumſtantiis, ut quædam ratio moralis non permittat quædam fieri, niſi intercedat ab alio, cum quo ipſi res eſt, quædam cauſa moralis: ſed ideo illa moralitas, quæ in illa cauſa eſt, non eſt cauſa nec decreti, nec executionis decreti. Rem exemplo illuſtrabo. Quamvis moralitas non ſinat ut contumelia me afficienti, mihique inſultanti, largiar dona mea; ita ut reditus in gratiam, & precatio tamquam aliqua moralitas prærequiratur, antequam decernere poſſim alicui dona mea conferre, non eſt tamen illa moralitas nec cauſa decreti, nec cauſa executionis decreti: ſed *cauſa moralis ſine qua non*. Ita ſe ratio habere poteſt in Deo, ut nec beatitudinem alicui decernere, neque reipſa alicui conferre poſſit, niſi grato & ſalutem non repudianti aut contemnenti: conditio & affectio iſtius perſonæ eſt quidem cauſa *ſine qua non* Deus illi beatitudinem nec decernere, nec conferre poſſit, ſed non eſt *cauſa moralis* conſtituens illam relationem inter Deum & perſonam, cui ſalus decernitur aut confertur, ut propter pietatem Deus illi decernat aut conferat ſalutem.

Ideo ferunt, patronos ſententiæ de Prædeſtinatione abſoluta, aut tacitis ſenſibus idem ſecum ſentire, aut tandem eo deveniendum ut doceant religionem & cultum virtutum eſſe tantum neceſſarium,

ut teſtemur noſtram venerationem erga Deum, reipſa tamen iis nihil effici: neque ullam vim habere ad nobis concilianda bona, aut ad depellenda mala; tum quia naturæ curſus ideo non mutetur, nec etiam ab æterno in præſcientia Dei, nec in tempore in Dei gubernatione ullam conferant cauſalitatem, quare quædam nobis eveniant. Non enim quicquid antecedit, cauſa eſt ejus quod ſequitur, ſed quod *efficienter* antecedit. Et huic objectioni robur addunt, quod inculcant doctrinam omnium ferme Theologorum conſenſu approbatam, videlicet cauſas naturales neceſſario nexu ita copulatas eſſe, ut omnia, quæ per cauſas naturales hominibus eveniunt, neceſſario eveniant. Ita ferunt ſecundam & adverſam navigationem, pilæ exploſionem, ſagittæ jactum, arboris lapſum, morbi vim & impetum, &c. ſerie & nexu cauſarum Phyſicarum ita certo evenire, ut earum rerum effectus à ſuis cauſis limitentur, & moderentur. Fruſtra itaque homines Deo gratias agere, quod proſpera navigatione uſi ſint, aut in gravi tempeſtate naufragio non perierint, aut quod inter jactum multorum & temere emiſſorum telorum ſalvi evaſerint, aut gravi morbo non ſuccubuerint; cum omnia illa aliter evenire non potuerint: & quod ita major non ſit cauſa agendarum gratiarum Deo in ejuſmodi eventibus, quam ſi Deo gratias agamus quod exploſio tormenti bellici in India facti, nos non occiderit, quod molę velaris ala nos non ferierit & læſerit, cum tamen propter alæ brevitatem ad nos pertingere non potuerit.

Imo Adverſarii illam cauſarum naturalium neceſſitatem agendi eouſque extendunt, ut negent earum nexum, effectus, rationem formalem agendi, ullo modo ab ulla cauſa, quæ ſupra naturam eſſe putatur, poſſe impediri, inverti, aut contra aut ſupra earum naturam aliquid fieri. Et ut verbo dicam, negant poſſe fieri miracula. Quandoquidem enim ſtatuunt naturas rerum earumque ordinem non minus eſſe neceſſaria, quam ſunt natura Dei, æternæque veritates, inde conficiunt, non magis aliquid fieri poſſe quod à naturæ legibus deflectat, quam quod à natura Dei deflectat: neque totam naturam aliter ſe habere potuiſſe aſſerunt, quam natura trianguli ſe aliter habere potuit quam jam eſt; ita ut tres anguli trianguli non ſint æquales duobus rectis. Deum ideo facere non poſſe, quod pondus minus grave attollat pondus magis grave: aut quod corpus motum duobus gradibus motus aſſequatur corpus, quod quatuor gradibus motus movetur: ſunt enim illa omnia leges naturæ immutabiles, non libere à Deo conſtitutæ, ſed habentes in Deo & per Deum æternam ſuam naturam. Denique dicunt nihil ſupra aut contra naturam fieri poſſe, quin ſtatim inde ſequatur totius Univerſi diſturbatio, atque confuſio: non minus quam ſi in horologio contra naturam motus ſingularum rotarum nova iis tarditas aut celeritas motus concilietur. In mundo certos gradus motus & quietis eſſe dicunt: illos certos gradus motus & quietis ſequi materiæ quantitatem; & ab una parte materiæ non poſſe demi aliquam partem motus, quin alteri parti addatur: illam legem fluere ex natura corporum, & ex legibus motus & quietis, quorum natura æterna eſt, & *nunc* non magis mutari poteſt, quam fieri ut bis ter non ſint ſex. Denique inquiunt, ſi tamen aliquid ſupra naturam fieri poſſit, quod liquido negant, ſequuturum ut in tota, & per totam naturam miraculum perpetretur; cum curſus univerſi inde mutaretur. Quemadmodum ex horologii rotulis, unius rotulæ motus tardari aut accelerari non poſſit, quin omnes rotulæ perpetua ſerie inter ſe nexæ & invicem ſubordinatæ, aliquam mutationem in ſe experiuntur. Hoc argumentum ſumtum à legibus motus & quietis ita illuſtrari poſſe putant. Quandoquidem omnia ferme miracula, quæ narrantur facta, perpetrata ſint in corporibus

ribus; nullaque in iis mutatio fieri poſſit niſi per motum & quietem, inde recte colligitur ſupra naturam nihil poſſe fieri. Quod ſic probant. Motus & quies in corporibus nihil aliud ſunt quam modi corporis orti ex ſitu, ejuſque mutatione, quem corpora inter ſe habent; imo motus & quies nihil aliud ſunt, quam relationes: ideo evenit unum idemque corpus revera moveri & quieſcere; quatenus ad aliud atque aliud corpus refertur: qui ſedens & quieſcens in navi vehitur, is relatus ad terram ſecundum quam vehitur, movetur; relatus ad partes navis ſibi proximas & quieſcentes, quieſcit. Non poteſt itaque ulla mutatio relationis fieri, quin per totum univerſum relatio corporum ad ſe invicem mutetur; acquirunt enim alium ſitum inter ſe: & in omnibus corporibus univerſi illa mutatio miraculoſa erit. Sed quod hic præcipue animadvertendum eſt: vis Dei, qua miraculum fieri dicitur, non potius in oculis v. gr. cæci, cui miraculo viſus reſtitutus eſſe dicitur, ſeſe exerit, quam in reliquis totius univerſi corporibus, quæ non minorem in ſe ſuſcipiunt mutationem, quam oculus cæci, in quo præter mutationem ſitus partium, per motum & quietem producti, nihil novi evenit, præter eam mutationem ſitus partium, quæ reliqua totius univerſi corpora ſuſcipiunt. Ergo vis Dei, per quam miracula facta narrantur, ejuſque effectus, quod miraculum vocatur, non magis in uno quam in alio corpore extitiſſe putandum eſt: imo non poteſt ſtatui in uno corpore potius quam in alio Dei vim ſeſe exſerere incepiſſe, per quam vim & per quod principium mutationis motus & quietis, ſive ſitus partium, miraculum porro ſeſe per totum univerſum diffudit, non magis inquam, oſtendi poteſt in quo corpore vis Dei verſata eſt cum miraculum eſt factum, quam in motu circulari aſſignari poteſt, à quo corpore, quod cum reliquis circulum complet, motus inceperit. Non fit itaque, inquiunt, miraculum. Res nobis miraculum videtur, quia non ſæpe fit, ſed ſi fieri non potuiſſet, facta non eſſet; at ſi fieri potuerit, non eſſe mirandum, neque miraculi numero habendum. Cauſarum autem ignorationem in re nova mirationem facere: eandem autem cauſarum ignorationem in rebus uſitatis nullam mirationem efficere. Exiſtimat enim vulgus ſe illam rem bene intelligere, cum eam non admiratur. A Philoſophis & ſapientibus maximam miraculorum partem ratione explicari, & ad naturam facile revocari. *Et ſi quid reperiatur, quod apodictice demonſtrari poſſit legibus naturæ repugnare, aut ex iis conſequi non poſſe, plane credendum eſſe id à ſacrilegis hominibus Sacris Literis adjectum fuiſſe.* Sunt verba *Spinozæ*.

Et quia nobis negotium eſt cum hominibus, qui per ſpeciem Sacram Scripturam agnoſcentes, interea omnem ejus vim eludere conantur, quando illam ut virtutum moralium normam à Deo hominibus proditam introducere volumus: operæ pretium erit eorum exceptiones ſuccincte proponere & refellere. Neque miratio Lectorem tenere debet, ſi in eorum doctrina & argumentis porro proponendis occurrant *cultus* & *virtutis*, *præmiorum* & *pœnarum* nomina: ſunt enim res iis vocibus ſubjectæ, habitæ ab iis pro rebus vanis & inanibus, & nomina uſurpant odii vitandi cauſa, aut ut ſe præbeant intelligibiles; nec opus habeant uti multis circumlocutionibus ut ſenſus ſuas communicent, cum quibus ipſis ſermo eſt. Quid enim refert vocem Dei uſurpare, ſi per Deum intelligas naturam voluntate carentem? Quid de virtute aut vitio ſermones fundere, cum ſtatuas ita neceſſario omnia fieri, ut hominem libero prives arbitrio? Quid ſpem præmiorum & metum pœnarum oſtentare, ſi cum hominis morte ultimus hominis finis terminetur? Quid cultus Divini neceſſitatem urgere, & Numinis metum docere, cum aut præter naturam Deum non agnoſcas; aut Deum fingas omni cognitione ſingularium carentem:

&

& doceas cultum temperandum eſſe ex uſu Reipublicæ: Deum pro nihilo putare, quid quiſque de ſe ſentiat, modo eas non foveat opiniones, quibus Rerumpublicarum interitus ſequuntur. Dicimus itaque neminem mirari debere, ſi in proferendis in medium Adverſariorum argumentis, quædam uſurpem vocabula, quæ res ſignificant, quarum ullam naturam aut rationem eſſe negant. Dum enim illi tectis & fucatis rationibus rem ſuam ſtabilire ſtudent; & variis in ſpeciem pugnant argumentis, nobis neceſſitudinem imponunt eadem inſiſtendi via, & veſtigia eorum ſequendi. Ponemus itaque etiam quaſi Sacram Scripturam agnoſcerent, quod etiam profitentur: ſed ejus auctoritatem interpretationibus & dubiis, quæ circa eam movent, ita eludunt, ut nulla ferme omnino reliqua maneat auctoritas. Quod ſequentia manifeſtum facient.

In *Spinozæ* doctrina (quam refellere jam eſt animus, ut moralitati ſuum conſtet pretium & dignitas) occurrit dogma, in quo etiam præcipuum ſuum ponunt præſidium; & ideo ferme proram & puppim facit eorum, quæ pro ſua ſententia dicenda habent *Spinoſiſtæ*. Statuunt qualeſcunque ſenſus de Deo foveas, qualemcunque ei exhibeas cultum, quæcunque & qualiacunque adhibeas argumenta, quibus homines ad virtutum ſtudium excitentur, ea omnia Deo grata eſſe & accepta, nihilque ideo intereſſe, quid de Deo & creaturis ſentias: dummodo ejuſmodi opiniones & ſenſus foveas, quibus virtutis ſtudio impedimentum & obex non ponitur: eas ſententias tantum pro erroribus exitialibus habendas, per quas virtutis ſtudium in hominum animis extinguitur; eos contra ſalutares & neceſſarios eſſe religionis articulos, ſine quibus ſtudium & amor virtutis in hominibus accendi non poteſt. Propterea diſtinguunt inter *Regnum pietatis & obedientiæ, & inter regnum ſcientiæ & cognitionis.* Qui ad hoc regnum pertinent, cultum magis rationalem exercent; officioque ſuo funguntur: idque dirigunt, ſecundum æternas de rebus veritates, quibus omnia fatali neceſſitate fluere ſciunt. Qui autem regno *obedientiæ & pietatis*, hoc eſt religionis, vel potius *ſuperſtitionis* ſubſunt, illi, ſicut in erroribus verſantur, ita multis inquietantur terroribus, quia ad modum plebis Deum & numen ſibi formant, quod mundum gubernet, & caſus particulares regat, qui ut Regem & Legiſlatorem ſe gerit; & præmiorum promiſſione & pœnarum intentatione homines in gyrum obedientiæ flectit. Qui itaque animum veris cognitionis principiis informatum non habent; nec putant omnia, quæ in mundo geruntur, evenire ſecundum regulas æternæ veritatis, ſed qui omnia ad Deum, cui res humanæ curæ ſunt, eaſque moderatur, referunt, illi vocandi ſunt pii, hoc eſt ſtulti & ſuperſtitioſi, quia virtutem colunt, & officium faciunt *religionis* ergo, & ideo ſunt in regno *obedientiæ*.

Qui autem res ut æternas veritates conſiderant, illi ſicut ſunt de numero eorum, qui in regno *ſcientiæ & cognitionis* degunt, ita vitam inſtituunt ut viros & cordatos homines decet; & bona ſectantur non religione & Numinis gratia: aut quaſi Dominum aut Rectorem ſupra ſe haberent, qui animadvertens ad hominum actiones, eas appenſurus eſt aliquando ad *juſtitiæ* lancem, & tributurus unicuique ſecundum ſua opera: ſed virtutem operantur, quia ſic ipſis conducit, quia eo, ut præ ſe ferunt, delectantur, quia virtus ſui præmium eſt, vitium ſui pœna, illa hominibus nempe ſobrietate, continentia, fortitudine, commodis denique moribus, multa parat ex ſe & per ſe commoda juxta enunciatum Sancti Petri: *& quis eſt qui affligat vos, ſi fueritis bonitatis æmulatores.* Peccatum ex adverſo ſui pœnam in ſe continens, ſui ſectatores per incontinentiam, luxum, lites, iram, invidiam, innumerabilibus mulctet malis; juxta

juxta Doctrinam Apoſtoli: *Tota enim lex in uno verbo completur*, in eo ſc. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum: ſi autem unus alium mordeatis & devoretis, videte ne unus ab alio conſumamini*. Et ſi eveniat vitium aliquas ex ſe voluptates fundere, eas eſſe perfunctorias, nec duraturas; & quæ tamen in receſſu, nec tamen longo intervallo dolore & ærumnis hominem excrucient: ita ut nefarii cito proprio ſuo ſcelere contabeſcant. Et ut verbo abſolvam: hæc ſententia ipſis in ore eſt. Fortuna cuique ſuis fingitur moribus. *Improbus eſt inſtrumentum in manu Dei, quod inſcium Deo ſervit; & ſerviendo conſumitur. Probus conſcius ſervit, & ſerviendo perfectior evadit. Deus ut Deus probis communicat perfectiones quas accipiunt: ſed non ut judex.* ſunt verba *Spinozæ*. Hiſce ferunt omnia virtutum præmia & peccatorum pœnas contineri: nihil ultra, nec ſupra, nec infra ſe metuentes bona malaque æſtimant ex eorum animo, qui ea poſſident. Imo inquiunt, ſi rem recte putes, præmii aut pœnæ nomini locus non eſſet, ſi ignorantia, quæ in *regno pietatis* principatum habet, hominibus non injeciſſet eum animum, ut ea, quæ neceſſario cognatione cauſarum naturalium connexa ſunt, putent per Deum, mundi *adminiſtratorem* & *legislatorem* hominibus diſtribui. Sic in illo præcepto, inquiunt, quod factum eſt Adamo, *ne edito de arbore vitæ, aut morte morieris*, Deus Adamo tantum revelavit quid mali illi eveniret, ſi ederet de fructu vetito: at Deus pariter illi non indicavit neceſſitatem conſecutionis illius mali, quæ reipſa non proceſſit ex Juſtitia Dei punitiva, & vindicantis *ut judex* peccatum, ſed fatali cauſarum naturalium efficacia. At ad eam *æternam veritatem* non attendit Adamus, eamque ignoravit; ideoque verba ſupra memorata accepit ut *legem*, & non ut æternam veritatem: evenitque Adamo id, quod indies piis ſub *regno obedientiæ* viventibus contingit, qui, quod ex ſæva tempeſtate aut naufragio ſalvi evaſerint, Dei benevolentiæ & precibus ſuis exorati attribuunt; ſubitamque factam Numinis placationem & cauſarum naturalium mutationem, ſibi imaginantes: cum tamen tota res naturæ vi, & nexu cauſarum naturalium, quo natura continetur, geſta ſit.

Et propugnatores hujus dogmatis, inhærentes ſuis principiis, ideo ſimul urgent, nihil intereſſe qua doctrina, quove cultu plebs informetur; modo ea talia ſint, quibus ad virtutis ſtudium ducatur: quia cognitiones veritatum in ſe ſpectatæ non ſunt cenſendæ in numero virtutum, ſed ideo tantum in pretio eſſe debent, quia ad virtutem ſectandam homini monſtrant viam. Si autem ipſi errores, prout diverſus eſt hominum captus, & prout diverſis homines commoventur modis (quales ſunt illi, qui puram veritatem intueri & aſſequi non poſſunt) ad quoſdam homines ad pietatem excitandos, ſunt appoſiti, illos tuto doceri & diſſeminari poſſe. Imo ipſum Deum per vates ſuos ſimplicium hominum animos conſueviſſe ad pietatem erigere & accendere argumentis non veritatem complectentibus, ſed aptis tamen ad excitandum in hominibus virtutis ſtudium: imo docent ipſos vates una cum vulgo fruſtra fuiſſe, & errore illuſos: etiam viros pios extra fraudis crimen uſurpaſſe illam docendi rationem, quando putabant quoſdam imperitos eo ad virtutem alacriores fore. Docentque virtutem ex talibus erroribus profectam ideo non imminui, neque ex virtutum numero eximendam; quandoquidem virtutes ex errore profectæ, & illæ ad quas recta ratio nos impellit, eundem in vita humana uſum præſtent, & ſocietati tuendæ conducunt. Ideo etiam profitentur omnes ubique terrarum religiones & cultus Deo æque gratos eſſe, dummodo hujuſmodi non ſint, quæ eam feritatem in hominum moribus inducant, quibus impeditur uſus virtutum in actibus externis.

Ut autem probent cognitione veritatis nul-

nullam contineri virtutem, nihilque intereſſe, quales de Deo foveamus opiniones dummodo eas colamus, quibus vitam & ætatem ſuaviter exigere poſſimus, hæc & ſimilia argumenta proferunt. Apoſtolus Jacobus teſtatur diabolos ſcire & cognoſcere Deum, & contremiſcere, nec tamen Deo ideo acceptiores eſſe. Apoſtolus Paulus teſtatur omnem ſcientiam nullius uſus eſſe, ſi illa à charitate nuda ſit. Idem docet Judæis omnem illam æqui & juſti ſcientiam, qua præ cæteris gentibus excellebant, & quam beneficio legis revelatæ ſibi compararant, caſſam & vanam eſſe, ſi eam non referrent ad pium uſum: ita fides, ſi charitate eſt deſtituta, ab eo pro nihilo habetur: circumciſionem & præputium nihil eſſe docet, ſed obſervationem mandatorum Dei in cultu Dei momentum habere: Deum nolle ſacrificia, ſed poſtulare ab hominibus miſericordiam. Inculcat contra Sacra Scriptura charitate omnem pietatem compleri. Non auditores, ſed legis operatores beatos eſſe. Totam legem Divinam, quæ procul dubio eſt perfectiſſima norma pietatis, comprehendi charitate. Charitatem tanti æſtimandam eſſe, quia eſt vinculum pacis: ſine pace omnibus hominibus vitam acerbam eſſe. Hiſce itaque confici putant, ſcientiam tam Divinarum quam humanarum rerum natura ſua, & per ſe virtutem moralem non complecti, moralitatis formam illi accedere ex bono vel malo ejus uſu: ex æquo itaque æſtimanda errorem & veritatem, quando erroris uſus tam fructuoſus eſt quam veritatis, negant tamen parem veritatis & falſitatis in vita uſum eſſe. Pretium itaque omnium harum veritatum, quantum ad moralitatem, exiſtimant peti deberi à commoditatibus, quas præbent hominibus ad virtutem, & ad pacem inter homines colendam & tuendam.

Eam doctrinam etiam ſenſum hominum communem approbare dicunt, qui illas ſcientias vanas & nulla laude dignas putant, quæ in ſe reflectuntur, nec dimanant ad alios. Et omnes etiam imperitiſſimos ſua ſponte judicare, omnes ſcientias ſpeculativas cedere debere practicis, & illum male rationes ſuas inire, qui præſens charitatis officium negligit, idque habet poſt inventionem alicujus veritatis. Male illum inſiſtere, qui negligit incendium, quo proximi ædes ardent, extinguere, ut alicujus veritatis demonſtrationem, in qua jam eſt, quamque molitur in præſentia, poſſit abſolvere. Sicut ex præcedentibus recte confici exiſtimant, nullam cujuſcunque rei ſcientiam per ſe importare ſanctificationem: addunt uſum & obſervationem etiam nos docere, eos, qui eruditione excellunt, in pietate primas non ferre, ſed non raro evenire, ut qui ſcientia prior eſt, pietate poſt alios ſit. Quando autem animus, qui ſcientias poſſidet, ſanctificatus eſt, tunc fatentur illas ſcientias ea præſtare, quæ homini maximo uſui & commodo ſunt in virtutis ſtudio.

Propterea addunt totum cultum à Deo inſtitutum, & Judæis, hoc eſt, civibus Reipublicæ Iſraëliticæ traditum, tantum in id comparatum eſſe, ut feliciter in ſua Republica ætatem agerent: ceterum Judæos præ reliquis gentibus Deo charos non fuiſſe: idque Deum per Prophetas Judæis paſſim eſſe teſtatum; quando illis exprobrat imperitiam & errorem, quod in cultu illo inſtituto, & à Deo ipſis imperato, ſanctimouiam & pietatem collocarent, cum ea tantum ponenda eſſet in ſtudio virtutum moralium: quia illæ tantum hominis intellectum perficiunt, at illa quæ ex inſtituto bona ſunt, omnino hac in parte deficiant. Et cum Deus omnium gentium animos informarit principiis, & quaſi ſeminibus virtutum, ita ut ſua ſponte ſine ulla ferme inſtitutione de diſcrimine boni & mali judicent, inde conficiunt Deum reliquas gentes non habuiſſe expertes earum rerum, quibus vera beatitudo parari poteſt: ſed Deum ſe omnibus hominibus æque beneficum præbuiſſe. Imo ut

ut Adverſarii gentes exęquent Judæis in omnibus, quæ ad aſſequendam veram felicitatem aliqua ratione præſidio atque uſui eſſe poſſunt, ſtatuunt Gentes veris vatibus non caruiſſe; idque probare conantur exemplis Melchiſedeci, Bileami, Jobi, &c. Inſtituunt etiam id probare ex vaticiniis illis, quæ in Sacra Scriptura reperiuntur, & ad Gentes à populo Dei alienas, pertinent. Imo Deum per angelos bonos, quos ex conſuetudine in V. T. uſitata, *Deos* vocant, imperio rexiſſe reliquas gentes, ſicut id ex Prophetiis Danielis manifeſtum eſſe arbitrantur. Ideo etiam ſacra reliquarum gentium Deo non diſplicuiſſe, quamdiu per hominum ſuperſtitionem ita non corrumperentur, ut à ſtudio virtutum homines averterent, neque eos impellerent ad ea per religionem perpetranda, quæ virtuti non congruunt, hoc eſt, pacem læderent: Deum autem vetuiſſe Judæos propter rationes ſingulares, & iſti populo proprias, Gentium Deos colere, qui ex Dei inſtituto & procuratione æque recte colebantur à gentibus, ac angeli Judæorum Reipublicæ cuſtodes conſtituti à Judæis, ſuo modo Deorum numero habebantur, & divinis honoribus afficiebantur.

Et quandoquidem Adverſarii arbitrantur in confeſſo eſſe, cultum externum per ſe Deo gratum non eſſe, parum referre arbitrantur, quibus cæremoniis ille cultus exerceatur; modo ejuſmodi ſint, ut in mente hominum Dei reverentiam excitent. Deinde quandoquidem ſummam totius religionis contineri putant ſtudio virtutis, omniumque myſteriorum cognitionem ſupervacaneam, quæ per ſe apta nata non eſt ad promovendam virtutem, illaque potior magiſque neceſſaria habenda, quæ plus momenti ad homines ad virtutem erudiendos & inflammandos confert, conficiunt omnes illas ſententias de Deo, ejuſque cultu; denique iis omnibus, quæ ad religionem pertinent, probandas, aut ſaltem non rejiciendas, quæ ex hominum illorum, qui eas fovent, ſententia veræ ſunt; & comparatæ ut pietas vigeat floreatque. Et ad illud dogma ſtabiliendum ipſos Prophetas citant ſuæ ſententiæ auctores & teſtes: qui edocti Deum nihil pendere, quales homines de religione ſenſus habeant, ſed Deo omnes religiones gratas eſſe, quæ ex ſtudio virtutum & reverentia Numinis profectæ ſunt, ideo eouſque ſibi indulſerunt, ut argumenta quibus homines ad pietatem incitarent, protulerint, quæ quidem in ſe vera non erant, ſed ex æſtimatione eorum, ad quos verba faciebant, talia habebantur, & apta erant ad alacritatem iis addendam in virtutis ſtadio decurrendo.

Ut autem hoc probent, primo ponunt Sacram Scripturam non eſſe comparatam, ut veritatem & naturas rerum, quarum in ea fit ſermo, & quas ad uſum ſuum vocat ad informandos homines ad virtutem, doceat: negantque etiam vates ita rerum peritos fuiſſe ut à vulgi erroribus fuerint immunes in conficiendis argumentis; & in rationibus excogitandis, quibus homines ad virtutem excitarent: & ita ratio & natura virtutum & vitiorum moralium ipſis non ita perfecte fuit explorata. Et quia finis miſſionis Prophetæ erat promotio virtutis cultus, non autem alicujus ſcientiæ doctrina, exiſtimant illum errorem & ignorantiam Prophetæ auditoribus, quos ad virtutem exhortabantur, non fuiſſe noxiam, quia parum intereſſe putant, quibus argumentis excitemur ad virtutem, modo virtutis ſtudio remoram non ponant. Sic à ſuis partibus putant futuros omnes, qui negant Rationem aut Philoſophiam eſſe Scripturę interpretem. Cum enim conſtet omnibus, in Scriptura infinita de Deo enunciari, quæ Deo non conveniunt, ſed accommodata ſunt ad hominum captum, ut homines iis moveantur, & virtutis ſtudium in iis excitetur, docent ſtatuendum eſſe, aut Doctorem Sacrum argumentis illis non veris, voluiſſe homines erudire ad virtutem; aut dandum, cuivis Sacram

Scrip-

Scripturam legenti conceſſam libertatem ut ex principiis ſuæ rationis judicet de ſenſu & ſcopo ſacri Doctoris: quam ſententiam Adverſarii prorſus damnant & explodunt. Arbitrantur enim Scripturam juxta ſenſum litteralem intelligendam; neque hominibus concedendam libertatem interpretandi ex rationis ſuæ principiis, quid Prophetarum verbis intelligi debeat; ita ut ad ſuas rationes & ad ſuam cognitionem, quam ſibi lumine naturali de rebus compararunt, revocent, examinent & judicent, quando Prophetę proprie, & quando figurate ſunt loquuti: quia cum Prophetæ errare potuerint in cognitione naturæ quarundam rerum, error eſt velle de verborum, quibus uſi ſunt, ſenſu judicare ex veritatis notis.

Sic non ferunt ut unus Sacer Scriptor per alium exponatur; quandoquidem paris ſunt auctoritatis: & verba eorum, quibus ſunt uſi, explicari volunt ex forma loquendi, & ſermonis proprietate iſtis doctoribus uſitati & familiaris.

Addunt non liquere, quare Deus Prophetas & viros ſanctos magis immunes habuerit ab erroribus circa moralia, quam circa res phyſicas. At cuivis conſtare arbitrantur parum ad Prophetæ munus intereſſe, cum aliquam hiſtoriam narrat, aut aliqua ſimilitudine utitur ad uſum moralem, ſed in qua rerum naturalium fit mentio, ſive ille Propheta iſtius rei naturalis cognitionem habuerit, ſive illius fuerit expers; ſi modo ea cognoverit, quæ vulgus de iis comperta habet ſenſuum & tenuis rationis beneficio: Quid refert, inquiunt, ad viri ſancti doctrinæ veritatem & uſum, ſi loquens de Ægyptiorum ſubmerſione in mari rubro, & narrans eos ut plumbum ſua gravitate ad imum deſcendiſſe, & in profundum merſos, exiſtimaverit gravitatem aliquod accidens reale fuiſſe, cum conſtet totam narrationem in hoc tantum comparatam, ut memores ſint Iſraëlitæ, & gratos ſe præbeant Deo, fiduciamque in eo collocare diſcant, quod Deus Ægyptios internecione *per ſubmerſionem* deleverit? Pariter an Prophetæ non conſtabit ſua auctoritas, & Deo ſua veritas; & doctrinæ ſuus uſus & fructus, ſi Prophetæ exponentes felicem Iſraëlitarum ſtatum, docent illum fore ut arborem juxta aquarum ripam conſitam, & copioſe ad ſe humiditatem debitam attrahentem, ſi interea in ea ignorantia verſentur, quod exiſtiment attractionem in natura eſſe, & radicem humiditatem ad ſe trahere? Aut an ille Propheta eadem ſimilitudine, & ad eundem finem utens, commendatior erit, quod intelligat, & uſu aut ratione aut diſciplina compererit, tractionem in natura non eſſe, aliter illam ſimilitudinem Iſraëlitarum animo ingerat.

Ita ferunt nihil intereſſe, quid de Divinis rebus intellexerint Prophetæ, modo virtus, in cujus cognitione, definitione & judicio nullus ambigit, illis cordi fuerit, & argumentis ad captum ſuum, aut aliorum accommodatis, uti noverint, quibus hominum animus virtutum ſtudio inflammetur. Imo arbitrantur veritatem tam parum pertinere ad Prophetas, Theologos & pios, qui in *regno pietatis* ſunt, quam ad opifices, & artes mechanicas exercentes, pertinet cognoſcere leges motus, & ſcientiæ mechanicæ principia, colorum naturam, &c. circa quæ verſatur eorum ars. Imo exiſtimant plane alterius fori eſſe, veritates rerum Theologicarum docere, & earum uſum & praxin inculcare. Neque ab iis, qui in poſterioribus occupati ſunt, magis veritatem requiras, quam à bajulis & iis, qui in oneribus movendis & portandis vitam tolerant, poſtules rationem operationis vectis aut trochlearum; aut ab oenopola cauſam motus vini in ſuo tubo retorto. Imo, inquiunt, non poteſt inveſtigari quouſque in hujuſmodi veritatibus ſeſe extendat auctoritas Prophetæ, aut Scripturæ, cum hoc tantum dependeat ab eo, quantam virtutis cognitionem Propheta uſu, diſciplinæ

plina aut ratione acquiſiverit: & quamvis Prophetæ fuerint impares cognitione, pares tamen fuiſſe ſuſtinent auctoritate; quę tota vertitur in zelo & prudentia divinitus illis indita. Quemadmodum etiam uſu venit Doctores Theologos ejuſdem confeſſionis fidei non pari cognitione de natura intellectus & voluntatis, paſſionum & principiorum moralium primorum imbutos eſſe: nec tamen veritati fidei eorum officere, quod ſuper ea re varient ſententiis, cum eas habeant in numero quæſtionum Philoſophicarum: ita nec Prophetis neque Scripturæ auctoritati, aut ejus ad docendum homines aptitudini obeſſe poteſt, ſi varias & pugnantes doctrinas in medium protulerint, modo pietati promovendæ appoſitæ fuerint. Et quia non novimus ſatis obſervare diſtinctionem inter *pietatis & inter ſcientiæ atque cognitionis regnum*, inter quæſtiones Philoſophicas & Theologicas, inde nata arbitrantur omnia ſciſmata in Eccleſia: cum Theologi ad ſuum tribunal vocarint quæſtiones, quæ tantum Philoſophiam ſpectabant: & Deum ea in Scriptura docere putant, quæ tantum ex ſenſu Prophetę proponuntur: aut ad manifeſtationem veritatis prolata à Prophetis putabant, quæ tantum exhortationes ad pietatem continebant. Inde factum quod quæſtiones Theologicæ numero augeantur ad menſuram, qua Philoſophia & ratio excolitur. Magnopere itaque conducere arbitrantur ad pacem Eccleſiarum & Reipublicæ, ſi rectè obſervetur diſcrimen inter *regnum pietatis & ſcientię ac cognitionis*.

Neque Adverſarii tantum generatim ratione, ſed etiam ſingulatim exemplis pugnant: voluntque oſtendere, & Scripturam ſæpius uti argumentis ad excitandam in hominibus pietatem bonis & rectis; ſed alienis & falſis, ſi eorum pretium à veritate petendum eſſet: & totum hominum cultum & pietatem niti erroneis quibuſdam opinionibus, ſed qui ad producendam & fovendam pietatem in plebis animis admodum appoſiti & opportuni ſunt. Scriptura, inquiunt, docet virum probum miſereri jumenti ſui, & clementer illud habere. Sic Deus vetat in lege ſua obligare os bovi trituranti. Et conſtat hæc præcepta in eum finem data, ut idiotæ & plebei, & qui vivunt in regno pietatis & obedientiæ, officii per ea admonerentur, & diſcerent humanitatem colere: cum hujuſmodi tamen præceptorum iis, qui in regno ſcientiæ & libertatis vivunt, & quos jam fingo docere bruta non ſentire, aut dolore aut gaudio affici, pereat omnis vis, & ratio. Sed ideo iſtæc præcepta vulgo ſunt propoſita, quod falſo putat bruta ſenſu prædita: & exhortatur Deus homines ad clementiam erga beſtias, ut eo benigniores ſe præbeant erga proximum; quo munere illi, qui in regno cognitionis & libertatis degunt, defunguntur propter alias cauſas. Inde natum putant, quod Divinorum Doctorum alii aliis, & quidem ſæpe inter ſe pugnantibus uſi ſint argumentis. Paulum docuiſſe hominem non juſtificari operibus, Jacobum huic oppoſitum inculcaſſe. Videbat nempe Jacobus Chriſtianos doctrinam de juſtificatione per fidem aliorſum rapere, & ideo per fidem & opera ſimul hominem juſtificari multis probat. Intelligebat ex re Chriſtianorum, quibus ſcribebat, non eſſe, illam doctrinam de fide, qua homines quidam placide quieſcebant in Dei miſericordia, & bonorum operum nullam ferme habebant curam, ita inculcari, eoque modo proponi, ut fecerat Paulus, cui cum Judæis res erat, qui per errorem, juſtificationem ſuam ponebant in operibus legis, à Moſi ipſis traditæ; & qua ſe ſupra gentes reliquas elatos, ſibique ſolis per eam aditum ad ſalutem paratum putabant: & ideo rejiciebant ſalutem per fidem acquirendam, quæ exæquabantur gentibus; & nudi atque vacui ab omnibus privilegiis, quibus tantopere ſuperbiebant, & alias nationes præ ſe contemnebant, conſtituebantur. Cum itaque utra-

que

que doctrina tam Pauli, quam Jacobi pro diverſis temporum atque perſonarum appendicibus, egregie conferret, ut homines attenderent animum ad pietatem, fuit prudentiæ Apoſtolicæ, modo hanc modo illam doctrinam adhibere. Iiſdem prudentiæ regulis inſiſtens Paulus, Judæis Judæum ſe præbuit, & Gæcis Græcum.

Ita ferunt Apoſtolum uſum ſimilitudine ad probandam & illuſtrandam reſurrectionem mortuorum, quam mutuatur à ſemine, quod mori & interire dicit, antequam ex eo fruges novæ naſcantur, cum tamen uſus & obſervatio doceat granum non interire, ſed in terra conjectum, idoneo tempore exuere ta tum quædam involucra, ut excludat herbam aut plantam, quam jam cum tantum ſemen & rudimentum earum eſſe videbatur, in ſe perfectam & ſuis numeris plene cumulateque completam, concluſam tenebat. Ita dicit Apoſtolus Oneſimum non longe à morte abfuiſſe, cum tamen conſueto naturæ curſu, vis morbi non magis illum extinguere potuerit, quam pondus duarum librarum in bilance poſitum, attollere pondus quatuor librarum eidem bilanci appenſum. Ita vult & jubet Jacobus, ut, cum aliquod iter ſuſcipimus, reſpectum habeamus ad Dei providentiam; & ut viam non ingrediamur, niſi omnia fauſta prius fuerimus à Deo precati: hoc præceptum natum volunt ex errore vulgi, quod putat Deum magnis itineribus plus præeſſe, quam parvis; aut ea, quæ peregrinantibus proſpera aut adverſa eveniunt, non ita à nexu fatali cauſarum naturalium evenire, quam alii caſus, qui homini contingunt pedem tantum extra limen proferre in animum habenti: quem non decet tamen in tam levibus Deum precibus venerari. Eodem referendum quod aliter Deum præſidere ſortibus ludicris putamus, aliter iis, in quarum jactu proſpero aut infelici vertitur noſtra ſalus. *Hiſce temere uti nobis religio eſt: in illis ſine ulla religione verſamur.* Hiſce etiam connexum eſt, quod ſæpe Deum precemur & veneremur ſuper aliqua re, cujus cauſam ignorantes ad Deum auctorem referebamus; poſtea autem cauſa cognita, nos judicamus nos erga Deum parum reverenter habituros, ſi precibus in ſimili caſu ad eum confugeremus: quia reperiunt illius rei eventum & exitum ita ſibi exploratum, & in manibus eſſe, quam in ſua poteſtate eſt digitum extendere vel contrahere. Ita ut tota religio nata videatur ex ignorantia *æternarum veritatum.*

Et ut omnia in compendium contraham, exiſtimant totam Scripturam Sacram, totumque in ea imperatum cultum in hoc tantum comparatum, ut imperiti, & rerum minus intelligentes virtuti operam alacrius dent. Res, in quibus communiter religio & Dei cultus occupantur, ſunt v. gr. concipere ſpem ſalutis ex Dei miſericordia; & ex conſcientia veræ pœnitentiæ, pœnas metuere, ſi nos impietati tradamus. Credere nos precibus aliquid apud Deum obtinere poſſe, aut aliquod malum averruncare. Deo propter commoditates, quas adipiſcimur, gratias agere, propter mala & detrimenta, in quæ incidimus, ſupplices precari ut propitius eſſe velit, & nobiſcum redire in gratiam. Ita dicunt homines pleroſque ex animi infirmitate ad Deum referre, quicquid præter exſpectationem, aut proſperi aut adverſi evenit; quicquid aliquid in ſe difficultatis ad efficiendum habet, aut quod ſpeciali ratione ad Deum & Numen pertinet, & reſpectum habet; quicquid cauſis latentibus & abſconditis, nobiſque incognitis evenit; & ita admiratione nos afficit: quæ omnes affectiones animi oriuntur, inquiunt, non ex vi veræ religionis, ſed ex opinione erroris. Cum tamen in illis omnibus nulla ſit cauſa, quare ea magis ad religionem trahamus, quam reliqua omnia, in quibus hujuſmodi caſus & cauſas non ſuſpicamur.

Hinc natas putant illas cultus partes, qui-

quibus Deo attribuimus inſpirationem, atque afflatum in corde & animo noſtro, quem etiam Spiritui Sancto attribuere ſolemus. Hinc novos, & extra cauſarum naturalium fatalem, aut ab æternis & abſolutis Dei decretis natum nexum, & concurſus Dei natos putamus, quibus ſpeciatim bona malave nobis procurat. Hinc in infirmis nota cogitatio, ab aliquo malo ſpiritu profectum quicquid obſcuram & latentem cauſam habet; aut inopinato evenit, aut vulgarem & conſuetum modum excedit; & tamen propter fœditatem aut deformitatem Deo attribui non poteſt. Hinc terrores & morſus conſcientiæ, præſertim illi, qui lancinare ſolent ægros depoſitæ ſalutis, qui illis naturaliter evenire debent, quando ſpe rerum humanarum ſeſe ſuſtentare non poſſunt; & ita nullis ſeſe oblectare cogitationibus, quibus, cum rebus humanis ſeſe intereſſe, & interfuturos arbitrabantur, mentem occupatam tenebant: quibus, quandoquidem in mortis agone verſantes, & rebus humanis valedicentes, cum ratione vacare non poſſunt: quia moribundi nulla amplius ſolatia vitæ, quibus lætari & perfrui poſſint, ſperant. Ideo tunc illæ cogitationes oriri incipiunt, quæ de pœnis & peccatorum vindice Deo audiverunt; illæ enim cogitationes in iis, qui fiducia bene ſanctеque inſtitutæ vitæ, ſpem concipere non poſſunt, neceſſario tunc mentem occupant: at ſubnixus & fidens innocentiæ ſuæ animus tunc aliter ſe gerit. Sic meticuloſis & in tenebris verſantibus oboriuntur cogitationes de ſpectris. Solitudo & tenebræ contrahunt mentem, neque ejus cogitationes vagari ſinunt: defectu aliarum cogitationum illæ ſibi regnum vindicant, ad quas mens in ſolitudine & tenebris conſtituta magnam habet propenſionem aut momentum. Ab eadem cauſa ratio petenda inquiunt, quare homines, qui vivunt in regno pietatis, ſibi perſuadent poſt mortem ſe aliter Deo præſentem fore. Homo dum in terris verſatur, ſe ſuis cogitationibus, & quæ illi vitæ conveniunt, involvit & tegit; neque novit ſe illis ita nudare, quin cum in terris Deo cogitatione ſe ſiſtere vult, multæ aliæ cogitationes ipſi oriantur, quæ ipſum à Dei cogitatione ita avertunt, ut tam clare ſibi Deum repræſentare non poſſit: dicuntque id ferme eo modo evenire, quemadmodum in ſono uſu venit, qui de die in urbe ſurdo murmure ita retunditur, ut difficilius exaudiatur: qui tamen de nocte, quando cives quieti ſunt, emicat, & ſui ſenſationem excitat. Quantopere autem religio tantum ſit res imaginatione ſuſcepta, id inde etiam liquere dicunt, quod homines aliter afficiantur morte ſenis quam juvenis; aliter morte inopina, aliter ea, quæ diu eſt proviſa: aliam à vindice Deo immiſſam, aliam naturæ vi eveniſſe: unam calamitatis notam circumferre, & Chriſtiani hominis officium eſſe in ea cogitatione verſari, quando aliquis in flore ætatis, aut repentina morte extinguitur; alteram nos prohibere tales in nobis ſinere excitari cogitationes: cum ineptum ſit ex centenarii morte judicium iræ Divinæ colligere; quamvis centenariæ ætatis hominis mors tam noxia aliquibus eſſe poteſt, quam infantis; & quamvis amborum mors naturæ legibus eveniat.

Porro cum Sacra Scriptura tantum exarata ſit in bonum eorum, qui vivunt in regno obedientiæ; & qui ſuperſtitione ad officium impelli debent, ideo etiam ſermo Scripturæ attemperatus eſt captui & præjudiciis eorum, qui per eam docendi atque erudiendi erant. Hinc nata in Scriptura præmiorum & pœnarum nomina. Hinc benedictionibus & maledictionibus locus factus. Hinc precum exauditio, & Numinis contemptus vindicatio apud plebem à vatibus inculcata. Hinc aëris ſalubritas, & peſtis atque gravis aëris afflatio à Deo immiſſa putatur: quæ tamen omnia cum natura connexa ſunt, & in ejus cauſis conditæ ſunt, & ex quibus

bus tamquam ex ſeminibus neceſſario illa progignuntur. Hinc virtutis & ad meliorem frugem converſionis principium, eorumque progreſſus Deo attributi: cum tamen omnia ad modum virtutis acriter aut languide excultæ & exercitæ, & juxta ordinem, quo omnes habitus producuntur, procedant. Et ſi naturæ curſu hæc non fiant, tot edentur à Deo miracula, quot motiones bonæ in nobis à Deo excitantur. Hinc cauſæ proſperorum & adverſorum eventuum, & præſertim eorum, in quibus ratio ita implicata eſt, ut prudentia humana eam regere aut providere non potuerit. Inde ad Deum tamquam ad auctorem earum cauſarum traductio: quaſi tamquam gubernator clavo allidens per ſe nunc huc, nunc illuc cauſas naturales impelleret; & ita exitus atque eventus temperaret atque moderaretur. Hinc etiam nata doctrina de Spiritus Sancti teſtimonio, quod revera nihil aliud eſſe dicunt præter animi acquieſcentiam, quæ ex bonis operibus in mente oritur. De veritate autem & certitudine rerum, quæ ſunt ſolius ſpeculationis, Spiritum Sanctum nullum teſtimonium dare, ſed ratione in talibus ſtandum, quæ ſola veritatis regnum ſibi vindicat.

Hinc etiam nati multiformes illi docendi modi, variæque excitandi homines ad virtutem rationes; quatenus aut Prophetæ ipſi rem diverſimode capiebant, aut ſermonem & argumentorum formam attemperabant ad captum aut animi diſpoſitionem auditorum. Ideo Deum nunc ut Spiritum, nunc corpore præditum ab iis introduci: nunc ut ab æterno omnia immutabili decreto decernentem; nunc ut indies nova capientem conſilia. Nunc ut ab omni paſſione alienum: nunc ut iræ & pœnitentiæ obnoxium, &c. Nihilque abſurdius exiſtimant (ſicut etiam ſupra indicavimus) quam ad diſſolvendam hanc contrarietatem, locorum Scripturæ interpretationem à Philoſophia & ratione petere; foret enim tunc Philoſophia Scripturæ interpres: aut, unius loci Scripturæ expoſitio per alium inſtitueretur, quod abſurdum eſſe dicunt: quandoquidem Auctores Sacri ejuſdem ſint auctoritatis & paris fidei; & ideo unum ſuper alium ita extolli non poſſe putant, ut unius potius quam alterius ſermo & doctrina nobis ſit regula credendorum. Exiſtimant itaque omnia Scripturæ verba juxta ſenſum litteralem ſumenda eſſe: & lectorem ejuſdem Scripturæ nunquam male inſiſtere, qualemcunque adoptet opinionem ex alterutra contrariarum; modo eam ſequatur, qua præcipue ſeſe ad pietatem inflammari ſentit. Cæterum illos omnes, qui ſunt ſub regno ſcientiæ & libertatis, Scriptura tuto carere poſſe, cum lumine naturæ penetrare poſſint in æternas illas veritates; ad quod omnis cultus revelatus & inſtitutus referendus, & ex quibus pariter æſtimandum; quemadmodum tota hominis vita ad illarum normam ſit exigenda.

Ita quidem in aperto poſui, quæ ab Adverſariis pro ſua ſententia, quæ revera Atheiſmum complectitur, dicuntur; aut quæ ex ipſorum principiis recte colliguntur: ex quibus Lector facile intelligit Scripturam ab iis tantum oſtentui haberi, & oratione poni; ſententia autem & reipſa ejus fidem atque auctoritatem, ſed circuitione quadam, tolli. Quod etiam ſatis teſtantur, cum Scripturæ nullum uſum eſſe dicunt. Cum enim jactent ſummum hominis bonum conſiſtere in Dei cognitione; quam etiam finem legis Divinæ eſſe ferunt: ſimulque conſtet ex notionibus communibus cognitionem Dei hauriri, & vividam ejus ideam, qua ad cultum Numinis ducimur, nobis imprimi, facile hiſtoriis carere poſſumus. Liquet etiam in qua æſtimatione Scripturam habeant, cum dicunt Apoſtolos non ſcripſiſſe ex revelatione ſupernaturali, aut ex Divino mandato, ſed naturali ſuo judicio; nihilque eorum ſcripta continere *quam fraternas admonitiones mixtas urbanitate*. Et quamvis

vis doceant Apoſtolos non *ſcripſiſſe* ex mandato Divino, ſtatuunt tamen *prædicandi* munus ipſis fuiſſe injunctum, cum poteſtate confirmandi miraculis oralem ſuam doctrinam. Et ut teſtentur illos nihil ſibi reliqui velle facere, quod ad contemptum Scripturæ facere poſſit. Si ipſas Apoſtolorum Epiſtolas, inquiunt, aliqua cum attentione percurras atque volvas, conſtabit Apoſtolos quidem convenire inter ſe in Religionis ſumma, ſed in fundamentis admodum diſcrepare: unde etiam tot ortas dicunt contentiones & ſciſmata in Eccleſia.

Denique adhuc ex alio ab hiſce remoto & ſejuncto fundamento omnem moralitatem è medio tollere conantur, eamque moralitatem tantum ſupereſſe ſinunt, quæ arbitrio Magiſtratus, aut Principis, qui rerum potitur, conſtituitur. Volunt itaque mentem Magiſtratus omniumque hominum informare hoc axiomate: Magiſtratui jus eſſe conſtituendi cultus Divini, qui publice in Republica & Eccleſia obtinere debeat. Deinde Magiſtratui fas eſſe civibus ſuis permittere, ut de religione ſentiant & loquantur, quemadmodum animus ipſis dictat, eamque libertatem etiam, quantum ad actus cultus externi eouſque ſubditis concedendam eſſe, quoad ſtudium virtutum moralium, ſive pietas ſarta tecta manere poſſit: quia reliquarum rerum cognitio & uſus nullam virtutem moralem continent. Ut autem id perſuadeant, hac via inſiſtunt. Ponunt rationem virtutum moralium, quatenus illæ in ſocietatibus uſum habent, & in actibus externis occupatæ ſunt, hujuſmodi eſſe, ut nemo eas ex privato judicio & arbitrio exſerere debeat; ſed earum virtutum cultum, exercitium & formam dependere ab auctoritate & imperio Magiſtratus: tum quia actus externi virtutum mutuantur ſuam naturam à circumſtantiis, cum etiam, quia hominis officium ad hujuſmodi actiones externas patrandas æſtimatur ex commodo aut incommodo, quod ex illis actibus proficiſcitur: ita ut actus illi externi ſi tempeſtive non exſerantur, virtutum naturam exuant. At aliam rationem virtutum eſſe arbitrantur, quatenus intus in mente ſubſiſtunt, illæ ſemper naturam ſuam ſervant, neque à circumſtantiarum mutabili ſtatu pendent. Nunquam alicui licet propenſum eſſe ad crudelitatem & ſævitiam, non amantem proximi & veritatis: ſed poſſunt incidere tempora, quibus quidem animi propoſitum, & enarratarum virtutum ſtudium non quidem deponere liceat, ſed ſe ab iis, quoad actus externos aut temperare, aut etiam ea agere, quæ quoad ſpeciem externam cum his virtutibus pugnare putantur: & ita fieri poſſe, ut non ſit amplius officium viri probi veritatem aliquam in aperto ponere, & ore aut ſcripto cives illius veritatis participes facere; eamque cum iis communicare, ſi plus incommodi quam commodi ex illa manifeſtatione in cives redundaturum putamus. Et quamvis ſinguli, omnes homines amore complecti debeant, neque unquam liceat illi affectui nuntium mittere, evenit tamen ſæpius, ut quidam duriter à nobis ſine vitio poſſint haberi, quando conſtat ex clementia, qua erga eos uti paramus, magnum malum nobis oriturum. Ita quidem omnes exiſtimant, non omnes veritates, ſive illæ ad religionem, ſive ad vitam civilem pertinent, omni tempore opportune proponi: & qui docet roſas porcis non eſſe objiciendas, ſi metus eſt eos ſævituros in eos, qui ipſis eas porrigunt, is pariter non exiſtimat viri boni officium eſſe de quibuſdam capitibus religionis plebem edocere, de quibus in medium prolatis & ſparſis in plebem, metus eſt ne ita turbent Rempublicam aut Eccleſiam, ut inde civibus & ſanctis plus noxæ quam boni creetur.

Cum autem præter alia, etiam hoc ſocietates civiles, à quibus imperium & auctoritas ferendarum legum ſejungi non poteſt, introduxerit, ut quod ſingulorum arbitrio, quid hominibus, in civile corpus

coa-

coaleſcentibus uſui eſſet, permitti non debuerit, ſed id imperantibus concedi, inde *Spinoza* arguit penes Magiſtratum jus eſſe ſtatuendi, qualia & quæ dogmata in Republica publice doceri debeant, & ſubditorum officium eſſe, ad profeſſionem externam quod attinet, ſeſe temperare à docendis dogmatibus, & ab iis profitendis, de quibus publice ſilendum eſſe Magiſtratus legibus ſanxit. Quia Deus hoc non magis privatorum judicio permiſit, quam iiſdem conceſſit contra ſenſus & decreta Magiſtratus, aut ſententiam judicum ea agere, quibus eluditur vis legum, & fruſtrantur ſuo fine Magiſtratus. Exiſtimat enim *Spinoza* de hujuſmodi rebus cultum externum, ejuſque profeſſionem ſpectantibus homines *paciſci* poſſe, & actus cultus Divini externos, tam tuto committi Magiſtratus judicio, quam eidem conceditur jus & poteſtas æſtimandi injuriam civitati illatam, eandemque per vim vindicandi, aut eam condonandi. Nam quemadmodum privatus non tenetur ſuum judicium de illata injuria civitati, accommodare ad judicium Magiſtratus, ſed ſuo ſenſu frui tamen poſſit, quamvis (ſi res ita ferat) teneatur ut Magiſtratus ſententia effectum ſortiatur, & ad exitum perducatur, etiam operam ſuam conferre, ita *Auctor* arbitratur, privatorum in Republica partes quidem eſſe judicare de veritate & falſitate, ut & de neceſſitate alicujus dogmatis; neque exiſtimat privatos legibus civitatis adſtringi poſſe, ut idem de religione ſentiant; vult tamen ex judicio Magiſtratus pendere, quæ dogmata publice proponi debeant, & quod privatorum officium ſit ſenſus ſuos de religione à Magiſtratus ſententia diſſentientes ſilentio premere, neque quicquam hujuſmodi agere, quo leges de Cultu à Magiſtratu conſtitutæ vim ſuam obtinere non poſſint.

Et putant ſe omnes illos ſuæ ſententiæ approbatores habere, (quales ſunt multi viri probi tam Politici, quam Theologi) qui exiſtimant privatorum non eſſe in religione aliquid novare, plebem novo cultu imbuere, à recepta doctrina aliena dogmata in vulgus ſpargere: quia illorum non eſt æſtimare quid in præſentia ſocietati conducat aut obſit, & an plebs novam doctrinam ferendo ſit: & num contra prudentiam peccetur ea in aperto ponere, quæ plus noxæ allatura ſunt quam utilitatis. Cum Chriſtus ipſe indicet omne tempus non eſſe opportunum; omneſque perſonas quovis tempore non eſſe idoneas ad capiendas veritates, aut ad eas cum ſalute audiendas: & ideo Chriſtum alio tempore alias veritates in medium protuliſſe: etiam Chriſtus boni Doctoris officium eſſe docet vetera & nova pro domeſticorum captu expromere. Valebit hæc conſideratio eo magis, quando perſuaſi erimus cognitionem pauciſſimarum veritatum requiri ad ſalutem, quando contemptus, ignorantia voluntaria, & improbus metus cauſa non ſit quod in illarum ignorantia verſemur. At quis dubitat Deum hominibus ſignificare multarum veritatum ignorantiam ipſis ſine noxa, & fraudi non futuram, quando earum manifeſtatio cædem, bella, vaſtitatem, Reipublicæ diſturbationem portendunt. Addunt præterea exempla docere doctrinæ & Eccleſiæ reformationes à privatis privata auctoritate ſuſceptas, ſemper humano generi funeſtas fuiſſe. Allegant etiam conſtitutiones Eccleſiaſticas, quæ ab omni tempore in omnibus Eccleſiis valuere, quæ interdicunt privato, ſive Doctori ſive laico, ſuo arbitrio nova dogmata in Eccleſia proponere, ſed ea clam habere, donec antiſtitibus Eccleſiæ ea fuerint probata, & eorum auctoritate propalentur. Imo ferunt nonnullos recentes, iique qui ſeverioris diſciplinæ & purioris doctrinæ duces & magiſtri cluunt, docere, privato nunquam fas eſſe aliquid alieni ab Eccleſiæ doctoribus ſentire: ſed ſingulorum membrorum Eccleſiæ officium eſſe, ſi quid novi in religione ſibi compertum eſſe putent, id Eccleſiæ Doctoribus aperire; & ſi Docto-

es ſuæ ſententię non aſſentiant, tunc os debere cedere Eccleſię auctoritati, & ententia ſua deſiſtere. Quidam tamen conedunt eos, qui divinitus, & afflatu Spiitus ad opus Reformationis cientur, poſſe, mo debere ſuam doctrinam in vulgus edee, reluctantibus etiam Eccleſiæ & Reiublicæ gubernatoribus; & quamvis ea es bella & cædes portendere videatur, aque ex ea damna in Societatem redundatura ſint, ut ſi privatis & humanis conſiliis capeſſenda ſit, abſtinendum ab ea eſſe Chriſtiana prudentia ſuaderet. Neminem autem poſſe prætendere vocationem Divinam, niſi qui miraculis illi fidem fecerit.

At quia evenire poteſt, ut Magiſtratus diſſentiens à multis ex plebe in religionis capitibus, quædam publice doceri velit, quæ à judicio plebis aliena ſunt, & Magiſtratus tamen exiſtimat honoris Divini intereſſe, palam in ſua Republica talium dogmatum profeſſionem fieri, vidit *Spinoza* ſupereſſe illam difficultatem, qua civibus, propter judicium Magiſtratus diverſum à plebis judicio, creari poſſet damnum maximum, ideo ad præcedentem rationem, etiam hanc alteram addit Auctor, qua ſimul, & Magiſtratus atque ſubditorum animum tranquillet, & libertatem in religione ſartam tectam conſervet. Nempe Magiſtratum non debere vereri Dei iram, quamvis prava, ſuo judicio, ſacra in ſua Republica fieri ſinat, modo illa non pugnent cum virtutibus moralibus, eaſque non evertant. Cujus ſententiæ ratio Lectorem fugere non poteſt, cum in ſuperioribus ſatis fuſe eam tradidi. Nempe ſtatuit Auctor Deum ſuſque deque habere, nec cura tangi quales opiniones homines in religione foveant, & animo probent atque tueantur, & qualia publice ſacra curent; cum hæc omnia cenſeri debeant numero rerum cum virtute & vitio nullam affinitatem habentium. Quamvis cujuſvis officium ſit, ita rationes ſuas inſtituere, ut ea dogmata eumque cultum habeat, quibus putat ſe maximos in virtutis ſtudio progreſſus facere poſſe.

Nunc ad propoſitarum difficultatum ſolutionem me accingo; & mihi eas expendenti videtur illas revocari poſſe primo ad abſurda, quæ Adverſarii ſequi putant ex doctrina ab orthodoxis admiſſa de natura cauſæ primæ; quæ cum cauſa rerum omnium eſſe debeat, neque quicquam illius cauſa, etiam inferunt omnia illius cauſæ primæ, ſive Dei decreta debere eſſe abſoluta: virtutem itaque & vitium nullam rationem cauſæ moralis ad Dei voluntatem habere: neminem itaque aut præmio propter virtutem, aut pœna propter vitium affici. Deinde omnia fatali neceſſitate nexuque cauſarum naturalium evenire, ideo omnem cultum Dei vanum eſſe; nihil enim eo immutari poſſe: ſed totum cultum oriri ab ignorantia æternarum veritatum, quæ ſubigit nos cogitare quædam per formam præcepti nobis præſcribi, & ex præcepti obedientia vel inobedientia proſpera vel adverſa nobis eveniſſe, vel eventura quondam: quæ omnia, ſi recte animum attendamus ad fatalitatem eventuum omnium rerum, nulli gubernationi, quæ fit per formam legum, locum relinquunt. Priori ignorantia duci homines pios & probos, ſed parum rerum intelligentes; at eos, quorum mens vera rerum cognitione imbuta eſt, nulla religione tangi, neque ullam ejus partem exercere, ſed eos actiones alias ſectari, alias fugere propter rationes phyſicas: quatenus bona vel mala phyſica inde ad ſe redundatura prævident. Propter eandem fatalitatem & rerum naturalium nexum, naturæque univerſæ firmam & immutabilem conſtitutionem, quam à cauſa prima poſtquam accepit, nulla vis immutare poteſt: negant miracula fieri poſſe; eodemque redire ſive ſupra, ſive contra naturam rerum aliquid fieri poſſe doceas.

Ad ſecundam claſſem revocanda ſunt illa,

illa, quæ Adverſarii habent de interpretatione & uſu Scripturæ. Ad tertiam ea reduci debent, quæ Adverſarii petiere à Magiſtratus auctoritate, à qua, quantum ad uſum virtutum, dependere faciunt virtutis & vitiorum diſcrimen.

Ad ſubverſionem itaque primi Adverſariorum fundamenti primum procedat oratio. Concedimus ex natura cauſæ primæ, adeoque Dei, ſequi eum eſſe cauſam rerum omnium: atque ita nihil extra Deum cogitari, aut fingi debere, quod illius voluntatis poſſit eſſe cauſa, quia ante Dei voluntatem non ſunt res ullæ extra Deum: ſed per ejus voluntatem, naturæ rerum earumque exiſtentia ſunt: (loquor de iis, quæ non ſunt incluſæ in ipſa Dei natura rationali, quales ſunt omnes res morales) & ita quidem *abſolute* omnia decreta ſunt. Hæc amplius & copioſius hic non exponam, quia in præcedentibus de illis ad neceſſitudinem rei dictum eſt. Hanc autem dependentiam omnium creaturarum à Dei voluntate non impedit, creaturas ſpirituales non eſſe præditas libero arbitrio, per quod ea, quæ libere ab illis creaturis proficiſcuntur, plane alio modo ab iis fiunt, & à Deo dependent, quam res naturales à cauſis naturalibus producuntur; & propter quam diverſitatem, res, quæ à voluntate creaturarum procedunt, plane alium reſpectum & ordinem habent ad Deum, aliamque oriri faciunt relationem inter Deum & hominem, quam res naturales. Libertatis creaturarum ea eſt ratio, ut illius reſpectu omnes ſuarum actionum moralium ita auctores ſint, & ſic ab ipſis dependeant, ut quicquid præciſe à libero arbitrio proficiſcitur, conſideretur ut non profectum & collatum à Deo, quemadmodum res Phyſicæ; ſed ut ab homine ita præſtitum, ut Deus id *quodammodo exſpectet* à creatura libera. Et hæc ratio conſtituit moralitatem, & locum facit *Regno Dei per leges, præcepta, admonitiones, exhortationes, comminationes, &c.* Hæc libertas ſive liberum arbitrium eſt attributum primum & eſſentiale creaturæ rationalis, quod illi tam eſt proprium, quam corpori extenſio, aut diviſibilitas & impenetrabilitas propria ſunt. Deus itaque formans & condens naturam rationalem, eamque decernens condere, ſimul neceſſariò moralitatem conſtituit, quia ea natura rationali continetur: & omnia Dei decreta & actiones circa talem creaturam rationalem trahunt (ſi ita loqui liceat) aliquam proprietatem ab illa natura. Hoc eſt ita à nobis conſiderari debent, ut creaturæ rationali & liberæ conveniant: ideoque ſummopere cavendum ne tales de iis formemus conceptus, qui repugnantiam, ſive moralem ſive phyſicam, involvant. Quemadmodum ratio jubet ea de Dei decretis, ejuſque providentia actuali circa corpora phyſica docere, quæ corporis naturæ conſentanea ſunt: neque decet putare Deum quædam agere decreviſſe circa illa, quæ extenſionis naturam ſubvertant: qualis v. gr. eſt doctrina Pontificiorum de tranſſubſtantiatione. Similiter oportet tales de Decretis & actionibus Dei circa creaturas liberas habere cogitationes, quæ non ſolum libertatem iſtius creaturæ non deſtruant, ſed quæ neque moralitatem tollant: quale v. gr. eſt *decretum Dei de punitione hominis nondum conſiderati ut peccatoris*, vel quod eodem redit, qualis eſt prædeſtinatio hominis alicujus ſingularis ad perditionem, qui tamen in illo decreto non conſideratur ut peccator, ſed ad quam qualitatem in eo ponendam fingitur decretum Dei decernentis permiſſionem lapſus tamquam medium ad perditionem illam obtinendam. Dicimus tales de decretis Dei conceptus pugnare cum moralitate, quæ continetur in creatura rationali, circa quam, conſideratam ut innocentem, non magis poteſt verſari Dei decretum & voluntas, deſtinans illam nulla moralitate mala affectam, abſolute ad miſeriam, & ordinans tamquam medium ad illum miſerum ſtatum obtinendum.

dum, permiſſionem lapſus & peccati; quam Dei voluntas verſari poteſt circa corpus, nec tamen illud conſiderare ut diviſibile aut extenſum. Non minus enim moralitati ſua natura fixa & ſtabilis eſt, quam rebus Phyſicis. At quid ab omni juſtitia & bonitate alienius, quam creaturæ nulla mala moralitate affectæ decernere luctuoſum & miſerabilem ſtatum, & Deum ad illum acquirendum decernere media, quibus ille ſtatus obtineatur.

Neque difficultas tollitur per diſtinctionem inter volitionem ipſius peccati, & inter volitionem permiſſionis lapſus, illiuſque lapſus deſtinationem à Deo factam & ordinatam tamquam medium ad obtinendam exiſtentiam ipſius peccati. Non poteſt enim à quoquam negari Deum velle permiſſionem peccati: hoc eſt, Deum voluiſſe creaturam rationalem tam perfectam non condere, quæ eſſet ſupra peccandi infirmitatem: unde orta, & in qua imperfectione negativa fundata eſt peccati poſſibilitas. Deinde conſtat Deum noluiſſe creaturam rationalem eum gratiæ ſuę auxilium pręſtare, ut reipſa non peccaret. Denique Deum noluiſſe ea in gratiam creaturæ rationalis non decernere, ad quæ decreta & conſtituta certo ſecuturus erat hominis lapſus: ſed contra ea decrevit, ad quæ lapſus *neceſſario*, ſed per *accidens*, ſequeretur. Et hæc Dei providentia circa lapſum & peccata hominis docent recte diſtingui inter decretum permittendi lapſus, hoc eſt, inter volitionem, quæ Deus vult lapſum, & inter eam, qua per impietatem ſummam Deo attribuitur *volitio peccati*, quaſi peccato delectaretur, quemadmodum vult & delectatur illo ordine rerum, in quo hominis peccatum locum occupat; (ſed *non Dei ordinatione*) & ad quem ordinem peccatum *neceſſario*, ſed tamen *per accidens* ſequitur. Quemadmodum per accidens ſequitur ad uſum juris mei in ducendo pariete, vel excitando ædificio in meo fundo, excandeſcentia, odium, &c. proximi, qui ex illo ædificio incommoda patitur. Dicimus itaque per diſtinctionem inter volitionem lapſus & volitionem peccati, nihil profici ad tollendum abſurdum, quo illa ſententia, quam jam impugnamus, urgetur: venit enim hic in quæſtionem, quo pacto ſe Deus habeat circa illam permiſſionem peccati; nempe, an permiſſionem peccati deſtinet tamquam *medium morale* ad conſequendum exiſtentiam peccati? Quid! an ideo à peccato immunis ero, ſi dicam me non voluiſſe iram, odium, & paupertatem proximi mei, qui me in jus vocat propter ædificium, quod excito? Si hic ordo decretorum maneat, ut primum intenderim extenuare opes proximi litibus; & ita parvo pretio mihi parare ædes ejus, quas præ paupertate mihi vendere cogetur: utque id conſequi poſſim me decreviſſe ædificare ædes in eo loco, ubi vicinus maxima percipiet incommoda; eamque ædificationem adhibere tamquam *medium morale*, per quod vicino occaſio præbeatur ira efferveſcendi, & ſic ſe temere in lites conjiciendi: quæ omnia ut fiant à vicino, decrevi permittere, quia ſtatui jure meo in ædificando uti. Nullus certe mihi ideo dixerit innoxium, quia uti novi diſtinctione inter permiſſionem peccati, & inter ipſum peccatum. Neque recte ideo dicere poſſum me non velle iram & odium, atque ita peccatum proximi; cum ipſe media vera moralia adhibuerim ad efficiendum, ut proximus in illud peccatum laberetur: multo minus poſſum hypocriſis notam effugere, ſi accedo ad proximum, eum rogo, obſecro, obteſtor ne in jurgia & lites prorumpat. Profiteri me ex animo pacem & amicitiam ejus expetere, & bene conſtitutam rem domeſticam; & tamen eo animo erga ipſum affectum eſſe, quem jam ſupra memoravi. At in hujuſmodi abſurda incidere debent, qui permiſſionem lapſus tamquam medium morale conſtituunt ad obtinendum lapſum ipſum, talemque ordinem decretorum fingunt,

qua-

qualem modo aſſignavimus in improbo illo vicino, qui fundum & poſſeſſiones proximi peſſimis artibus comparare parat.

Nec effugiunt, qui concedunt hæc ſummam impietatem arguere in hominibus, qui illum ordinem decretorum formarent circa proximum innoxium, & nulla moralitate mala affectum, quæ poſſet eſſe juſtum fundamentum decreti, quo proximo deſtinatur mala peſtis & miſerabilis interitus, per peccatum, in quod labitur ex ira & excandeſcentia, obtinendus, & tunc de mediis, v. gr. de carnifice, cruce, &c. cogitetur, quibus miſerabilis rei interitus procuretur. Dico itaque eos nihil efficere, qui talia decreta in hominibus damnant; ſed Deo convenire arbitrantur propter ſuum jus, quod habet in creaturas: non eſt enim fingendum jus Dei, quod moralitatem ſubvertat: eodem enim jure ſtatuas homini quidem fas non eſſe mentiri, aut fallere, aliis impietatem imperare, ſed Deo hoc pro ſummo ſuo jure fas eſſe. Si hujuſmodi reſponſio admittatur, actum eſt de omni religione; & tollitur omnis moralitas, quam ſupra adſtruximus, & in ratione fundatam eſſe indicavimus: at ratio ſemper & ubique ratio eſt; nec unquam mutari poteſt: quemadmodum motus manet motus, & modus modus, ſive illi immediate à Deo producantur, ſive à natura. Et tam repugnat Dei, quam hominis amori erga creaturam rationalem, illam innocentem deſtinare vitio & peccato, quod pœnæ fundamentum præbere poſſit, & ita perniciem illi machinari. At tollentur hæ difficultates, ubi oſtenderimus Dei ſanctitatem alium decretorum ordinem flagitare, qui moralitatem ſtabilit; & Dei juſtitiam & ſanctitatem tuetur; ſimulque regnum Dei per leges morales, & per cauſalitatem moralem virtutum in ordine ad Dei voluntatem atque decreta, ſarta tecta conſervet.

Summa & infinita Dei perfectio non permittit ut dicamus & ſentiamus Deum ſucceſſive, & per aliquem ordinem proceſſiſſe in formandis ſuis decretis; multo minus Deum ex occaſione non exſpectati aut inopinati eventus, feciſſe & formaſſe nova decreta. Quemadmodum eadem illa ſumma & infinita Dei perfectio non permittit docere & ſentire aliquid evenire, quod Deo ingratum accidat. Hæc probatione non egent, cum præcedentia horum veritatem adſtruant. Eadem illa Dei perfectio prohibet Deo peccatum, delectationem in peccato, ordinationem alicujus rei tamquam medii, ad conſequendam peccati exiſtentiam, attribuere. Et tamen eadem illa perfectio docet Deum mundum regere; nihilque boni aut mali, tam Phyſici quam moralis evenire, quod ab efficaci Dei decreto & gubernatione non pendeat. Quomodo hæc conciliari poſſint jam dicere aggredior. Moralitas ſive recta ratio moralis, quæ nititur Dei, & ſimul creaturæ rationalis natura, cauſa eſt multarum & diverſarum *relationum* inter Deum & creaturam rationalem: prout diverſimode creatura rationalis per moralitatem eſt affecta: & illæ relationes diverſa producunt effecta in, & circa creaturam rationalem; quorum alia neceſſario hominis moralitatem ſequuntur, alia libere à Deo decernuntur: habent tamen pro fundamento naturam creaturæ rationalis. Quæ neceſſario ſequuntur creaturam rationalem, aliter atque aliter per moralitatem affectam, non recte & proprie decerni dicuntur; neque decretorum numero cenſeri debent, quia natura Dei, & creaturæ rationalis continentur. Quemadmodum in rebus Phyſicis non recte dicitur, Deum decreviſſe, ut duo corpora, quæ creat extra univerſum, ſe mutuo contingant, cum duorum corporum creatio extra Univerſum includat eorum conjunctionem. Poſita itaque creatura rationali ponitur neceſſitas liberi arbitrii: ponitur gubernatio iſtius creaturæ per leges: ponitur potentia obediendi legi: ponuntur erga creaturam innocentem amor

amor Dei, & omnes effectus amoris neceſſarii; & erga creaturam peccatricem odium Dei, & punitio peccatoris: denique omnia ea, quæ odium Dei neceſſario ſequuntur. In gubernatione per leges incluſa eſt cauſalitas moralis bonorum & malorum operum; quatenus per ea certa quædam relatio inter Deum & homines oritur, quæ primo requiritur, antequam certi quidam effectus boni aut mali à Deo ad hominem deriventur: deinde ea relatio antecedenter neceſſaria eſt, priuſquam quædam decreta circa creaturam rationalem locum habere poſſunt. Et effectus iſtius relationis quantum ad decreta, & quantum ad bona aut mala, etiam vel ut neceſſarii, vel ut liberi conſiderari poſſunt. Qui ſunt neceſſarii, illi proprie loquendo non procedunt à Decreto: quandoquidem omne decretum includit libertatem. Circa *effectus* autem *liberos* decreta verſantur.

Totam rem exemplo in aperto ponam. Creato homine ratio, ſive lex moralis ſimul hominis menti concreari debuit. Exiſtente homine integro & puro, amorem Dei, & omnes neceſſarios effectus amoris erga ſe experiri debuit: & illa puritas erat affectio moralis Adami, quæ conſtituebat talem relationem inter Deum & hominem, ut ad hominem derivaret omnes neceſſarios effectus amoris. Quia autem Deus hominem, majori quam præciſe ejus natura poſtulabat, amore complecti poterat, ideo potuit exiſtere Decretum Dei, circa creaturam rationalem, (quod *decretum gratiæ* vocabimus) quo homini impartiri decrevit, & reipſa impartiit auxilium, quo à peccato certo ſe eſſet temperaturus. Et reſpectu hujus decreti nulla neceſſaria moralitatis lex nec in creatura rationali, nec in Deo cauſa fuit, ſed tantum *liberum Dei beneplacitum*. Contra, quia Deus omni creaturæ rationali tale auxilium non tenebatur decernere aut præſtare, & quia creaturæ rationalis imperfectio negativa, peccatum reddebat poſſibile. Eſt autem Deo jus decernendi exiſtentiam quarundam creaturarum, etiamſi homines certo illis ſunt abuſuri, & inde capturi occaſionem peccandi: quemadmodum mihi jus eſt ædificandi in fundo meo, etiamſi intelligam & prævideam, vicinum certo propter illam ædium ædificationem prorupturum in mei odium, & in rixas. Decretum Dei de utendo ſuo jure, ad cujus uſum certo ſecuturus eſt lapſus creaturæ rationalis; & quod jam voco *Decretum reprobationis*, nullam etiam cauſam habet præter liberum Dei decretum: & ita utraque illa decreta ſunt abſoluta; & non habent pro objecto hominem lapſum, ſed labilem. At quatenus ille homo (cui Deus gratioſe largitur plus auxilii, quam natura moralitatis hominis neceſſario poſtulat) ſua voluntate & libero arbitrio, quamvis gratia Dei affecto, & acto, obedit legi Dei, & tamdiu in obedientia perſeverat, quamdiu Deus vult illum ſuſtinere *perſonam viatoris*: & illa continua Dei obedientia per cauſalitatem veram moralem; & quidem neceſſariam, hominem ducit ad beatitudinem & ſummum bonum, ideo decretum Dei de glorificanda tali creatura rationali, & actualis iſtius decreti executio *cauſam* habet, nempe ſtudium virtutum, & ſanctitatem completam. Illam autem Dei voluntatem hominem omnino ſanctum glorificandi, & quæ voluntas neceſſario in Deo exiſtit propter ſanctitatem hominis omnibus numeris abſolutam, *Dei decretum* voco, quamvis neceſſario hominis ſancti moralem ſtatum ſequatur: quia in principio & origine ſua liberum eſt illud Decretum; eſt enim conſequens prioris liberi decreti, quo Deus decrevit alicui homini auxilium gratiæ præſtare, quo non tenebatur. Eſt itaque illa ſanctitas *vera cauſa moralis*, Primo, *obtinendæ beatitudinis*, quatenus ponit in nobis *qualitatem moralem*, propter quam (non autem tantum ſine qua non) Deus nos æterna felicitate beat. Secundo, ſanctitas illa cauſa eſt *decreti Divini* nobis largien-

giendi beatitudinem: quatenus illa ſanctitas eſt affectio moralis hominis, per hominis voluntatem in homine exiſtens, ſine qua decretum Dei nos beandi, circa nos verſari non potuiſſet; ſed quia hæc omnia fluunt ex illo primo gratioſo decreto electionis, electio ad vitam etiam recte vocatur *abſoluta*, & eo modo obedientiam non habet pro cauſa. Eodem modo de reprobatione loquendum, de qua dicere ſuperſedebo ad vitandum tædium.

Porro: quia eſt de ratione morali, quod creatura rationalis Deum colat, veneretur, bona, quæ optat & deſiderat, quæque ſuo Marte ſibi comparare non poteſt, à Deo ſupplex petat; ideo etiam eſt de ratione morali quod Deo preces, rite ab homine conceptæ, gratæ ſunt; Deoque inconveniens hominibus opem & gratiam ſuam aut negligentibus aut vituperantibus, ea largiri, quæ neceſſarium nexum non habent cum moralitate aliqua, qua is, qui non precatur, affectus eſt; & ex adverſo Deo conveniens precantium preces aliquando exaudire (loquor de talibus precibus, quibus petitur aliquid à Deo, quod prioribus decretis non continetur, & quod ideo neceſſarium eſt) inde concluditur preces in ſe vim cauſæ moralis habere, propter quam Deus aliquando hominibus rite precantibus aliquid largitur: & ideo hominum officium eſt, Deum precari. Et recte vereque Scriptura docet, hominum quorundam preces exauditas, & propter preces Deum quibuſdam aliquid eſſe largitum. Ita ut preces illæ ſint *vera cauſa moralis* propter quam Deus quibuſdam hominibus quædam largiatur: tum quia preces homini precanti addunt qualitatem moralem, quæ antecedenter requiritur, antequam Deus decretum circa creaturam rationalem formare poſſit, quo decernat eum quarundam rerum participem facere; quas res contemptor precum, propter defectum illum qualitatis moralis, adipiſci non poteſt; cum etiam, quia decretum eventum & exitum ſuum habere non poteſt, niſi intercedat ab homine orta & profecta *cauſalitas moralis* precum. Et à vero alienum eſt, rem quam nos precibus obtinuiſſe dicimus, tamen nexu cauſarum naturalium, & vi decreti abſoluti & æterni eventuram fuiſſe ſive preceris ſive non preceris: quia talis nexus cauſarum nunquam decerni potuiſſet, ſi legitima precatio à voluntate hominis procedens non interveniſſet; & quæ precatio non eſt ordinata, ut cauſa phyſica ordinata eſt à Deo ad operandum aliquem effectum, ſed quæ libere & per actionem hominis liberam, quæ moralitatem bonam habet, locum ſibi vindicat in ordine & ſucceſſione rerum, quamvis efficaci Dei gubernatione rem totam adminiſtrante, imo ordinante, omnia tam bona quam mala certo eveniant.

Ita ut ex præcedentibus jam manifeſtum ſit, & preces & virtutes, & precum contemptus, & peccata veram exſerere cauſalitatem & efficaciam moralem; etiam reſpectu voluntatis Divinæ: & multas res phyſicas, earumque ordinem & cauſalitatem nunquam extituram fuiſſe, ſi *efficacia moralis* non interveniſſet. Et reſpectu multorum, quædam cauſæ naturales non extitiſſent, per quas v. gr. naufragio periere, aut per quas ex naufragio ſalvi evaſere, ſi bonitas & malitia moralis ſibi locum non vindicaſſent in ordine rerum, & ita ordinis cauſarum naturalium cauſa extitiſſent, Dei adjuvantis & gubernantis reſpectu. Loquimur de hujuſmodi effectis, de quibus conſtat, eorum cauſam moralem extitiſſe precum uſum, aut earum neglectum; aut de quibus ex Scriptura edocti ſumus, Deum hominibus illa largiri nolle niſi precibus iſtæc à Deo flagitent: qualia ſunt pietatis & ſanctitatis opera. Sunt alioquin etiam quidam effectus providentiæ divinæ circa nos, quæ non prærequirunt in nobis moralitatem, quia profecti ſunt à Dei benignitate erga nos, qua nos præ aliis dilexit: &

quæ

qui effectus antevertunt omnem moralitatem in nobis.

Et cum uſus & cognitio rerum uſu comparata nos doceat multas cauſas, tam morales, quam naturales à natura per Dei ordinationem ita eſſe comparatas, ut per eas homini multa bona malave creentur; & ſalus aut mors, ſanitas aut ægritudo; divitiæ & paupertas per eas homini eveniant: recte propter earum cauſalitatem dicimus, homines à periculo & morte, v. gr. ſervatos, aut ipſis per eas perniciem & calamitatem paratas fuiſſe: & quoſdam homines morti vicinos fuiſſe, quoſdam extra periculum mortis conſtitutos, quatenus verſati ſunt, vel non ſunt verſati in medio cauſarum, quæ multis ſæpe, vel quæ nunquam vel raro aliquibus mortis cauſa exstiterunt. Deoque merito homo gratias agit, quod mala effugerit: vel recte agnoſcit per illas cauſas, Deo ſic ordinante, mortem ſibi obrigiſſe, à quibus alii in iiſdem circumſtantiis verſantes, immunes evaſere. Quamvis ordo & vis cauſarum naturalium ea fuerit, ut tunc aliter agere non potuerint; quia pietas aut impietas hominum potuit extitiſſe cauſa, quare Deus ab æterno decreverit talem cauſarum ordinem, quo è malis tutus evaſerit, aut iis ſuccubuerit. Et quia Deo conveniens eſt, propter pietatem, vel impietatem hominum talem cauſarum ordinem condere, per quam iis bona aut mala, proſpera vel adverſa eveniant, ideo jure homines Deo gratias agunt, quod globo v. gr. in prælio non interierint, quamvis talis erat conſtitutio ordinis cauſarum, ut globus illos non magis tangere potuerit, quam ſi in India ſclopetum exploſum fuiſſet. Neque tamen cum in India bellum geſtum eſt, Deo gratias agimus, quod illius belli calamitates nos non attigerint: quia nunquam Deus talem vim cauſis ſecundis, per quas bellum adminiſtratur, indidit, ut nobis in Hollandia verſantibus inde aliqua noxa creari potuerit. Pari ratione quia illi, qui longum iter ingrediuntur, multa ſubeunt pericula, quibus Deus ſæpe homines ſinit occumbere: quodque iter ideo ab hominibus æſtimari debet, tamquam medium, quo hominibus multa adverſa evenire ſinit; iter autem breve & deambulatio v. gr. in viciniam, nunquam vel rariſſime cauſam habet alicujus mali: ideo in caſu priori pietatis eſt, Deum venerari votis & precibus, ut proſperi itinere defungi poſſimus, in poſteriori ſuperſtitionis eſt. Et obtinet hoc maxime quando hominis voluntas intervenire debet antequam cauſa naturalis effectum ſuum ſortiri poſſit, ita ut applicatio cauſæ naturalis ad producendum effectum procedat ab hominis libero arbitrio, quod cauſæ naturales non regant; & quod tamen efficaci Dei directioni ſubjectum eſt: qui flectens hominum voluntatem in nobis excitare debet officium cogitandi nos ſpeciali ratione ejus providentiæ aliquid tribuere debere. Et quamvis Deus ſecundum certas regulas providentiæ ſuæ ordinariæ in voluntate & circa ipſam operetur: tamen facit hoc ſecundum naturam cujuſque rei naturalis; at natura voluntatis hominis ea eſt ut ſit inconſtans, varia & flexibilis admodum; & à qua homini multa proſpera & adverſa evenire poſſunt: in plurimis itaque caſibus plurimum tribuendum Dei providentiæ, quatenus ea præcipue elucet in regenda re tam inconſtanti & variante; & quæ quidem ſemper juxta regulas divinæ Providentiæ effectum ſuum certo aſſequitur, ſed tamen ea eſt ipſius natura ut ejus effectus & exitus admodum varient & alternent; ita ut propter illam varietatem hominis ſalus, quæ ab illa voluntate pendet, magis ſit in ancipiti conſtituta, quam illius hominis ſalus, quæ eſt conſtituta in talibus circumſtantiis ut ea pendeat à cauſis, quæ propter naturalem ſuam conſtitutionem, & ſecundum ordinem & leges naturæ non tam facile huc & illuc impelluntur; & ideo effectus & exitus tam varios non habent. Ita quidem illius homi-

hominis vita magis in tuto eſt, qui mortem ab inedia tantum metuens vim frumenti & alimentorum habet, qua vitam tueri poſſit, quam is cujus vitæ incolumitas pendet ab aleæ jactu. Nam licet reſpectu efficacis Dei Providentiæ, & reſpectu cauſarum ſecundarum omnes eventus æque certi ſint, attamen illa alternatio eventuum (non dico incertitudo) non ita uni quam alteri cauſarum ordini adhæret: cujus vita itaque ſubjecta eſt iſti alternationi & viciſſitudini, is in majori periculo verſatur, quam is, qui non habet neceſſe illam dubiam fortunæ aleam ſubire. Manet enim alea dubia quamvis certo & providentia Dei & legibus naturæ regatur, quia aleæ natura eſt ut levi momento nunc ſic nunc aliter cadat: & illa levia momenta facile ſecundum leges conſtantes naturæ in natura oriuntur. Cujus vita itaque ab iſtis alternationibus pendet, illius vita tam dubia eſt quam illæ alternationes ſunt certæ: & ita illius vita in majori vel minori periculo verſatur; à morte magis vel minus abeſt, quatenus Deus alicujus hominis vitam alligavit illis cauſis, quæ vel magnum vel parvum apparatum requirunt. Nam quemadmodum leges motus conſtantes ſunt, ita ſecundum eaſdem leges motus conſtantes, multarum viciſſitudinum illæ leges motus cauſæ ſunt. Animus autem hominis in exſpectatione eventuum magis vel minus religione tangitur, quatenus res quas exſpectamus aut metuimus, ſunt magni vel parvi momenti. Sic quando ille caſus incidit, ut ſorti committendum ſit aliquid, quod magnum poteſt habere momentum in noſtro vitæ curriculo, impietatis ad ſortis uſum irreverenter accedere; quando autem in ſorte tantum verſatur leve commodum aut incommodum, quemadmodum id evenit in ſortibus ludicris, tunc ſuperſtitionis eſt in hujuſmodi ſortibus alium gerere animum, quam gerimus in reliquis eventibus & caſibus levibus, *qui nos per ſortem non eveniunt.*

*Perit itaque illa diſtinctio inter ſubditum regni rationis & ſubditum regni pietatis*: quaſi vera ratio nos doceret, omnia ita neceſſariò evenire, (etiam ea, quæ piis & probis, & in regno pietatis viventibus, videntur à Deo immitti propter bonum vel malum arbitrii uſum) ut revera vanum ſit precibus aut vertuti aliquid tribuere, idque viris ſub regno veritatis viventibus, & rem non ex opinione vulgi, ſed ex vero æſtimantibus probe conſtare: & ideo eos æſtimare, omnem cultum Dei, quo gratiam & favorem ejus paremus, inanem eſſe rem: jam enim demonſtratum dedimus ex natura Dei & hominis, & ex natura rationis moralis, virtutes & vitia hominis habere vim cauſalitatis moralis, cujus vi homo & qualitate morali afficitur, ſine qua quædam Dei decreta circa hominem verſari non poſſent, & qua ſimul quædam relatio inter Deum & hominem oritur, ut Deus illi propitius aut adverſus eſſe velit. Alia eſt ratio cauſarum naturalium & neceſſario agentium, quæ nullum locum in ordine & ſucceſſione rerum & cauſarum libere occupant, ſed omnia ita à Dei deſtinatione & ordinatione pendent, ut nulla earum libertas agendi vel non agendi intercedat: & quarum reſpectu vere dicitur, *quod primum eſt in intentione, poſterius eſt in executione: & quod prius eſt in executione, poſterius eſt in intentione*: in quibus omnia, quæ intercedunt antequam ad finem perveniatur, ſunt vera media deſtinata ex intentione agentis rationalis ad conſecutionem finis. Sed qui talem Decretorum ordinem fingeret in rebus, in quibus cauſalitates morales intercedunt, is omnem virtutem è medio tollit. Qui negotia Amſtelodami curanda habet, & deſtinat eo proficiſci, de via qua eo pergendum eſt, conſilium capit, poſtea de navi aut equo, aut curru comparando deliberat, reliqua ad iter comparat & exequitur. Hic in cauſis intermediis nulla occurrit cauſa moralis, & ideo veriſſime hic locum habet axioma illud, quod primum eſt in executione, ultimum in intentione,

ne, &c. Quorum ratio eſt quod propter finem, qui eſt negotiorum curatio Amſtelodami, reliqua media nullam vim aut cauſalitatem exercent in meam voluntatem, ſed ab abſoluta & libera mea voluntate vim mediorum habent: & ideo quod hic primum fuit in intentione, poſterius fuit in executione. At quod ſi eundem decretorum ordinem concinnare velim in ordine ad ultimum finem conſequendum per interventum cauſarum moralium, omnem ſubvertam moralitatem. Rex prudentiſſimus ſimul & optimus prævidit futurum bellum, & per bellum populi ſui opes attritum iri, officium ſuum eſſe intelligit miſeros cives belli calamitatibus opprimendos, levandos ſua liberalitate, in hunc finem argenti & frumenti numerum & vim parare deſtinat: imo jam in hoc eſt. Si quis in hoc exemplo eundem decretorum ordinem fingeret, (quem ſupra tradidimus in exemplo illius, qui negotiorum cauſa Amſtelodamum cogitat) nonne regem tyrannum, & omni odio dignum introduceret, utpote qui ut liberalitatem in cives exercere poſſet, tamquam medium ad illud conſequendum, bellum & calamitates ordinaſſet? Sic arbitror. Neque deſinit hoc exemplum etiam Dei reſpectu conſiſtere, quamvis Deus omnia efficaci providentia gubernet, imo voluerit decreto abſoluto, ut bella, & quæ bella ſequuntur, vaſtitates & ruinæ exiſterent, & ut Rex liberalitatem ſuam exerceret erga ſuos ſubditos. Supra enim indicavimus decreta circa cauſas morales non ita verſari, quemadmodum circa cauſas naturales: neque ea quæ intercedunt antequam ad aliquem effectum deventum eſt, poſſe habere rationem mediorum, quemadmodum in ordine cauſarum phyſicarum. Pluribus de hiſce non diſſeram: tum quia æquus & aliquo judicio valens Lector, reliqua, quæ hic deſiderari poſſint, ex traditis jam fundamentis ſupplere poteſt; cum etiam, quia alibi in duabus diatribis, quibus Titulus *Nova Methodus de Gratia & Prædeſtinatione*, totum illud ſtadium decurri; & quæcunque attinebat dicere in hanc rem, aperte propoſuerim.

Concludo itaque regnum *pietatis* non eſſe diverſum à regno *rationis*: neminemque ratione recte uti, qui arbitratur reſpectu dependentiæ omnium rerum à Deo, aut reſpectu abſoluti Dei decreti de rebus omnibus, & reſpectu neceſſarii illorum eventus per efficacem Dei gubernationem, res omnes ita effici, ut hominis libertas & moralitas ex ea libertate fluens, non exiſtat vera cauſa moralis, unde alia atque alia relatio inter Deum & creaturam rationalem oritur: qua poſita creatura rationalis diverſos in ſe & erga ſe experitur effectus, quos Deus erga illam depromit propter illam moralitatem, qua creatura in hac aut illa relatione conſtituta, affecta eſt. Sed jubet ratio nos æſtimare debere legis præſcriptionem, adhortationes, comminationes, præmiorum promiſſiones, remunerationem & pœnam, & reliquæ gubernationis creaturę rationalis partes non eſſe, aut mera nomina, aut conceptus hominum imperitorum, ortos ex ignorantia, quamvis utiles ad provehendum virtutis ſtudium, ſed puram & liquidam veritatem complecti. Et Prophetas & *ſanctos* viros ſe & veritate dignos conceptus de his rebus habuiſſe, quando *moralitatis* rationem in iis poſuerint.

Et vanum eſt quod dicit *Spinoza* gubernationi per leges, admonitiones, exhortationes, &c. locum feciſſe ignorantiam hominum in regno pietatis viventium, quatenus illi ignorantes fatalitatem omnium rerum, earumque neceſſarium nexum, aliter adducendi erant ad officium præſtandum, quam illi, qui in regno ſcientiæ vivunt: illis lex, à qua pœna & præmium ſejuncta eſſe non poſſunt, præſcribitur; in his illa agendi ratio fruſtra eſſet, ut qui norunt omnia fato evenire, neque pœnæ, aut præmio locum eſſe. Dico hoc vanum eſſe, cum ex multis Scripturæ textibus conſtet ea hominibus tanquam

pœnam.

pœnam aut prœmium accidiſſe, quæ ordini cauſarum, in quo illi, quibus illa acciderunt, erant conſtituti, evenire non poterant: v. gr. ſubita illa mors Ananiæ & Saphyræ. An fraus Ananiæ & Saphyræ ſua natura ducebat Ananiam & Saphyram ad tam ſubitam mortem? Poteſt evenire ut quidam eventus, qui per formam pœnæ, aut præmii hominibus oſtenduntur, & quorum reſpectu ad ſpem aut metum ſe diſponunt, iiſdem hominibus vi cauſarum naturalium eveniant: quemadmodum diſſolute viventibus ægritudines; & ſicut populo luxu diffluenti, & ab inimicis tentato & petito debellatio ab iiſdem inimicis: ſed ineptum eſt inde conficere omnium pœnarum eandem eſſe rationem. Et quomodo Adverſarius probabit eſum pomi vetiti, Adamo debuiſſe vi iſtius actionis aut pomi manducati, in tantam perniciem cedere? Hujuſmodi cogitata prima ſpecie propter acumen ſe commendant, propius tamen examinata evaneſcunt, nec ſe tueri poſſunt.

Quod autem Prophetæ & Apoſtoli aliquando uſi ſunt modis & formis loquendi vulgo uſitatis, & quibus vulgus non veram rei cauſam explicat, ſed eam inſinuat, quæ ex præjudiciis nata eſt, id non evincit, aut Prophetas aliquid falſum docuiſſe, aut æſtimandum eſſe parum intereſſe verane an falſa Prophetæ & Apoſtoli docuerint, dummodo doctrina momentum habuerit ad pietatem promovendam. Nam Prophetas aut Apoſtolos *docuiſſe* aut *dogmatizaſſe* aliquid, quod veritati non eſſet conſentaneum, id nullo Scripturæ textu probabitur. At modis loquendi vulgo uſitatis, & tamen aliquid falſi ingerentibus uti debuerunt, ſi intelligi voluerint; nec ridiculos ſeſe præbere: ſed probandum eſſet Adverſariis, Prophetas aut Apoſtolos illis verbis, quæ aliquid falſi deſignant, *dogmatizaſſe*; & ex illo falſo dogmate aliquod argumentum aut doctrinam elicuiſſe. Lex quæ jubet bovi trituranti non obligare os, *intendit* homines benignitati aſſueſcere; & monet ne vim humanitati inferant; ne eam tandem expugnent, qua nos imbutos eſſe oportet erga homines, quæ uberrimos in vita humana edit fructus. Et pone bruta nullo ſenſu eſſe prædita, non ideo lex falſum docet; aut ex falſo dogmate ideo virtus adſtruitur, aut ad virtutem fit exhortatio: quia ſc. nil ſentientis nil eſt ullam in partem quod interſit, quo pacto tractetur. Sed eo præcepto hominis animus ad humanitatem & benignitatem ducitur & informatur: & ſive bruta ſentiant, ſive non ſentiant, vulgus ſibi imperare non poteſt, quin tales circa illos affectus experiatur, quales oriri ſolent, quando homines iiſdem in malis, quantum ad externum affectum, eſſe videmus. Si paſſiones eſſent malæ, & effectus earum vitioſi: aut ſi ea, quæ ex imaginatione & non vera ratione ſuſcipimus opera in vitiorum numero ponenda eſſent; & ſi ſimul verum eſſet bruta non ſentire, non video quomodo objectio Adverſariorum vim & pondus ſuum non haberet: ſed quia conſtat nec paſſionum effectus, nec imaginationis eſſe peccata, ſed eos contra virtuti operam danti alacritatem addere, egregias jam memorati præcepti uſus eſt: quia eo conſervatur humanitatis & clementiæ affectio in nobis. An autem paſſionum & imaginationis effectus boni, quibus ratio non imperat, & quorum dux non eſt, in claſſem virtutum rejiciendi ſint, nunc non diſputo; nec quicquam de ea quæſtione in præſenti definio: in Tractatu de *articulis fundamentalibus* quæſtio illa ventilatur.

Quemadmodum itaque locus eſſe poteſt admonitioni, qua probi, qui credunt perſeverantiam ſanctorum, jubentur metuere ne excidant ſua probitate, quia ille metus eſt medium morale & neceſſarium, quo vitæ ſanctitas in illis conſervatur; & ſimul teſtimonium, quanti Dei gratiam & ſalutem ſuam æſtiment, ita benignitatis uſu erga bruta venimus in conſuetudinem humanitatis: & eſt medium, quo in nobis conſervatur humanitas, quæ tantopere hominem decet; & ſimul eo teſtamur quo loco

loco eam habeamus; & quantopere illa nobis cordi & in pretio ſit, quando volumus etiam ejus effectus & fructus conſtare erga bruta: quia illi, qui illos humanitatis effectus non depromunt erga bruta, tandem exuunt humanitatem, aut eum animi affectum atque diſpoſitionem ſibi inducunt, ut animus in hominis & proximi caſibus adverſis non ita moveatur ad miſericordiam: & degeneret in immanitatem, quæ non minus in mente vitium arguit, quam ſtupor in corpore; obdureſcentes autem animis ad brutorum lamentabiles & lugubres motus perit tandem vis objecti externi miſeriam teſtantis, & menti ea exhibentis, qua animus ad miſericordiam tam proclivis redditur: ſunt enim omnes permotiones utiliter animis noſtris à natura datæ; & egregia menti bene inſiſtenti, auxilia ſunt ad alacritatem illi addendam non ſolum ad obeunda officia, ad quæ affectus ratione duce illam ducunt; ſed etiam ad promtius excitandum in nobis judicium, quo æſtimamus noſtra officia.

Cui hæc reſponſio non placet, is eam eligat, quæ multis probatur, nempe qua brutis ſenſum & cogitationem ineſſe ſtatuunt, concedentes pariter brutorum animam eſſe ſubſtantiam cogitantem & ſpiritualem, ſed boni aut mali moralis incapacem, quemadmodum ſtultorum mens illorum expers eſt: erunt autem brutorum animæ *moralitatis* expertes propter ſuam imperfectionem & organorum in brutis diſpoſitionem, & ideo brutorum anima poteſt tot tantaque cogitare, quæ requiruntur ut animal ex electione & libere agere dicatur: tunc autem porro præſupponendum Deum ſinere interire brutorum animam cum organorum corporis diſpoſitio, eorumque œconomia ſive diſpenſatio diſturbata eſt. Non enim demonſtrari poteſt ex natura ſubſtantiæ cogitantis, illam non interire cum corpus, cui ſubſtantialiter unita eſt, perit & diſſolvitur: nam ex eo principio, quod anima eſt ſubſtantia cogitans, non poteſt demonſtrari Deum nolle, ut ſubſtantia cogitans pereat, cum corpus, cui fuit unitum, diſſolvitur: ſed hoc ex alio principio, nempe morali, probatur. quamvis illa probatio à moralitate deſumpta tantum valeat earum ſubſtantiarum cogitantium reſpectu, quæ illo gradu perfectionis prædıtæ ſunt, ut ea poſſint *velle* & *cogitare*, quæ requiruntur ad conſtituendam in iis moralitatem. Sed quia hæc reſponſio multis cautionibus obnoxia eſt, multiſque in ſpeciem conſequentiis, quas multi detorquentes in odium & invidiam, facilè arriperent & verterent in occaſionem nocendi iis, quibus male volunt, nolo iſti reſponſioni inhærere. Quamvis illi, qui brutis ſenſationem & cogitationem attribuunt, & tamen negant animam brutorum eſſe ſubſtantiam ſpiritualem, ſe in vera & manifeſta abſurda induant: adſtruentes corpus cogitare, & negantes cogitationem eſſe modum ſubſtantiæ ſpiritualis, quibus ab una parte mentis humanæ immortalitas & ſpiritualitas in dubium & periculum venit, ab alia parte id negatur, quo nihil clarius & diſtinctius cognoſci poteſt.

Sed urgebunt Adverſarii, & dicent quæ norma & regula erit interpretandi loca Scripturæ, ſi neque præciſe verbis & litterali ſenſui inhærere liceat, neque ſtatuendum Philoſophiam, hoc eſt, rationem eſſe Scripturæ interpretem. Quando fas erit, dicent, docere tropum, figuram, improprium loquendi, & à vulgo propter præjudicia uſurpatum modum in textu Scripturę reperiri, quando rurſus vim litteralem verborum inculcare? Reſpondemus ex quatuor principiis peti debere normam interpretandæ Scripturæ. Quorum unum eſt *ratio*, alterum *uſus* & natura linguæ, in qua litteris mandata eſt Scriptura: tertium cognitio *circumſtantiarum* perſonarum & temporis. Quartum *Analogia fidei*. Quando vates, Prophetæ & Apoſtoli homines ſcripto aut ore docuerunt, præſuppoſuerunt ſe ſermones & verba facere cum hominibus rationis capacibus

cibus non ſolum, ſed & qui mentem multis axiomatis, & principiis intelligentiæ informatam habebant, quibus nihil contrarium hominibus perſuaderi poteſt; & quorum ideo vim & lumen integrum & illibatum relinquere, auditoribus perſuaſum eſſe volebant. Quoties itaque pugnantia, & ſe mutuo ſubvertentia, ſi verba Prophetarum ſpectes, à Prophetis proponi videbantur, tunc de eorum ſenſu judex & arbiter eſt ratio ſive lumen illud naturale. Et ideo negandum non eſt, in multis rationem modo jam traditam, eſſe Scripturæ interpretem: in aliis caſibus cognitio linguæ, & circumſtantiarum perſonarum, loci & temporis, Scripturæ interpres eſt. Non quod ratio hic ceſſet, aut otioſa ſit, ſed quia præcipue linguæ & circumſtantiarum cognitio uſu & experientia acquiritur: non ex principiis rationis petita: non enim ratio ſed uſus eſt loquendi regula: quamquam creaturæ rationis capaces linguas tantum addiſcere poſſunt; & non ſine ratione duce linguæ cognitione utuntur, quando in perveſtigando Scripturæ ſenſu illam in uſum referunt. Quid per naturam linguæ, quam Sacra Scriptura uſurpat, quid per Analogiam fidei intelligam, lector non omnino rudis facile intelliget. Nec tamen propterea illa quatuor principia numerando diſtinximus, quaſi in interpretatione alicujus obſcurioris textus, unum horum tantum uſum habere poſſit: nam non raro caſus incidit, in quo omnia quatuor principia locum ſibi vindicant: v. gr. in loco illo celebri & memorabili, *hoc eſt Corpus meum*, omnia quatuor principia ſingula pro ſua ratione & natura interpreti opem prębent ad capiendum textum ſenſu illo, quo à Reformatis traditur. Sed hiſce longius inhærere hic non attinet, qui plura de hiſce deſideret, poteſt conſulere Tractatum de uſu rationis humanæ in rebus fidei. Superſedebo etiam à ſolutione locorum Scripturæ, quibus Adverſarii utuntur ad ſtabiliendum illud dogma de *Regno pietatis & rationis*, & de verbis Scripturæ ſumendis ſemper ſecundum litteram: quod dogma nobis Prophetas & Apoſtolos inducit ut infantibus ipſis infantiores, communem vitæ uſum ignorantes, & ferme ſenſu & ratione carentes: qualem ſtultitiam in nautis argueret litteralis verborum ſenſus *Actor.* 27: 27. ubi narratur nautis viſum ipſis *appropinquare terram.* Præſtat itaque Lectorem æſtimare, quam vim habeant ea, quæ tradidimus, quam apertius ea dicendo diutius iis inhærere: ſufficietque fontes ſolutionum indicaſſe, ut ita occurram ſatietati aurium animorumque lectorum.

Porro non capio quid ſibi velint *Spinoſiſtæ*, & quid compendii parari putant ex illa ſententia, qua tuentur Apoſtolos & Apoſtolicos viros *juſſu quidem Dei* ore docuiſſe populum, ſed ut id ſcriptis facerent nullum habuiſſe mandatum. An minus eorum muneri repugnabat nomine Dei ore informare populum de pœna & præmio, quæ Deus conſtituit obedientibus aut immorigeris, quamvis reipſa nihil horum ipſis per formam pręmii aut pœnę eventurum eſſet, ſed omnia fatali neceſſitate ferrentur, Deuſque nihil ageret propter finem; quam ſi Apoſtoli præ ſe tuliſſent ſcriptis nomine Dei eundem errorem populo inculcare? Ego certe nullam differentiam ſuſpicari, aut cogitatione aſſequi poſſum. Sed eſt etiam à veritate alienum, Apoſtolos nullo Dei juſſu doctrinam Evangelicam ſcriptis conſignaſſe. Quando Chriſtus illis imperat *docere omnes gentes & nationes*, an ſimul non imperat ut tam ſcripto & ore id præſtent? An non tam ſcriptis quam ore docemur? Deinde qua veriſimilitudine dici poteſt Apoſtolos non ſcripſiſſe juſſu Dei, cum Spiritu Dei ducti teſtantur ſe ſcribere Eccleſiis, *ut crederent Jeſum eſſe Chriſtum; & ut credentes vitam conſequantur in ipſius nomine*, *Joh.* 20: 31. *Ut fideles plenam & exploratam certitudinem haberent rerum, de quibus ſcripto edocebantur*, *Luc.* 1: 4. *Ut*

*homo*

*homo eſſet informatus & inſtructus ad omne opus bonum*, 2 *Tim.* 3:16,17. & 1 *Tim.* 3:14. Nec tantum id, quod Apoſtoli ore in docendo & dogmatizando proferebant à Spiritus Sancti inſtinctu proficiſcebatur, *ſed tota Scriptura divinitus eſt inſpirata*, 2 *Tim.* 3:16. Quod tam de ſcriptis Novi quam Veteris Teſtamenti intelligendum, quia hæc Epiſtola Pauli ferme aut omnino ultima eſt omnium Epiſtolarum Pauli: ita ut jam doctrina Euangelica in Euangeliis & Epiſtolis expreſſa extaret. Sic dicit Apoſtolus ſcribens ad Timotheum, 1 *Tim.* 3:14. *Hæc tibi ſcribo ſperans fore ut mox ad te veniam: quod ſi tardavero, ut noris quomodo oporteat in domo Dei verſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna, & ſtabilimentum veritatis.* Ergo tam verbum ſcriptum quam ore prolatum eſt regula noſtræ fidei: neque de eo aliter judicari poteſt niſi velis ſanctos illos viros fraudis inſimulare, & impoſtorum nota inurere, quod falſo ſcriptis & Epiſtolis ſuis eandem auctoritatem conciliare voluerint, quam prædicationi ſuæ tribuebant. Vide etiam *Rom.* 15:4. 1 *Joh.* 1:4. Plura non addam, cum non ſatis intelligam quorſum adverſarii illam ſententiam tueantur; aut quid ſibi præſidii collocatum in ea putent ad ſtabilienda ſua dogmata.

Quod autem ſuum dogma ſtudent firmare altero argumento, quo probent Deum in nullo diſcrimine ponere quales homines in religione ſenſus & opiniones foveant, cum nulla cognitio rerum Divinarum in ſe conſiderata, utcumque ſublimis, nos ulla qualitate bona afficiat, qua Deo gratiores & accepriores ſumus, illius argumenti vim non agnoſcimus: quamvis verum eſſe profiteamur nullam cognitionem rerum ad religionem pertinentium nos per ſe Deo commendatiores reddere, idque propter rationes traditas in Tractatu de *articulis Fidei fundamentalibus*. Nec tamen ſequitur veritates religionis nullum momentum conferre ad pietatem in nobis generandam, & ideo eas cum erroribus componi poſſe, ſi errores nempe, prout eſt hominum captus & ingenium eorum factum, ad virtutes obeundas homines tam alacres reddit quam veritas. Nam primo, niſi velimus Enthuſiaſtarum caſtris accedere, dicendum Deum per cognitionem rerum Divinarum hominem ſervare. Ideo Euangelium vocatur *potentia Dei ad ſalutem*. *Et dicimur omnes retecta facie gloriam Dei intuentes ut in ſpeculo, transformari in eandem imaginem ex gloria in gloriam: quia Deus ille, qui dixit ut lux è tenebris oriatur, ipſe ortus eſt in cordibus noſtris ut ſplenderemus per cognitionem gloriæ Dei in facie Jeſu Chriſti.* Nec poteſt cultus noſter rationalis eſſe, ſi non dirigatur ſecundum lumen ſcientiæ: & ideo verbum Dei vocatur *ſemen noſtræ regenerationis, & lac quo nutrimur. Et fides ex auditu eſſe dicitur.* Et prædicatio verbi medium, quo in hominibus fides & pietas producitur. Reſtat itaque inquirere, quænam ſint illæ veritates, per quas Deus fidem & converſionem in hominibus operatur; & ſine quarum cognitione & perſuaſione homines adulti ordinario modo ſalutem non adipiſcuntur.

Facile omnes conſentient, non omnium veritatum cognitionem, quæ ad producendam fidem & ſanctimoniam in hominibus aliquid conferunt, ideo eſſe neceſſariam. Inde enim ſequeretur, omnes homines, qui convertuntur, non ſolum parem debere habere cognitionem veritatis, ſed omnes iiſdem argumentis conjunctim ſumptis ad pietatem perduci. Si ad veram pietatem ſufficeret ſtudium earum virtutum, & vitiorum eorum fuga, quæ ſecunda tabula ſeorſim à prima non ſolummodo conſiderata, ſed etiam nihil cum prima cognationis habente, proponuntur, nihilque referret quales in animo noſtro affectus erga Deum eſſe debent, & à quo principio obedientia ſecundæ tabulæ proficiſcatur, videtur Spinoſiſtarum ſententiam poſſe conſtare: & parum intereſſet, quales homines in religione foverent

atque

atque profiterentur opiniones, modo illæ homines non abducerent ab obedientia ſecundæ tabulæ. Neque magnopere laborandum eſſet de numero articulorum fundamentalium; nam moralium virtutum, quas ſecunda tabula comprehendit, quacunque ratione in nobis excitatum ſtudium ſufficeret ad beatitudinem conſequendam. Sed in eo falluntur Adverſarii, quod non intelligant plurimum etiam intereſſe, ſub quibus conceptibus & rationibus Deum veneremur. Sub quibus rationibus homines omni revelatione Divina deſtituti Deum per cultum naturalem venerari debeant, nempe an non ut mundi creatorem, ut ſanctum & juſtum, ut virtutum præmiatorem & peccatorum vindicem, in præſentia nihil determino, ne res eat in infinitum; & in ſequentibus de iis dicendi locus erit. Sed mihi concedent Adverſarii ab Iſraëlitarum vera & Deo grata pietate non potuiſſe ſeparari *affectus animi*, quos in ipſis excitare debebat revelatio de Deo, v. gr. quod eſſet Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi: quod Patres eorum eduxerat potenter, & elata manu; atque per tot miraculorum perpetrationem ex Ægypto, iiſque ſpem fecerat futuri Meſſiæ, &c. Non quod in fide aut cognitione earum rerum contineatur res *moralis* aut *virtus*; ſed animus religioſus tactus, efformatus, & affectus certo modo convenienter cognitioni modo dictarum veritatum, eſt diſpoſitio moralis, & actiones imperatæ à tali animi diſpoſitione, mutuantur ab ea ſuam moralitatem: & cultus Deo gratus eſſe non poteſt, qui proficiſcitur ab animo propter cognitionis veritatis defectum non recte affecto. Quemadmodum itaque Judæorum pietas plura requirebat, quam pietas Ethnicorum, ita Chriſtianorum pietas alia poſtulat quam Judæorum: & alius animus condecet diſciplinam Chriſtianam, quam illum Dei cultum, qui omnis revelationis expers eſt. Mihi nullum eſt dubium, quin ad veram pietatem Chriſtianam ad minimum requiratur, ut Deus colatur, eique reverentia exhibeatur, & ametur ut qui miſerit Filium ſuum dilectum & unigenitum ad vindicandum genus humanum à perditione æterna per cruciatus & mortem Filii. Alios articulos fundamentales nunc non recenſebo, cum de iis fuſius loqui nihil hic attinet. Exempla in medium prolata ſufficiunt ad probandum: Primo, ad demonſtrandum, quod, quamvis cognitio rerum Divinarum, utcunque ſublimium, ſua natura non complectatur pietatem, aut moralitatem, utpote quæ non arte aut induſtria ſed uſu æſtimatur, illam pietatem tamen ſine quarundam veritatum cognitione non poſſe conſiſtere. Secundo: ex cognitione quarumdam veritatum animum diverſimode affici ad Deum & proximum ſub certa ratione amandum; & ad officia illis præſtanda: & ita probatum eſt ad pietatem, aut ad pietatis regnum etiam *veritatem* requiri, & multum referre, quid aliquis de Deo ſentiat. Et quemadmodum veritates Theologicæ, quas verbum Dei complectitur, ſunt ſemen noſtræ regenerationis, & cauſæ morales & rationales, quibus Deus utitur ad cultum rationalem in nobis producendum, ex præcedentibus manifeſto conficitur cognitionem quorundam articulorum fidei non tantum eſſe neceſſariam ad ſalutem ratione *præcepti*, ſed etiam ratione *medii*. Imo dubito an ulla pars cultus & Religionis Chriſtianæ ſit neceſſaria *præcepti* neceſſitate; ſed quæ partes neceſſariæ putantur, ſunt neceſſariæ ratione *medii*: quatenus Deus in adultis modo ordinario veram pietatem non producit, quam per cognitionem quarundam veritatum, & habitam iis fidem; utpote in ſe comprehendentes cauſas morales, quibus animus vera pietate informatur: & ideo vanæ & inanes ſunt omnes illæ animi motiones religioſæ, quæ per veram cognitionem rerum Divinarum ortum in animo noſtro non habent: quamvis vulgus eas tantopere à pietate & ſanctitate commendat, & inſigñito modo à

Dei Spiritu profectas jactitat, & in quibus mire quidam ſibi placent: & ſi propius illas motiones examinemus, comperiemus illas naſci aut à temperamento, languore & laſſitudine mentis, aut à philautia & ſuperbia ſpirituali; aut ab hypocriſi; aut ab illuſore diabolo. Sed de his fortaſſis alias: nunc quod inſtat. Quæ autem Deus, pro modulo cognitionis in adultis, pietatis incrementa & auctus concedat piis, in quibus cognitio myſteriorum Dei eſt ſanctificata, non auſim definire: at per articulorum fundamentalium fidem pietatem veram in nobis ortum capere, & ſuos progreſſus habere; idque ad menſuram, qua illæ veritates nobis cordi ſunt, mihi nullum eſt dubium. Reliquas veritates non exiſtimo *per ſe* magnum momentum habere ad pietatem, at tamen propter appendices temporum & perſonarum, non tantum egregios longe lateque eas diffundere fructus exiſtimo, ſed etiam quibuſdam ita eſſe neceſſarias, ut eas quidam negligere, iiſque carere non poſſint ſine diſpendio ſalutis.

Nunc examinandum reliquum eſt, an fas ſit homines per argumenta falſa, ſed ad captum & ad ingenium hominum accommodata, inducere ad ſectandum officium. Deinde an Deo grata poteſt eſſe obedientia, quæ argumentis à vero alienis, in nobis excitata eſt: & ſi hæc res vitio non caret, tunc cadunt etiam eorum argumenta, qui à viris ſanctis, Deo eorum actiones ita ſingulari modo moderante, ut etiam earum auctor dici poſſit, id factitatum eſſe tuentur. Quæ res tota confecta erit, ubi oſtendero nullum factum aut cogitatum Deo gratum eſſe, quod falſas ob cauſas ſuſcipimus, aut quod falſis cauſis & argumentis hominibus perſuademus ut illud aggrediantur. V. Gr. credere Deum eſſe unum: fuiſſe Patriarchas: Moſem &c. quia id Alcorano continetur. Æquo animo adverſa tolerare, quia omnia fato ſtoïco & inevitabili eveniunt. Studio virtutis ſe dare metu pœnæ, non amore virtutis, aut Dei. Sacræ Scripturæ divinitatem credere, ſolummodo propter teſtimonium Eccleſiæ, in qua degimus. Credere dæmones exiſtere, quia animus ſuperſtitione tactus, cauſæ Phyſicæ vim excedere putat, quicquid ſibi inſolens & una noxium videtur, indeque propterea conficere dæmones exiſtere. Sic non eſt virtus aut pietas aliquem, æſtimantem per apparitionem Cometæ calamitates portendi, ad religionem confugere, & anxium atque ſollicitum ſe præbere, Deumque precibus fatigare. Sic is peccat, qui artibus Mathematicis barbaris gentibus miranda præſtat, & pro miraculis venditat, quibus illas ad fidem & pietatem adducat. Sic peccatur, quando fingitur paupertas quarumdam Eccleſiarum, quo ab aliis florentibus Eccleſiis eleëmoſynam eliciat, quæ in dignos quidem confertur, ſed erga quos tamen florentes illæ Eccleſiæ illam liberalitatem non deprompſiſſent, ſi fraude pellecti non fuiſſent. Dicimus hæc omnia illicita eſſe: quia in actionibus moralibus æſtimandis, non ad actiones externas, quæ nullius moralitatis capaces ſunt, ſed ad animum à quo proficiſcuntur, attendendum eſt, quia ab animo moralitatem ſuam mutuantur. Si itaque animus malus eſt, & cauſa propter quam ſuſcipiuntur actiones quædam, improba, actiones illæ, qualemcunque utilitatem parere videantur proximo, non poſſunt non numero malarum actionum cenſeri: malum enim & bonum morale non eo nomine cenſentur talia, quia proſunt aut obſunt; aut quia *putamus* ea æqua aut juſta, ſed quia rectæ rationi conſentanea ſunt, aut ab ea aliena. Notandum tamen eſt ſæpius evenire poſſe, ut plures cauſæ, quarum aliqua vitioſa eſt, concurrant una quare aliquis officium ſequatur: at tunc propter defectum unius cauſæ actio in vitiorum claſſe non ponitur. Qui ſe temperat à peccato amore Dei & pœnarum metu, non ideo peccat; quamvis

viti-

vitiorum fuga à timore pœnæ profecta non ſit virtus. Sic non corrumpit naturam virtutis, qui Deum metu purgatorii & ſimul amore ipſius Dei colit. Neque illa religio Deo inviſa eſt illico, quæ aliquo errore eſt infecta. Non deſinit eſſe verus & probatus honor, quo aliquis Conſulem proſequitur, quamvis in eo falſus ſit quod putet Conſulem nobilem eſſe, & quod ideo reverentia, qua erga Conſulem tenetur, amplior ſit.

Sed perſequamur reliqua. Non etiam religionem imminuit aut tollit, quod multæ religionis motiones in animo noſtro excitantur mediis Phyſicis, aut ex principiis illis, quibus etiam ſuperſtitio ortum atque originem ſuam debet. An virtus jacet, & omnis Numinis cultus nomen ſuum amittere debet in piis, qui in rebus anguſtis animum ad Deum attollunt, & precibus ad ipſum fugiunt: quia etiam plerumque in impiis, quando res eorum difficili loco ſunt, timor Dei & reverentia Numinis excitatur, ad preces confugiunt, & conſcientiæ terrores mentem eorum concutiunt; & quia ratio naturalis in iis datur, quare hominis animus in rebus anguſtis hujuſmodi triſtibus cogitationibus exerceatur? Et quod ita illæ animæ commotiones aliquando veram pietatem aut virtutem pro cauſa non habeant, ſed tantum aliquam corporis & ſpirituum conſtitutionem, quam mores animi ſequuntur. Eodem jure dixerint Adverſarii jejunia, pietatem ſuſpectam reddere, quia cibi detractio copiam ſpirituum imminuens, animum ad ſeria cogitanda paratiorem reddit. Neque ſuperſtitio cauſa eſſe debet, quare vera religio in dubium vocetur, cum contra ſuperſtitio veram religionem confirmet: ſuperſtitio enim modum non excederet, ſi ratio modum religioni non poneret. Neque etiam propterea ambigendum de Spiritus Sancti operatione, de precum efficacia, de Dei auxilio in operanda noſtra regeneratione, quia videmus communiter ſanctitatem per gradus in nobis incrementa capere; & ad normam atque per media, quibus Ethnicorum virtus & probus mentis habitus in ipſis efficitur, progredi: & quia uſus docet ſubitas mentis mutationes in bonum, non eſſe bonæ notę, ſi intenſo pietatis ſtudio paratus habitus virtutis inſuper iis non accedat. Nam neque & nos converſionem miraculum eſſe ſtatuimus: ſed illam proficiſci dicimus à gratuita Dei voluntate & operatione, quatenus nec Dei bonitas & miſericordia, nec ulla in nobis moralis qualitas requirebat, ut in procuranda noſtra ſalute tanto nos proſequeretur favore, noſque participes eſſe vellet auxiliorum, quæ erga ſuos electos depromit; quæ ſunt media & cauſæ morales per gratiam ordinatæ ad homines ſanctos & beatos reddendos. Fuſius hæc non tractabimus, cum idoneus Lector facile ſuo Marte reliqua poterit expedire.

Nunc ad miracula accedimus: de quibus ut commode diſſeram, rem paulo altius acceſſam. Supra probavimus idea Dei contineri ea, quæ à creatura prorſus aliena & ſejuncta ſunt, quæque ideo creaturæ ſine inſigni errore tribui non poſſunt: in his numeramus Dei independentiam ab aliis omnibus rebus: vim & perfectionem Divinæ naturæ, qua à ſe eſt, qua reliquæ res tam ad naturam, quam ad exiſtentiam à Deo ſunt: quia clare cognoſcimus nullius creaturæ eam eſſe perfectionem, ut à ſe & ſua ſponte poſſit exiſtere. Docemus itaque creationem ex nihilo, eſſe opus Dei: quia cum per ſe notum ſit, ad minimum tantum debere eſſe in cauſa, quantum eſt in effectu, certum eſt creationem à re dependenti proficiſci non poſſe. Erit itaque creatio effectus, qui ſolummodo à Deo oriri poteſt; & mundi creatio efficax eſt argumentum Deum exiſtere: & ſi miraculi numero tantum id habemus, quod ſolummodo à Deo, & potentia infinita proficiſci poteſt, recte docetur creationem miraculum eſſe: ita creaturarum conſervatio miraculum erit. Sed quando de mi-

miraculis ſermo eſt, tunc hujuſmodi opera non cogitamus, ſed ea, quæ *naturæ conſtitutæ* vim excedere putamus; & ideo miracula dicimus ſupra naturam conſtituta eſſe: non autem naturam per miracula conſtitui, qualia ſunt opera creationis & conſervationis. Notandum præterea nos facile etiam cognoſcere poſſe, quouſque ſe extendat vis cauſarum naturalium materialium; quæ motu, quiete, figura, magnitudine ſua, &c. agunt: & quamvis ſæpe rei novitas & eventus inexſpectatus, & cujus cauſa vulgus fugit, rem in miraculorum claſſe ponit; & Deus illius cauſa putatur, ita ut etiam docti & pii iis fallantur; & ita aliquid ad religionem trahant quod ab ea liberum eſt, id non impedit quare ferme de infinitis certo & tuto dicere & judicare non liceat hanc vel illam rem hujus vel illius effectus cauſam eſſe, & alius effectus cauſam non eſſe: quia uſus rerum nos docet, hujus vel illius rei vim valere ad eam rem producendam, & deficere ad producendam aliam. Quamvis mihi lateat quid ſit cauſa attractionis ferri per magnetem: & quamvis infinita ſint quæ natura poteſt producere, quorum cauſam & rationem non aſſequor, id non impedit quare tuto dicere non poſſim, vocem hominis materialiter ſumptam mortuum excitare non poſſe: & contra cum video ignem redigere lignum in cineres, recte ſtatuo ignem eſſe cauſam iſtius effectus.

Quod ſi objiciatur eam poſſe eſſe implicationem & connexionem cauſarum in natura, ut vox vi ſua mortuum excitare poſſit, & cæco viſum reſtituere, illi eodem jure reſpondere potero, eum poſſe nexum cauſarum in natura eſſe, ut ignis, quem video lignum in cineres redigere, & quod millies vidi, illius effectus cauſa non ſit, ſed illum effectum aliam cauſam habere nobis latentem, ſed quæ tamen naturæ viribus comprehenſa eſt: tam enim mihi exploratum eſt, vocis vim eam eſſe non poſſe, ut ea mortuus excitetur, quam mihi compertum eſt ignem, lignum in cineres redigere. Itaque tam juſta poteſt ſubeſſe cauſa, quare aliquid ad miraculum referam, quam juſta adeſt cauſa, quod ad ignis cauſalitatem & vim agendi revocem quod lignum in cineres convertatur: ita ut negando miracula ipſa natura ſubvertatur: debet enim tunc ceſſare omnis ratio, propter quam in natura aliquid alicujus cauſam eſſe dicimus.

Neque hic aliquod momentum habet, quod aliquis in medium adferat, res naturales reipſa nihil, ſed Deum omnia per ſe efficere, quæ in mundo quotidie fieri videmus: quia omnes res creatæ continuo, & ſingulis momentis à Deo creantur, & quidem cum illis *modis*, cum quibus ſingulis momentis exiſtunt: ſive enim illa objectio vero ſit conſentanea, ſive ab eo aliena, manet tamen natura & vis naturæ, quatenus Deus conſtituit ſingulis momentis in productione, hoc eſt conſervatione, rerum illum ordinem ſervare; ut cum hoc momento res, in tali circumſtantia, & cum tali modificatione extiterit, in ſecundo cum alio exiſtat; ita ut illa modorum mutatio ſibi ita conſtet, quaſi per cauſas naturales eſſet producta. Sed ut arcem Adverſariorum oppugnemus: perabſurdum eſt docere nullam vim in natura eſſe, nullos effectus naturæ attribuendos, quia Deus ſingulis momentis rem creat: nam illa conſervatio continuata creatio vocatur, non quia ſingulis momentis res interit, & rurſus de novo producitur, ſed quia eadem vis infinita, quę rem creavit, eandem in ſuo eſſe conſervat: ita ut prima creatio rebus vim ad ſe conſervandas in ſuo eſſe non largiatur & impertiat, ſed continuo ad perſeverandum in ſuo eſſe vi divina indigeant: ſed hoc non impedit, quare non ſit ſucceſſio in exiſtentia creaturarum: quare non ſit motus & quies, & forma atque figura: quæ ſunt Dei & naturæ inſtrumenta, per quæ naturales effectus producuntur, quatenus v. gr. data aliqua modificatione corporis, ad illam modificationem neceſſario aliquid in natura ſequitur.

Ut

Ut itaque revertamur ad inſtitutum. Quam cauſam habemus dicendi aliquos effectus produci ab aliquibus cauſis, ita eandem cauſam habemus ſtatuendi aliquos effectus hanc aut illam cauſam non habere: quando itaque aliquis effectus ſe prodit, qui ad cauſam naturalem referri non poteſt, v. gr. cum mortuus, aut cæcus, aut claudus *verbo* integritati reſtituitur, tunc eodem jure aſſeritur, vocem illius effectus cauſam eſſe, quo aſſerimus ignem cauſam eſſe uſtionis.

Neque reſponderi poteſt diſparem eſſe horum exemplorum rationem, quia unum præſupponit actionem naturæ, alterum operationem Dei ſupra naturam, quam poſſibilem eſſe negant: & ideo ſatius eſt, inquiunt, omnibus miraculis fidem detrahere, & dicere ignorantiam iis locum feciſſe, aut reſurrectionem ex mortuis aut vi vocis loquentis eſſe perpetratam, aut eum fatalem cauſarum naturalium nexum, ſed nobis incompertum, fuiſſe, ut mortuus ab inferis eo revocatus ſit; & vim in natura eſſe, qua mortuus reſuſcitetur, & claudus atque cæcus momento integritati reſtituatur. Sed quæ neceſſitas confugiendi ad tam abſurda, à quibus omnis ratio abhorret? Nihilne ſupra naturam à Deo fieri poteſt? Id quidem obtenditur; idque in præſentia jam propius examinabitur. Agnoſco contra naturam, aut contra naturæ leges; imo ſupra naturæ leges in natura nihil fieri poſſe. Corpus levius non poſſe movere corpus gravius: modum non poſſe eſſe ſine ſubſtantia, cujus eſt modus: corpora juxta ſe invicem certo modo poſita, neceſſario certam formare corporum figuram: fieri non poſſe, quin ex mutatione ſitus alicujus corporis, naſcatur mutatio ſitus cum omnibus corporibus in toto univerſo: motus aut quietis incrementa fieri non poſſe, quin tota afficiatur natura: & ſi hoc fieret, miraculum ea ratione, & ſub ea conſideratione editum iri per totam naturam, quandoquidem certa motus & quietis menſura hoc univerſum conſervet: & ita quidem illa naturæ potentia Dei potentia eſt: neque quicquam ſupra aut contra has leges in natura, ſive ordinaria ſive extraordinaria Dei potentia fieri poteſt. Et ideo ſtatuo ea, quæ ſupra & ſubter ſunt, unum eſſe, & una vi atque conſenſione naturæ conſtricta eſſe: nullum enim rerum genus quod avulſum à cæteris per ſe ipſum conſtare; aut quo cætera ſi careant, vim ſuam atque æternitatem tueri poſſint. Sed nihil horum obſtat, quare Deus iterum ea ſua potentia uti non poſſit, qua naturam conſtituit, eique leges dedit atque præfinivit; & quæ potentia leges naturæ antevenit, utpote per quam natura facta eſt. Quare Deus nunc adhuc non poſſet movere corpus ſine opera motus alterius corporis, quemadmodum in creatione non ſolum motum corporibus dedit, ſed etiam certam quantitatem motus, idque non per motum alterius corporis, cui tantundem motus interibat, (idque ex legibus naturæ) quantum alteri communicabat. Cur Deus non poſſet quietem (ponamus nunc quietem eſſe aliquid poſitivum quemadmodum motus) in corpore producere, etiamſi illa quies non introducatur per naturam & juxta naturæ leges: ſufficit quietem eſſe rem naturalem & veram. Non eſt enim de natura motus aut quietis, ut *à vi in natura* producatur: quemadmodum de natura motus eſt, ut per ſpatium moveatur; & quietis, ut ad alia corpora fixum & ſtabilem ſitum ſervet illud corpus, quod quieſcere dicitur: ſed eorum natura permittit, ut extra leges motus & quietis in natura conſtitutas producantur. Poteſt itaque Deus in corporibus quibuſdam dare novum motum, qui in natura non fuit, & juxta menſuram illius novi motus aliis quibuſdam corporibus quietem indere, ſive ab iis aliquot gradus motus tollere; ita ut motus & quietis quantitate in hoc univerſo conſervata, etiam univerſi leges ſartæ tectæ maneant. Et hæc Dei operatio nec eſt

ſupra, nec contra leges naturæ, quemadmodum creatio, & motus & quietis in naturæ productione, in natura conſtitutio, nec erat ſupra, nec contra naturæ leges, ſed erat ipſius naturæ prima productio.

His ita confectis atque concluſis, non video quare miracula fieri non poſſint; & quare Deus aliquid operari non poſſit potentia ſua extraordinaria: hoc eſt, quare Deus aliquid operari non poſſit, quod non ſit ſecundum leges operationis & conſervationis in natura, ſed modo ad illas leges non pertinente: quemadmodum ipſa naturæ ejuſque legum productio & conſtitutio non eſt facta ſecundum leges naturæ, ſed eſt ipſa naturæ & legum ejus cauſa. Poteſt ergo miraculum fieri. Et quodcunque novum ſit opus, quod hujuſmodi eſt, ut à nemine effici poſſit, niſi qui à ſe ipſo eſt, illud eſt miraculum proprie dictum. Quod autem objiciunt deſignari non poſſe locum, aut corpus, in quo miraculum fiat: quia non poteſt fieri ullum miraculum quin tota natura afficiatur vi extraordinaria Dei, id ſolvitur eodem modo, quo Capite ſecundo oſtendimus figuras in hoc univerſo non eſſe ſolummodo cogitandi modos, natos ex diverſitate conſiderandi corpora cum reſpectu & relatione ad corpora alia, ad quæ reſpectum & relationem habere poteſt, ſed figuram æſtimandam ex effectu, quo everberat & afficit ſenſus noſtros: ille effectus autem non eſt imaginarius, ſed verus, & à vera cauſa, quæ non imaginatione, ſed reipſa in natura exiſtit. Ita miraculum in eo corpore perpetratum fuiſſe æſtimandum eſt, in quo effectus experimur qui notis ſuis ſeſe inſinuant noſtris ſenſibus. Largimur autem hic Adverſariis miraculum fieri non poſſe, quin tota natura afficiatur; itaque volumus tantum hanc reſponſionem valere ex illa hypotheſi. Alioquin non video quare Deus in aliquo corpore aut ſpatio non poſſit ita moderari motum & quietem, ut reliqua natura eorum habeatur expers: ſed hoc hic enucleatius explicare ad inſtitutum non pertinet. An autem illa miracula, quorum mentio fit in Sacris Literis, ſint talia, non eſt facile judicatu ex ipſo miraculo: cum nos fugiat, qualem vim Deus ſpiritibus largiri voluerit. Scriptura de iis teſtatur per ipſos perpetrata mirabilia, ita ut ratione non facile definias num omnia miracula, quæ Scriptura memorat, non potuerint fieri per ſpiritus, per Angelos bonos aut malos. At ſi quis ad miraculum, de quo Scriptura teſtatur, quod factum ſit ad muniendum prædicationem alicujus Prophetæ, & ad ipſi fidem conciliandam, requiratur, ut illud tantum à Deo fieri potuerit, dubito an probari poſſit ullum miraculum perpetratum eſſe. Sed nec ratio, nec Scriptura nos monet, ut putemus illud opus novum, inuſitatum, & leges communes motus & quietis excedens, tunc miraculum tantum vocandum, quando ſolummodo à Deo & potentia infinita produci potuerit. Non enim, ſicut jam dictum eſt, conſtat quouſque Deus voluerit evehere vim & potentiam creaturæ: nam non eſt facile judicatu, quæ ſint illa opera magnifica, quæ excedunt potentiam creaturæ; quamvis hoc ſit manifeſtum, idque noſtra ſponte judicemus, creaturam non poſſe agere independenter à Deo, atque ideo creaturæ nullos effectus attribuendos eſſe, qui importent eorum auctorem à ſe eſſe, & independenter operari: hac enim nota Deus à creatura primò diſtinguitur, quod Deus à ſe ipſo ſit & operetur, creatura autem à Deo ſit, & per Deum operetur.

Non exiſtimo tamen magnopere intereſſe ut laboretur ad enumeranda opera, quæ ſoli Deo attribuenda ſint; & quæ illa ſint, quæ potentia creaturæ attingere poteſt; quemadmodum Theologi ſcholaſtici multum operæ in ea re poſuere: eſt enim illa quæſtio admodum recondita & difficilis inveſtigationis, nec ille labor penſatur commodis atque utilitatibus. Nam ſicut jam in ſuperioribus indicavimus, ex eo principio non eſt petenda diſtin-

ſtinctio inter verum miraculum & falſum, aut imitatione ſimulatum. Neque tamen inde ſequitur ex operibus nihil de eſſentia Dei poſſe concludi, nam de omni creatura recte affirmatur, clareque de ea cognoſcitur, quod à ſe ipſa non eſt: & exiſtentia creaturarum, quarum nullam à ſe eſſe poſſe, clare & diſtincte cognoſcimus, nos ducit ad ens, quod à ſe eſt, & quod eſt Deus. Ex quibus etiam rectè procedit, ſtatuendum eſſe *miracula* non magis aut evidentius probare Deum exiſtere, quam *opera vulgaria*, ex quibus ingenii exercitati homo argumentum æque efficax & convincens ducit pro Dei exiſtentia, quam ex miraculo: & ideo miraculum non tam proditur ad convincendos homines Deum exiſtere, quam quidem præcipue adhibetur, ut nos doceat, quis pro vero Deo habendus ſit; & ut nobis conſtet Deum in cultu revelato hoc vel illud imperare.

Quæ itaque vis aut potentia creaturæ à Deo conferri aut tribui poteſt, id liquido definiri non poteſt: nam quamvis verum ſit à Deo creaturæ non communicari quod eſt virtutis infinitæ, non multum tamen illa ſententia proficitur, cum non undiquaque conſtet ad quem effectum vis infinita requiratur: cum nos fugiat vis naturæ. Scriptura nos docet multa humanæ naturæ Chriſti collata eſſe, quæ nullus ſuſpicari potuiſſet creaturæ conferri poſſe. Verum quidem eſt creaturæ conferri non poſſe, quæ ſi ea creaturæ tribuantur, efficiunt, ut idea creaturæ pereat, & loco ejus idea Dei in nobis naſcatur. Sed quot nos poſſumus cogitare effectus & operationes, de quibus merito dubitemus utrum creaturæ communicata eſſe non potuere: & quot ſunt diſcrepantes ſententiæ (quas nullus facile componat) de potentia Chriſti humanæ ejus naturæ collata poſt reſurrectionem?

Ut itaque aliquid miraculum ex ſenſu Scripturæ vocetur: primo requiritur ut ſit res inſolens, nova, excedens leges naturæ corporeæ conſuetas, & ſpirituum operationes communes & vulgares, quales eſſe putantur ſpirituum bonorum & malorum operationes in procuranda aut impedienda hominis ſalute: ut fiant ad probandam aut confirmandam aliquam veritatem, quam ſcire hominum intereſt plurimum; quodque ita homini præſtans bonum conciliat. Sapientiſſimus enim Deus ad ludum & jocum virtutem ſuam non depromet, aut non permittet, aut imperabit ut à creaturis extraordinarium aliquod opus edatur, & quod ita à ſapientiſſimo, ſanctiſſimo & juſtiſſimo Deo profectum putetur, nullum tamen uſum inſignem & Deo dignum habeat. Non convenit enim ſapientiſſimo Rectori id pervulgatum facere, & hominum oculis objicere gratis, quod peculiari regiminis actui reſervatum eſt: qualia ſunt miracula. Deinde miracula debent fieri publice & palam, ut cuivis, qui ad ea attendere velit, conſtare poſſit miraculum, hoc eſt, opus aliquod non vulgaris virtutis editum eſſe: quia cum potiſſimum comparata ſint ad ingenerandam fidem, vel ad convincendam hominum incredulitatem, major in iis eſſe vis argumenti debet, quam in reliquis argumentis, cum ad fulciendam aliorum argumentorum fidem à Deo in ſubſidium adhibeantur: & ideo in Sacris vocantur *ſigna* & *teſtimonia*. Denique miracula vera non poſſunt adhiberi ad ſubvertendam veritatem, quæ antea miraculis confirmata fuit: alioquin Deus hominibus imponeret inevitabilem neceſſitatem hærendi in dubio; & primarius miraculorum finis, qui eſt fidei ingeneratio aut contumaciæ convictio, periret. Neque debent miracula ejus eſſe naturæ, ut ſi iis fidem adhibere velimus, rationi, judicio, ſenſuum teſtimonio, & principiis atque notionibus moralibus de bono & malo, quibus mens eſt informata, repudium ſit mittendum: cum enim de miraculis per *rationem* judicandum ſit, ſi illa ratione in judicando de miraculo ſtandum non ſit, ſignum ſc: miracu-

raculum, erit non ſignum: & hominis judicium ratione non convincetur de veritate tam miraculi quam rei, quæ per miraculum fidem inventura erat apud homines: quia uſus rationis & judicii in tali miraculo falſo interdicitur. Si ad hanc normam opera non vulgaria, quæ facta eſſe narrantur, examinentur, facile diſtinguentur à fraudibus hominum & dæmonum. Et ipſa Sacra Scriptura nos ad ea, quæ jam de miraculis narravimus, ducit, cum teſtatur Deum aliquando permittere, ut miracula fiant, quibus tamen fidem adhiberi non permittit, præſertim ſi miraculum ad homines à vera fide abducendos comparatum ſit. Unde manifeſtum eſt de vero miraculo judicandum non eſſe ex operis novitate & mirabilitate ſolum, ſed alia ad examen vocanda, ut fidem apud nos mereri, & judicium de eo ferri poſſit opus illud extraordinarium à Deo exhibitum in teſtimonium rei, quæ credenda proponitur. Quemadmodum ex illo Scripturæ textu liquet, non ita laborandum eſſe ad diſtinguendum verum miraculum à falſo, utrum illud tantum à Deo, ejuſque potentia infinita fieri potuerit: ſed in hoc præcipue incumbendum, ut diſcamus ex prædictis circumſtantiis cognoſcere an opus aliquod extraordinarium & inſolens editum, ſit homini à Deo datum in ſignum & teſtimonium: an vero ab irato Deo permiſſum edi, ut hominum impietas, qui obſtinato animo evidentibus argumentis & teſtimoniis fidem derogantes, errores, quo libidini ſuæ obſequantur, amplectuntur, auctior & cumulatior ſit.

## Cap. VIII.

*In quo ventilatur celebris quæſtio, quouſque ratio juſti & injuſti, decoris & indecoris, &c. pendeat à conſtitutionibus & legibus Rectorum Rerumpublicarum: & quouſque aliquis conſcientiam ſuam ſubjicere poſſit ſuperiorum, aut aliorum hominum Spiritu Dei non inſpiratorum, auctoritati.*

NUnc ſupereſt ut agamus de poteſtate Magiſtratus, & officiis civium, religionem & conſcientiam ſpectantibus, ut conſtet quid reſpondendum ſit ad objectionem ſupra memoratam, qua ponebatur Magiſtratui jus competere, non ſolum ſtatuendi quibus religionibus Deus coleretur, ſed quid virtutis & vitii numero cenſendum eſſet: ita ut ex eorum ſenſu, juſtitia tantum ſit obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutiſque populorum: & ita civium officium ſit præceptis Magiſtratus religionem definientibus & moderantibus morigeros ſe præbere: propter eandem rationem etiam Magiſtratui attribuunt poteſtatem permittendi quaslibet religiones pacis & utilitatis civium cauſa. Hæc controverſia tanti eſt momenti, tantique uſus ad firmandam concordiam civium & pacem Reipublicæ, ut, meo quidem judicio, nulla pars ſit politicæ diſciplinæ, in qua majori cum fructu induſtria patriæ amantium virorum verſari poſſit; ea enim totam religionem complectitur: nam ſi Magiſtratui civili aut eccleſiaſtico jus eſt ſenſus civium de religione regere, quatenus pacis & Reipublicæ intereſt, non autem juxta aliqua rationis aut legis Divinæ præſcripta, vicerunt illi, qui docent Deo curæ non eſſe, quomodo colatur, qualesque homines de ipſo foveant opiniones; quibuſve rebus teſtentur ſuam erga numen reverentiam, dummodo talis religio non obtineat, qua pax civium turbetur. Operæ pretium itaque me facturum arbitror, ſi totam hanc rem à prima ſua origine repetam; ut ita veritas magis in aperto ponatur, & claris ſuis ſignis argumentiſque luceat.

Tota controverſia eo recidit, utrum homines poſſint aut debeant conſcientiam ſuam

ſuàm alterius hominis auctoritati ſubjicere: ſive an ratio aut revelatio hominibus imperet in rebus, ad conſcientiam pertinentibus, alterius judicio, arbitrio, aut inſtituto ſtare, illiuſque gubernationi parere. Primum itaque ad examen vocandum, quænam ſint illæ res, quæ conſcientiæ & religionis ergo agere aut omittere debeamus? Et quid vulgus per id intelligat? Qui conſcientiam in homine ponit, (quod jam ex Adverſariorum conceſſione facimus) ille ponit Deum ejuſque cultum: hoc eſt, admittit Deum exiſtere, eumque genus humanum legibus regere; & qui ideo in aliquo diſcrimine ponit, quo pacto homines vitam ſuam inſtituant: ergo illæ res conſcientiam attingunt, circa quas lex Dei occupata eſt; cujus etiam imperio propter ſummam legislatoris auctoritatem & poteſtatem nemo ſeſe ſubtrahere poteſt illudque defugere: quia cum viribus Deo inferior ſit, acceſſeret ſibi magnum malum, ſi contumacius parere vellet: eique durum foret contra ſtimulum calcitrare.

Res itaque eo jam deducta eſt, ut inquirendum ſit, quibus modis mihi lex Dei, (ad cujus normam exigere debeo mea officia & munera vitæ) reveletur & innoteſcat. Vulgo receptum eſt, id duplici modo à Deo eſſe factum: primo inſerendo homini principia moralitatis, & ita ſculpendo in ejus corde legem moralem, qua inter alia etiam naturalis ratio colendi Deum continetur. Alius modus eſt *revelatio*, ſive *Prophetia*, qua Deus nulla interveniente ſapientia aut auctoritate humana, quamvis in eo hominum opera & miniſterio utatur, generi humano quaſdam veritates aperit, & in lucem profert. Uterque modus parem in nobis generare debet certitudinem: quia non ſolum ab eodem Deo verace proficiſcitur, ſed etiam indicium & nota judicandi de veritate utrobique eadem eſt, nempe clara & diſtincta perceptio; & claræ perceptionis ea vis eſt, ut implicet contradictionem imperare, ut etiam rei clare & diſtincte perceptæ judicium ab alterius judicio ſuſpenſum habeamus: quia inter ſe pugnant, rem clare & diſtincte percipere, & tamen contrarium judicare, intelligere aut ſentire. Res autem dupliciter clare & diſtincte percipi dicitur: vel quia natura vel aliquot ejus proprietates nobis clare & diſtincte cognitæ ſunt: vel quia verba, quibus res nobis narratur aut declaratur, clara & diſtincta ſunt, quamvis rem ipſam non comprehendimus; neque diſtinctos de ea conceptus formare poſſimus. Hujus autem rei veritas tam efficaciter ſeſe firmavit in omnium hominum mente, ut illi, qui exiſtimant Deum privatis Chriſtianis legem & voluntatem ſuam circa cultum ſuum non ita aperte revelare per Scripturam, ut privato ſuo judicio & lumini fidere debeant, quales ſunt Pontificii, nunquam tamen hominis Chriſtiani judicium ſuſpendunt à judicio Eccleſiæ in rebus *facti*, & quæ oculis & ſenſibus uſurpantur, aut Mathematice demonſtrantur: ſed negant privatis Chriſtianis à Deo adminiſtrari adjumenta & præſidia, quibus acquirere poſſint ea, quibus, in cauſa religionis & fidei, innititur *clara & diſtincta cognitio*: ſed illa tantum Deum largiri Pontifici ſummo aut Concilio, aut utriſque ſimul congregatis in Concilio; & per ea tamquam media plebi communicari certitudinis fidei ſuæ argumenta. Et Pontificii convenienter iſti fundamento & principio docent, plebem non teneri ſtare judicio & ſententia Pontificum declarantium ſolem moveri, terram quieſcere, non dari antipodes, corpus divi Dionifii primi Epiſcopi Pariſienſis, non Pariſiis, ſed in monaſterio Ratisbonenſi ſitum eſſe; quorum fides tamen quondam à diverſis Pontificibus Chriſtianis ſub anathematis pœna imperata fuit. Et ideo Pontificii ipſi fatentur ſenſus non deſtruere aut invertere fidem. *Eſſet*, inquiunt, *fidem deſtruere, velle vocare in dubium fidum ſenſuum judicium.* Thomas: *Deus voluit ut accidentia*

*manerent in Euchariſtia, ut ita ſenſus à deceptione manerent immunes:* & alibi, *ſenſus & ratio dictare poſſunt, quare verba quædam Scripturæ non ſunt interpretanda ſecundum litteram, alioquin Scriptura contemptui exponeretur.* Præterea nullæ ſunt poteſtates in mundo, inquiunt, quibus, in rebus facti, hominum fides obligetur. Et Janſeniſtæ, & qui apertioribus tibiis canunt, docent, non pendere à judicio Papæ, utrum quædam voces in quodam libro reperiantur nec ne. Ex quibus certe ſequitur (ut Pontificios ſuo jugulemus gladio) judicio ſenſuum ſtandum eſſe, neque ab ulla poteſtate poſſe iis abrogari fidem. Cum itaque laici & ſinguli fideles oculis intuentur ea Scripturæ verba, quorum ſenſus perſpicuus eſt, ſuaque luce ita ſplendet, ut *claræ & diſtinctæ perceptioni* vis inferenda ſit, niſi illorum verborum talis ſenſus admittatur, qualem ſe manifeſto ex verbis percipere præ ſe ferunt, inde ſequitur iis jus eſſe, privato ſuo lumine de quibuſdam articulis fidei judicandi. Nam primum (ut totam hanc rem, quia inſignis uſus eſt, ad finem perſequar) ad vocabula & voces Scripturæ quod attinet, non debent judicium ſuum ſuſpenſum habere ab aliqua poteſtate civili aut Eccleſiaſtica, ut ab ea exſpectent ſententiam, aut decretum utrum talia verba & voces in Scriptura reperiantur, cum id ſenſibus judicetur; & quæſtio facti ſit. Neque pendet ab auctoritate Pontificum, verborum & vocum in aliqua lingua ſignificatio, cum ſit quæſtio facti, quid natio aut populus per quaſdam voces velit ſignificari. Cum itaque fides Chriſtianorum lingua aliqua vulgari ſit tradita, debet eſſe intelligibilis iis, apud quos illa lingua in uſu eſt: at ſi intelligibilis eſt, tunc illius linguæ voces, ideas certas in mente iſtorum hominum, quibus ille ſermo adhibetur, excitant, quibus aliquid intelligunt & percipiunt: at ſi etiam tunc illarum vocum alius eſt ſenſus, quam percipio, etiam illæ ideæ, quas mens acquiſivit iſtarum vocum ope, falſæ & erroneæ reputandæ ſunt: ſed tunc illa lingua reipſa lingua non erit ſed nomine tenus. Deinde quomodo ille novus ſenſus mihi communicatur? An hoc non per linguam? Hoc certe Pontificii negare non poſſunt. At illa lingua non poteſt naturam linguæ tueri, ſi apta nata non ſit per ſuas voces in me excitare ideas & cogitationes: neque etiam illi, qui ea utitur, lingua putatur aut cenſetur, ſi ea ſuas cogitationes aliis exponere non poteſt; neque ſi ullum nexum aut cognationem agnoſcat inter cogitationes ſuas, & notas ſive voces & ſigna, quibus cogitationes noſtras aliis communicamus.

Ad hæc Pontificii aliter reſpondere non poſſunt, quam aut nullum articulum fidei claris & apertis verbis in Scriptura tradi, quod non eſt conſentaneum: cum enim concedere neceſſe habeant multa liquide in Scriptura tradi, quæ veriſimilitudo in ſcripto divinitus hominibus communicato ad ipſorum ſalutem, ea ſolummodo in eo obſcure & perplexè doceri, à quorum cognitione ipſorum ſalus pendet, cum alia in eo, quorum tamen tantum non eſt momentum, dilucide exponantur? Neque effugiunt, ſi dicant, res fidei, quamvis verbis apertis, minimeque dubiis & ambiguis tradantur, tamen ſine ſingularis ſpiritus gratia intelligi & credi non poſſe; & illam ſpiritus gratiam ea menſura ſingulis non tribui fidelibus, ut ipſis privato judicio inſiſtere liceat in dijudicandis religionis controverſiis, ſed tantum Papæ aut Concilio ſoli iſtius menſuræ gratiæ factam ſpem & promiſſionem. Sed quandoquidem verba, quibus articulus fidei in Scriptura traditur, ex Adverſariorum ſententia, ſunt clara & perſpicua, quid auctoritas Eccleſiæ confert ad illam clare tradendam ſingulis fidelibus? Num Eccleſia aliis vocibus clarioribus uti poteſt ad illam ſingulis fidelibus exponendam? Sed jam ſumpſimus ex Adverſariorum conceſſione, multa clare in Scriptura tradi; neque rationem ab illis dari poſſe, quare inter clara & dilucide tra-

tradita non debeant numerari articuli quidam fidei. Si itaque privati fideles non poſſunt fidem adhibere rebus religionis, & quibus eorum ſalus continetur niſi Gratia Dei, id non eſt, quia illi articuli fidei in Scriptura non traduntur clare & perſpicue; ſed quia præjudiciis & pravis animi motionibus tranſverſi acti, nolunt iis rebus aſſenſum præbere, à quibus corrupta eorum natura abhorret: quam gratiam certe nec Papa nec Concilium (ex ipſorum Pontificiorum aſſenſione) illis conferre poteſt, ſed Deus ſolummodo. Non itaque ſibi conſtant Pontificii in doctrina de auctoritate Papæ aut Concilii in definiendis fidei articulis, quibus conſcientia hominum obligetur.

Sed finge eorum quæ diximus, illam vim non eſſe, tenentur ſaltem Pontificii ab hac obligatione abſolvere ſingulos privatos fideles, quando agitur de locis Scripturæ, quibus Pontificii vindicant Papæ aut Concilio illam auctoritatem: nam quamdiu inter nos & ipſos maxima diſſenſione certatur, utrum alicui Perſonæ aut Collegio ſit collata talis tantaque poteſtas, ut intellectus verborum Scripturæ, quibus Pontificii nituntur adſtruere talem auctoritatem in terris à Deo conſtitutam, non pendeat à definitione Pontificis aut Concilii, ſed à privato cujuſvis judicio: quia quamdiu omnes recte adhuc verſantur in inquiſitione, an detur talis perſona aut collegium, tamdiu iſtius Perſonæ aut Collegii auctoritas, quæ ponitur nondum eſſe agnitam, non poteſt controverſiæ finem imponere. Dicendum itaque Pontificiis, nulli fas eſſe dubitare, aut inquirere an à Deo conſtituta ſit perſona aut collegium, cui illa auctoritas, in qua jam controverſia vertitur, ſit collata, tunc inde efficitur, ex Pontificiorum doctrina ſequi, veritatem iſtius dogmatis privatorum judicio judicari: aut dicendum Pontificiis, in re tanti momenti, in qua verſatur ſalus fidelium, credendum, quia ipſi ita teſtantur in propria ſua cauſa: quorum duorum neſcio utrum ſit abſurdius.

Deinde pone (quod tamen omnem abſurditatem ſuperat) ab Adverſariis Pontificiis doceri, omnes res fidei in Sacris Litteris obſcure tradi, & ea tantum dilucide iis contineri, quæ ad fidem non pertinent: quia illa, quæ fidem complectuntur, vulgaris fidelis & laicus, qui tantum ſpiritu privato ducitur, intelligere non poteſt; quę autem cum fide cognata non ſunt, ſicut cœleſtis & ſpiritualis naturæ expertes ſunt, ita privato lumine & ſpiritu judicantur, inde tamen ſequitur, notam & argumentum, quod arguit aliquid ad fidem pertinere, aut non, privato, verſanti in lectione Sacræ Scripturæ cognitum eſſe poſſe: quia quæ clare & diſtincte intelligit, declarabit non eſſe res pertinentes ad fidem; & ita ſaltem privato competit jus ſtatuendi, quæ ſunt illa, quibus Chriſtianorum fides non continetur. Et cum vis ingenii, judiciique bonitas, ut etiam præſidia & facultates in omnibus hominibus non æque præclara atque parata ſint, inde neceſſario ſequitur, ut quod uni cœcum & obſcurum videtur, id alteri clarum & perſpicuum ſit; & ut ita numerus rerum ad fidem pertinentium cenſendus ſit ex facultate judicandi ſingulorum: & ita rurſus de quibuſdam ſaltem articulis fidei judicium recte inſtituetur privato ſingulorum ſpiritu. Et vis hujus argumentationis clarius ſe manifeſtat, ſi attendamus, ex Adverſariorum Pontificiorum doctrina (quod ſc. res facti à Papæ aut Concilii deciſione non pendeant) ſequi, unumquemque privatum ſuis propriis corporis & animi facultatibus, quibus de rebus facti judicatur, recte confidere; & ſimul eſſe judicem, utrum iis recte & circumſpecte utatur. Nititur itaque judicio privati, quæ voces & verba in Sacra Scriptura oculis ſuis intueatur; & pariter penes eum erit judicium, quis ſit vocum illarum, clare & diſtincte illic conſignatarum, ſenſus, quemadmodum judicat de verbis & vocibus, quibus Papa Romanus aut Concilium, aut is qui curam animarum in ſe ſuſcepit, fidem

dem Eccleſiæ ſingulis fidelibus exponit & tradit: niſi velint ad hoc abſurdum delabi, Scripturam Sacram vocabulis traditam, quæ nihil ſignificant, ſed totam ſuam ſignificationem & proprietatem mutuari à Papæ aut Concilii inſtituto, qui verbis ſignificationem annectunt. Et ita Papa aut Concilium non ex verbis Scripturæ, Spiritu Dei ducti, proment ſenſum Scripturæ, ſed Enthuſiaſtarum more ab ipſis dogmata & articuli fidei manabunt. Sileo & tacitus prætereo alia abſona, quæ illam reſponſionem comitantur. Pontificii itaque ſtatuentes privatos & ſingulos Chriſtianos judicare de rebus facti, tradunt totam ſuam cauſam de auctoritate Papæ aut Concilii.

Si inſtent & dicant etiam Legiſlatores hoc agere ut verbis quam apertiſſimis & claris leges ſuas ſcriptis conſignari curent, tamen uſu edocti nihilominus ſuper verborum ſenſu lites & contentiones oriri, ubique locorum judices conſtituunt, qui definiant quis verborum legum ſenſus ſit: aut ipſi jus interpretandi verba legis ſibi reſervant: quæ omnia argumento ſunt nullas ſocietates, ſive civiles ſive eccleſiaſticas conſtitui poſſe, in quibus non aliquis judex conſtituatur ad definiendas controverſias: abſurdum autem eſſe Eccleſiam Dei illo præſidio deſtitutam eſſe; aut hominum idiotarum & ſimplicium judicio permittere curam ſuæ ſalutis: cum Deus fortunarum privatorum adminiſtrationem & procurationem privatorum arbitrio non ita commiſerit, quin pacis & ſalutis privatorum cauſa tribunalia erigi voluerit, ex quorum judicio unuſquiſque de jure ſuo ſtatuit. Reſpondeo, ſummam differentiam eſſe inter judicem, qui de jure ſingulorum circa bona civium ſententiam dicit, & inter judicem qui ſtatuit quid Deo gratum & acceptum; & quid conſequenter legi Dei conſentaneum aut diſſentaneum ſit. Sed de his plura in ſequentibus.

Deinde Pontificii nihil aut parum proficiunt ſuo judice controverſiarum: quia ille nihil ſtatuit de factis ſingularibus privatorum, quæ tamen conſcientiam ſpectant, nec minoris momenti ſunt, quam res fidei: & ita totus vitæ privatorum curſus ſingulorum privatorum judicio regitur. Nam quod ſacrificuli, qui animorum curam habent, conſcientiam privatorum dirigant, id non faciunt auctoritate judiciali, qua Papa de rebus fidei ſententiam dicit; ſed judicio & arbitrio privati, quo ſinguli fideles non tenentur. Et tanta eſt ſententiarum diſſenſio inter Pontificios caſuiſtas, ut nec paci Eccleſiæ, neque privatorum conſcientiæ hac in re non ſatis conſultum eſſe liqueat. Et quamvis Pontificii jactent ſuum tribunal, nihilominus diſputant inter ſe de ſenſu verborum decreti Papæ & Concilii: & res ſæpe rurſus devolvitur ad privatorum judicium. Dicunt quidem hoc non evenire in rebus fidei: ſed ludunt in vocibus, *res fidei*. An tunc fit res fidei, quando Papa eam de fide eſſe definit: an vero tantum declarat rem, quę antea quidem erat fidei, pro tali accipiendam eſſe? At hoc tantum propter pacem fit: quia Papa articulo pondus addere aut demere ea ratione non poteſt. Et quærimus, ſi aliter quam pacis cauſa aliquis articulus declaratur eſſe de fide, quæ Papæ aut Concilio conſtituta regula ſit, ſecundum quam progreditur in declarando quoſdam articulos eſſe de fide? An alia datur regula, quam quæ à neceſſitate articuli petitur? At neceſſitas duplex: alia pacis, alia ſalutis. Lubenter concedimus Eccleſiis jus eſſe ſtatuendi quoſdam articulos pacis cauſa Confeſſioni inſerendos, aut non inſerendos. At quid ita de fide ſit, ut fundamentale aut non fundamentale ęſtimandum ſit, id à Papæ, nec ullius hominis, aut collegii conſtitutione pendet.

Sed è diverticulo in viam: non poteſt itaque venire in controverſiam, utrum homo id, quod clare & diſtincte cognoſcit, amplecti debeat, & juxta illud lu-

men judicium ſuum moderari: quia non eſt in hominis poteſtate aliter judicare, quam illud lumen ipſi dictat. Et ideo non male à multis docetur, fidem à Magiſtratu imperari non poſſe, nec pœnis in hominum mente generari aut excitari: quia nec præceptis & legibus, ſicut nec pœnis ullum lumen menti communicatur; & ita iis effici non poteſt, ut homo de rebus aliter judicet quam lumen conſcientiæ ipſi dictat. Ita ut quando in Scriptura dogmata religionis imperantur, ea vel cultum tantum externum ſpectent; vel pertineant ad res, quæ imaginatione aut ſenſu communi tantum æſtimantur: in quibus ea certitudo non eſt, quin, quia nonnunquam aberrant, imperari poſſit, illis, in quibusdam ad fidem pertinentibus, fidem deberi abrogari, (quod an unquam factum ſit non diſputo) ſed nunquam imperari poteſt hominibus, quod lumini intellectus ſit contrarium: eſtque illo ſenſu verum, neminem aliquid amplecti poſſe reclamante ratione.

Non ſunt tamen præcepta fruſtra, quamvis ut talia, intellectum hominis non perficiant, quemadmodum nec cæremoniæ, nec res quæ tantum ex inſtituto bonæ ſunt: præceptis tamen hoc efficitur, ut homines intelligant illas cogitationes ſuas de religione à vero alienas eſſe, quæ cum illis præceptis & doctrina de religione in Scriptura tradita non conveniunt; & ideo illos ad hoc laborare debere, ut exuendo præjudicia, & paſſiones miſſas faciendo, ſtudeant, auxiliis & opibus ad id comparatis, acquirere lumen & cognitionem veram, quo intellectu illuminato, judicium in rebus divinis recte inſiſtat. Et ita nemo ſe reum conſtituit, quod ſequatur dictamen ſuæ conſcientiæ, ſed quod neglexit parare argumenta, quibus intellectus & judicium recte duceretur. Eſt enim veriſſimum decantatum illud axioma, errantem conſcientiam obligare; non tantum ad pœnam, ſed etiam ad regendum ſuum juxta illam judicium: quamvis, ſi accurate & limate loqui velimus, conſcientia includat judicium practicum; & judicium practicum illam voluntatis operationem, qua lumini intellectus paret. Ex quibus recte conficitur, nullam poſſe eſſe fidem implicitam: quia illa eſt ſine lumine intellectus; & ideo non eſt fides. Deinde nihil credi poſſe, cujus nullam habemus notionem aut conceptum, ſive quod eodem redit, quod ſuperat captum noſtrum, fugitque intelligentiæ noſtræ vim. Quemadmodum eo ſenſu veriſſimum eſt, res quæ ſolius mentis ſunt objecta; & quæ ſolummodo pura intellectione cognoſcuntur, non poſſe à nobis fidem impetrare, quam per demonſtrationem. Et quamvis clare intelligimus Deum poſſe etiam immediate ſeſe hominibus communicare, attamen ut homo aliquis ſola mente perciperet aliqua, quæ in primis noſtræ cognitionis ſeminibus, & ut ita dicam igniculis, non continentur, tunc ejus mens præſtantior & longe excellentior humana eſſet: & nullæ etiam adhortationes ad talium rerum fidem amplectendam hominibus proponi poſſent, quia mandatum excederet vires, non eas tantum, quas nunc non habet, ſed quas etiam nunquam habuit. Sed de his ſatis; pluraque extra cauſam dixi, quam mea opinio aut voluntas tulit. Perſequamur reliqua.

Nullus ibit inficias omnibus hominibus naturaliter tributam eſſe rationem; & per eam in cujusvis mente ſe prodere principia moralitatis, & legem moralem: ſed inſuper manifeſtum eſt, omnes homines non æque pollere judicio; neque pariter mentem exercitatam habere ad judicandum de bono & malo, æquo & injuſto. In pueris, & in quibus ætas adhuc tenella eſt, parum viget judicium. Mulieribus pariter tenuiora intellectus dona conceſſa ſunt: & cum uſu rerum, propter conditionem ſui ſexus deſtituantur; & propter curam rei familiaris, quæ ipſis demandata eſt, colendo ingenio minus vacare poſſint, vide-

videtur inde recte confici illas in multarum rerum ignorantia impune verſari, aut illas recte aliorum judicio & arbitrio ſtare. Eſt etiam inter viros adultos, quantum ad bonitatem & vim ingenii, & ad copiam & inopiam præſidiorum, per quæ acquiritur ſcientia rerum, in quibus vitium & virtus verſatur, magna diverſitas. Præterquam quod temperamentum, affectuum commotiones, probitas & improbitas, vitæ inſtitutum, & muneris ratio magnum momentum conferant ad bene aut male judicandum; propter quæ etiam multi homines ſe à judicando temperare poſſunt, aut ſi judicent, judicium tamen ſuum ſequi neceſſe non habeant: jure merito itaque quæritur, an Deus omnes & ſingulos homines, quantum ad cognitionem rerum, quæ conſcientiæ ſubjiciuntur, permiſerit ſuo judicio? Quæritur deinde, an etiam in rebus, quæ puræ intellectionis ſunt, homo non debeat ſuſpectam habere claram ſuam & diſtinctam cognitionem, propter auctoritatem alicujus hominis aut collegii, aliter rem ſe habere pronunciantis: & an propterea homo non teneatur de novo non tantum rem expendere, ſed ponere ſe errare, & lumen ſuum falſum eſſe, & adniti ad aliud acquirendum; & ſi id aſſequi non poſſit, fide implicita credere: hoc eſt, tantum auctoritati iſtius perſonæ aut collegio tribuere, ut rem illam veram eſſe credat, quamvis eam non intelligat; imo quamvis illa ſuo lumini repugnet. Ita ut ejus conſcientia (ſi rem recte conſideremus) regatur lumine, aut potius præceptis iſtius perſonæ aut collegii; atque ut ita lumen noſtræ conſcientiæ non ſit nobis cenſendum lumen, ſed tenebræ; non tale lumen quod ſequi debemus in dirigendis noſtris officiis: & ut ita tota religio privatorum tantum *nomine præcepti* obſervetur, cui præcepto non obtemperatur, quia privatus in eo veritatem, ſanctitatem aut æquitatem animadvertit, ſed quia in eo auctoritatem legiſlatoris revereretur: eritque lumen, quod veritatem ipſam intueri facit, & quo lumine fides ut ſcientia nititur, tantum illi collegio aut perſonæ conceſſum, penes quam eſt auctoritas circa Sacra. Et ad id abſurditatis prolabi neceſſe eſt omnes Pontificios ſi ſibi velint conſtare: & qui inter eos Scripturam aut Catecheſin Romanam legunt, nihil tribuere debent lumini aut evidentiæ, quam in iis animadvertunt proprio ſuo judicio: ſed ea habere debent tamquam voces & verba, quibus ipſa, legentium reſpectu, nulla certa ſignificatio ſubeſt, quamdiu Papa aut Concilium verborum ſenſum expoſitione ſua non poſuerit in aperto in Eccleſia.

Ab hujus difficultatis apta ſolutione dependet intelligentia totius difficultatis, quam enodare in principio hujus ſermonis inſtituimus; ideo opera danda ut ordine convenienti oratio procedat, & ut quædam præmittamus, quæ ſequentibus lucem fœneratura ſint. Primo diſtinguendum inter lumen intellectus, per quod ſingularis & privatus homo de re, quæ ad conſcientiam pertinet, judicat; & inter adjumenta & auxilia, quæ adhibentur, ad illud lumen in nobis excitandum. Sæpius jam dictum eſt, conſcientiam tantum ſuo lumine regi: nihilque in ea vim legis habere poſſe, quam quod illius lumen ipſi dictat præſcriptum & mandatum Numinis eſſe: ſive illo lumine exiſtimet ſibi cæca obedientia uni aut pluribus parendum eſſe, (quod utrum in quibuſdam caſibus locum habeat nunc non definio) ſive ea tantum ſequi & amplecti debeat, in quibus æquitatem & juſtitiam eſſe intelligit. Parentes & præceptores ſuis præceptis & inſtitutis mihi munire poſſunt viam ad intelligentiam multarum rerum, ita ut ſine illorum doctrina atque diſciplina difficulter earum rerum cognitionem adipiſci potuiſſem: non ſunt tamen iſtorum parentum & præceptorum dictata illud lumen, ad cujus examen officia vitæ moderari debeam. Quia illorum præcepta illam vim non habent

bent ut totum aliquod, cujus in ingeniis hominum pars nulla eſt, pariant & procreent, verum ea, quæ ſunt orta jam in nobis & procreata, educunt & confirmant.

Diſtinguendum præterea inter perſonam & collegium, cui tribuuntur jus & poteſtas in multis rebus ſecundum varios caſus & eventus rerum diſponendi de rebus hujuſmodi, de quibus paciſci poſſum, qualia ſunt v. gr. omnia mea bona externa & fortunæ: & ex cujus poteſtatis uſu ſequitur me multa ex illius perſonæ aut collegii præſcripto omittere debere; quæ, ſi ego manſiſſem mei juris, exiſtimaſſem eſſe mei officii: & rurſus multa agere, quæ, ſi mea mihi lege vivere fas fuiſſet, ego iniqua duxiſſem. Rem paucis planius exponam. Quæri poſſet an non ſit à Deo collegium aut perſona conſtituta, cui illa poteſtas data ſit, ſive à Deo per ſe, ſive ab hominibus; quæ quamvis poteſtatem non habeat traducendi omnes homines ad ſuam ſententiam, & iis inſpirandi ſuos ſenſus, illis tamen imperare poſſit omnia, aut ſaltem multa externa, quæ cultum Dei, & juſtitiam, atque reliquas virtutes, quarum uſus inſignis eſt in communitate, componant, regant atque exerceant ad illius perſonæ præſcriptum; ita ut quamvis aliquid æquum & juſtum arbitremur, id tamen agere non tantum non neceſſe habeamus, ſed ut ejus oppoſitum agendi lex nobis incumbat.

Secundo diſtinguendum inter res, de quibus itur in conſilium, an illæ aptæ & convenientes ſint ad aliquid, quod æquum, & in officium noſtrum venire ſtatuitur, conſequendum an ſecus; & inter rem & officium ipſum. Certe aliud eſt deliberare utrum pauperibus melius ſuccurreretur ſi cuidam collegio pauperum cura demandetur; an vero ſi ſingulorum civium ſtudio & charitati res illa committatur. Aliud autem eſt ambigere & hæſitare utrum nos tangi debeamus pauperum inopia & egeſtate, Chriſtianorumque munus ſit iis opem ferre, & eorum inopiam levare. Aliud certe eſt vocare in conſilium, & deliberare utrum cœtui conducat quaſdam veritates ad religionem pertinentes propalari in vulgus, & ex ſuggeſtu populo proponi, aliud de ipſa iſtorum dogmatum veritate dubitare. Itaque quamvis lumine conſcientiæ me debeam ſinere regi quantum ad opinionem de charitate pauperum, & quantum ad judicium de veritate dogmatum, poſſet tamen ſupereſſe dubium, an alicujus perſonæ aut collegii judicium non debeam ſequi in eligendis mediis, adjumentis & auxiliis ad adipiſcendam rem, quam in ſocietate utiliſſimam fore omnes arbitramur: ſc. ſublevationem pauperum, & totius cœtus ſalutem. Erit itaque magnum diſcrimen inter quæſtionem utrum proprio & privato judicio decernere debeam quid verum aut falſum ſit in religione; & utrum de quibuſdam dogmatis religionis populum oporteat edoceri.

Et huic quæſtioni affinis eſt illa: utrum Deus non permiſerit hominibus poteſtatem eligendi unum aut plures, quorum judicio, oculis, & lumine intellectus utantur in ducenda & agenda ſua vita? Imo quandoquidem non ſit multorum prudentiæ talem directorem conſcientiæ ſibi eligere, quandoquidem pauciſſimis datum eſt in rebus paululum à ſenſibus remotis conſequi veram cognitionem: & præterea innumeri fallacibus agantur judiciis, qui æſtimantes ſe claram & diſtinctam cognitionem eſſe aſſecutos, affectibus & præjudiciis attribuerunt, quod ſe dare claræ & diſtinctæ cognitioni putabant: an etiam unius aut plurium judicio permittere non poſſint ipſam electionem Doctorum, & Magiſtrorum atque directorum conſcientiæ. Nonne mulieri & pupillo omni rerum uſu & diſciplina juris carentibus fas erit ſuſtinere judicium ſuum in controverſiis domeſticis & litibus, quæ ipſis cum proximis intercedunt; & totam ſuam cauſam permittere judicio honeſti patroni, ut is examinet & expendat viduæ aut pupilli jus,

&

& proximo litem intentet, aut eum miſſum faciat? Imo an hujuſmodi perſonis, quę in errores tam pronæ ſunt, non licebit diffidere ſuo judicio; & ita alterius judicio potius ſtare quam ſuo? Et quid quæſo abſonum aut inconveniens homines infirmitatis ſuæ conſcios, & intelligentes quam ſit res plena aleæ & periculi ſuper rebus, & pręſertim practicis judicium ferre, malle fugere multarum rerum cognitionem, quam cum magno diſcrimine in illarum cognitionem incumbere. Ita ut ex hiſce manare videatur, non eſſe legem moralem ſingulis præſcriptam niti ad multarum rerum, & præſertim divinarum cognitionem, cum pauciſſimi eam parare poſſint, & quod plurimi, qui ad hoc laborant, cum putent eam ſe aſſecutos eſſe, tamen animo falſi ſint. Ita ut prudentia & neceſſitas hominibus viam monſtraſſe videatur, ut ignorationi rerum, præſertim ad fidem pertinentium, potius operam dent, quam earum cognitioni tali, quæ privato ſuo nititur judicio. Præſertim quando homines prudentes & uſu rerum triti monent fruſtra nos labores noſtros impendere ad res fidei intelligendas, cum illæ captum & vim ingenii noſtri ſuperent.

Reſpondemus rem dubio carere, licere hominibus in multis caſibus, qui ſpectant res agendas, agere non ſolum ex alterius arbitrio, ſed etiam ipſis licere contra ſuum proprium judicium res aggredi, & conari eas ad exitum perducere: id enim quotidie fit in conſeſſu judicum, in quo, quamvis ſententiæ variant, juxta potiorem partem non ſolum ſententia pronunciatur, ſed etiam executioni mandatur; minore judicum parte, quæque aliter ſenſit, conferente ſuam auctoritatem; ita ut tota res adminiſtretur, quaſi omnes judices unanimes & conſentientes fuiſſent. Sed hiſce tamen non efficitur cuiquam fas eſſe contra conſcientiam agere: in caſibus enim enumeratis nullus inducitur agens contra id, quod lumen rationis moralis ipſi dictet: nam aut plane illo lumine carent, quo conſcientia duceretur in rebus agendis, quemadmodum infantes & alii homines imperiti earum diſciplinarum, ex quibus petitur norma judicandi de æquitate aut iniquitate quarundam actionum, quæ ab initiis moralitatis remotiores ſunt: aut ſi illo lumine deſtituti non ſunt, judicant quidem ſecundum illud lumen, & quamvis etiam operam navent, ut id quod iniquum & nefas judicarunt, ſed tamen aliorum judicum ſententiis juri conveniens declaratum, firmum ratumque habeatur. Tales enim judices pronunciant & reſpondent de jure ex animi ſui ſententia, & ſimul judicant æquum eſſe ut in conſeſſu judicum juxta ſuffragiorum potiorem partem civibus jus adminiſtretur: quia cum judicum collegia conſtituta ſint ad dirimendas & finiendas lites inter cives, ſinguli cives tacito conſenſu convenere in illud pactum, ut quod potior judicum pars æquum duceret, id à ſingulis non quidem ut juſtum & æquum putaretur; ſed exiſtimaretur ut lex ſecundum quam fortuna civium in civitate conſtitueretur. Et quamvis nemo conſcientiam alteri, quam Deo ſubjicere poſſit, ſinguli homines tamen facultatem habent paciſcendi de rebus externis, quia earum domini ſunt: & ita pacis civium ergo conſtituere poſſunt, ut dominium bonorum illi cedat, cui contigit in judicio potiori judicum parte vincere. Et ita judex, qui à reliquis diſſentiit, recte una curat, ut is qui cauſam obtinuit, jus ſuum & ſententię effectum conſequatur. Ita ut manifeſtum ſit in hoc caſu nihil ſeſe prodere, quod arguat homines non teneri conſcientiæ dictamini parere.

Idem evenit quando ex ſupremi Magiſtratus imperio bellum alicui populo infertur, quod ſinguli de populo pro ſua virili parte adjutare debent: nam quamvis illi, inter quos bellum geritur, judicem communem non habeant; neque litem ſuam judicio alterius permittere voluerint: eſt tamen jus gentium, etiam earum quæ inter

ter

ter ſe infeſtis animis ſunt, ut inimicis largiantur jus æſtimandi ſuas injurias, & ut de jure ſuæ Civitatis æſtimet ſupremus cujuſque civitatis Magiſtratus: quemadmodum judex ſententiam dicit de jure ſingulorum civium: quod itaque ſinguli cives ad finiendas privatas lites uſurparunt in conſtituendis tribunalibus; id etiam factitarunt eodem jure ad æſtimandum & obtinendum jus totius Civitatis; quod quidem quia ſæpe ſine armis inter populos, qui communem judicem non habent, impetrari non poſſit, jus gladii & belli finitimis inferendi Magiſtratui tribuerunt: & quod cuique privato jus in fortunas proximi judicum ſententia obtingebat, id Civitati victoria paratur: & eodem jure bello quæſita poſſidentur, quo privati ex Prætoris ſententia quædam bona tenent. Non quod illius arma, qui victoria eſt potitus, & pacem in ſuas leges fecit, ad conſcientiam juſta putanda ſint: non magis certe judicium capiendum ex victoria de juſtitia armorum, quam ex judicum ſententia de juſtitia cauſæ illius, qui in lite privata ſuperior fuerit: ſed cum deveniendum fuit ad diviſionem bonorum, ut perpetua bella vitarentur; & cum inter eos, qui communem judicem non habebant, bonorum diviſio aliter inſtitui non potuerit; & ſimul res per diſceptationem non componi, & ad vim & manus veniendum fuerit, tantum unuſquiſque jure poſſidet, quantum manu aut viribus per cædem & vulnera eripere aut retinere potuit.

Sed reliqua perſequor. Ita mulier, aut idiota, aut etiam imperitus juris privatum ſuum jus examini alicujus patroni cauſarum committere poteſt; & ex illius arbitrio litem & moleſtiam proximo exhibere. Quia cum apud æquos rerum æſtimatores nemini fraudi eſſe debeat ignorantia: neque conveniat ut alter ex alterius prædetur inſcitia, non eſt alienum à ratione, ut in quibus rebus aliquis cæcus eſt, in iis duce utatur. In hiſce itaque nulla videtur eſſe difficultas, ſed multæ aliæ ſuperſunt, quarum ſolutio ex jam memoratis & deſignatis fontibus peti non poteſt. V. Gr. an non liceat, imo expediat privato, ejuſque ſit prudentiæ potius in ignoratione multarum rerum verſari, præſertim earum, quarum judicium periculo gravis peccati, imo ſæpe ſalutis præſtare debet, quam laborare ad cognitionem earum rerum adipiſcendam, quæ magno periculo petitur, & in cujus inveſtigatione metuendæ ſint tot aberrationes noxiæ, & ſæpe exitiales. An v. gr. fas non ſit, imo an ſalutare ei non ſit futurum non multum curæ & laboris ponere in enodandis conſcientiæ caſibus, quam dum ſedulo in eo labore occupatur, ſeſe objicere diſcrimini peſſime inſiſtendi, & per fraudem mentis ſuæ corruptæ labendi in errores tetros: quod uſu venire videmus quibuſdam Caſuiſtis, ut vocant, qui cum pro ſuo jure & profeſſione muneris, aliorum conſcientiæ moderandæ curam ſuſcipiunt; & ad id, ut bene defungantur munere ſuo, comparare ſibi volunt præſidia, tantopere à vero & juſto præcepta ipſorum abei rarunt, ut dum cæterorum duces eſſe expetunt, ipſi in ſpiſſiſſimis & cimmeriis ambulent tenebris. Quanto tutius eſſe videtur non affectare nec ſui, nec aliorum Magiſterium; ſed aliorum ductui ſe committere, eoſque habere auctores & doctores rerum, quam ſibi multum confidere. Concedimus equidem tunc requiri, ut probus, doctus & peritus rerum eligatur, cujus monitis pareamus: & damus non ita pronum judicatu eſſe quis ille ſit, qui in numero prudentium & proborum ponendus ſit. Sed tamen id non tam difficile eſt, quam ipſe velle propriis ſuis viribus niti: & ipſe omnia cognita & meditata habere, quæ requiruntur ut aliquis proprio Marte vitæ ſuæ modum teneat. Præterquam quod iſti incommodo & difficultati mederi poſſit, ſi ab idoneis aliqui deſignenter, qui neminem in numerum eorum, qui moderaturi ſunt aliorum conſcientiam, adoptent, quam qui probaverit ſe ad illud munus ap-

tum eſſe. Præterquam quod privato longe proclivius ſit eligere idoneum Medicum, cui curam valetudinis committimus, quam ipſe ſibi omnia parare, quibus valetudo corporis ſuſtentatur, cujus cura complectitur notitiam ſui corporis, & obſervationem earum rerum, quæ prodeſſe aut obeſſe ſolent, & continentiam in victu & cultu, & infinitis aliis rebus, quibus Medicorum ars completur. Et ſi infirmitati judicii privatorum occurratur inſtitutis Magiſtratus, ne quis eam artem profiteri poſſit, quam qui præbuerit ejus artis ſpecimina, tunc abunde privatis conſultum videtur, & eorum ſanitas, quantum in hac infirmitate fieri poteſt, in tuto collocata. Ita idiotis ex collegii alicujus auctoritate dantur directores conſcientiarum, quos conſulere & intueri, quo curſum ſuum dirigere, debeant: & in quorum judicio tunc ſecure conquieſcere poſſunt.

Reſpondemus: quamvis hæc magnifice primo dicta videantur, & prima ſpecie ſe commendent, propius tamen conſiderata evaneſcunt, & minus probantur. Nam primum ex his exemplis & argumentis nullum poteſt capi documentum, alicui fas & jus eſſe lumen & dictamen ſuæ conſcientiæ alterius hominis judicio ſubjicere, de quo tamen in præſenti diſputatio inſtituta eſt: ſed ſuperiora tantum probant caſus incidere, conditioneſque hominum tales eſſe poſſe, ut tutius & ad ſalutem ipſorum aptius ſit aliorum prudentiæ ſeſe tradere, quam ſuæ confidere. Deinde in ſocietate civili hujuſmodi pacta & fœdera poſſe à civibus inſtitui, ut ſingulis liceat etiam alieno judicio, cum ipſe de intrinſeca juſtitia aut injuſtitia ſuæ cauſæ perſuaſus non ſit, jus ſuum apud judices perſequi. Sed inde non efficitur illum æquiter agere cum proximo, qui perſuaſus ſe æquitate & jure in cauſa inferiorem eſſe, tamen proximo litem intentat, moleſtias creat, damna importat. Nam hoc nos iniquiſſimum eſſe tuemur: quia illa perſuaſio homini lex divina eſt, cui reluctari nefas eſt.

Sed ut hæc res recte percipi poſſit, diſtinguendum inter caſum jam in medium prolatum, in quo privatus judicium ſuum alterius judicio permittit in rebus, quæ ſunt in poteſtate privati, & à quarum dominio non eſt diſceſſum per pacta in conſtituenda Republica, & inter eum caſum, qui ponit privatum occupatum in rebus, quæ non ſunt in ſua poteſtate: caſus poſterior nullam amplius dubitationem habere poteſt. Caſus primus non permittit ut aliquis contra ſuum judicium agat, eamque cauſam in judicium adducat, de cujus injuſtitia ipſe eſt perſuaſus: nam quamvis jura civitatis commune conſtituerint tribunal, & cujus reſponſis & decretis civium jus & bonorum poſſeſſio æſtimaretur; non licet tamen privato in caſu prædicto ad illud tribunal confugere, tamquam ad aliquod oraculum, quod de jure infallibiliter reſponſurum eſt: & quod reſponſum ideo, ſi intelligenter agere velit, potius ducere debet ſuo judicio. Dicimus civi fas non eſſe in hoc caſu periculum facere ſententiæ judicum: quia tribunalia ad id erecta non ſunt, quaſi ab illis ſemper ſine errore jus diceretur, & juſtitia adminiſtraretur: ſed ut litium & rixarum ortarum inter cives ab iis finis imponeretur; & juxta eorum reſponſum jura Civium in res fortunæ ſtabilirentur; non autem ut ab iis peteretur, quid ad conſcientiam licitum aut illicitum eſſet: cum privato poſt pronunciatam à judice ſententiam de æquitate aut iniquitate ſententiæ æſtimandi non tantum jus eſt, ſed etiam judicio pro ſe pronunciato uti non debet, ſi certo eſt perſuaſus male judicatum eſſe: quia conſcientia vice Dei in ejus animo fungitur, cujus judicium & ſententia omnium hominum judiciis & ſententiis præferenda. Et cum nulla ſit auctoritas, quæ contra rectam rationem præſcribere poſſit, manifeſtum eſt, nullum in terris tribunal eſſe, quod ſupra rectam rationem ponendum

dum ſit: at certa perſuaſio privati de iniquitate cauſæ ſuę vim rectæ rationis habet, quia omnis certa perſuaſio ea niti putatur. Alia foret ratio, ſi probari poſſit aliquod tribunal in terris à Deo erectum, cui divinam auctoritatem conciliaverit, & vim nunquam errandi. Quod factum in cauſa religionis Pontificii prę ſe ferunt.

Sed manet difficultas in caſu, in quo privatus non plane eſt perſuaſus, ſed dubitat & hæſitat, tum quia uſu doctus eſt ſe ſæpe in errore verſatum cum rem ſe clare percepiſſe putaret, tum etiam, quia propter oppoſitas rationes in diverſum trahitur. Augetque dubium auctoritas quorundam gravium Doctorum, qui jus in cauſa tua eſſe aſſeverant. Nota eſt & multorum teſtimoniis teſtata doctrina Jeſuitarum de *probabilitate*: qua tuentur licere amplecti ſententiam, & ex ejus præſcripto agere, quæ ſententia nobis non probatur, & à juſtitia nobis eſt minus commendata, eamque præferre alteri, quæ nobis cum juſtitia conjunctior eſſe videtur: dummodo ea, quæ nobis minus probabilis videtur, fulta ſit auctoritate duorum triumve Doctorum gravium, & aliquod decus inter ſuos gerentium. Reſpondemus nos æſtimare rem eſſe extra dubitationis aleam poſitam, contemptum Numinis arguere ſi aliquis quippiam aggrediatur, de quo dubitet utrum convenienter legi Dei nec ne agat: & ita in illo caſu cujuſque officium eſſe ſe temperare ab incepto dubio; eique rei adhærendum, quam Deo probari ſibi perſuaſit: ſed id tenet in rebus, ubi auctoritas & conſilium hominum intervenire non poteſt, qui rem incertam auctoritate ſua certam facere poſſint: ita ut ſemper dubitemus animo. Sed quæſtionis cardo in eo vertitur, utrum ratio non doceat caſus evenire poſſe, in quibus res deliberanda judicetur alterius arbitrio, & à dubio vindicetur; & ita deliberantis animus ex dubitationis ſalo in portum referatur, etiamſi nullo novo lumine illuſtretur. Reſpondemus, cui una res altera probabilior videtur, manetque talis, is ſaltem nunquam privatorum quorumdam auctoritate rem dubiam aggredi debet; aut dando aliis conſilio ad illud exhortari: quia qui rem talem aggreditur, aut aliis eam patrandi auctor eſt, ille incertus animi cum ſit utrum res, cujus aut effector aut auctor futurus eſt, Deo inviſa & ingrata futura non ſit, tamen rem illam facere parat. Qui agendi modus irreverentiam Numinis importat: quia quicquam agere quod dubites utrum æquum ſit an iniquum: illa dubitatio cogitationem ſignificat injuriæ. Et Jeſuitarum doctrina eo nomine repudianda. Neque tueri ſe poſſunt exemplo eorum privatorum, qui in re dubia, & cujus evidentem certitudinem propter intellectus aut adjumentorum, ad illam certitudinem acquirendam, defectum, rem litigioſam judicum judicio permittunt. Nam præter alias cauſas, quare tribunalia conſtituta ſunt, illa una eſt, quod iis proſpectum voluerunt infirmitati quorumdam hominum, quibus ſua ignorantia fraudi eſſe non debebat. Itaque tales dubitantes & hæſitantes ſuper aliquo facto, adeoque æquitatem aut iniquitatem ejus ignorantes, jure ſuo utuntur, ſi peritia judicum utantur, & rem eorum judicio decidi expetant. Sed Jeſuitarum ſententia tuetur jure aliquid fieri, quod per ſe proxime Dei judicio ſubjectum eſt, & dubitante conſcientia ſuſcipitur: quæ ſententia ſupra exploſa etiam ſua ſponte ut falſa judicatur. Si Jeſuitæ tenere vellent ſuam cauſam, probare debebant, aut ratione aut Scriptura, *factum aliquod in indifferentium numero ponendum, quando Doctores ſuper ea non conveniunt: ita ut quamvis aliquis ignoret utrum id Deo gratum an ingratum ſit futurum, tamen illud aggredi poſſit; nec teneatur ſuſpendere actionem ſuam*: ſed in hac re probanda ſemper deficient. Homini itaque privato ſimulque idiotæ, doctrina & rerum uſu deſtituto, & ita in ignorantia excuſabili verſanti; ne-

que evidentem cognitionem cauſæ ſuæ acquirere valenti; ideoque merito dubitanti licet ad judicem confugere. Sed à quo propter malitiam,& quia veretur inquirere propter conſcientiam, aut propter inertiam & ſegnitiem abeſt ſufficiens cognitio ſui juris, ideoque mavult experiri judicum judicium, quam proprio uti; & ita proximo damna & lites creat, is improbus eſt.

Sed accedamus adhuc propius ad cauſam; & alias difficultates, quæ ſe aperiunt in hac controverſia,nempe an & quando homini liceat ſe regendum permittere alterius judicio, introſpiciamus; itaque etiam illud dubium ſolvamus, utrum pacis aut vitæ tuendæ neceſſitas hominibus jus & poteſtatem non conciliet res quaſdam, quæ proxime Deo ſubjectæ ſunt, agere aut omittere, ex arbitrio Principis aut alicujus Collegii. Notum eſt hominibus multa permiſſa neceſſitatis & vitæ tuendæ cauſa, à quibus abhorrere deberent neceſſitate illa non urgente. Hominis Chriſtiani officium eſt Sacris ſæpius intereſſe, & externa cultus profeſſione teſtatum facere devotum Deo animum,& communionem ſacrorum cum aliis Chriſtianis profiteri, & ita fraternitatem colere: quod ſi tamen vitæ redimendæ cauſa iis ſe tradere in ſervitutem cogatur, apud quos capitali pœna interdictum eſt Chriſtianorum externum cultum exercere, huic jus eſt mortis vitandæ cauſa talibus corpus ſuum mancipio dare, & ſe ita privare facultate honorandi Deum officiis externis, & proximo eſſe exemplo bono. Imo non tantum talis neceſſitatis cauſa Chriſtiani illud jus uſurpant, ſed ſæpe ad augendam tantum rem familiarem, tales peregrinationes ſuſcipiunt, eaſque gentes & nationes adeunt, apud quas etiam ſenſus ſuos de religione premere neceſſe habent: neque ullis ſignis veri cultus teſtari ipſis fas eſt, ſe animum ab impiis eorum ſacris alienum habere: quare fas non erit ad tuendam pacem Reipublicæ, & vitandarum ſeditionum cauſa, permittere Principi jus dirigendi Sacra, (ſaltem externa) ex ſuo arbitrio: ita ut ego quidem non tenear illius Sacra aut ore, aut geſtu approbare; ſed conſtringor me iis non opponere, ea ratione pacem Reipublicæ non turbare.

Si certe propter privata commoda, aut etiam propter publica, ſed quæ ſæpe expetuntur non tam ad neceſſarios, quam ad liberales ſumptus ferendos, liceat ſibi interdicere, aut ſe privare uſu externi cultus & profeſſionis ejuſdem, quanto magis ſimilis facti æquitas lucet in neceſſitate conſtituendarum civitatum & Rerumpublicarum, & pacis Civium inter ipſos conſervandæ ergo, ut nempe uni perſonæ aut collegio permittatur jus & auctoritas moderandi & conſtituendi Sacra, ut ita in iis ſint eædem voluntates, & eadem ſtudia Civium, aut ſaltem externis in cultu non diſſentiant: civibuſque tantum permiſſum ſit mentis cogitatione, quæ in ſe vertitur, nec foras manat, ſuos privatos de cultu Dei ſenſus tenere: ita ut tacitis pactis, quæ neceſſitas conſtituendæ Reipublicæ ſingulos cives inire coëgit, cives invicem conſtringantur externa Sacra ſua ita Magiſtratui ſubjicere, ut in cultu iis uſuri ſint ex Magiſtratus decretis: ita ut Magiſtratus quantum ad externa Rempublicam cum auctoritate religionum exerceat. Sic apud veteres illi, qui rerum potiebantur, etiam auguria tenebant; & ut ſapere ſic divinare regale habebatur, nec Rex eſſe poterat, qui ante Magorum diſciplinam non perceperat.

Et quemadmodum neceſſitas non minor eſt in iis, qui ſubacti imperio premuntur; & vitam & fortunas ſalvas habere non potuere, niſi victori ſimilia permitterent, ita illi non minus juſtam excuſationem prætendere poſſunt, quando ad imperium victoris abſtinent externis cultus veri exercitiis, & ſeſe eorum uſu privant, quibus Deus alioquin egregio honore poſſet affici. Et ſi pacta neceſſitate

inita

inita tenenda ſunt, quo jure privatus ſupradictis pactis & legibus obligatus poteſt non tantum ab illis recedere, teſtando externis factis ſe publicum cultum non probare, ſed etiam pietatem docere modis omnibus conari publicum cultum ſubvertere & delere. Quod factum etiam ex alia conſideratione, à qua hominis officium etiam ducitur, injuſtitiæ videtur poſſe convinci: quia privati ingredientes illam viam volunt ex privato ſuo conſilio & judicio non ſolum ſtatuere & agere, quid Reipublicæ in præſenti ſalutare aut peſtiferum ſit, ſed etiam quibus ad conſcientiæ ædificationem doctrinis cives Reipublicæ erudiri debeant; & quid ipſis cognitu non tantum utile, ſed etiam neceſſarium ſit: cum in aggredienda tali re (hoc eſt reformatione cultus) prius penſitandum veniat, utrum commoda & utilitates, quæ ex illa re ſperantur, præponderari poſſint damnis, quæ ex diſcordia civium oritura merito prævidemus: ita ut utilitates & damna inter ſe contendenda ſint: ſed iſtorum duorum æſtimatio nunquam privato permittitur, ſed illis quibus pacis & ſalutis Reipublicæ cura demandata eſt. Et ideo in omnibus bene conſtitutis ſocietatibus, etiam eccleſiaſticis obtinet, ut doctores, à quibus propter munus & profeſſionem alios docendi, ut & propter auctoritatem, qua propter illud munus in Eccleſia valent, aliquid damni metui poteſt, ſi intempeſtive quædam in vulgus ſpargant, promittere teneantur ſe nihil novaturos in ſacris: & ſi ipſis dubia & difficultates oriantur, circa religionis capita publice recepta; aut ſi in iis etiam aliquid falſi ſuſpicentur, ſe ea non diſſeminaturos in vulgus, ſed Eccleſiæ Antiſtitibus aperituros ne turbæ excitentur, & pax Eccleſiæ in diſcrimen veniat. Et nullus dubitat quin pietatis & prudentiæ Chriſtianæ iſtius hominis eſt, non ſolum ſuos novos ſenſus de religione eouſque tegere, donec illi, qui Sacris præſunt, eos cognoverint & expenderint, & de iis ſententiam dixerint: ſed etiam eos non propalare, ſi iidem illi Antiſtites, quamvis etiam novis dogmatibus aſſentientes, tamen judicent illa non eſſe communicanda cum plebe pacis cauſa: quia plebi utilius æſtimant futurum, ipſam iſtorum novorum dogmatum, quamvis verorum, expertem habere, quam cum periculo ſciſmatis, & aliorum incommodorum, quæ ex diſſenſione civium naſcuntur, in cœtu & pro concione, aut etiam clam ea diſſeminari.

Et an non omnium judicio temerarium putaretur, unum aut paucos contra ſententiam totius collegii novas illas doctrinas, quamvis veras, populo tradere, & ita potius ſequi ſuam ſententiam, quam totius Collegii monitis parere. Imo quandoquidem omnium Doctorum, etiam Reformatorum, conſtans ſit ſententia, in rebus, quæ pertinent ad ordinem, partem ſuffragiis inferiorem cedere debere illi, quæ multitudine ſuffragiorum vincit. Merito itaque quæritur an is caſus, de quo jam diſceptatur, non ſit reponendus in numero eorum, qui ordinem ſpectant. Venit enim in quæſtionem, utrum ex uſu Eccleſiæ futurum ſit ſi de doctrina nova populus edoceatur. Eritne privato homini jus ex proprio ſuo ſenſu in cœtu proponere & urgere, non tantum veritatem alicujus articuli, ſed etiam de ejus utilitate & neceſſitate æſtimare, & definitive de ea ſententiam dicere; & ex ea ſibi legem figere, cui obedire debet in iis agendis, quæ Eccleſiæ utilia aut neceſſaria eſſe poſſunt. Si Chriſtus jubet acquieſcere in judicio Eccleſiæ in rebus, in quibus verſabatur offenſio fraterna, & quæ pertinebant tantum ad jus aut ad injuriam proximo illatam, quanto æquius Eccleſiæ judicium valere in cauſa, de qua jam agitur. Et ſi omnes omni ævo quæſtiones Religionis revocatæ fuerunt ad Concilium, quis erit Conciliorum uſus, ſi iſtis, qui in iis jus ſuffragii habent, data non ſit divinitus poteſtas mo-

derandi religionem. Has & hiſce ſimiles rationes quidam tanti fecere, ut æſtimarint nullis privatis fas eſſe in Republica aut Eccleſia nova proponere, aut urgere dogmata, ſed omnes reformationes abſque auctoritate Magiſtratus aut Sacrorum præſidum ſuſceptas, male eſſe inſtitutas: Deumque velle, ut privati Sacris in Republica aut Eccleſia tenentibus tam diu adhæreant, donec Sacrorum moderatores & præfecti iis corrigendis dent operam; aut aliquis à Deo excitetur miraculis & vitæ ſanctitate probatus, qui *nomine Dei* collapſum cultum reformet: aut tumultuantis plebis impetu, ſtatus Reipublicæ ita turbetur ut deleta & extincta auctoritate Magiſtratus, & diſſoluta civium ſocietate, legumque vi occiſa, civibus jus oriatur ſua ſponte ſuas curas & res componendi, & illam gubernationis civitatis & cultus divini formam eligendi, quam exiſtimant maxime ſuæ beatitudini accommodatam. Ita ut quemadmodum in rebus civilibus axioma valet, cujuſque boni civis officium eſſe præſentem Reipublicæ ſtatum amare, ita neminem à receptis Sacris recedere poſſe, ſi probus perhiberi velit: quia Deus jura publica non aliter transfert quam tribus prædictis viis.

Sed ut adhuc preſſius urgeamus, & ſimul propius accedamus ad quæſtionem illam, utrum Deus aliter humanum genus regat, quam Magiſtratu interveniente; in cujus poteſtate & jure regendi, à Deo profecto, contineri docent jus definiendi quid juſti aut injuſti nomine inter homines venire debeat; & quid ſacrum piumve in cultu divino æſtimandum, iſtorum virorum ſententiam quam potero pauciſſimis (quia etiam in ſuperioribus de iis aliquid dictum eſt) exponam, & argumentis muniam; ut de iis victoria non putetur ſine nervis & robore, & ut ſalmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore adepta. Qui hanc ſententiam tuentur, urgent, ante conſtituta imperia nullas fuiſſe leges, quibus homines tenerentur. Docentque, *jus naturæ nihil prohibere, niſi quod nullus cupit, & quod nemo poteſt*: adeoque legis naturæ hanc unam univerſalem eſſe, quæ reliquas omnes complectitur, *ut nemo, quod bonum eſſe judicat, negligat niſi ſpe majoris boni, aut metu majoris mali.* Propterea ſtatuunt in eo ſtatu licere cuique dolo agere; neque quemquam teneri pactis ſtare, ſi ſperet plus utilitatis & compendii ſe comparaturum ex dolo & violatione datæ fidei, quam ex ejus præſtatione. Primum inquiunt, hoc facile à Lectore ſunt impetraturi, hominem illum recte & prudenter (ſi nullæ darentur aliæ leges) vitam inſtituturum, qui id ſectaretur, & perſequeretur: quo maxime delectatur: tota enim natura tam animæ quam corporis nos eo ducit ut ſtudeamus vacare dolore, & gaudio frui: & ideo merito ad illum finem omnia noſtra ſtudia & conatus referimus.

Et quamvis in ſtatu naturali conſtituti: aut potius quamvis cogitando illum ſtatum, eumque nobis repræſentando, idea juſtitiæ, clementiæ, benevolentiæ, liberalitatis, morum commoditatis, & facilitatis, ſobrietatis & caſtitatis; ut & vitia illis virtutibus oppoſita, nobis in mente verſentur, & æſtimentur etiam in ſtatu naturali valere, noſque earum lege obligari: id tamen inde tantum oritur, quod omnes in civitate & ſocietate hominum nati & educati ſumus: & ideo parum memores, qualem perſonam gerere debeamus in ſtatu naturali, virtutum & vitiorum ideas, quas acquiſivimus in ſocietate, transferimus ad ſtatum naturalem. Nam ut exemplis rem illuſtriorem reddam, quis juſtitiæ aut injuſtitiæ locus, ubi jure & ratione omne fas metior meis commodis & utilitatibus? Quis dixerit me peccare ſi famem & ſitim potu & cibo ſedare; ſi caloris aut frigoris moleſtias, umbra, igne & veſtibus vitare ac fugere ſtudeam. Imo quis non ſentiat me contra rationem agere, ſi ſine ſpe majoris boni moleſtias famis, frigoris, caloris, &c. ſubeam? Quis putet me peccare ſi impedimenta omnia

omnia removeam, quæ mihi officiunt, quo minus ſemper in gaudio eſſe poſſim. Si dicas & objicias æquitatem & charitatem prohibere, ne nimium iſtis commodis ſtudeas, idque tunc evenire quando in proximum infinita inde redundant incommoda: & tu tantum id lucraris, quo facile carere poſſes: aut quando iracundia, formidine, & ſuperbia præceps actus ſeverius malum arceas; aut quando cupidius æquo parare ſtudeas vitæ præſidia, aut acrius tui contemptum vindicas quam vera & recta ratio jubet: aut hiſce malis paſſionibus excæcatus damnum & noxam, à proximo poſſe tibi evenire fingis, ubi tamen nulla juſti metus cauſa ſubeſt, & tu tamen ad ea mala amolienda te accingis cum damno proximi, qui ſi tu recte inſtitueres rationes tuas, metumque ex æquo æſtimares, commodius vitam ſuam exigere, & vitæ commodis frui poſſet. Ex quibus recte confici videtur omnes virtutes in ſtatu naturali vigere debere, hominemque lege rectæ rationis teneri; eumque revera peccare: non autem tantum imprudenter agere, quando male ratiocinando maleque calculum ponendo de iis, quæ ad beatitudinem ſuam aliquid momentum habere videntur, male judicat, & proximum damnis mulctat; & interea ſuam conditionem meliorem non reddit.

Urgentque porro orthodoxi, quandoquidem ſummi Magiſtratus imperium ex his legibus aut crudele & acerbum, aut clemens & benignum recte æſtimatur, & etiam ſummarum poteſtatum mutuæ actiones vitium aut bonitatem ſuam ex hoc capite trahant, cui in mentem venire poteſt homines ſingulos in ſtatu naturali nullis legibus moralibus teneri?

Ad hæc Reſponſuri ſunt *Spinoſiſtæ*, I. non conſtare ex ulla alia regula aut notione prima, *quæ paſſiones in ſtatu naturali modum excedant: quando immoderatius aliquis quædam appetit: quando proximi commoditatis non ſatis rationem ducis niſi ex lege de conſervatione ſui*: & quatenus quædam actiones ita *ſua natura* comparatæ ſunt, ut ſi eæ uſurpentur, inde oritura ſit Reipublicæ ſalus aut noxa: quam quidem noxam legibus prohibere Magiſtratus eſt officium; quemadmodum ad ipſorum munus pertinet ea legibus imperare, quæ ſua natura Societati proſunt. Et peccatum committitur quando privati iſtis legibus non obediunt: illæque leges locum fecere nomini vitiorum & virtutum, quatenus actiones iſtis legibus imperatæ, aut prohibitæ *ſua natura* ſocietati noxiæ ſunt, aut utiles. Sed quemadmodum ipſæ ſummæ poteſtates intuitu & reſpectu aliarum ſummarum poteſtatum iſtis legibus non tenentur: ſic qui in ſtatu naturali degit, non iis ſe legibus regit, quæ in Civitate vigere debent, ſed iis quæ conducunt conſervationi ſui in ſtatu naturali; in quo quemadmodum nulli ſunt Magiſtratus potentia armati, qui curent ut civibus jus præſtetur ſecundum leges, quibus ſinguli Cives obligantur; (& quæ leges tamen tantum inſtitutæ ſunt ex prudentia Magiſtratus, quæ ſuam prudentiam temperant ex uſu & damno, quæ ex quibuſdam factis in Rempublicam redundatura putant) ita etiam ſic rationes ſuas inire debent ut requirit ille ſtatus, qui privatus eſt illa poteſtate Magiſtratus. Sic quidem in ſtatu civili injuſtitia eſt eripere alicui id, quod antea illi dediſti: at in ſtatu naturali, ubi nullæ leges & nullæ ſunt poteſtates, quæ me ſecurum reddere poſſunt, ne is cui aliquid dedi, id in meam perniciem convertat, merito idem quod dedi, illi eripio: quando judico tale quid mihi ab ingrato evenire poſſe. Quia donationis natura complectitur gratum animum illius, cui aliquid dono; alioquin nunquam aliquid recte donatur. Si dicas, attamen metus tuus ratione regi debet, eaque imperare tuis affectibus; ita ut tunc ſaltem in ſtatu naturali pecces, quando plus æquo metui indulges, de ingratitudine proximi nimium diffidis: & de ejus nocendi animo plus juſto metuens, omnem tuam liberalitatem illi claudis, ne ea abutatur in tuum dam-

damnum; & ita te illi crudelem præbes. Reſpondent *Spinoſiſtæ*: at quia ego jure naturali ſum judex mei periculi, neque ex alterius judicio, ſed meæ ſecuritati & conſervationi meæ ſtudere debeam: & quod ita bonum & malum ſit quod ego judicio meo bonum aut malum eſſe decerno, non datur alia norma in ſtatu naturali, judicandi de æquo & iniquo, quam ſingulorum judicium privatum de propriis ſuis commodis. Neque metuendum, ne ego aliquid inceptem fruſtra aut temere, quando proximum damnis mulctem, aut me erga illum inclementem exhibeam: quia ejuſmodi facta in eum numerum rejicienda ſunt, quæ nemo cupit, aut velit: quia, quandoquidem homines omnes commodi & utilitatis cauſa agunt; & homo ex nulla creatura plus utilitatis percipit, quam ex homine, ratio ſuadet ita ſe erga homines gerere, ut maximas utilitates ex eo capere poſſit. Quod uſus nos docet in illis regionibus, in quibus victi & capti hoſtes in ſervitutem abiguntur: malunt enim hominibus parcere, quam vita interficere; & mancipiorum ſuorum eam rationem habent, eaque ita curant, ut maxime illis uſui eſſe poſſint. Et quemadmodum nunquam aut ſaltem rariſſime contingat ſummas poteſtates eo inſaniæ & vecordiæ prolabi, ut ea aut agant, aut committi ſinant, quibus tota Civitas, in quam ſummum imperium habent, ipſis uſui non ſit, aut ita imperium exerceant, ut cives non ſubditorum ſed hoſtium loco habeant; & ita reipſa ſe ſuo jure imperandi abdicent: ita non eſt verendum ne privati in ſtatu naturali, dummodo mentis compotes ſint, ita in ſua commoda peccent, ut non ſolum fructibus generis humani carere velint, ſed etiam in illo excitare hoſtilem erga ſe animum.

Quemadmodum itaque omnes naturaliter beatitudinem appetimus, ita naturaliter nobis gratiſſimum eſt ratione duci, ſine qua beatitudo parari non poteſt. Et quemadmodum omnes ſupremæ poteſtates ad hoc laborant, ut quam maxime liberæ & beatæ eſſe poſſint, ita etiam in hoc incumbunt ut ſui imperii jura maxime ex rationis dictamine inſtitui poſſint: & ita in ſtatu naturali homines iiſdem ſtudiis tenentur. At dices: ſaltem ſummæ Poteſtates, & privati in ſtatu naturali ratione uti debent, eaque ſinere ſe duci; ergo qui à ratione declinant, peccant. Reſpondent: Primo id quidem verum eſſe, ſed addunt, rationem alia jubere quando certus ſum proximum erga me ratione uſurum, alia quando merito de ejus æquitate diffido, & ille de mea; & quando nos invicem non quidem æſtimamus malos, ſed tamen prudentes ad nos ipſos contra proximum (qui æque conſervationi ſui ſtudet ac nos) muniendos: & ex quo ſtudio, quamdiu nondum in ſocietatem civilem coaluimus, neceſſario ſtatus hoſtilis oritur: & ideo prudenter invicem tam parum fidimus, quam hoſtes jurati ſibi invicem fidem habent. Status enim naturalis eſt ſtatus hoſtilis. Ponendum itaque in ſtatu naturali neminem temere ſævire, ſed ſemper propter cauſam. Si dicas poteſt aliquis ſæviendi conſuetudinem ſibi acquirere, & humanitatem ex animo delere. Poteſt aliquis nimium ſeſe amare, & propterea injurias & damna ſua nimium æſtimare, & ita modum excedens in iis amoliendis ſævire, & juſto acerbiorem ſe præbere in proximum. Sed reſpondebunt *Spinoſiſtæ*: pone hoc in ſtatu naturali fieri poſſe, ut me nimium æſtimem, & meas injurias juſto majores putem; etiam mihi largiendum proximum iiſdem vitiis eſſe obnoxium, talemque ſe omnibus temporis punctis præbere; atque ideo mihi merito omnia peſſima ab eo metuere: hoc in caſu prudentia jubet omnia in proximum decernere, & agere quæ jure meritoque in illum ſtatuuntur, qui aliorum vitæ continuo inſidiatur, & aliorum bonis ac fortunis ſemper imminet: nihil itaque æquo gravius in illos ſtatuitur, qui eo animo erga nos affecti ſunt: at tales æſtimandi ſunt omnes homines, qui in ſtatu naturali viventes nobiſ-

biſcum nullis legibus aut pactionibus vincti ſunt. Non eſt itaque ilico crudelitatis infamia notandum quod prima fronte tale quid præ ſe fert.

De iis quæ vulgus putat committi contra pudorem & dignitatem naturalem idem aſſerunt: illa mala vocari dicunt, quia fiunt *contra receptos quarundam gentium mores*; & quando illa in talibus gentibus patrantur, inde erga eas odium; ex quo contemptus, periculum, &c. Ita ut hujuſmodi res non à natura, ſed ex momentis & appendicibus rerum & perſonarum, in quibus conſtituimur, ſimulac in ſocietate & Civitate vivimus, proprietates & indolem ſuam mutuentur. Et ita quidem veriſſimum eſſe agnoſcunt nullam eſſe civitatem, à qua pudor exulat: & in qua quidam actus non putentur fieri contra pudorem. Pudor itaque quidem homini naturalis, quemadmodum reliquæ paſſiones: ſed cauſa pudoris apud diverſas nationes diverſa, & eſt illa cauſa diverſa propter diverſas circumſtantias: & ita ex conſuetudine & moribus gentium aliquid committitur, quod non decet: & hoc ſolemus vocare impudicum, indecens, & indecorum. Sic qui me principem & ducem creat; & ita me ſuper alios dignitate extollit, imponit mihi legem quædam agendi, quæ aut naturaliter aut ex inſtituto iſtum dignitatis gradum comitari debent: & contra illam legem aliquid committere, eſt in dignitatem ſuam peccare; eamque prodere. Debemus itaque quidem omnes obſervare *quod decet*, ſed negant cuiquam à natura perſonam impoſitam; & ideo nihil à natura turpe aut indecens, nihil quod natura nobis non conveniat, aut non deceat. Totumque hoc æſtimandum ex conſuetudine populorum, in quorum medio vivimus: illudque, quod non eſt moribus receptum, vitandum propter noxam, quæ inde in nos redundatura eſt. Et ita naturalis legis tamen eſt nihil agere contra conſuetudinem gentis, in qua verſaris. Et ideo homo ſolus, & vitam agens in aliqua ſolitudine, nullam amplius rationem habet pudoris aut dignitatis legum: quod argumento eſt eas leges tantum natas ex circumſtantiis in ſtatu civili nobis advenientibus: ergo neque ſtatuendum aliquid naturaliter pudendum: non magis quam docendum nos naturaliter in ſtatu civili conſtitui.

Secundo, inquiunt, non negamus quædam ita comparata eſſe ut ſemper & ubique apud gentes omnes, ſi licita putentur, omnem civitatis ſtatum ſint diſturbatura: quæque ita & eo nomine *contra rationem* ubique terrarum fiant; quia fiunt contra ſalutem hominis: ſed dicunt aliud eſſe aliquid officere beatitudini hominis, aliud aliquid peccatum eſſe. Illud *bonum* eſſe agnoſcimus quod conducit, ut homo ratione uti poſſit: quia in rationis uſu ſicut eſt ſumma libertas, ita ſumma beatitudo; & quicquid uſum rationis impedit, id *malum*: ſed hic diſputatur de malo *morali*, quod alio nomine malum eſt; & eſt actio quæ *jure* fieri nequit. Sic *malum* eſt homini ſuas facultates & fortunas dilapidare, luxuria & libidine ſanitatem corrumpere; & ita rationis uſu ſe privare: at inde non probatur hominem peccare; non magis quam is peccati convincitur; qui periculo ſui damni propter ſpem majoris commodi aliquod opus aggreditur; & ita ſe damno mulctat: talis enim ſibi ſoli peccat: at qui ſibi ſoli peccat, nulla lege tenetur, propter cujus tranſgreſſionem reus conſtituatur, & peccati labe infectus. Cæterum inquiunt, homini tam naturale eſt, naturæque ejus tam conveniens quatenus pars eſt univerſi, & ideo inadæquatis conceptibus regi debeat, tam carnis quam rationis ductibus obedire. Peccatum itaque & virtutem eſſe tantum imaginandi modos, natos inde quod ex noſtro arbitrio non ex natura rei nobis formavimus ideam naturæ humanæ perfectiſſimæ, eamque fecimus conſiſtere in perfectiſſimo rationis, hoc eſt, virtutis uſu: & ita quidem melius eſt ratione uti quam ea non uti: ſed quandoquidem

homo eſt pars univerſi, nec ideo id naturæ conveniens & optimum æſtimandum, quo ille præcipue lætatur, & perfectior redditur, ſed id quod ex univerſis naturæ legibus fluit, ideo reſpectu legum univerſi tam bonum eſt hominem non ratione uti, quam illi parere: nam ſi leges univerſi, & naturæ inſtitutum juberent hominem ratione duci, omnes ea neceſſario ducerentur: nam naturæ inſtituta Dei inſtituta ſunt; quæ æterna ſunt, & violari nequeunt.

Concludunt itaque: Deum homines proxime & à ſe profectis legibus non regere, ſed totam boni & mali rationem humanis legibus definiri; eumque peccare qui eas transgreditur: juſtum & probum eſſe, qui iis obſequitur. Magiſtratum non tantum definire & judicare quando aliquod peccatum commiſſum eſt: quando v. gr. furtum commiſſum: quando à conventis & pactis diſceſſum: quando in coërcendis ſervis & famulis modus exceſſus: quando concivis contumelia affectus; aut quando dolus malus fuit adhibitus: ſed ipſe formam peccati iſtis actibus conciliat: & ita vicem Dei vindicat in terris, ut boni malique ratio ab ipſo defluat: quia ab illo circumſtantiæ ponuntur, quo fit ut id v. gr. crudelitatis nomine veniat, quod extra civilem ſtatum eo probro caret; & rurſus in civitate à crudelitatis nota æſtimetur liberum, quod privatus aggredi non auderet, quin ſummæ crudelitatis infamiam ſubiret. Denique quandoquidem omnes leges moralitatis ducuntur à lege fundamentali, ſc. *ſui ipſius conſervatione*: neque illa conſervatio in ſtatu naturali obtineri poſſit, ſed in ſtatu civili tantum: ſtatus autem civilis ea ſit ratio, ut uni perſonæ ſive collegio, non ſingulis civibus competat jus definiendi quid Civitati utile ſit, inde manifeſto ſequitur ab illa perſona aut Collegio manare leges ſingulares, quæ conſervationi neceſſariæ ſunt: quæ quidem ratione inveſtigantur, ſed tamen extra Magiſtratus præcepta & leges boni aut mali moralis nomen non adipiſcuntur. Ita in omnibus bene conſtitutis civitatibus adulterium ſub ſevera pœna interdictum, quia ſapientes Rerumpublicarum conditores intellexerunt virorum ferme omnium naturam ita eſſe factam ut thori ſocium non admitterent; ſed modis omnibus illam contumeliam ulciſci parent. Hæc fuit cauſa quare legibus fuerit interdictum & vindicatum adulterium: quia autem polygamia & divortium æſtimata fuere non magnis incommodis turbare civitatis ſtatum, ideo in multis Rebuſpublicis prohibita non fuere; & ideo in iſtis Rebuſpublicis polygamia & divortium peccata non fuere, non magis quam apud Lacedæmonienſes furta, & apud Græcos inceſtuoſa conjugia.

His ita deprомptis & in medium prolatis, examinandum reſtat quantum veri falſive hic ſermo contineat: nam qui animum recte intendit, facile intelliget multa hic prodita, quæ à veritate aliena non ſunt, quamvis hoc non conficiant, ad quod Adverſarii laborant. Prætermiſſis itaque iis, quæ in ſuperioribus abunde confirmavimus: ſc. formalem rationem virtutis non eſſe ducendam *à lege ſui conſervationis*, ſed *à Deo; & à ratione æterna*, etiam tacita præteriemus omnia illa argumenta, quæ Adverſarii ex falſo illo principio depromunt; & ad ea tantum reſpondebimus quæ aliunde mutuata ſunt. Ratio & Scriptura docet neceſſitatis cauſa homini non tantum multa licere omittere, ſed etiam ex aliorum judicio atque arbitrio multa agere; quorum extra illum caſum ſibi gratiam facere non licuiſſet; quæque ſi privato judicio res curanda fuiſſet, non probaſſet: fuiſſetque ei religio eam aggredi. Dictum & ſententia Chriſti, volo miſericordiam & non ſacrificium, proculdubio hanc vim habet, quod actiones religionis liceat operibus charitatis prævertere & poſthabere: & ſi proximi cauſa id fieri liceat, non dubium eſt, quin etiam in caſibus neceſſi-

ceſſitatis noſtri ducenda ratio eſt: cum proximus nobis carior eſſe non debet, quam noſmet nobis ſumus. Ut itaque aliquis vitam redimat, jus illi eſt ſe in talem ſervitutem dare, per quam excluditur omnibus opportunitatibus Deum externis ritibus aut geſtibus venerandi: & multitudo hominum, qui in unam civitatem coëunt, non poteſt pacem & tranquillitatem colere, ſi mutuis pactis libertatem ſuam naturalem non multum minuant & reſtringant, & multa fieri ſinant, vel etiam agant ex Magiſtratus arbitrio. Neque illa juris imminutio, aut etiam in alios tranſlatio, tantum humana ſpectat, ſed etiam divina complectitur: quia cum in ſtatu naturali homines ſuam vitam tueri non poſſunt, & neceſſitas illos compellit ad conſtituendas civitates, omnia illa ſua privata jura merito transferunt in Magiſtratum, à quibus ſi non receſſerint, civitas ſtare non poteſt: at non eſt dubium, quin quando ſinguli cives tantum libertatis circa cultum ſibi expetunt, illamque libertatem exercere cupiunt, ut uſum illius juris ſtatim ſequatur diſſolutio civitatis, tunc & in illo caſu æſtimandum hominibus à Deo poteſtatem conceſſam paciſcendi & tranſigendi de illo jure, aut Deum probare ſtatum naturalem hominis; qui eſt ſtatus hoſtilis, & in quo ne punctum quidem temporis genus humanum ulla beatitudine frui poteſt. Largiendum præterea poſſe & ſolere homines tam diverſas imo pugnantes inter ſe opiniones de cultu Dei fovere, ut ex illa pugna & ſtudio, quod illam pugnam comitari ſolet, non minora incommoda in Republica oriantur, quam ſi civibus libertas relinquatur privato judicio æſtimandi ſuas injurias, eaſque vi perſequendi, id argumentis non egere videtur, cum homines reverentia Numinis tacti ſæpe ſuperſtitione eo dilabantur, ut nec opinionem aut dogma, nec ritum aut cæremoniam à ſuis diverſam in proximo patiantur: & nulla re ſe potius demereri Numinis gratiam putant, quam ſi hominibus diverſa Sacra colentibus perniciem moliantur pervertentes omnia jura, propter eum, quem ſibi finxerunt cultum opinionis errore: unde natum illud dictum & longo uſu comprobatum *tantumne religio potuit ſuadere malorum.* Tantum ſupereſt ut expendamus qualia illa jura ſunt, de quibus homo, ad cultum quod attinet, tranſigere poteſt; & ex quo capite petenda regula quædam univerſalis, ad quam tamquam ad cynoſuram ſinguli caſus examinentur.

Nunquam licet aliquid aggredi contra conſcientiæ noſtræ dictamen & judicium. Sunt etiam quidam caſus, qui ſpectant res noſtras privatas, & quarum judicium & æſtimatio noſtro ſoli judicio commiſſa eſt, & in quas ideo plenum jus habemus: in iis nihil, ad externum etiam actum quod attinet, agendum, quod noſtro judicio damnamus: ſed quando res de qua agitur eſt communis, & ſubjecta alicui collegio & ſuffragiorum pluralitati, nullus quidem tenetur *animi ſui ſenſum & ſententiam* accommodare ad Collegii judicium, quando illud à ſe diſſentit; officium tamen ejus eſt, iſtius collegii obedire ſtatutis & decretis, quantum attinet ut ſententia collegii in civibus valere poſſit. Id evenit in omnibus illis caſibus, in quibus agitur de rebus, quæ cadunt in commercium; & de quibus homo paciſci poteſt: ſive neceſſitas contractui cauſam & occaſionem præbuerit, ſive neceſſitas ab illo abfuerit. Idque eouſque ſeſe diffundit & manat, ut etiam paciſci poſſim me nihil dicturum pro juſtitia cauſæ alicujus, quæ in collegio damnata fuit, poſtquam ſuffragiorum pluralitate victus ſum. Quia poſſunt cives paciſci, ut is putetur excidiſſe poſſeſſione quorumdam bonorum; quando à judicum conſeſſu eſt condemnatus; etiamſi is qui in judicio & tribunali ſuccubuit, juſtum & æquum habeat, cauſaque ſuperior ſit. Aliud autem eſt tacere, aliud contra animi ſenſum injuſtitiam

am juſtitiam vocare ; quod poſterius eſt mentiri.

Neque tamen in omnibus, quæ à me tamquam privato agenda aut judicanda veniunt, debeo niti proprio judicio; illudque in vita moderanda ſequi: quia ſæpe contingit rem à me recte æſtimari non poſſe propter ingenii mei tenuitatem: ſive quia conſtitutum eſt collegium commune, ex cujus ſententia agere aut ab actione ſuperſedere poſſum. Sic ægrotus quamvis Medicus aliorum Medicorum judicio & conſilio obedit abdicans ſuum proprium. Ita aliquis hæſitans & dubitans, ut ipſi quidem videtur propter cauſas juſtas ſe non ſatis cognitione inſtructum eſſe, æſtimat ad recte æſtimandum de ſua cauſa, dubitat utrum à ſua cauſa juſtitia non abſit, ſed auctoritas multorum in Juriſprudentia verſatorum & vitæ honeſtate probatorum; teſtantium cauſam ſuam juſtam eſſe, incertant tamen ejus animum, illi licet proximo litem intentare, quia ille non agit contra conſcientiam: nam quamvis dubitet æquitatem in ſua cauſa non verſari, eſt tamen ſimul perſuaſus ſe potuiſſe erraſſe; cum intelligit tot honeſtorum & peritorum virorum judicium ſibi favere. At civis ejuſdem mecum civitatis tacitis pactis mihi hoc conceſſit, ut ſi de jure meo ambigam, mihi liceat ire in judicium juris experiundi cauſa: ille itaque civis poſſeſſionem ſuorum bonorum obnoxiam novit iſti periculo, ut proximus ipſi poſſit litem intentare, & quod ex judicum ſententia juſtus aut injuſtus poſſeſſor æſtimetur. Sermo autem hic eſt de rebus, de quibus poſſumus tranſigere,& quarum litium cauſa tribunalia ſunt erecta.

Quia autem de injuſtitia cauſæ ſuæ perſuaſus eſt, nec hæſitat, & putat ſe ſatis cognitione inſtructum ad judicandum de cauſa ſua, & de jure ſuo, is *auctoritate* aliorum commoveri non debet, quare judicio ſuo nuncium mitteret: quia auctoritas aliorum illi cauſam non præbet dubitandi de ſua certitudine. Porro cum quis hæſitat & dubitat, tunc aut caſus vertitur in rebus, de quibus cives potuere paciſci, vel agitur de rebus, quæ Deum ſpectant, & quæ non cadunt in commercium. Priori caſu dubitans ut modo diximus, poteſt in dubiam litem deſcendere: quia non agit contra conſcientiam, nec proximo injuriam facit. Quia cives convenere ut in caſu, quo inter ipſos de jure & poſſeſſione bonorum lis eſſet, communes judices de jure pronunciarent: & unicuique tantum juris in rem eſſet, quantum judicum ſententia cuique tribueret. At cum agitur de rebus, de quibus paciſci non poſſumus; & quas Deus tantum poteſtati ſuæ ſubjecit, ſuoque tribunali reſervavit, tunc dubia conſcientia aliquid aggredi peccatum eſt propter rationes ſupra traditas.

Sed quid ſi eveniat rem altioris eſſe indaginis; & hominis tamen maxime interſit aliquibus rebus frui, de quibus propter ingenii tenuitatem nihil poteſt ſtatuere, quid tunc faciendum. Diſputatur v. gr. de aliquo quæſtu, quo hactenus vitam tenui, & quo carere vix poſſum ſi familiæ non velim deeſſe: neque tamen me expedire poſſum, & hæreo anceps & dubius. Qualis caſus mea ætate exercuit multos, qui tabulam trapeziticam exercebant. Reſpondemus caſum admodum rarum eſſe ut aliquis adeo ſtupidus & ſui diffidens reperiatur, qui ſi ſerio animadvertat, non poſſit intelligere in quam ſententiam incumbendum ſit. Quod ſi autem à dubitatione ſe liberare non poſſit, debet abdicare illum quæſtum, quia agitur de re, quæ Deo immediate ſubjecta eſt: quæ eſt judicium conſcientiæ.

Sed an in rebus religionis aliquis non merito ſibi diffidit, ita ut eo deveniendum ſit, quod ipſi aut ſemper dubitandum ſit, ſi proprio judicio inſiſtere velit, & ſuo arbitrio ſuaque ſponte rem decidere, aut hoc negotium ad alterius judicium referendum. Hujus quæſtionis duplex ſenſus eſſe poteſt: unus eſt, an homo *alterius* fide credere poſſit; hoc eſt, an aliquis non

non intelligens quid alter credit, profitetur ſe credere, quod alius ſe credere prodit, & præ ſe fert, de quo ipſe nihil intelligit: qualis eſt carbonarii fides, qui dicebat ſe credere, quod credit Eccleſia, & Eccleſiam quod ipſe credebat, interea nihil habebat compertum quid ipſe aut Eccleſia crederet. At hoc eſt abſurdiſſimum, & abhorrens ab omni ſenſu communi. Aut ſenſus eſt, an in rebus fidei aliquis non ex animi ſui ſententia, ſed ex alterius dictamine fidem ſuam regere debeat. Hominem poſſe alterius judicio in rebus fidei ſeſe ſubmittere, ita tamen ut ipſe intelligat qua in re alterius judicium ſequatur, apud omnes in confeſſo eſt, qui agnoſcunt revelationem divinam moderantem hominis religionem in cultu inſtituto. Et ideo negari non poteſt Deum potuiſſe aut Papæ aut Concilio tribuiſſe poteſtatem & infallibilitatem, qua verum Scripturæ ſenſum infallibiliter eruerent, eumque hominibus dictarent; & cui ſenſui ſic expoſito homines parere debebant. Sed hoc factum eſſe negamus. Et Adverſariis incumbit probatio; & preterea onus exponendi in quibus rebus fidem & cultum ſpectantibus, hoc obtineat? An in omnibus? Etiam in iis, quæ ſenſibus cognoſcuntur? Etiam in iis quæ tam clare in Scriptura docentur, ut nec Papa nec Concilium clarioribus verbis uti poſſit, ad ſenſum ſuum aliis communicandum, iis, quæ Spiritus Sanctus in Scriptura adhibuit. An etiam reſpectu illorum locorum Scripturæ, quibus Auctoritas Papę aut Concilii probatur; & quorum locorum expoſitio & fides præcedit fidem de auctoritate Papæ & Concilii. An etiam in iis, quæ ratio, aut Matheſis docet? Quæri etiam poſſet an, cum Papa aut Concilium eruunt & in aperto ponunt Scripturæ ſenſum, non utantur notionibus quibuſdam primis & communibus: & an eædem illæ notiones communes, quibus hominum mentes imbutæ ſunt, non teneant ſuum vigorem & auctoritatem in ſingulis & privatis fidelibus, quando de ſenſu verborum ſunt judicaturi, quam tenent cum Papa ab iis regendæ ſuæ rationis & judicii initium ducit, & ad eliciendum Scripturæ ſenſum ſe accingit: qualem vim & auctoritatem Pontificii, ſaltem Janſeniſtæ, ſenſibus ſingulorum fidelium tribuunt. Ita ut quemadmodum Papa nihil poteſt decernere contra id quod ſenſibus percipimus; neque ejus auctoritas valeat in rebus facti; ita etiam ejus auctoritas nihil valeat in rebus, quæ ratione demonſtrantur; & qua Papa aut Concilium etiam utitur tamquam principio: ſi enim in eo caſu aliter cum Papa aut Concilio comparatum eſſet, Papa aut Concilium ſeſe applicans ad percipiendum Scripturæ ſenſum ſeſe privaret omnibus illis rebus, quibus eſt homo & rationalis creatura. An etiam ſingulorum & privatorum fidelium perſuaſio & cognitio non conſervet ſuam vim in omnibus illis rebus, in quibus ſermo inter homines & uſus loquendi principatum ſibi vindicat: ita ut ex linguæ genio & natura de ſenſu verborum judicari debeat. Et quod ita Papæ auctoritas nihil valeat contra tales ſuſceptas opiniones aut potius ſcientias, aut ſermonis uſum.

Porro quemadmodum Deus nulli perſonæ aut Concilio conceſſit illam auctoritatem, quam vulgus Pontificiorum Papæ aut Concilio attribuit; ita nulli Magiſtratui Deus largitus eſt talem poteſtatem. Illi tamen *primo* competit ordinandi cultum publicum, niſi legibus fundamentalibus regni aliter cautum ſit; & alii collegio hoc tributum. *Secundo:* ad Magiſtratum pertinet judicium de factis ſingularibus civium, an v. gr. injuſtitia, adulterium, ſcortatio commiſſa ſint: quatenus ratio & natura civitatis poſtulat, ut ſinguli de hujuſmodi factis judicandi jus quantum ad externa, & quatenus alicui civium inde damnum in fortunis, aut fama creari poſſit, non competat; ſed jubet id permittere uni vel pluribus, quorum cauſa

non agitur, nec quorum damnum, aut utilitas in ea cauſa vertitur, de qua lis eſt: eſt enim lex naturalis arbitrum omnibus debere eſſe æquum: & Tros Rutiluſque ipſi ſine diſcrimine agendus. Tertio quamvis non pendeat à Magiſtratus conſtitutione, ſcitis, aut legibus, quod in quibuſdam actionibus ſit impudicitia, injuſtitia, inclementia, ingratitudo &c. (quia illa ab æterna lege divina ſive *ratione* ortum ſuum habent) neque etiam pendeat à Magiſtratus poteſtate, jure aut ordinatione pro ſuo arbitrio tollere aut ponere circumſtantias in actionibus, quibus illę virtutis aut vitiorum nomine venire debeant; tamen, quia ut plurimum externis actibus & factis cenſenda ſunt vitia & virtutes; & quia is, qui nunc & hic in quibusdam circumſtantiis crudelitatis v. gr. notam incurrit, ab ea liber eſt, propter circumſtantiarum mutationem, ideo Magiſtratus in iis, quæ adminiſtrationem Reipublicæ ſpectant, jus habet judicandi utrum circumſtantiæ extent, quæ factum aliquod *externum* permittant, an prohibeant. Ita non ſemper crudelitatis vitio laborat, ſi quis Magiſtratus hoſtes bello captos necet, ſubmergat aut in crucem agat: ut ita hoſtium ſævitia per appoſitam ſævitiam, ſi ita loqui liceat, coërceatur. Dicimus in hujuſmodi caſibus Magiſtratui jus eſſe ordinandi tales actus publicos ſuorum ſubditorum: quemadmodum in ſtatu naturali cuique jus eſt ęſtimandi, quouſque ſe commodum præbere debeat proximo. Debemus quidem ſemper charitate proximum complecti; ſed charitatis opera non ſemper iiſdem factis externis continentur.

Sed quemadmodum privatorum judicium in ſtatu naturali regi & ordinari debet ratione, & is beatiſſimus qui maxime rationi obedit, ita Reſpublica beatiſſima, in qua illi qui præſunt rationi maxime parent. At ratio non eſt res imaginaria, opinione tantum ſuſcepta, nihilque abſoluti denotans, ſed eſt natura & vis mentis humanæ, & clara atque diſtincta cognitio: ergo homo in ſtatu naturali, & ſummæ poteſtates (horum enim duorum par eſt ratio, quando ad arma ventum eſt) habent normam ſecundum quam æſtimare poſſunt & debent ſuum officium, quod adhibere debent erga ſe & proximum. Quod autem Adverſarius hæc quidem admittens agnoſcit virtutem ſub ea forma & conſideratione: negat tamen illam nomen ſuum tueri poſſe, quando hominis naturam conſideramus non tantum ut eſt rationalis, ſed etiam ut eſt pars univerſi; & quatenus inadæquatis afficitur ideis: docet autem eam conſtitutionem homini tam naturalem eſſe, quam ipſi naturale eſt ex corpore & anima componi; & conſequenter inde conficit hominis naturam non eſſe ut ſemper ratione & clara atque diſtincta cognitione ducatur, ſed ipſi etiam tam proprium & ideo neceſſarium eſſe, idque ex lege univerſi; peccare quam non peccare. Reſpondemus: hoc temere ab Adverſario excogitatum eſt: cum illa neceſſitas, qua homo afficitur inadæquatis ideis, iiſque ſæpe ſe contra rationem duci ſinit, non ſit vera neceſſitas, ſed peccandi infirmitas, cui homo ſua ſponte obſequitur: & illa peccandi infirmitas non eſt de natura hominis, ſed voluntarie peccato contracta. Sed de hiſce in ſuperioribus, ubi probavimus hominem voluntate præditum eſſe.

Quod autem Adverſarii docent (ut ad ſuperiorum objectionum ſolutionem progrediar) in ſtatu naturali aut nullam regulam eſſe ſecundum quam ratio inſiſtere debeat; aut ſi qua eſt, eam *à conſervatione ſui* petendam: in ſtatu autem naturali unumquemque ſui periculi judicem aut arbitrum eſſe: neque fingi poſſe aliquid æquo gravius in eum ſtatui poſſe, qui æſtimandus eſt ſemper vitæ & fortunis noſtris inſidiari. Neminem gratis & fruſtra malum eſſe; multo minus æſtimandum eſt aliquem cogitate in ſua commoda peccaturum, affligens proximum ultra modum, quo

quo illum ſibi inutilem reddat. Ad hæc reſpondeo me libenter largiri Adverſariis, aliud rationem imperare in ſtatu naturali, aliud in ſtatu Civili: multa crudelia, injuſta,&c. vocanda in Civitate inter Cives, qui ſub auctoritate Magiſtratus viventes illius potentia ab aliorum civium cupiditate & libidine defenduntur, quod cum in ſtatu naturali non obtineat, ratio recta jubet alias inire vias, ut muniti eſſe poſſimus contra proximi noxios conatus, quos machinatur contra nos ut ſibi conſulat. Quod itaque *rationis* eſt aut in civitate, aut inter eos homines, qui ratione duci ſe finunt, id ſæpe nomen ſuum tueri non poteſt: quando homines conſideramus ut viventes in ſtatu naturali; aut quando duas ſummas poteſtates nullis pactis ſibi invicem devinctas fingimus: quia hominum officia pro diverſitate ſtatuum & conditionis tunc variant, tamque longe diſtant, quam longe diverſa ſunt ea, quæ inter amicos fidos, & quæ inter hoſtes uſurpari ſolent;& multa quę ſi ad rationem civitatis & ſtatus civilis dirigas,depravatiſſima ſunt, quæ ſi perpendas ad ea, quæ inter hoſtes vigere poſſunt,rectiſſima ſunt. Sed Adverſarii inde non conficiunt in ſtatu naturali crudelitati, avaritiæ, nimio ſui amori locum eſſe non poſſe: an ideo hoc probant, quia merito à proximo in ſtatu naturali omnia mala mihi metuo; & ideo recte & ex ratione ago ſi in hoc incumbam, ne vitæ & fortunarum mearum rationes ab ejus libidine ſuſpenſas habeam. Sed an ideo non poſſum metui, ambitioni, avaritiæ, cupiditati nimium indulgere? An Principes aut Rempublicam gubernantes non peccant, quando Rempublicam quæſtui habent? An non crudele Athenienſium factum, qui ſciverunt ut Æginætis, qui claſſe valebant,pollices pręciderentur? An non poſſum humanitatem exuiſſe, ita ut ea non tactus tam indignis modis excipiam proximum: quemadmodum & helluones Patriæ exiſtunt quidam ex naturæ ſuæ ferocitate, aut ex conſuetudine ſævviendi uſu aut vitæ genere contracta, in jumenta & reliqua animalia ſæviunt. An ergo bellum (ut uno verbo dicam) cum hoſte nunquam juſto ſeverius exercetur? Hoc ab omni ratione alienum eſt. Verum quidem eſt, *peccatum injuſtitiæ* proprie dictæ in ſtatu naturali non committi poſſe: & nullum ea ratione peccatum in illo ſtatu committi; quatenus peccatum eſt quod *jure fieri non potuit*: at multis aliis de cauſis *à ratione* deceſſum eſſe, putandum eſt quam *injuria* proprie dicta in proximum: non enim ratio formalis peccati comprehenditur *injuria*, ſed aberratione & deviatione à recta ratione. Et negamus in ſtatu naturali alicui eripi poſſe quod illi fuit datum & conceſſum: non magis hoc licitum, quam ſummis poteſtatibus fas eſt, non manere pactionibus ad quas deſcenderunt, fœdera cum aliis poteſtatibus ineuntes. Quamquam ſi accuratæ locutioni adhærere velimus, ceſſat *ſtatus naturalis*, quando aliquid datum & acceptum putatur inter duos: quia qui dat, ſemper ſub aliqua tacita aut expreſſa conditione gratitudinis dat, & ideo donator ſibi benevolum illius animum, cui datur, erga ſe pollicetur; & iſtius conditionis præſtationis ſpem, is qui accipit, facit; & quando illa ſpes evaneſcit, ceſſat effectus collationis juris alicui conceſſi in aliquam rem; neque obligatur aliquis ad præſtationem, niſi rurſus omnia illa nata ſint, eæque conditiones extent, quæ pactioni, aut donationi cauſam præbuere. Nullus enim tenetur præſtare alicui beneficium, quando intelligit illum id uſurum in ſuam perniciem; & tranſiturum ad ſtatum naturalem aut hoſtilem; in quo nullis pactis aut fide devinciuntur homines.

Quod autem attinet ad peccata contra pudorem & dignitatem hominis naturalem: agnoſcimus quidem hominem multa committere, de quibus merito ſe pudeat; quia decoris & dignitatis aſſcititiæ, aut ipſi conciliatę ex circumſtantiis,quæ ipſi ex natura non adſunt, rationem non habuit: nec perſonam, quam in hoc mundi proſcenio ſuſten-

ſuſtentare debebat, bene geſſit, ſed negamus omnis pudoris & violationis dignitatis eam rationem eſſe. Sed naturaliter homini quędam infirmitates adſunt, quas oſtentare impudentiæ eſt. Eidem naturalis quædam adeſt dignitas, quam non tueri, ſed actionibus quibuſdam proſcindere & conculcare eſt male perſonam ſibi à natura impoſitam agere; quæque ideo talia ſunt, ut etiamſi homo nullo hominum conſortio viveret, homine indigna ſunt: qualia ſunt ebrietas, temere judicare, monſtroſi & alienigeni congreſſus, coitus in propatulo facti, & alia multa, de quibus egimus *in Tractatu de Pudore & dignitate naturali*. Qui autem de his veritatibus bene imbuti ſunt, illi ab illis initiis pergendo, & non obdureſcendo ſeſe contra mentis ſuæ commotiones, facile cognoſcent multa officia omitti non poſſe, quin pudori & modeſtiæ non ſatisfiat, quia cum prioribus illam connexionem habent, ut honeſto & pudici ingenii viro ſtatim apparitura ſint inhoneſta, probroſa atque indecentia. Et in proclivi eſt probare, dato, quod Adverſarii omnes largiuntur, aliquo in caſu dignitatem & pudorem lædi poſſe, dari tunc etiam in homine aliquid naturæ ejus inſitum; circa quod pudor & gravitas ex *inſtituto naturæ* verſatur: nam ars, hominum inſtituta, & conſuetudo, à qua politi aut impoliti mores oriri putantur, naturam tantum perficiunt, excolunt & ornant; non nova in ea ex arbitrio ponunt principia. Sed hæc ulterius perſequi non eſt neceſſe, cum ea in tractatu ſingulari enucleate, quantum ingenii mei tenuitas tulit, expenderim; quem lector conſulat, ſi operæ pretium ducat.

Tota controverſia jam eo devoluta eſt, quouſque homo ſit judex ſui officii, quatenus v. gr. conſideratur, ut per doctrinam alicujus veritatis, aut per detectionem alicujus erroris, ſpes aut metus ſit ipſum pariturum magnum malum aut bonum hominum ſocietati, aut Reipublicæ: utrum nempe æſtimatio talis commodi aut incommodi ſit permiſſa privati illius judicio. Reſpondemus dato, privato cuique fideli jus eſſe judicandi de ſuo privato cultu, & de fidei articulo: tunc negari non poteſt unicuique in ſtatu naturali poteſtatem eſſe judicandi de ſuo officio, quod ſibi, proximo & Deo debet: quamvis hoc judicium non temere, neque ex libidine faciendum ſit. Præterea ratio docet, me mortis vitandæ cauſa mancipio dare poſſe, ita ut nullos veri cultus actus externos mihi profiteri liceat. Poſſum etiam me temperare ab annuncianda & patefacienda aliqua veritate, quando juſtus metus eſt ne mihi aut illis, quibus annunciatur, magnum ſit inde oriturum malum. Hæc veritas in ſuperioribus illuſtrata & probata eſt. Quæritur nunc ſecundum quam normam & rationem metus damni compenſandus ſit cum ſpe commodorum? Ad tollendam hanc difficultatem primo conſtitutum ſit, de cauſis ſpei & metus æſtimandum & judicandum eſſe, quemadmodum de officiis charitatis, liberalitatis, temperantiæ, &c. quæ res omnes ſuam latitudinem & ſpatium habent; neque ita indiviſibili puncto continentur, ut ſi quis plus minuſve illis virtutibus imbutus ſit, ideo illis privatus, aut avaritiæ, aut illiberalitatis aut prodigalitatis peccatum commiſiſſe putetur: quemadmodum hoc obtinet in quibuſdam virtutibus, quarum ea natura eſt ut earum formalis ratio nullam latitudinem patiatur: quales ſunt actus juſtitiæ, caſtitatis &c. Actiones juſtæ non ferunt loquendi modum, qui innuunt actionem *minus* juſtam à nobis æſtimari, & nihilominus eam in juſtarum actionum numero ponendam: at actiones liberalitatis gradus admittunt; & quamvis ſummum non attingant, liberalitatis forma & ratio in illis ideo non perit. Et reſpectu iſtarum virtutum graduum, illæ virtutes moderantur ex cujuſque hominis ingenio, natum ex diſpoſitione mentis, qua de officiis ſibi, proximo & Deo debitis aliquando laxius, aliquando reſtrictius judicat: dummodo modum non excedat; & ejus actiones virtutis nomen amplius tueri

tueri non poſſint; neque animi benigna v. gr. propenſio ex aliquo vitio mentem obſidente corrumpatur aut reprimatur. Et ita quidem ſingulorum Chriſtianorum, qui docendi donis inſtructi ſunt; munus non eſt imitari Apoſtolos in prędicando Euangelio per univerſum; & in ſubeundo illa pericula, quæ Apoſtoli ſuſcepere: neque tamen eos decet tam parum gloriæ Dei & ſalutis proximi ſtudioſos eſſe, ut oblatam occaſionem manifeſtandæ veritatis ſalutaris, & illuſtrandæ gloriæ Dei, ita negligant, ut merito incurrant notam & infamiam ipſos nulla Dei gloriæ aut proximi ſalutis cura tangi: adeoque ipſum timidum, & ſuæ quietis, otii, conſervationis vitæ & fortunarum ſuarum ita ſtudioſum, ut conatum & impetum in ſe excitare nolit, quo tamquam flabello zelus erga Deum & proximum in ipſo excitetur & ventiletur. Hiſce plura non addam, quia alio commodiori loco de iis fuſius actum eſt.

Porro quæritur nunc, an, quemadmodum mortis & vitandorum maximorum damnorum cauſa, multa officia deſerere poſſum, pariter cives inter ſe eadem neceſſitate impulſi ita paciſci non poſſint de præſtatione hujuſmodi officiorum, ut æſtimatio commodi & incommodi, quod ex uſu & pręſtatione quorumdam officiorum in ſocietatem, & conſequenter in ſingulos redundare poſſit, Magiſtratui permittatur ne ſi ſinguli illud jus uſurpent, eadem damna Rempublicam affligent, quibus afficitur quando ſinguli cives volunt eſſe arbitri & judices ſuarum litium, quas cum civibus habent: & an ita (ut propius accedam ad quæſtionem, quam præ manibus habemus) Magiſtratui aut Collegio Eccleſiaſtico permitti poſſit totum illud judicium de reformando cultu & religione: & de æſtimandis & ponderandis commodis & incommodis, quæ ex novi cultus conſtitutione, aut veteris cultus reformatione oriri poſſunt in Civitate. Nam hoc pluribus in caſibus obtinere etiam inter Reformatos notum eſt. Ita Synodus Gallica non ſinit Eccleſiam particularem, multo minus privatum alicujus Eccleſiæ membrum ſtatuere aut definire aliquid de aliquo v. gr. quæſtus genere, quo aliquis vitam tenet; & de quo inter cives aut Eccleſiæ membra aut Doctores lis eſt utrum æquus an iniquus ſit: ſed vult res & quæſtiones hujuſmodi ponderis reſervari judicio Synodi. Ita ab omnibus doctoribus particularium Eccleſiarum fides atque promiſſum exigitur ne novam doctrinam, inſcio Senatu Eccleſiaſtico, diſſeminent in Eccleſiam. Et Remonſtrantibus vitio datur, quod docendo novas doctrinas turbarint Eccleſias Reformatas in Belgio: & quod eorum officium erat non privato judicio ęſtimare utrum manifeſtatio novæ doctrinæ licet veræ, (quod Contra-Remonſtrantes tamen abnuunt) eſſet ex uſu Eccleſiæ: & an utilitas novæ iſtius doctrinæ poſſet compenſare damnum, quod turbata pax Eccleſiis conciliare poterat: ſed Remonſtrantium officium fuiſſe nova ſua dogmata Antiſtitibus Eccleſiarum & religionis præfectis aperire, ut illi inductis commodorum & incommodorum calculis æſtiment, quid ex re & ex commodo Eccleſiæ fieri debeat; illane propalare, an tegere & premere opus ſit. Ita uſus in mea Civitate nos docuit quantas turbas dare poſſit privatus aliquis Doctor, qui apud pullatam plebem fervida & rapida eloquentia ęſtimationem ſibi peperit, damnando aut tuendo quoſdam vitæ quæſtus; & conditiones atque vitæ munera, ut & doctrinas & quæſtiones Theologicas, quæ pertinebant ad bonam civium, eorumque non infimorum partem; & quorum fortuna & honor agebatur: unde magna partium ſtudia in Republica & Eccleſia nata, quę illam adhuc turbant, & veræ pietati remoram injiciunt.

Quid igitur ſtatuendum? An tota res judicio Magiſtratus ſive politico ſive Eccleſiaſtico permittenda? Vel an agendum quod fieri ſolet in urbis aut arcis cuſtodia, ut quidem illis cura ejus demandetur, qui ſortito aut mercede conducti excubant ex Præfecti præſcripto pro urbis ſalute, ſed

ita tamen, ut omnibus civitatis civibus arma capere fas ſit, quando vis, aut dolus, aut inſidiæ non vulgares urbi ruinam minantur: ut ita ſimiliter quando errores capitales gliſcunt, & mores perditi Eccleſiam corrumpunt, tunc quivis ſingularis fidelis ſeſe accingere debeat ad tales labes eliminandas ex Eccleſia: interea ſe quietos continentes quando in minoribus noxis & malis Eccleſia laborat: quia tunc turbæ, rixæ & lites, quæ propter reformationis conatus atque incepta Eccleſiam infeſtant & vexant, longe ſuperant commoda, quæ ex manifeſtatione alicujus veritatis aut novæ, aut vitio aut ignavia hominum ſepultæ, oriri poſſunt. Et quandoquidem in rebus civilibus Cives nunquam putantur eouſque ſuum privatum jus contuliſſe in aliquem, ut ipſis ſuæ ſaluti conſulere non liceat, quando ipſorum vita in manifeſtum diſcrimen vocatur; & illi, qui clavo Reipublicæ aſſident, ipſa prima Reipublicæ fundamenta, & ea, propter quæ cives in ſocietatem civilem coaluerunt, convellunt, aut ſinunt ea convelli; jus & juſtitiam non adminiſtrent, ærarium dilapident, promiſcue ſuis cædes & ſtupra permittant; denique omnia miſceri ſinant, quaſi nulla eſſet Reſpublica: & tota vis & auctoritas Magiſtratus aut Principis in hoc tantum comparata videatur ut pauci de reliquorum civium fortunis, ſalute uxorum, & virginum caſtitate ex ſua libidine diſponere liceat. Non æſtimandum populi in tali caſu jus non reviviſcere, ut privatis ſuis conſiliis rationes ſuæ ſalutis expediendæ ineat. Nam qui ita imperium adminiſtrat, is non amplius pro principe aut Magiſtratu, ſed pro hoſte habendus eſt. At inquies, nullus niſi mente captus princeps aut Magiſtratus ad talia unquam ſeſe proripiet conſilia: aut aperta & cognita Civitatum privilegia, immunitates & libertates, formamque Reipublicæ immutet, aut alios præmiis, fraude, metu impulſos ad ea prodenda excitet. Reſpondemus: imo hoc ſæpius contingit: ut quamvis populus machinas, per quas Princeps aut Magiſtratus hoc moliuntur, ita non percipiat, ſentiat tamen reipſa, uſu & eventu ſenſim ſe ad paupertatem & ſervilem ſtatum detrudi, funeſtumque funus induci Reipublicæ paucorum avaritia & ambitione. Ita ut ſit hominum ignavorum pati, ut quicquid laborum, periculorum & damnorum eſt exantlatum, libertatis aut tuto ſua poſſidendi cauſa, aut adhuc per ſpeciem ea obtinendi imperatur, id ſinere in vanam ſpem impendi, & ſe ſuoſque cives ludificari, vivi viventeſque ſe ſpoliari animadvertentes iis omnibus, quorum cauſa aut Reſpublica conſtituta eſt, aut laboratum ut certa Reipublicæ forma aut libera Reſpublica haberetur. Et quamquam ſciam omnes turbones, inquietos, ambitioſos, & ſuæ fortunæ pœnitentes homines ſemper bonum & reformationem Reipublicæ ſimulantes graſſari ad turbandum præſentem Reipublicæ ſtatum, hoc non impedit quare honeſtis & probis civibus honeſta non poſſit eſſe cauſa, quare ipſis fas non ſit jugum ipſis non victoria per bellum parta ab inimicis impoſitum, ſed fraude & manifeſta injuria, excutere. Quando itaque Principis ac Magiſtratus aut ſupinitas, aut libido, aut avaritia eo dilabitur, ut ſupra enumerata mala in Republica graſſentur, licet populo ſuſcipere curam ſe ſuaque conſervandi. Nam ſi leges non valent, judicia non ſunt: ſi Reſpublica vi & conſenſu audacium armis oppreſſa tenetur, defendere vitam & libertatem privatis præſidiis & copiis fas eſt: hoc ſentire prudentiæ eſt, facere neceſſitudinis: ſentire & facere perfectæ cumulatæque virtutis.

Pariter quando illi, qui Eccleſiæ præſunt, illiuſque ſalutem officii nomine curare debent, ad id ignaviæ & ignorantiæ deveniant, ut Idololatriam, Superſtitiones aniles, eaſque infinitas in Eccleſia gliſcere ſinant, ſimulque vitia increbeſcant indies, tunc ad privatorum munus devolvitur cura occurrendi talibus corruptionibus: aut dicendum homini nec lege

ſtaturæ,nec divino inſtituto licere avertere à ſe & à ſuis perniciem æternam, quam ſibi ſi v. gr. in Idololatrico cultu pergit, tam paratam eſſe intelligit, quam mortem, aut fortunarum ſuarum direptionem recte æſtimat imminere per irruptionem hoſtium in urbem: hoc ſi negetur ſtatuendum *neminem à Deo conſtitutum eſſe vindicem religionis*, quæ eſt *Spinozæ* ſententia. Neque licere cuiquam aut honoris Dei ergo, nec proximi ſalutis cauſa contra antiſtitum mentem collapſum cultum reſtituere per cauſam, ut volunt adverſarii, quod, vel communi conſenſu civium ille cultus, quamvis malus & nefarius, ſit receptus, vel quod ſine conſenſu civitatis nemini liceat aliquid moliri in rebus, quæ ad religionem pertinent, quia cum omnis ſocietatis natura pugnat, ex privatorum & ſubditorum arbitrio in illa aliquid novi ordinari, aut eorum judicio permittere ut bona & mala inter ſe contendant; & incommoda cum emolumento ſpei penſitent, ſimulque ſententiam dicant utrum plus boni quam mali reformatio ſit importatura. Nam ſi in perditiſſimo Reipublicæ ſtatu, in quo ſinguli cives in diſcrimen vitæ, fortunarum,&c.venire neceſſe eſt, jus naturæ de ſui conſervatione cuivis dictat propria arte & Marte tanta pericula amoliri, majori jure hoc licet quando de æterna ſalute agitur. Ut itaque veniam ad clauſulam. Omnibus bene penſitatis ſtatuendum *primo* nulli privato, neque collegio ſubalterno fas eſſe nova dogmata docere, aut curare ut doceantur, quando iſtiuſmodi eſt rerum ſtatus, ut manifeſto videat internecionem civium, aut direptionem fortunarum eorum talem inde orituram ut vita ipſa naturalis, ſine qua ſpiritualis eſſe non poteſt, in tuto eſſe nequeat: quemadmodum ad ſe vindicandum à tyrannide Principis aut Magiſtratus nulli, neque privato neque alicui collegio ſubalterno fas eſt illam viam ingredi, quæ manifeſto ad civium ruinam & perditionem ducit,& parum interea ſpei oſtentet aſſerendę libertatis civium. At quando privatus recte ſubducta ratione æſtimat tanta incommoda, quę jam memoravimus, non redundatura in Rempublicam è doctrina novorum & neceſſariorum dogmatum, & ſimul multum ſpei alluceat ad perducendum proximum ad verum cultum, tunc deficeret ab officio viri probi, prudentis, & ſalutem proximi ſuo pretio ęſtimantis,ſi ſineret proximum diutius in errore exitiali verſari.

Intelligit itaque facile Lector probato Deum ſacra vera falſa, juſta injuſta non habere promiſcue, ſed in aliquo ponere diſcrimine: neque etiam Magiſtratui permiſiſſe ex ſuo arbitrio ordinandi religiones, ita ſc. ut ejus ſtatutis conſcientia hominum conſtringatur, ſequi privato etiam extra vocationem extraordinariam, miraculis probatam, tam fas eſſe ſuccurrere & opem ferre ſaluti proximi æternæ, quam ejus vitæ conſulere: totamque rem pendere à prudentia hominis zelo gloriæ Dei & ſalutis proximi tacti. Iſtius prudentiæ regulas non ad aurificis ſtateram,ſed ad popularem trutinam appendi,& habere ſuam latitudinem. Neque ideo totum Reformatorum opus damnandum ſi aliquando inconſideratus zelus quoſdam ulterius provexit, quam ſummæ juſtitiæ aut prudentiæ quidem regulæ permitterent: neque putandum ideo omnes reformationis inſtitutæ partes non valere, quia Reformatores in quibuſdam circumſtantiis lapſi, aut fervidiori zelo, qui ſæpe non recte expendit momenta extrinſeca & appendices rerum,elati non ſine quorundam injuria illam invehere non potuerunt: quaſi nullius Reipublicæ leges unquam æquæ eſſe poſſent, quia nova Reipublicæ forma introducta fuit cum quorumdam offenſione & læſione juris: quamvis à Magiſtratu,qui antea rerum potiebatur, ſexcenta ſcelera & fraudes ſint perpetratæ; quibus populus ad male ſentiendum de Magiſtratu, eumque contemptui habendum, & ad cogitandum de nova Reipublicæ forma, excitari ſolet. Et hoc Eccleſiarum Antiſtitibus & religionibus præpoſitis animo hærere & fixum

eſſe debet, ne tyrannide, aut ignavia & ignorantia Eccleſiam ita defœdari ſinant doctrina falſa & pravis moribus, ut vulgus etiam Antiſtitum tædium & odium capiat; & animum paratum habeat ad obediendum novis Doctoribus; quorum doctrina tunc ſæpe non late ſe diffunderet, quando plebs reveren ia antiquæ ſuæ religionis affecta, de novis ſacris non cogitaret: ſicut etiam hoc illi in mentem venire, neque novitate religionis pellici aut ineſcari ſolet, quando religio, quæ diu in Republica viguit, ſe ſua ſanctitate & veritate tuetur. Et imputent Pontificii corruptis ſuæ Eccleſiæ moribus, qui ante tempus Reformationis vigebant, & magis magiſque in præceps progrediebantur; ut etiam craſſis ſuis erroribus: de quibus pullata plebs, paululum à Reformatis Doctoribus adjuta judicare poterat, quod excitato in animo plebis antiſtitum ſuę religionis contemptu, & odio craſſarum ſuperſtitionum illa plebs tam parata fuerit ad amplectendum non tantum quædam nova Sacra, ſed etiam ad deſerendum totam Eccleſiam Romanam; & ad ſanctitates religionis iſtius Eccleſiæ contemnendum: ut in qua ſalutis conſequendę ſpem concipere non poterant.

Debebant didiciſſe ex tot Rerumpublicarum converſionibus plebem habendam clementer, quæ, ſi diu nimis acerbe, reſtrictè & addictè, aut per tyrannidem fuerit gubernata ex libidine ſui Principis aut Magiſtratus, tandem ſuperata patientia, & excuſſa reverentia Magiſtratus, poſtea etiam ex ſua libidine Rempublicam moderatur, & non ad jus Magiſtratus omnia ſua facta revocat, ſed etiam ſæpe multa ad ſuam vim & potentiam. Ita ut veriſſimum fit Gallorum proverbium: penes Reges quidem eſſe ſummam poteſtatem, ſed plebem tamen non deſinere habere ſuos importunos & pręcipites impetus. Et eſt ridiculæ vanitatis tunc populi cauſam damnare, ſi diu vexatus & per contemptum cum conculcatione omnium privilegiorum, & deletione antiquæ Reipublicæ formæ tractatus, ad arma prorumpens non in omnibus æquitatem teneat: quaſi vero jus plebis minus ſacroſanctum foret, quam jus Principis; & illius violationem tam in Principe vindicare non liceret, quam Principes ſibi fas eſſe arbitrantur plebem tumultuantem imminutione privilegiorum & immunitatum mulctare. Ita à ſimili vanitate non abeſt querela Pontificiorum clamantium Reformatores non tenuiſſe modum: non deceſſum oportuiſſe ab Eccleſia Pontificia: neque Papæ aut Conciliorum ad leges Eccleſiæ Romanæ congregatorum auctoritatem abrogaſſe. Matri Eccleſiæ (ut impudenter particulari Eccleſiæ Romanæ illam dignitatem vindicare ſtudent) adhærendum fuiſſe: cum multis conſequentibus ſeculis clerus & monachalis ordo tam miſere plebi illuſiſſet, & tyrannide preſſiſſet, & extincta ferme Euangelica ſalutari doctrina putidis, rancidis & anilibus ſuperſtitionibus populum aluiſſet; & ita omnem Eccleſiæ ſuæ dignitatem & ornamenta decoxiſſet, nomenque ſibi tantum reſervaſſet, nunc Reformatos invitare ad conjunctionem cum ſua Eccleſia; & recuſantes reos agere ſciſmatis. Cum jam dignitate veræ Eccleſiæ exciderit propter Idololatriam & exitiales errores. Sed dicendi finem facio: neque hæc fuſius perſequar, ne locum communem de Eccleſia videar ingredi velle, qui à noſtris Doctoribus tam egregie eſt illuſtratus, ut probus & ſuę ſalutis cupidus nihil in eo deſiderare poſſit.

FINIS.

2
92 102 W